




Cornucopie siue lingue latine Commentarii











13

C ornucopiæ, siue linguæ latinæ commentarii, ubi quamplurima loca, quæ in aliis ante impressis, incorrecta leguntur emendata sunt. Multa præterea, quæ in iis, etiam, quos ex archetypo excriptos habuimus, mendosa erant, emaculauimus.


G ræcum, quod ita inuersum, ac deprauatum erat, ut ne legi quidem posset, in suum locum & candorem restitutum est.

I ndex copiosissimus, & nouo ordine, quo facillime quodcunq; q̃ritur uocabulum, inueniri potest. Notatæ.n. sunt totius operis singulæ semipaginæ, ac singuli semipaginarum omnium uersus, arithmeticis numeris. Et quod operæpretium est, margine expedito & uacuo, ut possit, siquid libuerit, in margine, ut fieri a doctis assolet, annotari.

E iusdem Sypontini libellus, quo Plinii epistola, ad Titum Vespasianũ corrigitur, cum græco, quod in aliis non habetur.

C ornelii Vitellii in eum ipsum libellum Sypontini Annotationes.

H oc inueniendorum uocabulorum ordine, a nobis nuper inuento, nõ licet cuiq̃ in Dominio Ill. .S. .V. Hoslinguæ latinæ commentarios impune imprimere.





Aldus Manutius Romanus Lectori.S.

Omne inuentum quantumuis ingeniosum, & conducibile, adulterari longa die, ac potius malitia hominum, qui se sibi solis rati natos, student semper ex alienis incommodis sua ut comparent commoda, conuerti in malum constat. Quémadmodũ temporibus nostris accidisse uidemus in miro hoc, & q̃ laboriosiss. modo scribendorum librorum. Nam quantum quisq; commodi ex ea re futurum sperabat, nemo est qui non perspiciat. Quantum item inde incommodi, quanta bonorum librorum pernicies, quanta ruina, & iam sit, & futura (nisi Deus prohibeat) uideatur, non queo dicere. Primum.n.in quorum artificum manus peruenerint sacra literarum monumenta, uidemus. Deinde qua literatura præditi quidam, libros omnis enarrare. commentari, corrigere audeant, scimus. Quamobrem periculum non mediocre est, ne beneficium hoc imprimendi libros a deo ĩmortali hominibus datum, ipsi, cum liceat uel infantiss. cuiq; pro animi sui libidine temere in quem uult librum grassari, in maximum maleficium conuertamus, & sanctarum literarũ perniciem. Sed de hoc alias. non.n. breui epistola opus esset, si singillatim & cumulate tractare id uelim. Illud nolo silẽtio præteriri, me, quod in me erit, pedibus, manibusq; (ut aiunt) facturum, ut laboranti rei literariæ consulatur. Quemadmodum hoc in libro fecimus, in quo plurima uulnera ope & labore nostro sanata sunt. licet multa sint prætermissa consulto, quod nõ esset satis ocii ad curandũ. qs enim in tanta operarũ, ac potius inimicorum. (Nam tot inimici, quot operæ.) uel festinatione, uel ignorantia, uel malitia aliquid mediocri etiam dignum laude queat efficere? Si diem unum, aut biduũ, triduumue ad summum mecũ uiueres studiose lector, mirum diceres, si quid a nobis bene factũ est, fieri potuisse. Sed si quo uolo tandem hoc saxum uoluero. Si potuero aliquando parere, quod iandiu & multos annos parturio, spero uolente Iesu deo optimo. maximo, unde optimum quodq; donum, & omne bonum perfectum proficiscitur, effecturũ quod cupio, ac studiosis omnibus hac nostra perlaboriosa prouincia, satis, abundeq; facturũ. Habes nunc lector amice diligenter, ac miro ordine typis nostris excusum Perotti Sypontini pontificis cornucopiæ. in quo si qd uel a nobis, uel ab ipso authore erratũ fuerit, ignoscendũ est. nobis, ob eas ipsas, quas supra diximus rationes. Authori, quia nõ ipse, sed Pyrrhus fratris filius hunc librũ ediderit. Morte.n. præuentus recognoscere non potuit suas has perdoctas, & laboriosas lucubratiões. Quare & ipse de suis latinæ linguæ commẽtariis iure dicere moriens potuisset, Emẽdaturus, si licuisset, eram. Improbe igitur faciunt quidam in alieno libro ĩgeniosi, cum in mortuos de nobis bene meritos, inuehuntur. Quin potius cum aliquo in loco dormitasse authorem, quæ humana est natura, Inueniunt, non prædicando gloriari. nõ scriptis publicare, sed taciti, ac si ipsi opus cõposuissent emendare deberent. atq; ita gratiã referre benefactori, qui q̃ maxime potuit utilis fuit, studuitq; prodesse posteritati. Vale.

Quo facili⁹ noster hic ĩueniẽdoꝝ uocabuloꝝ index intelligat, scito cariss. Lector primũ numerũ conclusum punctis, semipaginã significare. secundũ uero numerũ punctis itẽ conclusum, semipaginæ uersum. & sic tertium, si qs fuerit eiusdẽ semipaginæ uersum ostendere, donec ad & cõiunctionẽ puenias. nã primus numer⁹ post et cõiũctionẽ semipaginã oñdit. secũdus uero, semipaginæ uersum, & sic terti⁹, & q̃rt⁹ semipaginæ uersus demõstrãt, si qui fuerint. exẽpli grã. examen sic est in indice. Examẽ.36.21.25.&.281.34. hoc est semipagina trigesima sexta. uersu uigesimo primo. uersu uigesimo qnto. & semipagĩa ducẽtesima octogesima prima. uersu.34. & sic ĩ cæteris.

B

FINIS.

AD LECTOREM.

Recognito diligēter toto uolumine Cariss. Lector, errores, q alicuius momenti uisi sunt, collegi.
ut facile tu tibi librū tuum emendare possis. cæteros, si qui relicti sunt, consulto prætermisi, ratus per
faciles cognitu uel mediocriter eruditis. nec omnes impressoꝝ incuria aut festinatione factos putes,
nam multi exemplariū culpa euenerunt. quanq̄ si studiose nostrum hunc librum cum cæteris confe-
ras, in mille locis & amplius emendatum inuenies.

Semipagina.4.uersu.17.scribe fortissimus. Et semipagina.7. uersu.55.scribe ne nominari quidem di
gnus. Et.12.2.fuissem.Et.13.36.trinundino.54.duxerunt.Et.14.49.phrygiæ . Et.16.47. græci.n.φράτορας
coniunctos appellant, & φρατρίαν uocant contubernium. Et.19.19.usitor. Et.20.54.ferrugineum. Et
23.14.armariola.20.callidissimo.Et.24.18.scribe Itē.52.status. Et.33.38.heracleon.Et.35.33.pōtonibus. Et
36.31.caprifici.Et.37.19.perpendiculare.Et.41.54.æthra.Et.47.34.heptimemeris.59.ieiunum.Et.49.39.am.
Et.51.8.nominant.Et.52.46.physemeta.Et.53.3.mollis.11.crotala.Et.55.38.uteruis.52.quod est uterq; con
trarium, significatq;.Et.57.52.Ciliciæ. Et.58.22.foliis inscribit. Et.59.35.gyrum. Et.60.4.inepte.34.Idem
de strutio camelo. Et.64.1.peripetasmata.56.regienses. Et.65.53.Plautus aliqn̄ capit prodissidere.56.
quasi riuos.57. et qui irrigat. Et.66.49. et id in adolescentia uel & hoc in adolescentia. Et.67.11.ueteres
im in accusatiuo.58.quod significat.Et.68.20.uel qui aūt. Et.71.4.uiatorium.26.deprauatos mores. Et
72.2.hinc dominium.Et.73.10.immerito.Et.74.58.forma est.Et.76.49.a Cæculo. Et.79.44.decemuira-
les.46.īdoctus.īpurus.33.claudi tabernas.Et.83.40.polio uerbū.3.municeps.Et.85.34.q petasis.Et.86.14.
q̄ carinæ īuersæ, qđ ēt in Plynio erratū est.26.possent.Et.90.5.legimus.9.rehibebaṫ.Et.96.28.crassitudi
ne.Et.103.27.ozena dicta a graui.qđ ēt in Plynio erratū ē.Et.108.37.malimus.Et.121.48.ex Tyro filia sal-
monei.Et.125.33.segmentatæ uestes.Et.128.7.tabani.35.ineptum sit. Et.131.33.poplites. Et.139.19.uinctusq;
esset.54.hemiolius.Et.153.19.Et fuscæ.Et.155.14.felineis oculis. Et.157.29.rubi.31.tribuni militum . Et.158.
12.ex antidotis.Et.162.10.rubidus. Et.168.28.ὀρφανίαν Et.169.9.scarificatos ferro.34.qđ carent anima. Et
171.51.suffitio. Et.173.13. βασκαίνειν Et.174.1.aliquando orno.Et.176.11.ne te tua.Et.182.29.parua auis.51.nu
dati hebetant.Et.184.7.& tinnulam.Et.185.30.& attētio.Et.186.38.inaudirem.Et.187.21.nam ab auris.40.
maturum & mite.Et.188.8.dictator.37.ponito.39.συμπίνειν.58.ponitur tamē.Et.189.15.pauloanteq̄ hæc
facta.Et.191.25.a quo dosis datio.44.ære.55.citato non. Et.192.39.decubuisse.49.non esset.54.Ita hæc. Et
193.48.habete curā.Et.199.24.ἔξισ.40.nō quæ, sed qua pro aliqua.54.& aliunde. Et.201.3.aliquando tamē
25.nō honore.45.quodāmodo.51.quius. Et.204.43.leguleorū.Et.205.57.γόνος. Et.206.19.progenero.Et
208.35.ira animo.Et.213.20.æquinoctialis oriens dicitur.Et.214.13.& iapidis arma.Et.215.18.uolatu profe-
rat.45.qa cerastinæ. Et.216.21.dilexit Adonin Cynaræ.44.tyrida.56.Papi. Et.217.59.æditui. Et.218.2.diis
gratulaturi.5.sancte parens.Et.219.51.ab hoc quoq;. Et.220.6.a græcis.12.q̄ quæ nocent.16.exorcizationi
bus.42.exporrigi.43.qui uentrem.Et.221.59.theriaces.Et.225.31.nomē animali.Et.226.30.esitauisse. Et.228
25.muricida.Et.233.50.īsula.Et.236.46.polygonaton.Et.237.16.& in ꝑmontorio.20.a rhodiis deest, cōdi-
tum.21.in altero cornu aiace.30.respōsurus esset, cōstat drusum, Et.238.1.mō recte & uere.76.axona.flu-
men est.57.a græcis ἄξων dicitur. Et.239.40.ænearia ipsa.58.contra uibonem. Et.240.11. prisci crepas.26.
quoniam est naturalis transitus, atq; e putrescentibus. Et.241.32.Nephele. Et.242.25.qui uocantur cera-
stæ. Et.243.33.κεντεῖν.50.hirsutaq; tempe.244.1.exigui. Et.245.21.nimis fidendū.5.tuti asportent. Et.249.
7.synchesis.30.genere elocutionis.Et.251.9.ἄνθη. Et.253.11.transilientium.Et.254.6.præuertisse.58.nomē
tantum inane.Et.256.50.σαῦρος Et.257.59.complurium. Et.258.14.musæi pathicissimos. Et.259.20.suire
suis.55.hippocamptus.56.hippocampti.Et.262.38.primoribus.51.primitium torrem.Et.263.19.parcerent
58.philargyria.Et.264.11.indicauerat.Et.267.47.æthiopas.Et.268.34.geographia. Et.269.32.impium factu
36.inuenimus. Et.270.38.ortu.272.9.in therapne.35.enodes trunci.50.duplicaṫ. Et.274.13.edico. Et.277.
33.& sonticus, qui cuiq; rei nocet.Et.280.26.oui.Militat omnis.Et.281.52.placcat uel qđ.Et.284.24.iidem
sciopodes. Et.285.29.censorium probrum.41.iniuriam faciam. Et.286.6.parilia.20.legis ista. Et.287.42.
quod pluuia egeat.Et.289.13.capio capitium.Et.291.20.recuperatia.Et.294.48.maniæ dictæ.Et.296.38.pu-
bertatem.43.balneas.Et.298.19.præbitere properire.Et.30.59.millesimus quisq;. Et.301.15.adessent expe
riri immissis. Et.303.37.& adiugo.Et.306.19.incrure posteriore.Et.308.46.expellit κύων enim Canis ὄζων
olens diciṫ.54.hoc est feram.55.exasperaṫ, exulceraturq;.Et.309.58.bua uero.Et.311.19.crustumia.28.Vir.
Ignauus bubo.36.græce mamma, Et.314.14.Hinc in Gnoso urbe illum seruasse . Et.325.13. bellerophon-
tes.Et.316.2.audacia, & temeritas.14.Sed fidus a fido.Et.317.25.unde præcentio dicitur.41.proprium erat
Et.318.47.carmē bucolicū.32.amœnum dictum.319.14. iniocunda sedes.Et.321.16.missi sunt illico. Et.322.
49.tereos. Et.323.36.Luscinia. Et.324.7.lusciniæ.56.quāqđ. Et.325.5.tuscum. Et.326.19.leucantheniū, alii
earanthemida.Et.328.47.prosatietas satias.Et.329.12. quos ægipanes.33.ad coeundum.36.arsenogoni-
marem.37.Ideoq; altera a fœminis.45.duplici.Et.330.15.synchronius.Et.333.49.fanū saturno.50.habuis-
se saturnum. Et.334.13.a latio potius.15.Ipse arduus. Et.335.13.Cornelius Scipio.27.mugitus boum. Et
.338.21.Eratosthenes.42.condiloma.Et.339.22.a diripiendo. Et.340.10.At si exanimaretur, prætori.illum
autem hoc audito protinus concerpsisse. Et.341.47.appellatam. Et.342.12.quondam uinctos . Et.348.19.
e pylo.39.in Tmoli. Et.349.48.aliquando masculini.350.1.cur hæc in tempora. Et.351.20.Trisulcum.50.
carbunculatæ uuæ. Et.352.21. religionem. Et.355.7. piniferumq; caput uento.38. feracissimus.51.sem-
per infensa.Et.358.20.Malum.Et.360.35.non longe a Baiis.Et.365.46.Coturnix. Et.373.22.igitur percun-
tando.Et.375.18.leontopodion.32.cornua causantem.Et.376.13.sternuunt.27.λέκτρον.Et.379.57.transigo

Et.381.37.in'diuersum.Et.387.48.a quo deartuatum.57.quinquertiones.Et.390.11.κέρας cornu. Et.392.14. o me miserum.49.sanguinem quoq;.Et.406.35.racemos.Et.410.18.potest habere.Et.414.53.in pila tusis. Et.416.57.staphis uitis.Et.417.55.sacratius.Et.418.49.decussor incutio. Et.419.11.frequentatiuum.Et.420. 28.fusticulis pro.Et.422.1.fagutal.6.gallã.Et.424.59.tego quasi. Et.430.3.mortuus qui.4.Paulus scribit neq; natos.Et.431.25.Ἰρίβω. Et.432.42.ac patens. Et.434.31.quem incolæ.43.euyie. Et.435.50.τοῖσιν ἐπιζείδωρον.58.demessa. Et.436.59.Est,pnuba quæ nuptiis præest.Idẽ &,pnuba iuno.Et.439.5.& demptio. Et.441.12.nihil aliud apud græcos.Et.443.35.immanitatem.45.Atlantide.Et.447.15.proripio procul rapio.Et.448.13.parsimonia est'& uectis.32.subditione cadmi. Et.449.44.antiqssimis. Et.451.32.aut fessos, uulneratosue.Et.453.45.ubi tardior fluit.Et.454.21.hoc & sacrificio.24.intermitto . Et.445.37.quirites. Et.458.7.punguntur.Et 462.5.Adoptatiuus.Et.464.11.modo serium.18.proprie.39.arte direxit.40.a σκοπεῖν.Et.465.16.mirus huic,43.basiliscũ.Et.467.4.satis erat.4. Ita ut oræ. Et.469.31.dianoeas. Et.471.16.tũ multa allegauit.Et.474.38.argo naui.Et.483.11.puellam. Et.485.6.carpophorum. Et.499.12.pædores. Et 500.4.Gortyna.26.Laium.502.1.quod circulus est.59.fluxum.Et.504.45.machæra licitari.Et.506.34.quãdiu uiuã.Et.507.47.nominis.Et.510.55.protegere Et.511.39.tenasmus nõ.Et.512.6.statua. Et.513.pluris uenirent.Et.525.16.ab hæreo fit hæsito.Et.526.55.quem præpes.Et.533.42.prætoritiũ ut prætoritia.Et.535.37 uitricus enim matris meæ uir.Et.539.17.q̃ humanius.39.hanc paralysin. Et.540.55.doliolum.Et.547.59. semitritaeon. Et.548.58.nisi ego. Et.55..12.trans tyberim data ob id mutia.47.qui phaetonta facis. Et 562.23.Itẽ aenus qd'.Et.563.38.iteraneorum.49.ex una radice.40.nympheopterim.Et.568.40.& ubiq; scribe Talassionem.Et.569.45.asellum priapo.Et.570.34.inuenitur in annalibus.39.glutire.50.Garyophyllon.Et.571.18.Si Lucane.Et.571.58.quẽadmodũ.Et.575.15.ab umbris.Et.578.2.hr̃e gulam.Et.570.12.mattæ potius q̃ culcitræ.Nam culcitræ generali.Et 581.45.animalis.Et.582.29.ignes faces q;. Et.585.23.iugiter.Et.586.14.cum tacet omnis.57.sunt & alii.Et.588.47.cum erexere aures.Et.589.45.& φώνημα.Et 592.5. at præter.Et.606.36.quod ui feratur.Et.609.10.Dagnades uocant,quae uellicando.Et.610.22.fixum uideret.30.& alma.Et.613.43.fellatricis.Et.615.12.phalacra . Et.617.38.& neto frequẽtatiuum. Et.622.22. facitq; in supino mensum.38.partem dimidiam.40.dimidium auri . Et.623.6.dido meditatur.25.praepositio est quae aliquando. Et.624.26.monstrat.haec facetissima iuratio Tremellio. Et.626.5.ab imo pectore suspirationẽ.6.qui eam difficultatem patiuntur suspiriosi appellantur.8.& spiritus.halitus. Nam spiritus . alitus.anima.Et.627.38.Cynoroda appellatur.Columella scribit.Et.635.50.non.n.Iucunditatẽ. Et.636.51.multa.n.ideo pretiosa.Et.639.8.Asinium Pollionem.

Lodouicus Odaxius Patauinus Illustrissimo principi Guido Vrbini duci.S.

Ptolemæus Philadelphus,qui a rerum scriptoribus tantopere celebratur illustrissime princeps,nõ tantũ ex opulentissimo atque amplissimo regno gloriari solebat,q̃tũ ex bibliotheca illa,quã omnis generis librorum refertissimam summo tum studio,tum impensa cõstruxerat.Sciebat enim rex prudentissimus multos ante se fuisse reges,nonnullos etiam post se fore coniiciebat,qui parem aut maiorem potentiæ dignitatem consecuturi,ac longe pluribus nationibus imperaturi essent.quod uero tam copiosam,tam lautam elegantemque monumentorum supellectilem ipse comparasset,eam demum soli sibi gloriam potissimum uendicabat,quippe cuius neminem omnibus retro temporibus socium sibi participemque meminisset.Nec sane hominem fefellit opinio.præter alios enim Aegypti reges & uiuus admirationi fuit,& defunctus in mortalitatem nominis consequi meruit. Itaque ad eum ex uniuersa græcia, asiaque philosophi.poetæ.oratores.historici.ac cæteri id genus eruditissimi homines ueluti pisces ad limpidissimum uiuarium confluebant. Qui quum ab eo benigne,ac liberaliter susciperentur, uix explicari potest quantum regi de se benemerito afficerentur. quantum illi obseruantia atque honoris præsentes absentesque impertirentur,Præ cæteris autem clarissimis uiris habuit Demetrium phalerium cum philosophum tum oratorem insignem,cuius operaq̧ & industria innumerabiles ubique codices & uolumina perquisita conscribebantur,conscriptaque ex toto terrarum orbe Alexandriam deferebantur,ut ornatior indies & pretiosior bibliotheca redderetur. Hanc animi uel magnitudinem,uel elegantiam ætate nostra in Federico principe patre tuo Illustrissimo,ac sapientissimo annotauimus,qui præter rei bellicæ gloriam qua cunctos sui temporis principes,ita facile superauit,ut priscis tantum imperatoribus conferendus appareat præter arces munitissimas,ædesque magnificẽtissimas,quas plurimis in locis exædificauit,præter alias uirtutes, quæ in eo pene innumerabiles floruerunt,Bibliothecam & ipse in primis locupletissimam,& omnium quæ in Italia memorentur pulcherrimam quasi candoris & magnificẽtiæ suæ testimonium tibi reliquit.De qua nemini dubium est,quin præclarissimis ædibus præcipuum ornamẽtũ inducatur. iam uero hoc literariũ studium ita non in postremis habendũ censuit,ut doctissimos hoies semper apud se domi,forisq̧ detineret.nec unquã adeo uel pace uel bello esset occupatus,quin lectionibus fere quotidianis operam impẽderet.Qua quidem in re Iul.Cæ.& Octauiũ Augustũ imitari uidebatur, quorũ alter cũ exercitu proficiscens plurimũ lectitare, & si quo temporis momento in castris morabatur, libros accuratissime scribere solebat, Alter in Mutinensi bello rem tantam adortus semper aut legere aut scribere,quotidie etiam declamare consueuerat,quo fiebat ut alius nemo in promerẽdis ac subleuandis ingeniis patre tuo illustrissimo benignior,aut liberalior haberetur.Hinc oẽs qui se doctrina quippiã profecisse cognoscerent,huius unius beniuolẽtiã affectabant,& familiaritatẽ ambibãt,huic uni præcipue operum suorũ labores & scripta dedicabant,hunc unũ deniq̧ laudibus,& præconiis ꝓsequentes ĩmortalitati cõmendare nitebantur.Quorsum igitur hæc Guide princeps Illu.nempe ut ĩtelligas a me studium tuũ summopere laudari,quod ita ueterum imperatoꝝ institutis & patris ĩuictissimi tuĩ præsertim uestigiis insistas,ut eorum uirtutes examussim æmuleris.Nam quom rei.militaris excellẽtiam adhuc per ætatem in te desiderare non debeamus,probitatẽ tamẽ & modestiam & grauitatem quandã senilẽ in adolescentulo plurimi facimus.Huc ad te literaꝝ studia,quæ te tãtopere delectant,& linguæ utriusq̧ peritiã,ob quã ita excultus iam euasisti,ut alterũ nõ dico principẽ,sed ne priuatum quidẽ huius ætatis in tota Italia facile reperias,qui tibi eruditione ac rerũ cognitione sit cõparãdus, grãs itaq̧ tibi semper debebunt studiosissimi uiri,cum aliis de causis, tum quod hoc tempore Nicolai Perotti episcopi Sipontini cõmentarios linguæ latinæ ĩprimendos & publicãdos curaueris, qua certe in re plurimã laudẽ meo iudicio mereris, Vel quia bonarũ artiũ cupidis hoc opere diuulgato mirificã & iucunditatẽ & utilitatẽ attulisti,uel quia paternæ gloriæ,q̃tum in te fuit,pia sedulitate cõsuluisti,dum librũ illius nomini dedicatũ celeberrimũ efficiens conaris,uel quod honestissimũ huius authoris labore ab interitus periculo uendicasti,qui sane paucos post ãnos fuit iteriturus, nisi plurimis exemplaribus effigiatus hic liber in lucem per te prodiisset.At qui hanc abs te gratiã facile merebatur uir,cũ in romana Academia primarius,tum omniũ ætatis suæ doctissimoꝝ nemini secũdus, Is & cõplura alia ingenii sui monumenta nobis reliquit,in quibus passim ipse cõpositus,elegans,accuratus facilis incedit.Et hos præsertim Cornucopiæ libros,Quos linguæ latinae cõmentarios non immerito nuncupauit.In quibus quum Valeriũ Martialẽ iterpretãdũ desumpserit nõ sentẽtias modo & uocabula eorũq̧ figuras,ut reliqui solẽt,Sed historias etiã lõgius repetitas & uniuersam grãmatices rõnẽ uarie. cõcinne,luculenterq̧ cõplectitur.Vbi quãq̃ pleraq̧ friuola & uulgaria & ad instituẽdos ueluti pueros tradita uident,longe tamen plura occurunt quae doctissimoꝝ aures respuere non debeant.Ita peritis,imperitisq̧ ꝓfuturũ se pollicet. Hos autẽ cõmentarios ex dimidio absolutos, ut ipse in calce operis testatur illustrissimo principi tuo,cui erat in primis deditissimus attitulauit. Huic igitur alteri cõmentarioꝝ parti quã prae manibus habemus,supremã ipse manũ ĩposuit, quæ tamet, si unum duntaxat poetae librũ ĩterpretet,tot tamẽ ac tanta,& tã uaria cõtinet,ut aliquãto minus esse id omne qd' superest,ipse author egregie fateat. Alterã uero partẽ,cui ꝓprie cõtinuis uigiliis,& lucubrationibus insistebat,ut cõpertum habeo,morte praeuentus absoluere nõ potuit. Quicunq̧ igit' de hac recte sentiet,in illa nõ parũ amisisse se iudicabit.Quin etiã hoc op⁹ eodẽ,ut opinor casu pluribus

in locis mendosum nec recognoscere, nec castigare potuit. Quod ego proximis mensibus iussu, & auspicio tuo diligentissime lectitaui, & quoad per me fieri potuit, emendatissimum reddidi, ut quicquid legentes ex hoc labore uoluptatis, utilitatisq; percipient, totum uni tibi principi elegantissimo, eruditissimoq;, atq; optimarum disciplinarum amantissimo acceptum referent. Vale.

PYRRHI PEROTTI in cornu copiæ, siue commentarios linguæ latinæ ad illustrem principem Federicum ducem & ecclesiastici exercitus imperatorem inuictissimum, Procemium.

Moriens olim. P. Maro poeta optimus maximus, librum æneidos, quē tum forte in manibus habebat, testamento cremandum reliquit, indignum opinor existimans opus inperfectum, & cui nondum suprema manus imposita foret, ad posteros peruenire. Durum id atq; difficile uisum diuo Octauio fuit. Hinc enim supremæ uoluntati parere iusq; fasque suadebant, illinc commiseratio quædam tot laborum uigiliarumque & communis iactura, ne id faceret hortabatur. Tandem uero pietati potius in diuinum uatem ac commodo posteritatis, quam legum seueritati indulgēdum ratus, in hæc uerba prorupit, Frangatur potius legum ueneranda potestas, Quam tot congestos, noctesque diesq; labores Hauserit una dies, uiuat Maro doctus ubiq;. Ingratusq; sibi studiorumq; inuidus orbi. Laudetur. uigeat. placeat. relegatur. ametur. Idem mihi nunc usu uenit Federice imperator. Nam cum iam supra quintū annum Pomponius Fortunatus uir sæculo nostro doctissimus, & Romanæ academiæ princeps, ac pleriq; alii studiosi uiri Nicolaum Perottū Siponti Pontificē patruū meū hortati essent, Vt. M. Valerium Martialem optimum quidem poetam, sed uitio librariorum infinitis pene erroribus plenum pro communi studiosorum utilitate emendandum suscipere aggressus est. ille hanc prouinciam libens, & corollarium addidit. Etenim lepidissimum poetam nō modo emendauit, sed etiā interpretatus est. In qua re haud facile dictu esset, quos sustinuerit labores, quot noctes insomnes duxerit, quot græcorum simul, ac latinorū omni disciplinarum genere uolumina euoluerit, tum propter multarum rerum, ac reconditarum in hoc poeta uarietatem, quarū etiam uocabula uix aut nullo modo intelligi poterant, tum propter magnitudinem errorum, quos emendare fere supra uires hominis fuit, tum uero in primis, quod nō est in eo opere communem interpretum morem secutus. Sed ita hunc poetam exposuit, ut ne uerbum quidem reliquerit intactum, uisusque plane fuerit non unum poetam, sed uniuersam linguam latinam uelle interpretari. Omnem tamen difficultatem superauit studium & diligentia hominis, quique omnia uincit improbus labor, talemque post tot epotas lucubrationum fuligines hunc poetam reddidit, ut qui supra octingentos annos a nemine fuerat intellectus, iam ab adolescentibus quoque uel mediocriter eruditis possit intelligi. Verum nullis unquam precibus, nullis amicorum illecebris, quin etiam nullis conuitiis adduci potuit, ut lucubrationes suas in lucem proferret, emendari, duntaxat a suo cæteros codices passus est, plura etiam loca cognitu difficilia quærentibus aperuit, ædere commentarios noluit. Cuius consilii sui rationes afferebat huiusmodi. Si opus æderet, non defuturos qui se reprehenderent, quod iam & ætate grandior & dignitate pontifex ad studia poetarum, a quibus ante uigesimū annum sese ad cælestem philosophiam transtulerat, nunc temere uideretur reuersus. tum multa esse apud hunc poetā uulgi iudicio obscœna, quæ interpretari pontificem indecens putaretur, Quando quidem sunt non nulli qui legere etiam Martialem nepharium censent. Ad hæc non eo animo scriptos a se commentarios, ut proferrentur in lucem, sed sua causa duntaxat, ut quæ tanto studio labore uigiliis inuestigauerat, quotiens opus esset haberet in promptu, Iccirco non modo hinc atque hinc plenos esse totius sui codicis margines, sed multa quoque a se seorsum non breuiter & carptim, ut interpretum mos est, uerū longe diffuseque conscripta sæpe etiam ex libris authorum, qui græce latineq; scripserunt, fere ad uerbum sumpta, quæ si ædi oporteret, in grande nimis uolumen opus excresceret, nec tam unius poetæ quam totius linguæ latinæ interpretatio uideri posset. Non deerant autem qui eas ratiōes ita infringerent, nequaquam turpe esse pontifici emendare, atque iterpretari eum librum, quem non puduit sanctissimum Hieronymum non modo lectitare, sed etiam testimonio eius plerunque inter sacras literas uti. Contēnendum præterea uulgi iudicium, cuius mos est damnare quæ nescit. Nihil apud hunc poetam esse non religiosum, & sanctum reprehendi ab eo obscœnitate quadam uerborū uitia, non laudari, ut mos eorū est, qui hodieq; in templis cōcionantes, quos uulgo prædicatores uocant, Quod si hunc legere nephandum sit, certe nō minus illos audire. Neminem profecto non modo ex poetis, sed ex omnibus latinæ linguæ authoribus eligi potuisse, in quo tāta esset & uocabulorum, & sententiarum, & rerum omnium copia, tanta ubertas, tāta uarietas. Postremo breuitatem tantum ibi custodiendam esse, ubi causa postulat. Alioquin præuaricationem esse transire, quæ necessaria & utilia sunt, aut, quæ inculcare, infigere, repetere oportet, cursim breuiterq; attingere. Cōmētarios huiusmodi eo meliores esse, quo longiores, ut inter Demosthenis & M. Tullii orationes eæ feruntur optimæ esse, quæ maximæ. Ob id uero in primis expeti quod non modo multarum rerū cognitionē habeant, sed plane omnē latinā linguā cōprehendere uideant. nec propterea minus probandos, si qua in iis ex aliis ꝓbatissimis authorib⁹ sumpta sunt. Quādo quidē optimi quiq; scriptores idē fecere, Ita

deniq; diſpoſitos eſſe atq; ordinatos, ut non ſit neceſſe aliquos perlegere, ſed tãtum quiſq; ex iis quæ-
rere poſſit, quantum concupierit. & quod quiſq; quæſierit, facile inuenire. illud etiam pleriq; adde-
bant, niſi commentarios æderet, exiſtimaturos omnes, uel non recti eum eſſe iudicii, uel ĩuidere glo
riæ ſuæ. inuidere præſentium poſteriorumq; utilitati. At ſurdo fabula canebatur. Inter hæc plerique
adoleſcentes ardentiſſimo mecum amore cõiuncti certatim me adeunt. alii diſſimulanter, & furtim,
alii ſimpliciter libereq; hortantes, ne amplius tot hominum deſideria protrahi ſinerem, æderem ipſe
commentarios uel uolente patruo uel inuito, audiſſe ſe a præceptoribus ſuis nihil fieri aut ſtudioſis
utilius, aut eruditis gratius, aut latinæ linguæ commodius poſſe, Si tantum a me beneficium conſe-
quantur, omnes mihi obnoxios perpetuo futuros. Vix poſſem exprimere quo ſtatim ardore flagra-
uerim id opus ædendi. Subreptis itaque mox ex bibliotheca patrui commentariis cœpi clam legere
quæ notauerat, ubi quantum dii boni rerum, quantum uerborum, quãtum uetuſtatis, quæ interpre-
tationes uocabulorum, quæ explicatio elegantiæ, ac proprietatis latinæ linguæ, quæ fabularum mo
numenta, quæ lumina hiſtoriarum, quæ dignitas exemplorum, atq; maieſtas. Certe non liber mihi,
ſed theſaurus quidam uiſus eſt optimarum in omni genere rerum ac reconditarum. Hinc gramma-
tici, hinc Rhetores, hinc poetae, hinc Dialectici. hinc earũ artium, quas liberales uocãt, ſtudioſi, hinc
Medici, hinc Philoſophi, hinc Ciuilis ac pontificii iuris antiſtites, hinc rei militaris Periti, hinc Agri-
colae, hinc Pictores, hinc Architecti, hinc fabri omnes, atque opifices multa & pene infinita haurire
poſſunt eorũ ſtudiis neceſſaria, & ita neceſſaria, ut affirmare auſim plurima eos niſi haec legerint, ad
ipſorum diſciplinas, arteſque maxime pertinentia ignoraturos, ne dicam in multis, ut nunc faciunt,
permanſuros erroribus, quos ſi hac legerint, aliquãdo recognoſcẽt, & hoc opus nõ unius poetæ, ſed
omnium latinorum authorum commẽtarios iure optimo dici poſſe intelligent. Non potui patruũ
meum tacitus non damnare, quod in tanto conſenſu honeſtiſſima rogantium durum ſe potius ne-
gando, quam conſtantem oſtenderet. Et quod Diuus Auguſtus fecerat in uerba illa prorupi. Tam ſa
crum ſoluetur opus, tot bella, tot enſes, In cineres dabit hora nocens, & perfidus error. Quid plura,
Accinxi me ſtatim operi, & quanto potui ſtudio labore uigilantia ab illo, ubicunq; notata excerpſi,
in ordinemque redegi. Nihil autem fere de meo addidi præterquam quod loca quædam, quæ ille
quoniam impuritate quadam atque obſcœnitate uerborum caſtis ac pudicis auribus execrabilia ui-
derentur, curſim breuiterque tetigerit, ipſe latius expoſui, nihil tam fœdum eſſe exiſtimans, quod nõ
turpiſſimum ſit ignorare. Ita præterea opus digeſſi, ut ſi quis ſola huius poetae interpretatione con-
tentus eſſe uelit, deterreri libri magnitudine non poſſit. habent enim ſingula quaeque epigrammata
ſententiam ſuam in principio ſummatim expreſſam. Deinde ubi rubrae ſunt ac grandiuſculae lite-
rae, uis uocabuli, ſiue ſubula, ſiue hiſtoria ad cognitionem auctoris neceſſaria ſuccincte oſtenditur,
quibus ii qui praeter intellectum poetae nihil optabunt, poterunt eſſe contenti. De caeteris uero tan
tum ſumere cuiqne fas erit, quantum uolet, cum in fine operis, quid ſingulis libris contineatur ſerua
to literarum' ordine ueluti quibuſdam tabellis mirifice ſit expreſſum. Properantem autem me tam
expetitum ac deſideratum opus emittere, illud magis ac magis accendit atque inflãmat, quod neſcio
quem uiliſſimum paedagogum non puduit nuper, ut eſt omnium impudentiſſimus, pleraſque ſen-
tentias e ſacrario patrui mei ſumptas (hunc enim humaniſſime ſemper omnibus expoſitũ adire fre-
quens diſcendi gratia ſolebat) tanquam ſuas promere, & tam praeclaris inuentis impudẽtiſſime glo
riari. Nullum enim ultionis genus in hanc beluam accomodatius fore exiſtimo, quam ut omnes hac
noſtra aeditione illius furta uel potius ſacrilegia recognoſcant, & hominis temeritatẽ, ſcelus, ingra-
titudinemque condemnent. Recognoſci autem furta facillime poterunt ex errorum multitudine,
cuius commentarii eius undique ſcatent, quorum bonam partem patruus meus duobus epiſtolarũ
Romanarum. ſ. ac Peruſinarum praeclaris uoluminibus oſtendit. Quis enim ita deſipiat, ut auctorẽ
alicuius præclarae ſententiæ exiſtimaturus ſit eum, quem tam frequenter ac pueriliter errare labique
cognoſcat. Cum ipſe quoq;, quod omnium miſerrimum eſt, negare non poterit, quod erit turpiſſi
mum fateri. Nec uero me ab hac aedendi auiditate deterret, quod grauiter atq; ĩdigne hoc laturum
patruum meum ſimile ueri uideatur, Neq; enim recuſo ſi ita res ferat, pœnas luere ad honeſtiſſimum
factum, & ſubire optimi Pontificis qualencunq; indignationem malo, quam aut hanc iniuriam fa-
cere lucubrationibus eius, ut diutius in tenebris iaceant, aut hanc gloriam relinquere ſordidiſſimo
paedagogo, ut aliorum inuenta ſibi aſcribat, aut tot eruditorum hominũ preces. deſideria. uota con
temnere, ne dicam perpetuum poſteritati damnum inferre. Sed ĩueniſſe me modum opinor, quo pa
trui ĩdignationem euitare facile poſſim. Nam quum te Federice princeps unum ex iis eſſe cognoue-
rim, qui hanc cõmentariorũ æditionẽ maxime cõcupierunt, ſtatui hoc opus tuo ſacratiſſimo nomi
ni dedicare, cuius ille uirtuti atq; auctoritati tantũ tribuit, ut te iſtar numinis habeat. colat. ueneretur.
Feret certe æquo animo patruus me abs te benigne ĩuitatum lucubratiões ſuas tibi uni feciſſe cõmu-
nes. Tuo uero nutu prodiiſſe in lucem, & in eruditorũ tandem manus deſcendiſſe pro ſua in te obſer
uantia iraſci nõ poterit, aut ſi poterit, nolet. En igit' librum ipſum, quem cornu copiæ ſiue linguæ lati
næ cõmentarios inſcripſi, tibi princeps ĩuictiſſime mitto, ut tuo iuſſu auſpiciiſq; ædat', ob id certe fœ
lix futurus, quod te auctore tot eruditi homines ipſum læti alacreſq; excipient. complectent'. oſcula-
bunt', & certatim laudibus cumulabunt. Sed ob id lõge fœlicior, quod tu omnium primus accipies,
& in iſtud tuum dignum diis palatium. digná principe uictore gentium ſedem induces, ubi quum

omnia cernet marmore argento auroque nitentia,& in bibliotheca illa pulcherrima collocabitur. quanquã mutus ſit,& anima carens,mirifice tamen ſentire lætarique uidebitur. Legetur aliquando abs te in quo uirtutes omnes uigent, quæ deſiderari in principe poſſent. experietur humanitatem, clementiam.benignitatem.continentiam tuam.contemplabitur tecum porticus.ædes.delubra tanto ſumptu.arte.pulchritudineq; ſurgentia.admirabitur in te ciuilium ſimul ac multaꝝ rerum uſum. audiet res domi ac foris geſtas.uictorias omnium opinione maiores.ſtratagemata. gloriam.triumphos,quæ iiſdem, quibus ſolis curſus terminus,cõtinentur. Admirabitur in te diuinam illam corporis proceritatem.membrorum robur eximium.uenerãdam oris dignitatem.ætatis maturam grauitatem.diuinam quandam maieſtatem cum humanitate coniunctam.totum præterea talem,qualem eſſe oportebat eum principem,quem nuper pontifex maximus & uniuerſus Senatus omnium rerũ ſuarum & totius eccleſiaſtici imperii ducem,moderatoremq; conſtituit. Tuorum præterea ſtudiorũ atq; ſermonum comes erit & particeps. Videbit atq; intelliget quem honorem dicẽdi magiſtris, quã dignationem ſapientiæ doctoribus habeas,ut ſub te uno ſpiritum & ſanguinem & patriam bonarũ artium ſtudia receperint.quæ ante hac natali ſolo priuata & perpetuo exilio damnata uidebantur. O fœlix atq; iterum fœlix liber. Sed utinã mihi Federice princeps una cum ſuauiſſimo patruo meo fœlicitate iſta perfrui aliquando liceret. Vale princeps mitiſſime.

BREVIS COMMEMORATIO VITAE.M.VALERII MARTIALIS.

Valerius Martialis in Hiſpania Bilbili nobili Celtiberiæ oppido natus eſt, patre Frontone,matre Flacilla. Venit ad urbem Romam ſtudiorum gratia,tenuiq; ſupellectile contentus,in literis duntaxat uerſatus eſt.Scripſit librum Epigrammaton,ut laudaret honeſta,hortaretur homines ad uirtutem,& uitia ſui temporis notaret,quod admixtis ſemper ſalibus,& fere cum riſu facit,ut mos eſt ſcribentium Epigrammata,hoc enim a Satyris differunt,ꝙ illi uitia tantum carpunt, hi etiam honeſta laudant,& ad uirtutem hortantur.Illi graui atq; aſpera oratione ſtomacho ſemper pleni, hi blando ſermone atq; iucundo ſcelera ſuorum temporum notant. Illi longo plerunq; lemmate, & uerborũ copia id faciunt,hi carptim & breui ſermone atq; collecto.Vnde hæc Epigrãmata hoc eſt inſcriptiones dicuntur.Illi in perſonis etiam propriis nominibus inuehunt,hi fingunt noua nomina,propriis parcunt, quod de ſe hic poeta teſtat dũ inquit.Hunc ſeruare modũ noſtri nouere libelli Parcere perſonis,dicere de uitiis.Exceſſit facundia,acumine,copia,ſuauitate, ſalibus omnes, qui ante & poſt eũ carmina ſcripſere.Laudat ſimul atq; reprehendit acriter & ardenter,nec minus polite & ornate. Habet uelut innumerato ſentẽtias aptas ſemper & crebras,grauem & decoram ſtructuram,ſonantia uerba & antiqua,quædam ipſe fingit aptiſſime. Sunt plerunq; i ſermone eius latẽtes aculei. Suſpenſum etiam aliquando lectorem relinquit,& aliquid uult illum augurari potius q̃ legere.tanta præterea in eo,copia,tanta rerum uarietas eſt atq; cognitio,quantam apud nullum uel græcum uel latinum auctorem eſſe contenderim.Floruit temporibus Domitiani Neruæ & Traiani,quibus uariis modis in hoc opere aſſentatur,idq; ea ratione facit,ut per ea quæ in iis eſſe commemorat,quales & ipſi & cæteri principes eſſe debeant,oſtẽdat.Hinc ſæpe ædificia,porticus,templa,uenationes,ludos,ſtratagemata imperatorum,aliorumq; uirorum,ac mulierum cõmemorat.Et enim mos apud ueteres fuit. quoniam monere ſimpliciter principes periculoſum uidebatur,per ironiam eos, hoc eſt aſſentando docere.Sic omnia huius poetæ epigrammata aut bona ſunt,in quibus uidelicet ſimpliciter, atq; aperte ad uirtutem hortatur,aut mediocria,in quibus ea laudat,quæ turpia non ſunt,ſed aliquid habent honeſti,aut mala in quibus uitia hominum carpit obſcœnis uerbis & turpibus.Hoc eſt quod poeta ip̄e ad Auitum libro primo ſcribit. Sunt bona,ſunt quædam mediocria,ſunt mala plura,quæ legis, hic aliter non fit Auite liber. Amicos habuit Plynium ſecundum oratorem,Stellamq;, & Silium poetas ad quos ſæpenumero ſcribit.Publicis quoq; honotibus functus eſt,donatus equeſtri dignitate,prætura,& iure trium liberorum.Ingraueſcẽte demum ætate,tædio urbanarum rerum affectus,in Hiſpaniam rediit.Obiit in natali ſolo inter ſuos magno doctorum omnium mœrore præſertim Plynii, cuius epiſtola extat,in qua audiſſe ſcribit Matialem deceſſiſſe,idq; moleſte ferre, quia uir erat ingenioſus,acutus,& qui plurimum inſcribendo ſalis haberet & fellis,nec candoris minus.Librum hunc epigrammaton eo ordine ſcripſit,quo in præſentia legitur,primis epigrammatibus exceptis in quibus ſpectacula,& ludos ſui temporis deſcribit.Hæc in antiquis codicibus non reperiuntur, haud tamen dubium eſt Martialis eſſe.

Nicolai Perotti Cornucopiæ, siue Commentarioꝝ linguæ latinæ ad illustriss. Principem Federicum urbini ducem, & ecclesiastici exercitus Imperatorem inuictiss. liber primus.

DE AMPHITHEATRO EPIGRAMMA PRIMVM.

b

ARBARA PYRAMIDVM. Blādit domitiano quod amphitheatrum eius præclara totius orbis ædificia operis magnitudine supet. BARBARA. Fera inculta moribus. Barbari ab initio dicti sunt factitio noie, qui dure, atq; aspere loquebant. quēadmodū Blesos ēt balbosq; dicim⁹, qui lingua impediti sunt. unde balbutire est cū quadā linguæ confusiōe trepidare. Cicero, me quidē auctore ēt peripatetici, ueteresq; academici balbutire aliqn̄ desinant. metellū pontificē adeo impedite, ac balbutientis linguæ fuisse tradunt, ut multis mensibus fatigatus tortusq; fuerit, dum meditaꝭ in dedicanda æd' opifere dicere. simus qppe (ut Strabo inquit) ad confingenda cognata rebus uocabula ingeniosi, q̄lia sunt murmur. clangor. strepitus. crepitus & similia. sed quēadmodū ex iis multa iā proprie proferunꝭ, ita hoc uocabulū Barbarus q̄uis a principio eū tantū significaret, qui crasse loquebatur. nūc tn̄ ad eos oēs translatū est, qui nō sint græci, aut latini, quod ii mitiorē linguā habēāt, ac magis cultā. quinetiā inter hos siqs nō recte ꝓferat barbare loqui diciꝭ. unde fit barbarismus, qui definiꝭ una pars orationis enunciatione, uel scripto corrupta, & a poetis metaplasmus uocaꝭ. differtq; a solœcismo, qui ab Asinio capitone definitur impar, & inconueniens cōpositura partiū orationis. a nostris imparilitas. a uetustioribus latinis striblig o dicebaꝭ a uersura, & prauitate tortuosæ oratiōis, tanq̄ streb ligo quædā. siquidem στρεβλῶ apud græcos torqueo ac deprauo significat. unde & striblita appellata est, qđ in circuitu ad restis modū torqueretur, hoc solū differens a placenta, qđ sine melle coquebaꝭ & feruētissima edi solebat. Martialis circūlata diu mensis striblita secūdis, urebat nimio sæua calore manus. Plautus, dū ludi fiūt in popinā pedissequi irruptionē facite. nūc dū occasio est, nunc dū striblitæ æstuāt, occurite. ueteres & latini & græci nō solœcismū barbarismūq; dixerūt, sed βάρβαρον, σόλοικόν τε, hoc ē barbarū ac solœcū. solœci āt nomē a solone deductū Laertius diogenes testaꝭ, qui cū in Cilicia urbē a suo noīe solœ condidisset, pauci ex atheniensibus, quos in ea reliquit, nō multo interiecto tpe, corrupto patrio sermone incōuenienti partiū structura loq cœperūt. quaꝓpter qui eo uitio aliqn̄ uterētur dicti sunt σολοικίζειν, hoc est solœcissare. a poetis solœcismus pro errore metaphorice capitur. Iuuena. solœcismū liceat fecisse marito. Martia. sæpe solœcismū mētula nostra facit. maiores nostri non barbare, sed rustice loqui dicebāt. quapp barbarismi uocabulo nemo ante augusti ætatē usus fuit. græci a principio oīs hoīes se solis exceptis barbaros dici uoluere. per metaphoram quoq; barbari dicuntur illitterati. malis morib⁹. feri. crudeles. a barbaro fit barbaricus eiusdem pene significationis. Apuleius, feris ac barbaricis moribus. & barbaries. inciuilitas. incultus. feritas. & barbaricū neutro genere, clamor exercitus, quod eo uociferandi genere barbari utanꝭ. stulte quidam barbā hinc deductā putāt, qđ eā barbari prælongā ferre consueuerunt. barba enim primogeniū nomen est, & tā de hoībus q̄ de brutis, atq; ēt inaīatis utroq; numero dicitur. nā qđ scribit Seruius, barbam hoium, barbas brutoꝝ esse falsum est. Ply. hircoꝝ si mulceaꝭ barba mitior est. eadē præcisa non abire eos tradūt in alienū gregē. idē, pisces, qui mulli dicunꝭ barba gemina insigniunꝭ īferiori labro. idē tragopogus dicta, qđ barbulas habeat ad hirciæ barbæ similitudinē. hæc herba est, q̄ in acetariis utimur, uulgo barbāpetræ appellāt. in gallia trāspadana barbula hircina diciꝭ ad græcorū similitudinē τράγος quippe hircus ē, πώγων barba alii hanc comē uocāt a comæ similitudine, q꜓ folia in circuitū spargat, alii scandicē. unde p io. cū Aristophanes eurypidi poetæ obiecit, qđ mater eius ne olus quidem legitimū uenditasset, sed scandicē. a barba barbatus dicitur, & contrariū eius imberbis. barbitos quoq; non a barbaro deducitur, licet barbarū hoc est peregrinū uocabulū sit. significat āt maiorē lyrā organo similem sono. quidam latiorē ptē lyræ esse existimāt, & tā fœminino genere, q̄ neutro reperiꝭ. Ouidius, nō facit ad lachrymas barbitos ulla meas. Horatius. age dic latine barbite carmē. idē lesboum refugit tendere barbiton. MEMPHIS. Ordo est. barbara mēphis sileat. miracula pyramidū. mēphis ægyptioꝝ regia est ab Ogdoo rege ædificata, cuius filia mēphis ei nomen dedit, cū qua nilus cōcubuit sub imagine tauri. ab hoc fit memphiticus adiectiuū. Martialis. dat chartis agiles calamos mēphitica tellus. & memphitis. Ogdous autem prius cognominatus est Vohereus, ut Diodorus siculus testaꝭ. SILEAT. Taceat, nō amplius laudet. silere tacere ē, fictū uerbū ab S littera, quæ nota silentii est. unde in ludis litterariis, publicisq; cōuentibus dum uolunt silentiū indicere S litterā q̄si sibilando ꝓnunciant, a quo sibilū qdā deductū existimāt. & sibilare, quod ueteres ēt sifilare dixerūt, & ē cōtumeliosa significatio uocis, unde exsibilare

siue exifilare aliquē dicimur, dū populari & tumultuaria sibilatione eū expellimus, sicut explodere, dū eum fugani⁹ cū plausu. Cicero, histrio si paulum se moueat extra numerum, aut si uersus pronunciatus ē una syllaba breuior, aut longior. exibilatur atq; exploditur, qđ ī litterariis ludis hac tempestate frequētissime fieri uidemus. quidā siphilare a græco deductū putant græci. n. σίφλον cōtumeliā noīant. & quā nos dicimus exibilationē. & σιφλώζειν dicunt explodere, atq; deridere. equidem factitia hæc uocabula esse arbitror. nā plaudere siue plodere est manibꝰ pulsare & strepitū facere, qđ uel lætitiæ uel derisiōis cā fieri solet, a quo explodere est nō simpliciter eiicere, sed manibus cū sono pulsantibus e domo. schola. theatro, aut alio conuentu eiicere. Cicero, quādo pyrrhonis. Aristonis. erilli iāpridē explosa snīa est. ueteres sibū uocabant callidum & acutū. a sileo silentiū deriuat᷑, qđ taciturnitatē significat. unde silentiū noctis pro nocte intempesta ponit᷑, quā alii concubiū. alii conticiniū nūcupāt. & silenta loca, ī quib⁹ siletur. & silex secundū quosdam, quod saxi genus est. quia silētem intra se ignem habeat, qui attritu aut percussu excitetur. silicē tenere in manu solebant iuraturi per iouē hæc uerba dicentes, si sciens fallo, qui me despicit salua urbe arceq;, is me eiiciat, ubi hunc ego lapidem. ab hoc siliceū dicitur, quicqd ex silice est. Virg. spē gregis ah silice in nuda cōnixa reliquit. & siliceriū de cui⁹ significatione diuersi diuersa sentiūt. Pōpeius, genus farciminis esse scribit, quo familia a fletu in luctu purgabat᷑. dictum silicernium, quia cuius noīe instituebatur ea res, is iam silentium cerneret. Cecilius, credidi me silicernium eius esse esurum. donatus, silicernium inquit cœna est, quæ infertur diis manibus, uel qđ eam silentes cernant umbræ, uel quod qui hæc īferūt, cernāt, neq; degustent. nam de iis quæ libantur inferis, quisquis ederit aut biberit, funestatur. hinc Terentius in adelphis appellat senem silicerniū, qui iāiā silentibus umbris cernendus sit. alii silicernium nomen fictum a terētio existimarūt, ꝓ sene, qđ incuruitate silices spectet. qui recte sentiunt, silicerniū affirmāt funebre conuiuiū esse, qđ apud ueteres exiberi senibus solebat dictū, qđ cū silentio edentes cernerentur, uel propter defuncti memoriā, uel quod cogitarent se mox illum secutoros, quapp abeuntes e cōuiuio ueluti se amplius nō uisuri, mutuo se salutabant. Varro, funus executi laude ad sepulchrū antiquo more silicernium confecimus, idest cōuiuium, in quo pransi discedētes dicimus aliis alii uale. silicerniū ergo Terētius senem uocat, atq; decrepitū, hoc est dignū, uel cui silicerniū fiat, uel qui ad silicerniū uocet᷑. alibi capularem senē noīat, q̄si mox capulo efferendū. Plautus acherōtiū, acherōtius senex uetus, decrepit⁹. quidā silatū quoq; a silendo dictū putant, sed falsum est. silatum. n. a sili deriuatur. sile āt herba est, quam alio noīe seselin uocāt, cuius uel radice uel semine uinū cōdiebant, qđ ante meridiē sumere mos erat. propterea silatū antiq dixere, qđ nūc iētaculū dicimus. nec a silendo silus deducitur, nec silones, sed silus primogeniū ē, significatq; nasum sursum uersum, & adūcū. unde galeæ quoq; a similitudine silæ appellatæ sunt, quēadmodū simus uocat᷑, qui pressis est naribus a quo simias qdā noīatas putāt, & masculino genere simios, q̄uis alii q̄si mimias dictas uelint, hoc est imitatrices μιμοῦμαι enī apud græcos imitor est. & græci σιμὸν simū dicūt, usurpatq; id uerbum frequenter Hesiodus de apibus. Virgilius capellas simas uocat. dum tenera attondent simæ uirgulta capellæ. silones uero dicti sunt a silono quodā, quē hirsutis super ciliis fuisse tradūt, sunt āt silones q ꝓminentia habent supcilia. siliquæ quoq; primogeniū uocabulum est. sunt hæ foliculi leguminū. Virg. grādior ut fœtus siliquis fallacibus esset. itē fructus arboris, quā græci Cerauniā, q̄dā ficū ægyptiā noīant, & arbor ipsa siliq̄ appellat᷑ ꝑdulcis ē, & cortex ipse mādit᷑. digitorū hoīs longitudinē habēt, latitudinē uero pollicarē. & nōnunq̄ falcatæ sunt. a siliq̄ fit siliquor uerbū, qđ ē siliquas facio. Ply. inter oēs āt cōstat nihil eē utilius lupini segete priusq̄ siliquet᷑ aratro uel bidētibus uersa. nō defuerūt ēt q silentiū a græcis sumptū existimauerint quibusdam litteris cōmutatis, hi enim σιγὴν silentium dicunt, & σιγῶ sileo. unde sigæum troiæ promontoriū appellatum est pp herculis taciturnitatem. hic enim quia prohibitus hospicio fuerat, simulauit abscessum, moxq; per silentium aduersus troiā ueniens eā cepit.

MIRACVLA PYRAMIDVM. Admiratione, ac stupore dignas pyramides pp earum. s. magnitudinem. tam altæ enim quædam fuisse in ægypto traduntur, ut magna oīum admiratio fuerit, qua rōne in tantā altitudinē subuecta sint cementa. unam ex iis, quæ ex arabicis lapidicinis cōstabat a trecētis sexaginta hoīum millibus annorū uiginti spacio constructam prodiderunt, & in raphanos, alliū. & cepas, quibus operarii uescerent᷑ mille octingēta talenta erogata. neq; aliā ædificandarū pyramidū rationē fuisse, q̄ regū ægypti in erogandis pecuniis stultam ostentationē, siue ne pecuniā successoribus relinquendo īsidiādi sibi cām ꝑberēt, seu ne plebs esset ociosa. tres āt iter memphim & deltā pyramides fuisse cōstat, quarū duæ inter septem orbis spectacula numerant᷑. tertia minor est, licet impēsa maior. medietas inferior ex nigro lapide cōstat, quo mortaria fiūt. hæc dr̄ meretricis sepulchrū fuisse ab amātib⁹ factū, quā sapho doricā uocat frīs sui caraxi amicā, dū e lesbo uinū ad naucratē cōportaret. alii rhodopen noīant, cuius cū lauaret᷑, alterū calceū aquila rapuit, & in gremiū regis iura mēphi dātis dimisit. rex ad

miratus

mĩrat⁹ perquiri mulierẽ iuſſit, inuentã duxit uxorem. defunctæ poſtea ædificata pyramis fuit. pyramides ſunt moles maximæ ita cõſtructæ, ut e lato in acutum tendant, q̃les romæ adhuc extãt duæ iã uetuſtate fatiſcẽtes. dictæ, uel qđ flãmarũ ſimilitudinẽ habẽt. græci.n. πῦρ ignem uocãt, uel a lapide pyropœcilo, ex quo ſæpe ædificabantur. hic & thebaicus uocatur ab ignea quadã uarietate pyropœcilos dictus, a græcis.n. πῦρ ignis dicitur ποικίλοσ uari⁹. pyramidẽ noſtri metã uocãt, qđ termini agroꝝ, qui a metiẽdo hoc ẽ mẽſurãdo metæ dicunť, forma pyramidũ ædificari ſolẽt, atq; ea figura pyramidalis uocatur. quãuis Paulus iuriſcõſultus metam eſſe dicit partẽ molis inferiorẽ, & catillũ ſuperiorẽ. differũt pyramides ab obeliſcis, qđ hi trabes ſunt lapidei lõge pyramidibus minores, ſolis numini ſacrati pp qđ ad radiorũ ſimilitudinẽ fiebãt. apud ægyptios nomẽ habẽt a radio. & plane talis eſt radii forma, dũ p feneſtrã ĩtrat. græci a ueru ſimilitudine ei nomẽ ĩpoſuere, apud quos ὀβελος ueru ẽ, atq; ei⁹ diminutiuum ẽ ὀβελίσκοσ. ueru a noſtris a uerſando deducitur, ut Varro affirmat, ſignificatq; nõ mõ inſtrumentũ, quo cibi aſſantur, ſed ẽt telũ ad eius ſimilitudinẽ factũ. Vir. & tereti pugnãt mucrone, uerūq; ſabello. unde ueruta pila dicũtur, quæ uerua habent præfixa. & ueruculum ab eo deducitur, quaſi puũ ueru. inſtrumentũ eſt, quo fabri e ferro utunť. Ply. ſpuma ex argẽto ſublata ueruculis ferreis, atq; in ipſa flãma cõuoluitur ueruculo, ut ſit modici põderis. a pyr ẽt græca uoce ignẽ ſignificãte pyræus deducť, ſic.n. uocitatus ẽ atheniẽſiũ portus ab aduentantiũ peregrinorũ multitudine ſp feruens, uel a pyræo ꝓmontorio (ut qdã ſentiũt) qđ radiis ſolis exuritur. & pyralis uermis ĩ igne uiuẽs, de quo inferius dicemus. & pyramus ꝓpriũ nomen, adoleſcens mẽphiticus fuit, q thyſbes amore ardens ſeipſũ interemit. itẽ eſt hoc nomine flumẽ inſtar nili limũ deferens, qđ magnã ciliciæ ptẽ adiecit, de quo extat illđ oraculũ. tũc erit undiſon⁹ late cũ pyramus olim littora pfundens cyprũ labetur in almã. in mediis qppe catoniæ cãpis nauigabilis deferť, & p anguſtias tauri ĩ ciliciã elabẽs ad oppoſitũ huic, & cypro trãſitũ erũpit. & pyrene mõs hiſpaniæ a crebris fulminũ ignibus, unde pyrenæus deducť, qppe pyrenæi montes uocitanť, q in hiſpania a pyrene ortũ habẽtes in galliã ꝓtenduntť uſq; ad alpes. item pyrenæus propriũ nomẽ. & pyrodes cilicis filius, qui prim⁹ e ſilice excuſſiſſe ignem dicitur, quẽadmodũ aſſeruaſſe in ferula prometheus. & pyrous nomẽ unius ex ſolis equis quaſi ardẽs, quẽadmodũ alius Aethon uocitatus eſt ἀπὸ τοῦ αἴθω cremo. Alius phlegon παρὰ τοῦ φλέγω ardeo, nam alius a lumine eous apellatus eſt, qđ mane aſſurgens orbẽ illuminet, ἕωσ enim græce lux ẽ, unde ἑωσφοροσ lucifer dicitur, ꝓ quo nos eoum dicimus. & pyrgus turris, qđ fulgureis ignibus feriri turres cõſueuerunt, a cuius ſimilitudine pyrgus ẽt uaſis genus dicitur quo iactari tali cõſueuerunt, latine turricula dicitur, de qua Martialis, quærit cõpoſitos manus improba mittere talos ſi per me miſit nil niſi uota facit. apyrgus quẽ turrim ſignificat, pyrgũ dictũ eſt nobiliſſimũ tuſciæ caſtellũ eo tpe quo tyrrheni pyraticã exercebant. ſiquidem pyratæ dicuntur, qui maria latrociniis infeſtãt, unde ars ipſa pyratica appellať, ſumpto uocabulo ab eo qui primus hoc noĩe mari infeſtus nauigantibus fuit, & pyrgoteles propriũ nomẽ. ita.n. uocatus eſt gẽmarum ſculptor nobiliſſimus. qđ Alexander Macedo edictũ feciſſe phibetur, ne imagines ſuæ ab alio q̃ a pyrgotele ſculperenť, & pyrites lapis, qđ plurimus illi ignis ſit, hunc nos ignariũ dicimus, qdã ẽt uiuũ uocant exploratoribus caſtrorũ maxime neceſſarius, quia clauo uel altero lapide percuſſus ſcintillas ædit, quæ ſulfuratis, aut fungis aridis, uel foliis exceptæ dicto celerius ignẽ trahunt. qn & molaris lapis pyrites uocať, qđ in eo quoq; ignis cõſpiciať. eſt & ali⁹ pyrites æris ſimilitudine in cypro reperiri ſolitus, & circa acarnaniã, cuius uſus in medicina non puus eſt, & Apyrotus gẽma, de qua inferius dicemus, cui ignis nõ nocet. & pyretrã herba quã uulgo nũc draconem uocant adurẽs linguã, & mordicãs tã folio q̃ radice, gratiſſima in acetariis, uerũtamen nec ſalẽ nec acetũ exigẽs, cũ utriuſq; ſaporẽ in ſe habeat. & pyra lignorũ ſtrues, in qua cremari corpora ſolebãt. & pyromantia, de qua inferius dicemus, & (ut qdã putant) pirum, quod id genus pomi ad ſimilitudinẽ pyramidis e lato in acutũ tendat, flãmæ ſimilitudinẽ reddens, q̃uis non per y pſilon, ſed per i noſtrũ ſcribi uſus obtĩuerit, & pyrrhus ruffus. a quo pyrrhus ꝓpriũ nomẽ, de quo inferius dicemus. & pyretus febris ab ĩcendio appellata, quẽadmodũ apud nos febris a feruore. & pyriaſis fomentũ, qbus uocabulis medici noſtri plerũq; utuntur. & pyrodes lapis, quẽ ſuperius diximus pyritẽ appellari. pyr ẽt nucleus oliue dicitur, qđ facile ignẽ cõcipiat. & pyros frumentum, & pyrolabes, forfex, ꝙ ea quæ ignita ſunt capiat, ſicut pyrobola malleus, ꝙ ignita percutiat. MIRACVLA. Miraculũ dicitur quicquid admirationem afferre põt, q̃ſi ſit contra naturã, pp qđ ueteres mira, & miracula pro mõſtris atq; horrendis poſuere. Plau. nimia memoras mira. Vir. oĩa cõmutat ſeſe in miracula rerum. hinc Accius. perſonas diſtortas oribus deformes miriões appellat, mirius quoq; antiqui dixere pro magis mirũ. Var. nunqd hoc mirius. hæc a uerbo miror deducta ſunt. mirari ãt proprie eſt re aliqua tanq̃ noua obſtupefieri. Virg. artificũq; manus inter ſe, operũq; laborẽ miratur. aliquando tamen mirari eſt cum uoluptate & delectatione intueri. idem, ſeu quis olympiacæ miratus præmia pugnæ.

pascit equos. sed cũ dicimus me miror. te miraris. se miratur tunc mirari significat placere, & de se magnifice sentire. Martia. qui se mirant, in illos. ab hoc fit cõpositũ admiror, quod est aliquando stupore afficior. Cicero. cũ ob id uehementer admiratus in urbẽ rediissem. aliquãdo ueneror. Vir. ille operũ custos, illũ admirant, & oẽs circũstant, ab hoc fit mirabile & admirabile, qđ admiratiõe dignũ ẽ. & mirificũ, & mirifice aduerbiũ & mirũ ĩmodũ hoc ẽ in maiorem modũ & nimirũ, qđ significat certe. & admiratio pro stupore, & admirabũdus, hoc est plenus admiratione. ASSIDVVS IACTET NEC BABYLONA LABOR. Nullus extollat amplius mœnia babylonis, qđ tanto labore ædificata sint. Babylon mesopotamiæ urbs est chaldaicarũ gentiũ caput, quæ summã claritatem obtinuit in toto orbe, pp quã reliqua pars mesopotamiæ, assyriæq; babylonia appellata est. muri ambitũ habet trecentorũ & octuaginta quinq; stadiorũ, quorũ altitudo pedes duceni, latitudo quinquageni in singulos pedes ternis digitis mẽsura ampliore, q̃ nostra. uia in mœnibus ipsis tã lata, ut quadrigæ sibi inuicẽ occurrentes facile ptransire possẽt. quapropter inter septẽ orbis spectacula numerant. hãc urbẽ Semiramis cõdidit quã cũ aliqñ circa cultũ corporis occupata defecisse ĩtellexisset, soluta adhuc altera criniũ pte ad eã recuperandã cucurrit, nec prius decorẽ capillorũ redegit in ordinẽ, q̃ urbẽ ĩ suam potestatẽ restitutã uidit, tantæ alioquin libidinis, ut nõ mõ filiũ, sed equũ quoq; usq; in coitũ amauerit. quã lõge ĩ hoc ab othone differẽs, q cũ romanis oĩum gentiũ fortissimus imperaret, speculũ in bello ciuili cõtra uitelliũ deferebat, ut se dũ tolli signa iuberet, armatũ cõptũq; intueretur. a babylone babylonii dicuntur, quẽadmodũ a calydone calydonii. itẽ babylonicus adiectiuũ, unde babylonicæ uestes dictæ. NEC & non. neq;, & qđ ab eo papocopen factũ est, nec in copulatiuã & negationẽ resoluunt, idest in & non. ut non feci hoc, neq; facerẽ. sed si sequat enim uel uero simplicis negationis uim habet, ut nec enim id facerẽ. i. nõ enim facerẽ. ponitur nec aliqñ pro ẽt. Quintilianus. persolui gratia non põt, nec malo patri. Cicero quidẽ hoc modo dicendi nõ utitur, nec unq̃ & uel nec, pro etiam ponit, quod fere omnes posteriores fecere. ASSIDVVS. iugis. continuus ab assideo uerbo, quod in ea re quã continue agimus, q̃si consedisse uideamur. unde assiduitas pro diligentia ponitur, & econtrario resides dicunt segnes atq; ociosi. aliqñ assiduus, p frequẽs capit. Virg. assiduus ueniebat. assidui etiam dicebant, qui locupletes erant & facile cũ id tempus postulabat munera populo p̃stabant, & tunc ab asse hoc est ære dando dicuntur. item assiduos aliquando dictos inuenimus, qui asse suo, hoc est sua pecunia & sine stipendio militabant. LABOR. Opera defatigatio in mœnibus ædificandis. antiqui in nominatiuo labos dicebant. sicut arbos. honos. colos. uapos. clamos, quæ etiam apud probatissimos auctores frequenter reperiuntur, sicut econtrario. ualesius fusiusq; pro Valerius & furius, & libesum pro liberũ. ab hoc nomine laboro uerbũ deriuatur, qđ interdũ est fatigor & cum labore ago. Seneca, iugiter fodiendo laborat. unde & laborare per metaphoram capimus pro male habere, propter quod laborare febre. laborare podagra. laborare dolore dentiũ dicimus. Ply. succus eius podagra laborantibus prodest. interdũ enitor. conor. quod etiã eius compositum elaboro significat. Cicero. nihil enim mihi ita elaborãdum est, q̃ ut cõsilia nostra nemo ĩtelligat. & aliud compositum eius illaboro, quod significat labore uaco. unde inelaboratum atq; illaboratum deducuntur, quæ ita inter se differũt, quod inelabotatũ dicitur, quod non satis artificio excultũ est. illaboratum uero, qđ sine labore uidetur factũ. illud uitio dari solet, hoc laudi. Quintilia. de Cicerone, cum interim hæc oĩa quæ uix singula quisq̃ intentissima cura cõsequi posset, fluunt illaborata. & illa qua nihil pulchrius auditu ẽ oratio præse fert tã fœlicissimã facultatẽ. aliqñ compono. colo. Vir. arte laboratæ uestes, idest compositæ, & laboratũ agrũ cultũ appellamus. hinc laboriosus homo dicitur laboris sustinẽs. & laboriosum opus difficile, & qđ nõ sine labore perficitur. & laborinus cãpaniæ nobilis campus, ĩ quo adeo pinguis terra est, ut stipulã tantæ crassitudinis faciat, qđ ea incolæ pro ligno utũtur. propterea dictus laborinus, qđ ingens labor est in eo colendo, qppe solum habet arduũ opere, difficile cultu bõis suis (ut Ply. inqt) pene acrius q̃ uitiis quẽ pascit, affligit agricolã. græci phlegræum appellãt ἀπὸ τοῦ φλέγειν, qđ ẽ urere atq; inflãmare, qm̃ ea terra præliorũ cõcitatrix fuit, dum ibi gigantũ bellũ exarsit. duo. n. phlegræi cãpi sunt, alter in græcia, ubi cũ gigãtibus a ioue pugnatũ est, alter in cãpania. in quo Hercules, cũ iis præliũ cõmisit. de quo Strabo, fortunatus erat & cãpus noĩe phlegræus, in quo res a gigantibus gestas fabulæ diuulgant. nullam aliam ob causam, ut credi fas est, q̃ q terra ipsa suapte natura præliorum concitatrix est, de hoc cãpo sic scribit Ply. quantũ ãt uniuersas terras campus campanus antecedit, tm̃ ipsum pars eius quæ laboriæ uocantur. finiuntur laboriæ uia ab utroq; latere cõsulari, quæ a puteolis, & quæ a cumis capuam ducit. quidam laborem a labo dictum putant, quod non sine lahore surgunt, quæ facile ceciderũt. labare. n. ruere est, & repente cadere. Virgil. labat ariete crebro ianũa. a quo fit labasco. Teren. labascit uictus uno uerbo. & utrunq; primã syllabã correptã habet. reperiturq; etiã labascor. Varro, postq̃ uidi misericordia labasci mentẽ ĩfirmã populi. labor autẽ uerbum

producit

producit primā ſyllabā, & ſignificat leuiter ac ſenſim deſcendo. Cicero, nō quaſi unū ex hac urbe miſſum, ſed quaſi de cælo delapſum in hanc urbē intuent̃. labi ēt dicimus eos, qui in lubrico figentes ueſtigia in terrā ruūt. unde lapſus aliqn̄ pro ruina accipitur, & p tranſlationē eos q̄ uel a nimia infirmitate uel imprudentia deliquerunt, lapſos noīamus. elabi quoq; eſt periculū fugere. nā quēadmodū anguis lubricus & murena, & anguilla manu prehēſa lapſu fugiūt, qđ eſt e manu elabunt̃, ita q̄ e medio periculo euadūt, elapſi dicunt̃. Plau. quid? cū manifeſto tenetur, anguilla ē, elabit̃. Vir. ecce aūt elapſus pyrrhi de cæde polites. Cicero p tranſlationē, hic fratre ſuo cēſore, qui proxim⁹ ante me fuerat elapſus eſt. hoc eſt accuſatorū ueluti præſentium manus effugit. A labor deducitur lubricus, quaſi labricus. ē aūt proprie lubricus in quo qs inſiſtere & ingredi nō pōt, quin labat̃. quales ſunt herbæ profuſæ ſanguine. marmora leuigata. glacies cōgelata. & hmōi. hinc p tranſlationē lubricā adoleſcentiā uocamus, in q̄ q ſunt facile labuntur. anguilla quoq; & murena & ſimilia lubrica dicunt̃. & pes lubricus, qđ in lubrico eſt, & oculi lubrici qđ in lubrico poſiti ſint, ita ut nō poſſint cōſiſtere. hic lubrici (ut quidā exiſtimāt) appellati, de quibus inferius diſſeremus. itē ab eadē cōpoſita fiunt. allabor quo poetæ utuntur p iuxta nauigo. Claudianus, ſiculis allabitur oris. itē interlabor, ideſt inter aliquid labor. delabor, deorſum labor. elabor effugio & eiuſdē pene ſignificationis. dilabor. prolabor idē fere qđ labor prælabor ante labor. illabor ītra labor. collabor uel labor, uel ſimul cū aliquo labor. a labor fit labilis, qui facile labit̃, & labes quæ mō ruinā ſignificat. Virgi. hic mihi prima mali labes, modo maculā tractū ab oleo, aut alio liquore, qđ in ueſtem lapſa eā fœdent. hinc fit labefacere & frequentatiuū eius labefactare, quæ ſignificant īterficere maculare. laſſum quoq; a labore dictū pleriq; axiſtimāt. ſignificat āt tā corpore, q̄ aīo fatigatū, hoc eſt labore affectū, unde laſſitudo p defatigatione accipit̃, & ea moleſtia, quā ex labore ſuſcepimus, laxū uero a lato deducitur proprieq; latū ſignificat & ſpatii maioris. Vir. & primū laxos tenui de uimine Cyclos ceruici ſubnecte. A quo laxo uerbū, dilato remitto, & laxitas dilatatio. remiſſio. Relaxatio. nā & relaxo ab eodem deriuatur. Cicero. & admittēda hoīum cuiuſq; mōi multitudo adhibēda ē cura laxitatis. Et laxū aduerbiū pro late. Martialis. & adhuc ſupererat centies tibi laxū. Aliquādo tamē laxū ſignificat molle. remiſſum. languidum. Vir. & premere & laxas ſciret dare iuſſus habenas. unde laxi rudētes. laxi funes dicunt̃. hoc eſt lāguidi. ſemicōſūpti. & uela laxa quādo uenti nō flāt. A laxū fit prolixū. quaſi porro laxū. qđ longū latūq; eſt. & aliquādo ſupfluū. unde prolixā orationē. prolixū iter. prolixa uerba dicimus, a quo prolixe aduerbiū, lōge lateq;, & prolixitas longitudo quæ & prolixitudo a ueteribus dicta ē. Pacuius, oro in me ne flectas fandi plixitudinē. IACTET. Laudet. extollat. iactare proprie eſt frequēter iacere. Seneca, dum lapillo iactaret in puteū, ponit̃ & pro ſuo primogenio. Vir. & dextra iactata recūbit in armo. p metaphoram autē aliqn̄ iactare pro uoluere accipimus. idē. atq; illū tales iactātem pectore curas, mō p fatigare. concutere. uexare. affligere. idē iactatos æquore toto troas reliquias danaū atq; īmitis achilli. Cicero, iactatur domi ſuæ uir primarius, & homo honeſtiſſimus pro ſe qſq; manus afferet. ex quo apparet ridiculā eſſe differentiā, quā facit Seruius cū inquit, iactamur in mari fluctibus. fatigamur in terris. cū Vir. ipſe dicat, multū ille & terris iactatus & alto. ab hoc fit iactura pro dāno. & qm̄ uerba, quæ uel inaniter uel temere effundūt̃, quodāmō iactari uidētur, factum eſt ut iactare interdum ſit inaniter loqui. Vir. talia iactanti ſtridens aquilone procella uelum aduerſa ferit. modo temere laudare. ut hoc loco, & apud eundem Virgiliū, quē iuxta ſequitur iactantior ancus. ab hoc iactantia deriuatur, quæ aſt inanis de ſe & ſtulta prædicatio. a Cicerone ēt iactatio dicitur & definitur uoluptas geſtiens & ſeſe efferens inſolentius. iactāter aduerbium cum iactantia ſignificat, & ſimiliter iactuoſe, quo uſus eſt Cicero, cum ſint multa iactuoſe dicta, & alibi noīe eius eſt uſus. cum ſint luminoſe & quaſi iactuoſe partes duæ. iactabundus pro gloriabundo accipitur, & ſeſe inaniter iactante. iacto a iacio deductum eſt, quod modo ſignificat emitto. Apuleius, multis in eum lapidibus iactis, a quo iaculum dicitur qcq̄d iaci in longum pōt. & iaculor uerbū. Claudianus, latis iaculatus in aruis. & iaculatio pro iactu & emiſſione, & iaculus ſerpentis genus, qui ſubit arbores e quib⁹ ui maxima uibrat. penetrat animal quodcūq; obuiū fortuna fecerit. Lucanus, & natrix uiolator aquæ, iaculiq; uolucres. & iaculamentū pro iaculatione. & quo Apuleius utitur, iaculamē. & iaculator, & iaculatrix modo iacio ſignificat pono. Cicero, in quo tēplo quātū in me fuit ieci fundamenta pacis. Vir. oīs in hac certā regio iacit arte ſalutē. a iacio cōpoſita fiunt adiicio, qđ eſt addo adiūgo, a quo grammatici adiectiua dixerunt quæ ſubſtantiuis adiungunt̃. dicimus āt adiicio huic rei, & adiicio ad hanc rē. circumiicio, circū aliqd iacio. interiicio inter aliquid iacio. unde circūiecta impedimenta dicimus, & interiectū tp̄s hoc eſt īterpoſitū. & apud grāmaticos interiectio pars orationis quæ in oratiōe īterponit̃. obiicio, oppono. unde obiectus. oppoſitio cuiuſcunq; rei ac etiā uerborū, dr̃. & obex qđ proprie ſignificat obiectum ſiue obiectionē cuiuſcūq; rei. Vir. intra ſe uaſti proteus tegit obiice ſaxi. quapropter peſſulū ſerāq; hoſtiorū obices dicimus. philoſophi

neutro genere obiectũ uocant qcqd cerni põt, hoc eſt quicq̃d oculis obiicit᷑. obiicio ẽt aliquãdo eſt repente oſtendo. Claudianus, ex tẽplo ſeſe mediis obiecit in armis. traiicio, qđ ĩterdum eſt tranſporto. Saluſtius, iã oẽm exercitũ traiecerat. interdũ trãſeo. Iuſtinus, poſtq̃ copiæ oẽs amnem traiecere. aliqñ ẽt utrũq; coniunctim. Liuius, traiecit copias hiberum. Plautus, traiecit exercitum iſaram. traiectus & tranſfretationẽ & tranſitũ ſignificat. eſt qñ traiicio pro extendo poſitum reperiatur, Virg. & uolucrẽ traiecto fune columbã. quo tendũt ferrũ malo ſuſpendit ab alto. traiectitia pecunia (ut Modeſtinus affirmat) dicitur quæ trãs mare uehitur. qđ ſi eodẽ loco cõſumatur nõ eſt traiectitia. abiicio eiuſdẽ fere cũ proiicio ſignificationis, unde abiectus dicitur hõ uilis atq; contẽptus. proiectus uero puer expoſitus, qui ſi educat᷑ proiectitius uocat᷑. porricio q̃ſi porro hoc eſt ualde iacio, qđ uerbum ſolẽne ſacrificantibus erat. Veranius, exta porriciunto diis in altaria. aráue. focumue. eoue quo exta dari debebunt. Virgi. cum ſacrificiũ diis maris faceret. dii quibus imperiũ eſt pelagi, quorũ æquora curro uobis lætus ego hoc cãdentem in littore taurũ cõſtituã ante aras uoti reus, extaq; ſalſos porriciã in fluctus & uina liquẽtia fundã. Plautus, nã ſi ſacrificem ſummo ioui atq; ĩmanibus exta teneã, ut porriciam. interea loci ſi thuri quid det᷑, potius rem diuinã deſeram. porro interdũ idem ſignificat, qđ uero & autẽ, quæ ita collocantur frequenter ut nunq̃ referant᷑, ſed tm̃ ſententiam a ſñia diſtinguãt. uerum hoc ab illis differt, quod illæ nunq̃ in fronte ſententiæ collocant᷑. porro uero ſæpius. Quintilianus, porro qui conſenſum defendit, nõ abſolutionẽ ſceleris petit, ſed licentiam ꝑ illa diceremus, qui uero, uel qui ãt conſenſum defendit. interdũ uero porro ſignificat lõge. ualde. certe. poſtea. ultra. ideo ſæpe non in principio ſententiæ, ſed in medio inuenit᷑. Virgi. hinc maxima porro accepit roma, & patriũ ſeruauit honorẽ. ideſt poſtea uel poſt longũ interuallũ eſtq; aduerbium tpis. deiicio, qđ proprie eſt deorſum mitto. Vir. toto genitrix quæ pluria cœlo deiicit in terras. aliqñ ponitur pro depello. Cicero, ſi me ædilitate deieciſſet. aliqñ pro auerto. idem, nec uero uſq̃, nec a republica deiiciebam oculos hinc fiunt deiectus & deiectio notæ ſignificationis. eiicio proprie excludo. Vir. necnon tarquinũ eiectũ porſena iubebat accipere. aliqñ extẽdo. idẽ, eiectoq; ĩcũbit cernu⁹ armo. eiectũ idẽ, ꝑ naufragio poſuit. eiectũ littore egẽtẽ excepi. ab hoc fit eiectitiũ adiectiuũ. Ply. uulua eiecto partu melior q̃ ædito eiectitia uocatur illa, hæc porcaria. proiicio abiicio, ut diximus. Cicero, quid ſi eũ ex urbe proieceris? aliquãdo porro iacio extendo porrigo. Virgil. proiectaq; ſaxa pachini, & alibi. proiecto dum pede leuo aptat ſe pugnæ. Siſenna. uetus atq; ingens erat arbor ilex, quæ circũ proiectis ramis maiorẽ partem loci ſummi tegebat. ab hoc fit proiectus quartæ declinationis pro extenſione & porrectione. Lucretius, qualibet immani proiectu corporis extet. iniicio intro iaceo. Plautus, anteq̃ hæc in domũ iniicias. uel in aliquid iacio. idem, iniiciã in eum manum. a quo manus iniectio dicitur. eſt ãt manus iniectio non pulſatio & ui facta iniuria, ut legulei noſtri tpis accipiũt, ſed uendicatio rei nobis debitæ nulla iudicum auctoritate expectata. Quintil. patri in filiũ, patrono in libertũ manus iniectio ſit. Paulus, ſi titius ſeruũ uendidit ea lege, ut ſi romæ moratus eẽt manus iniicere liceret, emptor alii eadẽ lege uendidit, & ſeruus fugit a ſecundo emptore, & romæ moratur, quæro an ſit manus iniectio, & cui? Virg. iniecere manũ parcæ, hoc eſt traxerunt debitum ſibi. ſubiicio mõ ſubdo. ſuppono. idẽ, & ramea coſtis ſubiiciunt fragmenta. aliquando. ſubiugo. Cicero, tot ſibi populis repente ſubiectis. unde ſubices Ennius pro ſubiectis poſuit. ergo deum ſublimis ſubices. humidus, unde oritur imber ſonitu ſæuo & ſtrepitu. aliqñ etiã ſubiicio noue pro ſurſum iacio ponitur. Vir. quantũ uere nouo uiridis ſe ſubiicit alnus. reiicio modo retro iacio, repello. Virg. a flumine reiice capellas. modo refuto. abiicio. Apuleius, me uero tanq̃ inutilẽ reiecerunt. a quo reiculæ dictæ ſunt oues, aut ætate, aut morbo graues. Cato & ut in grege opilio minus idoneas oues remouere ſolet, quas reiculas appellant. reiicio etiã honeſte pro euomo ponitur. Ply. uini pluſculum ſi a ieiuno ſumatur, deinde reiiciatur. inde reiectio & reiectus pro uomitu. idem, & uernatio utilis erit, ſi poſtq̃ ſorpta fuerit, ſtatim reiectio ſequatur. Celſus. & reiectus cibi non erit inutilis, ſi raro fiat. amicio. induo circumiicio, a quo amictus. indutus. & amiculum ueſtimenti genus, qđ ĩſtar pallii humeris circũiicitur. amicinũ uero utris pediculũ eſt, ex quo uinũ diffunditur. ueteres amicibor uſurpauere. Plaut. ſubnixus alis me inferã, atq; amicibor glorioſe. amites uero aucupales pticæ dicuntur. coniicio interdũ iacio. Virg. telũq; imbelle ſine ictu coniecit, interdum certo. Afrã. noli matrem me p̄ſente cũ patre coniicere. aliquando ago. idem, cauſam coniicere hodie apud te uolo. ambon adeſtis? profuturos arbitror. nõnunq̃ abſcondo. Plau. coniice. conde. cæla ne quis uideat. plerũq; ſubtiliter conſidero & quaſi futurum intueor, a quo fit coniecto & coniector eiuſdem ſignificationis, & coniectus directio quædã rationis ad ueritatẽ, a quo dicta eſt coniectura, a quo apud rhetores ſtatus cõiecturalis. uñ ẽt ſomnioꝝ atq; ominũ ĩterp̄tes cõiectores uocamus. & coniecturariũ dicim⁹ efficax atq; ꝑfectũ. Cicero, illud uero mihimet cõiecturariũ. MOLLES. Nõ duri, nõ ſolidi atq; cõſtantes, quales ſunt amphitheatri, quod duro marmore conſtat, & hoc ĩcipit

propter

propter uitigineũ ſimulachrũ ac ſcalã, & cætera armamenta lignea, quæ cõparatione lapidũ ex quibus ædificatũ eſt amphitheatrũ, mollia ſunt. cõſtat ſane ĩ tẽplo epheſiæ dianæ, de quo loquitur tectũ fuiſſe e cedrinis trabibus. ſimulachrũ uero deæ, uitigineũ, multis additis foraminibus ex quibus nardus fluebat, ut medicatus humor aleret, contineretq; iũcturas. item ſcalis tectum ſcandi ſolitũ uite una cypria. ualuas uero fuiſſe ex cupreſſo, q̃ poſt quadringentos annos ita durabãt, ut nouis ſimiles uiderẽt. huius tẽpli architectus Cteſiphon traditur, ĩcenſum olim fuit ab heroſtrato ea dũtaxat ratione, ut ob aliquod facinus nominaretur. ruſuſq; ornamẽtis a mulieribus collatis ædificatũ. mollis proprie ſignificat tenerũ, & cõtratiũ duri. a mouendo q̃ſi mobilis, qđ in quacũq; parte facile trahi ac moueri poſſit. Vir. qđ nemora æthiopũ molli canentia lana? idẽ, mollia luteola pingit uacinia calta. inde fit, qđ cũ homine iunctũ, mõ laudem ſignificat, modo uituperationem. laudem, ut molle ingenium, quod facile diſcit, facileq; inſculpitur, uituperationem, ut mollis homo. ideſt effœminatus, non ſeuerus, non fortis, non animi conſtantis, reſiſtentiſq; fortunæ. per metaphorã uero, qm̃ ea quæ tenera ſunt ꝑ uoluntate noſtra facile tractamus, & quocũq; libet ducimus, mollẽ aliqñ pro domito ponimus Virg. belgica uel molli melius feret eſſeda collo, uel pro facili. idem, iuuat ire iugis, qua nulla priorum caſtaliũ molli diuertitur orbita cliuo. uel pro maturo, idem, ſunt nobis mitia poma, caſtaneæ molles, & preſſi copia lactis. unde uina mollia dñr, ideſt defecata & aſperitate carẽtia uel pro opportuno ac tẽpeſtiuo. idẽ, ſola uiri molles aditus & tpa noras, uel pro remiſſo & cõtẽnendo. idẽ, tua mœcenas haud mollia iuſſa, uel pro ſuaui ac iocũdo. idẽ, molleſq; ſub arbore ſomni, uel pro placido. Cicero, & Anibalẽ iuueniliter exultantem patientia ſua molliebat. hinc fit mollicies. & molliter aduerbium. & mollio mollis, qđ ẽ placo. & cõpoſitũ ab eo emollio. & molleſco. & mollifico. & mollificatio. & mollefacio. & mulceo, qđ ẽ delinio, quaſi molliceo. unde demulceo. mulſum. aqua mulſa. & mulciber, de qbus inferius dicemus. & mollitudo pro mollicie. Cicero, lenitudo oratiõis mollitudo corporis, & molluſca gen⁹ nucis a mollicie ita appellata, de qua inferius dicemus. & malleus (ut quidã putant) fabrile inſtrumentum uulgo notũ, uel ꝙ res duras molliat quaſi molleus. uel qđ ea, quæ dura ſunt molliunť ad ignẽ ut malleis flagellentur. a malleo fit diminutiuũ malleolus. quod modo paruum malleũ ſignificat, modo nouellũ palmitẽ uitis innatũ prioris anni flagillo cognominatũ ab ipſius mallei ſimilitudine, uel qđ in ea ꝑte, quæ deciditur ex ueteri ſarmento prodiens utrinq; malleoli ſpeciẽ ꝓbet. uel qđ (ut Ply. ait) ſolebat capitulatus utrĩq; e duro ſurculus ſeri, eoq; argumẽto malleolus ẽt nũc uocať. & mulier q̃ſi mollier, & mollicina ueſtis a mollicie. Nonius, mollicinam chiroditã, reciniũ. HONORES. Pulchritudines. honor. n, proprie dř reuerentia & dignitas, quæ quauis ex cã alicui exhibetur. Vir. nec me tali dignor honore. Cicero, tu cũ ea quæ es a ſenatu ſummo cũ honore tuo conſecutus. qm̃ uero multa ſunt pp quæ exhibere honorem ſolemus, factũ eſt ut pro diuerſitate ſubiectæ materiæ hoc uocabulũ diuerſa ſignificet. hinc aliquãdo honorẽ pro pulchritudine ponimus, ut hoc loco, & apud Virgiliũ, frigidus & ſiluis aquilo decuſſit honorẽ. aliqñ pro obſeruantia & cultu, idẽ, ſemp honore meo, ſemp celebrabere donis. nõnũq̃ pro pudicitia. idem, & rapti ganymedis honores. modo pro hoſtia. idem, meritos aris mactabat honores. interdum pro præmio. idem, ipſis ꝑcipue ductoribus addit honores. plerunq; pro ſepultura. idem, cernit ibi mœſtos, & mortis honore carentes. item pro ſacrificio idem, forte die ſolẽnem illo rex archas honorem amphitrioniadæ magno diuiſq; ferebat. itẽ pro dilectione & amore. idem, per ſiquis Amatæ, tangit honos animum. honorem municipalem appellat Caliſtratus iuriſcõ. reipu. adminiſtrationem cum dignitatis gradu, ſiue cum ſumptu. ſiue ſine erogatione contingens. honori non cedere eſt parem eſſe meritis accipientis in dandis muneribus. Virg. nec cedit honori. teſtilibuſq; onerat donis. ab honore dictum eſt ius honorariũ ius prætoris. item honorarii ludi, quos & liberarios uocabant. & honoro uerbum qđ eſt colo & ueneror. & honorum adiectiuum ſicut a cano canorum. & honorificum quod ẽ plenũ honoris. unde fit honorifice aduerbiũ. & honorificentia nomẽ. & honeſtum quod mõ ꝓbũ ſignificat. a quo honeſtas & honeſtitudo deducuntur. & honeſte aduerbiũ. & honeſtum ſubſtantiuũ, ꝙ uirtutẽ & probitatẽ ſignificat. definiturq; honeſtũ eſt quo cauetur ne quid indecore. effœminate. libidinoſe. turpiter fiat, cogiteturue, & quãuis a nullo laudetur, eſt ipſa natura laudabile, mõ pulchrũ. unde inhoneſtũ dicimus turpe. Terentius, illũ ne obſecro ĩhoneſtũ ſenem & mulierem. LAVDENTVR. Celebrentur, extollantur. laudare enĩ aliquando eſt uerbis extollere. Virg. laudato ingentia rura. aliquando nominare. Plau. id ut ſcias iouem ſupremum teſtẽ laudo egio. unde illaudatus dicitur, qui ne nominare quidem dignum eſt, hoc eſt illaudabilis, nec unq̃ nominandus, ſicuti quondã a cõmuni cõſilio aſiæ decretũ fuit, uti nomẽ eius qui templum dianæ, de quo hic poeta ſentit, epheſi incenderat ne quis ullo tpe nominaret. Virg. quis aut euryſthea durum, aut illaudati neſcit buſyridis aras? & elaudare ueteres uſurparunt pro eo quod eſt plus q̃ nominare. Varro, elaudat nomenq; eius. miles repetit. quidam

tamen illaudatum dictum putant, qđ nihil faciat laude dignum, nam sicut oīs culpæ priuatio inculpatum facit, inculpatus autem instar est absolutæ uirtutis, ita qui omni laude caret, illaudatus est, quod est finis extremæ malitiæ. nemo. n. ita feris est moribus, quin aliquando faciat aut dicat, qđ laudari possit. unde antiquissimus ille uersus uice prouerbii celebrat⁹ ē. πολλάκι καὶ κηπωρὸσ ἀνὴρ μάλα καίριον εἶπεν, hoc est, sæpe etiam est olitor ualde opportuna locutus a laudo deriuatur laus quæ proprie uirtus est nō aliunde proueniens, sed suis nixa radicibus. Vir. primam merui qui laude coronā. & laudatio, quæ est ipsa laudātis oratio. interdum etiam laus pro laudatiōe ponitur, & laudatiuum genus apud rhetores, quod & demonstratiuū dicit̃ & laudabile, qđ laudari merito potest, & collaudo cōpositum eiusdem cum suo simplici significationis. quidam tamen non laudem a laudo, sed laudo a laude dictam uolunt, laudem autē appellatam ἀπὸ τοῦ λαοῦ, hoc est a populo, quod proprie laus sit uox populi de aliquo recta loquentis. TEMPLO. in templo. templum hoc loco ædem sacram significat, frequenterq; ī hūc sensum accipitur. propriæ tamen templum est locus. uel in cœlo notatus ab augure, uel in terra a tuendo, hoc est cōspiciendo dictum, quod ex omni parte, uel ex quo omnis pars aspici posset. primo aūt cælum ipsum, dictum est templum, quia ipsum primo tuemur. Ennius, contremuit templum magnum iouis altitonantis. eius quatuor partes dicuntur. sinistra ab oriente. dextra ab occasu. antica ad meridiem. postica ad septētrionē. in terris autē dictum templum, quod qbusdam cōceptis uerbis ab augure finiebatur, unde tueri quācūq; cœli partē cōmode posset. a quo cōtemplo, siue contemplor deducta sunt, pro conspicor & diligenter intueor. Ennius, cōtempla & templū cereris ad læuā aspice. ponitur etiam pro considero. unde contēplatio pro consideratione accipit̃. unde contēplatiua uita quæ contēplationi dedita est, differtq; ab actiua. & extemplo aduerbium, qđ significat continuo, siue (ut Varro inquit) qđ omne templum debet continue septum esse, nec plus q̃ unum introitum habere, siue quod post templum factum illico captantur auguria, seu quod augures statim uisis auspiciis, uel a templo cæli oculos auertebant, uel e templo terræ discedebāt. ab hoc templo etiam alia loca septa, & unū tantum introitum habentia dici templa cœpere, etiam si sacra non essent, quippe curia hostilia templum erat, licet sacra non esset. deinde ædes quoq; sacræ templa appellata sunt, unde & in cœlo templa dicuntur quasi deorum ædes. Ennius. o magna templa cœli cōmixta stellis splēdidis. & in terra idem. Scrupea saxa bacchi tēpla prope aggreditur. & sub terra idem. acherontia templa alta orci saluete infera. itē templū uocatur tignum, qđ in sacro ædificio trāsuersum ponitur. capitur etiam aliquando pro sepulchro. Vir. præterea fuit in tectis de marmore templū cōiugis antiqui. TRIVIAE. dianæ. quæ nemorum & siluarū dea erat, & uenationi īdulgebat, pp quod mos uenatorū erat p̄dæ partē huic deæ offerre. Papinius, & diues prædæ tamen accipit omni exuuias diana solo. triuia āt dicebatur, quod triuiis p̄esset, pp quod tris facies habere fingebat̃. Ouidius. ora uides hecates in tris uergentia partes, seruet & internas compita secta uias. Vir. tria uirginis ora dianæ. intelligit autē tēplū dianæ ephesiæ. ephesus lydiæ urbs est amazonū opus. templū habuit dianæ ducentis uiginti ānis a tota asia factum in solo palustri, ne terræmotus sentiret, rursus ne tantæ molis fundamenta ī lubrico parum firma essent, ea primo carbonibus, deīde lanæ uelleribus substrauere. centum uigintiseptē columnæ in hoc templo fuerunt a singulis regibus factæ, sexaginta pedum altitudine. inter quas trigintasex cælatæ fuerunt miro artificio. diana iouis & latonæ fuit filia eodē partu ædita cū apolline, hanc p̄petua uirginitate insignem tradidere, qđ spreto hoīum consortio siluas coluerit uenationib⁹ uacans. & paucarū uirginū comitatu contenta. arcū ferebat, & pharetrā, succincta semp̄ īcedēs & cothurnos induta. ob hāc cām siluarum & nemorum dea putabat̃. hæc creditur luna esse dicta, qđ noctu sola luceat. quasi lucens una, quapropter & in palatio noctiluca uocabatur quod ibi noctu templum ei⁹ luceret, siue q lumen a sole accipiat, pp quod σελήνη a græcis uocat̃, qđ σέλα splendorem significet ἄνω desuper. Cicero, tum illa, quæ luce lucet aliena. diana uero iccirco appellata est, quod quasi diem noctu efficiat, uel quasi duana, quod duob⁹ tpibus die scilicet nocteq; appareat, ab ea dianus dicebatur locus ei deæ consecratus. eadē & iuno lucina appellatur. iuno a iuuando, lucina siue qđ partū in lucē prodat, siue (ut Ply. sentit) q oculis præsit & luci, siue a luco, quē romæ in exquiliis habebat. & proserpina, uel qđ græca uoce περσεφόνη uocatur, uel a serpendo. ueteres enim proserpere & serpere dixerunt. Plau. quasi proserpens bestia, serpere enim luna uidetur dū modo in dextrā, modo ī sinistram partē mouetur. pp quod etiam omniuaga nūcupat̃. & Dictynna qđ cū minoem regem uim ei inferre uolentē fugeret in mari sese præcipitē fertur dedisse. cadauerq; eius a piscatoribus inuentū, pp q retibus, quæ græce δίκτυα dicuntur nomen ei impositum. cumq; posthac pestilentia in creta insula orta fuisset, habito responso, ut ædem dianæ construerent. ædificatum ei templum fuisse, dianāq; ipsam dictynnā uocitatā, & montē in quo tēplū sitū erat dictynnū dictum, & delia, de qua inferius. & hecate, quod proserpina uel centum uictimis placaretur, ut instituit Menelaus, uel cen-

tum ānos

tum annos errare faceret insepultos. græci enim ἑκατὸν centum, a quo hecatombe centum boum sacrificium dicunt. & hecatõpylon oppidum centũ portarũ. dicitur etiam pergæa a perga oppido pãphiliæ, in quo templum habuit ĩsigne. ideo aũt pesse partui creditur hæc dea, qđ fœtus aut septẽ, ut nõnunq̃ aut plerũq; nouẽ lunæ cursibus, quos ἀπὸ τοῦ μηνὸς. mẽses uocant maturescunt. DISSIMVLET QVE DEVM CORNIBVS ARA FREQVENS. Apud nasamonas libyæ populos colebatur iupiter in forma arietis. in cuius templo erant aræ centum. Virg. templa iouis cẽtum latis ĩmania regnis. cẽtũ aras posuit. de hoc tẽplo loquitur nũc poeta. est ergo sensus. & ara frequẽs nõ dissimulet deũ cornibus, hoc ẽ nõ iactet se amplius magnificẽtia tẽpli, in quo dissimalat deus sub specie arietis, hoc est ita colitur, ut dissimulato deo arietis imago ostendat. QVE. & Vir. O terq; quaterq; beati. aliqñ pro qa accipit. Cicero, nõ solũ nobis nati sumus, ortusq; nostri partem patria uendicat, partẽ amici. aliqñ pro idest. Plaut. rudis est, nescitq; quid expediat. nõnunq̃ cõpletiua coniunctio est. Virgili. alcandrũq;, haliumq; hœmonaq;. pritaniũq;. qñq; uenustatis dũtaxat gratia duplicat, pserti ĩ reb⁹ diuersis. idẽ, egregiá uero laudẽ & spolia ampla refertis, tuque puerque tuus. idẽ, o rex hominũq; deumque. Salustius, se que nobisq; dignũ est. ẽ quando significat ẽt Apuleius. id ei, serioq; loquenti nõ crederem, hoc est etiam serio loquenti, ꝙ in nec & neq; similiter contingit. Quintilianus persolui gratia non potest nec malo patri, hoc est etiam malo patri. componitur cum quis. qui. quæ. qđ uel quid. & p se. ut quisq;. quiq;. quæq;. quodq;. qdq; & adiecta cum simul cum qui. quæ. quod, ut quicunq;. quæcunq;. quodcunq;. & præpositiõe abs. ut absq;, & cum aduerbio. ut neque, qđ per Apocopen dicitur nec, & cũ coniunctiõe, ut atq;. quæ uero relatiuum cũ dihpthõgo scribitur ad differentiá huius. quã legẽ & ab eo deriuata seruant, ut quænã. quædam. quæpiam. quæro & similia. quæro enim a quæ & res compositum esse constat, cum nihil aliud sit quærere q̃ quæ sit res aliqua inuestigare. ARA. Altare. locus, in quo diis sacrificia fiebant, hoc tamen inter altare & aram interesse quidam existimant, quod aræ superis atq; inferis diis constituebant. altaria tantum superis. Virgilius, En quatuor aras, ecce duas tibi daphni duoq; altaria phœbo. ab altitudine altaria dicta, quod ueteres diis superis in ædificiis a terra erectis sacrificia faciebant. diis terrestribus in terra, diis inferis ineffossa terra. aræ uero dictæ sunt quasi ansæ. Vasa enim erant, quæ tripodes dicebantur, propter quod Varro in libro rerum diuinarum scribit aras primo ansas dictas, quod esset necessarium a sacrificantibus eas teneri. ansas autem hoc est manubriis teneri uasa solere manifestum est. quoniam ergo qui immolabant nõ deos modo uoce precabantur, sed etiam manibus aras aprehendebant, primo ansæ dictæ. deinde cõmutatione litterarum aræ uocari cœptæ. ut ualesius. fulsius. odos. colos. labos. uapos. clamos. honos. ueteres dixerunt pro Valerius. furius. color. labor. uapor. clamor. honor. itẽ maiosibus. meliosibus. lasibus. fesiis, pro melioribus. maioribus. laribus. feriis. hinc Virgilius. talibus orantem dictis, arasq; tenentem. idem, tango aras medios ignes ac numina testor. erat tamen dũtaxat ara apud quam nulla hostia cædebatur, sed tantum solẽnes preces adhibebantur cloacius, deli, ara est Apollinis γεννήτορος, in qua nullum animal sacrificatur, quam pythagoram uelut inuiolatam adorauisse produnt. Cato, nutrix hæc omnia faciebat in uerbenis ac rubis sine hostiis, ut deli ad Apollinis genitiui aram, quidam tamen aras ab ardendo dictas existimant, quod in iis uictimæ adolerentur. ab hac ara nõnulli aream deductá existimant, quod sicut hæc ara pura est, ita areæ in urbe siue in domo loca pura sunt, idest sine ædificio, uel quod sicut aræ flammis, ita areæ solis ardore torrentur. & area ubi segetes purgantur sine herbis, quãuis hanc quidam ab ariditate uocatam putant, quod exaruerit, nec possit quicq̃ generare. Virgilius, area cum primum ingenti est æquanda cylindro, & uertenda manu, & creta solidanda tenaci ne subeant herbæ, neu puluere uicta fatiscat. ab area diminutiuum est areola. hara autẽ cum aspiratione stabulum est porcorum. Cicero, ex hara productæ non schola. nam ouium. boum aliorumq; huiusmodi claustra & receptacula mandram uocamus. Iuuenalis, & stantis conuitia mãdræ eripiunt somnum Druso. est etiam hara, si Seruio credimus, auis quædam auguralis a qua haruspex & hariolus sunt deducta. ego uero nihil usq̃ de hac aue memini me legisse. neq; apud græcos Aristoteles, aut Theophrastus, neq; apud nos Ply. mentionem eius facit. itaq; potius aruspicem ab ara hoc est uictima, quæ ad aram ducitur inspicienda dictum existimo. hariolum uero quasi fariolum, sicut hanula quasi fanula, hoc est parua fana appellantur aspiratione ut plerunq; fieri solet pro. F. littera posita. est enim hariolus qui diuina mente fat quæ uentura sunt, neq; mihi ratio Seruii obstare uidetur, ꝙ ara deorum primam syllabam productam habet. aruspex uero correptam, cum hoc in aliis plerisq; uideamus accidere, ut in curru qppprimam syllabam productam habet, & curuli, qđ habet primam breuem, atq; aliis similibus. Area etiam ab huius, de qua diximus, areæ similitudine uocatur morbus capitis cum p fluuio capillorum, de quo inferius dicemus. quoniam uero ariditatis mentionem fecimus, sciendum ẽ ꝙ areo uerbum, ab ara deducitur, in q̃, quæ diis immolabantur, torreri solebãt. nam

arere torrere, ac siccari ē, siue torridū ac siccū esse, a quo aridū siccum dicimus. & ariditatem siccitatem. & aride aduerbium, & comparatiua superlatiuaq; eorum. Item diminutiua aridulū & aridule. item arenā, de qua superius diximus, & (ut quidam putāt) araneam a nimia eius ariditate. item aristam, quæ proprie est pria spicæ pars. Virgili⁹ tamē poetice pro frumento posuit, chaoniā pingui glādē mutauit arista. aridū etiam per metaphoram aliquando pro eo ponimus quod irrigari desierit. Ply. nō horti hyeme aridi seruantur. item pro nimio siue horrifico cum de sono loquimur, ꝙ ea quæ arida sunt, cū frangi cœperint nimium atq; horrificum sonū edunt. Vir. & aridus altis montibus audiri fragor. Veteres, ardum pro aridum dixere. Lucilli⁹ ardum. miserrimum atq; infœlix lignum sambucum uocāt. & aritudinem pro ariditate. Varro, frigus calore atq; humore aritudinē miscet. itē ab areo, assum deducitur, hoc est ad ignem torrefactum. proprie enim assum dicitur, quod est sine pigmento saporis alicuius, quēadmodum merum solū dicimus. unde assa uoce ueteres dixerunt sola uoce linguæ tantūmodo aut uocis humanæ non admixtis aliis musicis. Varro, in cōuiuiis pueri modesti, ut cantarēt carmina antiqua, in quibus laudes erāt maiorū, & assa uoce & cū tubicine. cato, melos autē in cantibus est bipartitum, unū qđ est in assa uoce, alterū qđ uocant organicū. itē ab areo, aresco. exsiccor, & composita perareo. exareo. subareo. inareo eiusdem fere cum areo significatiōis. item arefacio, quod est exsicco. & arefio, exsiccor. sunt qui non ab ara, sed per contrarium sensum ἀπὸ τȣ̃ ἀρδεύειν, quod significat irrigare aridū deriuatū putēt, quod minime sit irrigatum. & ab arido areo postea deductum, & similiter ardeo, quod quæ arida sunt, facile ardeant. FREQVENS. Crebra. centū. n. aræ erant (ut supra diximus) in templo iouis Ammōis, quem sub arietis specie colebant, qđ hoc modo tradūt institutū, cū liber pater per deserta libyæ exercitū duceret, uniuersa iā asia deuicta, & siti admodū laboraret, īplorasse a patre auxilium dicit. quo facto apparuisse ei extemplo arietē, quē dum fugientē sequitur peruenisse illo duce ad fontem amœnissimum, quapropter desiderio potitum existimasse arietē illum fuisse iouē, eiq; tēplum miræ magnitudinis in arena constituisse, & deū uocasse ammonē, hoc est iouē harenariū. græci. n. ἄμμον arenā uocāt, un̄ ē frequens illud apud eos ꝓuerbiū de his q frustra in re difficili laborant, ἄμμον μετρεῖς, hoc ē arenam mensuras. sunt qui dicant lingua ægyptia ammum iouē dici, hinc corrupto nomine ammonē uocitatū. alii tradunt ammonem dictum ab Ammone quodā pastore, qui primus illic templū ædificauit. frequens modo crebrū significat, siue de loco siue de re aīata dr̄. ut frequens miles, frequens senat⁹. idest creber. copiosus. multus. item frequentes domus, frequentes aræ. hoc est crebræ. multæ. modo quod ab aliis frequentatur, ut frequens locus, frequēs templū, in quo multi cōueniūt. & qđ multi frequētant. frequētarium ueteres dixere pro frequentē. ab hoc fit frequēto uerbum, & passiuū eius frequentor. frequētare est uel sæpe adire, uel cū multis adire. frequentari uero uel sæpe adiri, uel a multis adiri. hinc fit frequentatio & frequentia pro conuentione & cōcursu. & apud grāmaticos frequentatiuū uerbū, quod aliquid frequēter fieri significat. Itē frequēter aduerbiū ꝓ crebro. Et infrequens dicitur, uel parū frequentatū, ut infrequens forū, idest in quo pauca cōueniūt uel rarū, ut phœnix infrequens auis, hoc est quæ rara reperitur, ex qbus apparet falsum esse, qđ scripsit ualla aliud significare frequens, cū loco adiungitur, aliud cū adiungit̄ ꝑsonæ. DISSIMVLET. Fingat simulo & dissimulo differunt. simulamus. n. esse q̄ non sunt. Cicero, simulabat se romā redditurū cū in affricā nauigaturus esset. dissimulamus ea nō esse quæ sunt. Virgilius. dissimulare ēt sperasti perfide tantum posse nefas? A simulo fit simultas, hoc est odium. quod qui simultates exercēt, inter se simulata loquunt̄, quāuis alii simultatē dictā uelint a cōtrario, qa minime sunt simul. item simulator simulatio & simulāter, sicut a dissimulo dissimulator dissimulatio & dissimulanter. Salustius. simulator ac dissimulator. itē a simulo fit insimulo, qđ est crimen ingero a quo insimulatio falsi aut ueri criminis incusatio. Terentius, si herum insimulabis malitiæ male audies. & simulto uerbum, qđ est odium, hoc est simultatē exerceo. & simulachrū qđ sit ficta imago alicuius. simulachra. n. pricipio ex desiderio mortuorū orta sunt, ut quæ iam defecerāt uiuere uiderentur. simulatio græce εἰρωνία, hoc ē ironia dicitur frequens apud latinos uocabulū, unde ironice loqui dicimus, cū aliquid quasi derisionis cā per contrariū efferimus. Virgilius, egregiam uero laudē & spolia ampla refertis tuq; puerq; tu⁹, magnū & memorabile numē, una dolo diuū si fœmina uicta duorū est. Horatius. optat ephippia bos piger, optat arare caballus. simulo āt a simul deductū est, qđ est aduerbium cōgregādi. nihil. n. aliud est simulare, q̄ ea quæ absunt simul esse ostendere. aliqn̄ tamen simul geminata reperitur, & habet quasi eādem uim quam cum & tum, siue partim. Quinti. simul. ut pleniori obsequio demererer amantissimos mei, simul ne uulgarem uiam ingressus alienis demū uestigiis insisterem. Vir. obstipuit simul ipse simul ꝑculsus Achates. Cicero. ꝓ simul posuit una. Vna & id quod facio ꝓbabit, una & in hac causa profecto neminem præponendum mihi esse existimabit. ab hoc eodem aduerbio fit semel quasi una, non diuisim. nam quod semel fit nullam recipit diuisionē. aliquādo tamen semel

men semel

men semel pro cito usurpatur. Virgilius, qui ne quid tale uideret procubuit moriēs & humū semel ore momordit. Et similis quasi simulis, unde ueteres simuliter pro similiter usurparunt Plautus, exossabo ego eū simulter ut murenā cocus. Iungitur autē similis aliquādo cū datiuo aliquādo cū genitiuo. cū datiuo cū uel in forma uel in ætate uel in fortunis, aut aliis huiusmodi rebus similitudo est. Plynius effigie ac lineamētis corporis patri similis. Cū genitiuo qñ paritas in aliis rebus est, ut puta in doctrina, in moribus atq; aliis similibus. Cicero, ut aliquorum similes in dicendo ualeamus esse. Quandoq; tamē hæc apud auctores confundūtur. A similis fit similitudo, quæ apud ueteres etiam similitas dicebatur. Cecilius, uide quid ferat morum similitas, Et dissimilis atq; absimilis eiusdem significationis. & cōtrariū eius cōsimilis, & Dissimilitudo & similiter, ac dissimiliter aduerbia. Et simitu quoueteres ꝓ simul utebāt. Plau. non ego cū uino simitu ebibi īperiū tuū. idē. ita tres simitu res agēdæ sunt, qñ unā occeperis. Et similo uerbū, quod est similis sum, iungiturq; cū accusatiuo. Martialis, cū sint crura tibi, simulēt quæ cornua lunæ. & assimilo, quod est cōparo. Et uerisimile quod licet non sit uerum, ueri tamē speciem habet. Ab eo uerisimilitudo. & uerisimiliter. A simul fit cōpositū insimul, quod significat una, & simulac, & simulatq;, q̄ significāt postq̄. DEVM. Ioue. Deus licet facilius sit dicere, quid non sit, q̄ quid sit ita tamen describi pōt. Deus ē mens uniuersi. Vel deus est, qcqd uides totum, & quicquid non uides totum. Vel deus est animus per immensas mundi partes omnemq; naturam cōmeans atq; diffusus, ex quo oīa quæ nascūtur, aīalia uitā capiūt. Vel deus est infinita mēs, quæ per seipsam mouetur. Vel deus est præstās quædā natura, qua nihil est melius cuius prouidentia mundum, quem cōdidit assidue gubernat. Simonides cū ab eo Hiero tyrānus quæsiuisset quid esset deus, deliberādi sibi spatiū unum diem postulauit. Cū idē ex eo postridie rogaret, biduū petiit. tū sæpius idem petente, duplicauit semp numerū dierū, tandem uero interrogāti Hieroni cur ita faceret, quia quāto inquit diutius considero, tanto mihi res uidetur obscurior. Deus (ut quidā putant) a dando dictus est, quia hoībus dat, quicquid cōmodū est. Alii deum dictum uolūt, quod nihil ei desit, uel a græco θεὸς quod deum significat, uel ἀπὸ τοῦ θεῶ, quod est uideo. speculor. quod peruigil dei oculus oīa cōtēplet & uideat, uel ἀπὸ τοῦ δέομαι, timeo. quod mortalibus sit timēdus. Statius, primus in orbe deos fecit timor. Deū & diuū qdā indifferēter capiūt. Alii uolunt deos ꝑpetuos eē. diuos uero ex hoīb9 factos. propter quod diuos imperatores uocari. Varro diuos ꝑpetuos esse scribit, qui ꝓpter sui execrationē timentur, ut sunt dii manes. Ego diuum adiectiuū eē existimo, & significare diuinū qd' etiā diū dicimus, quasi ἀπὸ τοῦ Διὸς hoc est a Ioue genitū, uel quia ueteres in singulari diū dicebāt, hoc est deū. Vnde nūc quoq; in plurali a dio dicimus dii sicut a deo dei. Itē medius fidius, sicut mehercules, hoc est per deū fidiū. Nā fidius deus est qui fidei præest. Plautus. per deum fidiū credis iurato mihi. A deo deitas fit, hoc est diuinitas Et delubrū (ut quidam putāt) hoc ē locus, in quo dei simulachrū dedicatū sit. Nā sicut locū, in quo figerētur candelæ, candelabrū dixerūt. ita in quo deū ponerēt delubrū. Quidā etiā delubrū areā āte aras deorū causa assumptā. Alii quod uno tecto plura cōplectit̄ numina, ut capitoliū in quo est minerua, iupiter. iuno Nōnulli tēplū, in quo aqua currit a defluēdo. Sunt etiā, qui delubrū dei simulachrū esse affirment a delibrato ligno ita appellatū. A diuo fit uerbū diuino, quod est auguror. propriū enī dei est futura prædicere Ab hoc fit diuinatio prouidentia futurorū, q̈uis diuinatio etiam dicitur interdū iudiciū, quod redditur super cōstituēdo accusatore. eo quia diuiare quodāmodo oportet iudicē, qui nā idoneus accusator sit. itē diuinitas, sicut a deo deitas, & aduerbium diuinitus, & diuinipotens. Apuleius, saga inquit. & diuinipotēs cœlū deponere. terram suspendere, fontes durare. montes diluere. manes sublimare. deos infirmare. sydera extinguere. tartarum illuminare. Item diues. nam qui diues est, quasi deus nihil indigere uidetur, teste Varrōe a quo fit diuito. hoc est diuitē facio. Accius, nihil credo augurib9, qui aures uerbis diuitāt alienas, suas ut auro locupletēt domos. Turpilius, dii me diuitāt. & diuitior cōparatiuū, Cicero, Inde ille licentior & diuitior fluxit Dithyrābus. Et diuitiæ, quæ ita ab opibus differunt, quod diuitiæ sint ut utare. opes ut aliis opitulādo colare. Cicero, Sūt ergo diuitiæ ad necessariū usū Opes uero ad magnificentiam. & Dis ditis pluto, quod diuitiæ oēs e terra sint, uel quod oēs ī terrā redeāt. Vnde pluto ipse apud Claudianū inquit. Semperq; tenemus, quod superi tenuere semel. Ditē ēt ueteres diuitē dixerūt, unde ditior. & ditissimus. & ditesco, quod est diues fio. Et ditio imperiū. prædiues, ualde diues. ditari diuitē facere. Diū etiā ueteres dixerūt diurnum sub cœlo lumen. unde nunc quoq; sub dio fieri dicimus. quod nō fit sub tecto. Ab hoc dies dictus est, a quo diecula diminutiuū. Cicero, præterea dieculā adderē, & subdiale, quod sub dio ꝑmāet. Plynius, sub dialia pauimēta græci inuenere, a quo ēt diurnus, sicut a nocte nocturnus & diu aduerbiū pro die, a quo interdiu. Plautus, nec noctu nec diu quietus. & diurnare quo ueteres usi sunt pro diu uiuere. quemadmodum perēnare, & iādiu, quod significat olim, quoniam diu quoq; aliquādo pro longo tpe, ponitur. Vnde fit diutius hoc est lōgiori tpe. & diutissi

me longissimo tẽpore. & diutile dimininutiuũ,qđ significat aliquãdiu.Gel.Cũ diutile tacit⁹ cogitãdo fuissæ.& tãdiu tãto tpe.& quãdiu q̃to tpe.Et diutin⁹ a c diuturn⁹ eiusdẽ significationis,hoc ẽ cõtinuus.Cicero libertatis desiderio tædioq; diutinæ seruitutis.Et biduũ .triduum, quatriduum,pro spatio duorũ triũ & quatuor dierũ,a quib⁹ biduanũ.triduanũ.& quatriduanum deducta sunt.Et pridie & postridie aduerbia,quasi primo die.Et postero die. Etenim pridie est,quasi heri,non tamen præsentis diei.Et postridie quasi cras,non tamen præsentis diei, sed alicuius alterius aut præteriti aut futuri.Præteriti sic.pridie q̃ intrares mare serena lux fulsit futuri sic.pridie q̃ ducas uxorem,amicos conuocato .i.precedẽti die quo intrasti mare,aut duces uxorẽ.Itẽ postridie q̃ pr̃ mortẽ obiit,epulũ feci .& postridie q̃ uxorẽ duxero mihi abeũdũ est.hinc deducuntur pridianus & postridianus,qui pridie aut postridie alicuius diei ẽ,sicut postriduanus,qui post idus est.Sed postridianus in usu nõ est,pro quo abutimur crastinus nõ solũ pro die sequenti hodiernũ,sed pro quolibet alio.Vir.si uero solẽ ad rapidũ lunasq; sequentes ordine respicies,nunq̃ te crastina fallet hora.Eodẽ mõ abutimur hesternus ꝑ pridiano.Terentius.iure hesterno panẽ atrũ uorent.Itẽ a die fit hodie,quasi hoc die.a quo hodiernus,sicut ab heri hesternus.& a cras crastinus.& quotidie hoc est oĩbus diebus.a quo quotidianus.& ꝑpediem,quasi prope ẽ dies.Cicero.& præsens ꝑpediẽ loquar.i.cito.Et perẽdie quod significat diẽ qui crastino proximus fuit uel erit,quasi perẽpto uno die.Cice.scies igitur cras aut adsummũ perẽdie.Vnde dies perendinus dicit̃ ab hinc tertius.Et cõperẽdinare cõferre in longũ de die in diẽ,a quo fit cõperẽdinatio.Macro.ne nonaꝝ aut iduũ religionẽ nouella cõperẽdinatione corrũperet. Dies uero cõperẽdinata a ueteribus dicebat̃ iudiciũ in diẽ tertiũ cõstitutum & pridẽ quasi prius die.significat aũt mõ lõgo tpe prius,mõ paruo .De paruo.Plynius,ipĩ uero pridẽ uidimus ea omnia præter pubertatẽ ĩ filio Cornelii taciti equitis romani.Paul.iuriscõ.Et nõ mirũ est si peculiũ quoq; defuncti pridẽ filii defert̃.Vlpianus,quæritur enĩ ordinẽ tenere,quẽ pridẽ habuit. De lõgo Apuleius.quod ptidẽ Plato affirmauerat.Eiusdẽ significationis sunt iãpridẽ.quod ab eo fit,& dudũ.iãdudũ.nuper.iãdiu.omnia enĩ interdũ de paruo tempore,interdũ de longiori dicunt̃.De paruo.ut si dicã ,dudũ intraui.nuper ĩtraui,iãdudũ te expecto.iãpridẽ ueni.Boetius,hic autẽ ꝙ nuper diximus.Curtius,qui nuper ab alexandro missi erãt.Cicero,quã multa de balneis,quæ nuper ille uendiderat. Ab hoc Nuperũ deriuat̃,quod significat recẽs.nouũ.Plautus,Recens captũ hominem nuperũ.nouitiũ.Et nuprime aduerbium,quod significat recẽtissime, & nuperrim⁹.recẽtissimus.Seneca,iãpridẽ te expectantes ibi sederamus.De longiori macrobius,iãdudũ inquit hæc quæstio ab Aristotele & ꝓposita est, & soluta.Plynius,somno uero ac securitatibus iãdudũ hoc fuit,quod illa Helena ante cibum ministrauit.idẽ,quod maiores nostros iãpridẽ fecisse manifestũ est. idẽ. Quod genus nuꝑ & patrũ fere nostrorũ memoria inuentũ est. Quod si cum pridẽ,aut dudũ.non,uel q̃.uel ita addamus,significat semꝑ multo tpe ante.idem,medica non pridẽ uenit in italiã,idest non multo tempore ante.Cicero,quãpridẽ nomen fannii detulisti.hoc est q̃ multo tẽpore ante.idem, nostra aũt ciuitate nõ ita pridẽ dominatu regio liberata.i.nõ multo tẽpore ante.Plautus,quã dudũ e foro aduenisti domũ,non ita dudum. Aliquãdo tamen iãdudum & iãpridem a poetis ꝓ continuo ponũtur. Virgilius.iãdudum sumite pœnas.Lucanus,tollite iampridẽ uictricia tollite signa.Et perdius tota die aliquid agens,sicut pernox tota nocte uigilãs.& diæta cœnaculũ,in quo æstate cœnatur ad umbram,hyeme ad solẽ.quod & cœnatio dicitur,q̃uis aliq̃ a græco deductũ hoc nomẽ uelint. Varro,ita appellatam existimat,quod in ea die edatur .In hortis fere ædificari solebat,licebatq; testatori diætam in hortis uxoris ædificatam diruendã legare,si fieri id sinẽ fundi detrimẽto posset,cum alioquin diruendam domum testamento legare fas non esset. Ab hac diæta diætarii uocabantur,qui in aliena cœnacula furandi gratia se dirigebant,quos Vlpianus scribit plus q̃ fures eẽ puniendos.itaq; aut ad tempus relegandos, aut in opus publicũ dandos,aut fustibus cædendos.Diæta etiam diariũ hoc ẽ unius diei cibũ significat.Et apud græcos pro iudicio arbitrorũ accipitur,& pro loco ĩ quo arbitri cõueniũt. Quapropter & ipsos arbitros græci diætitas uocant.Et diariũ a die deductũ est,quod modo cibũ unius diei significat(ut diximus)modo historiã,quæ per singulos dies scribitur,& a græcis dicitur ἐφημερὶς,hoc est ephemeris.Iuuenalis.in cuius manibus ceu pinguia succina tritas cernis.Ephemeridas.quẽadmodum annales dicuntur,cũ res gestæ plurium annorum obseruato cuiusq; anni ordine componuntur.Nam historia utrunq; cõprehendit. definiturq; reꝝ gestarũ expositio.Itẽ meridies quasi medidies,hoc est medius dies dictus,quod nunc mediã lucem significat. Veteres etiam de nocte meridiem dicebant,hoc est eam partem noctis,quæ totius diei dimidiũ esset. Ab hoc fit meridianus,& pomeridianus,quod ad meridiẽ , uel post meridiẽ pertinet. Quintilianus,pomeridianis scholis Aristoteles præcipe artem oratoriam cœpit.Et meridio siue meridior uerbũ.quod aliquãdo ẽ,meridianũ cibũ capio.Plautus ,iẽtãdo.meridiando,cõmessando,pergræcãdo uitã ducere,hic merẽda dcã ẽ cib⁹,q sumit̃ ante cœ

nã. Aliqñ capio meridianũ somnũ. Cornelius celsus, lõgis diebus meridiari potius añ cibum utile est. Sin minus post, cũ per hyemẽ potiꝰ totis noctibꝰ cõquiescere. Suetõiꝰ de caligula, gloriatusqꝫ est expergefactæ somno cesoniæ quãtum egisset, dũ ea meridiaret. Idẽ de Nerõe missos a messalina uxore claudii, q eũ meridiãtẽ quasi britãnici æmulũ strãgularent. itẽ a die equidiale dictũ. Sic enĩ ueteres dixerũt, qđ nunc dicimꝰ æquinoctiale, q̃a nox diei potius q̃ dies nocti adnumerari debet. Sic ẽt æquidiũ, qđ nunc æquinoctiũ. itẽ a die diluculũ hoc est aurora, q̃đ tum dies lucescere incipiat. Dies apud romanos a media nocte ĩcipiebat. Apud atheniẽses ab occasu solis ad aliũ occasum. Apud babylonios a solis ortu. Sumit̃ ãt dies tribus mõis. Vno cõtinet semel reuolutionẽ primi mobilis. quæ fit horis. xxiiii. Alio mõ dr̃ dies ab ortu solis ad occasum. ille naturalis, hic artificialis noĩat̃. Tertio mõ dr̃ dies tẽpus interminatũ. Virg. multa dies uariusqꝫ labor mutabilis æui rettulit in melius. & iuriscõsulti. bima. trima. quadrima die pro tpe biẽnii. triẽnii. quadriẽnii dicũt. & ad diẽ nõ uenit, idest præstituto tpe nõ uenit. Et in hac ultĩma significatiõe frequẽtius ẽ fœminini generis. Vir. iãqꝫ dies ĩfanda aderat. Ab eoqꝫ fit diminutiuũ. Diecula pro paruo tpe. in masculino ãt genere tp̃s determinatũ plerũqꝫ significat, ut hesterno die ad te ueni. Nudiꝰ tertius, & nudiꝰ quartus a die dicta sunt, quasi nũc est dies tertius. nũc ẽ quartus. sempqꝫ de præterito dicunt̃. Directi quoqꝫ a die uocati sunt crucifixi, si marcello credimꝰ quasi ad diẽ erecti. Varro, Apage in die rectũ a domo nostra istã insanitatẽ. Põpeius tñ scribit directũ dici per antiphrasin apud ueteres uolẽtes significare in aliũ diẽ. uñ directa aduerbialiter dicimus. Plautus, quin tu ĩ directa cũ sucula & cũ porculis. Directa ĩquit quasi in malã diẽ. Sũt ẽt qui inducias a die dictas existimẽt, quasi in diẽ uti iã. Pactũ enĩ induciarũ hmõi est. ut in diẽ certũ non pugnet̃, nihilqꝫ ĩcõmodi det̃. Sed ex eo die postea uti oĩa belli iura agantur. itaqꝫ ex iis particulis inducias dictas, quasi in diem uti iam pugnet̃. Alii nõ quasi in diem uti iã, sed inde uti iam appellatas inducias uolunt. nõnulli tamẽ inducias existimãt dictas q̃si initus atqꝫ introitus, ꝓ induciæ sint cũ hostes inter sese utrinqꝫ ultro citroqꝫ alteri ad alteros ĩpune & sine pugna ineũt. Varro inducias ita definiuit, induciæ sunt pax castrẽsis paucoꝝ dieꝝ. Et alibi, induciæ sunt belli feriæ. Græci significãtius cessationẽ istã pugnæ pactiam ἐκεχειρίαν nominãt, quasi mãuũ cõtinetiã. item a dies diespiter dictꝰ iupiter quasi diei pater. Sicut diiouis appellatus est, quasi diem iuuans, ꝓ homines die & luce quasi uita ipsa iuuaret. uñ lucetiũ quoqꝫ nominatũ a ueteribus legimus. A principio iouis appellatus est a iuuãdo postea adiuncto altero uocabulo dictus est iuppiter, quasi iouis pater, sicut Neptunus pater, & Saturnus pater, & ianus pater dicere solemus, e contrario uero ueiouem ueteres appellarunt deum, cui dẽpta esset atqꝫ detracta iuuãdi facultas Nã deos quosdã, ut prodessent. celebrabãt. quosdã ne obessent placabãt. Ve autem particula modo auget, ut uehemens. uegrãde, modo στερητικὸν μοριόν. hoc est priuatiua particula est ut uecors uesanus. Veiouis ædes Romæ inter arcẽ & capitoliũ erat, eius simulachrũ sagittas tenebat, quæ sunt uidelicet paratæ ad nocẽdum Quapp eũ deũ pleriqꝫ Apollinẽ esse dixerũt, Ob hanc cãm Vir. tradũt numina læua in Georgicis deprecari, ꝓ uis q̃dã sit hmõi deoꝝ in ledendo magis q̃ in iuuãdo potens. Sic enĩ inq̃t, in tenui labor est, at tenuis nõ gloria si quẽ, numina læua sinũt, auditqꝫ uocatꝰ apollo. Nũdinas quoqꝫ a die dictas eẽ mãifestũ ẽ, quasi nouẽdinas. ita enĩ nũdinæ a Romãis ĩstitutæ sũt, ut octo q̃dẽ diebꝰ ĩ agris rustici opus facerẽt. Nono ãt die ĩtermisso rure ad mercatũ, legesqꝫ accipiendas Romã uenirẽt, & ut scita atqꝫ cõsulta frequẽtiore populo referrẽt̃, q̃ triũdino die præposita a singulis atqꝫ uniuersis facile cognoscebãt̃. Vñ ẽt mos tractus, ut leges triundino die ꝓmulgarent̃. Siquidẽ flaminica oĩbꝰ nũdinis ioui arietẽ in regia solebat ĩmolare. Sed lege hortẽsia effectũ ẽ, ut fastæ eẽnt quo rustici, q nũdinãdi cã in urbẽ ueniebãt, lites cõponerẽt. Nefasto enĩ die prætori fari nõ licebat. Nũdinarũ originẽ q̃dã romulo assignãt, quẽ cõmunicato cũ. T. tacio ĩperio sacrificiisqꝫ, & sodalitatibus institutis nũdinas quoqꝫ tradũt adiecisse. Alii diẽ nũdiarũ exactis regibꝰ celebrari cœpisse cõmemorãt. q̃a pleriqꝫ ex plebe repetita seruii Tullii memoria ei nũdinis parẽtarẽt. Primis aũt calẽdis & nonis oĩbꝰ nũdinæ cauebant̃, Nã quotiẽs ĩcipiẽte ãno dies cœpit, q addictus ẽ nũdinis, oĩs ille ãnus infaustꝰ luctuosis casibꝰ fuit, quæ opinio lepidiano tumultu maxĩe cõfirmata fuit. Nonis ãt cõuẽtꝰ uniuersæ multitudĩs uitãdꝰ existimabat̃, qm̃ populus romanꝰ exactis ẽt regibꝰ hũc diẽ nonarũ maxĩe celebrabat, quẽ natalẽ seruii Tullii existimabat eẽ, q̃a cũ incertũ eẽt, quo mẽse seruius Tullius natus eẽt, nonis tamẽ constaret eẽ natũ, oẽs nonas celebri notitia frequẽtabãt. ueriti ergo q diebus præerãt, ne q̃d multitudo collecta ad desideriũ regis nouaret, nonas a nũdinis segregãdas esse dixerunt. Nundinas etiã nũdinũ neutro genere appellatas inuenimus. Liuius, postq̃ uero comitia decẽuiris creandis in trinũdinũ indicta sunt, Quintiliãus, siue non trino forte nundino prolongata, siue nõ idoneo die siue contra intercessionem, uel auspicia. aliud ue quod legibus obstet, dicitur lata esse uel fieri. Trinũdinus autẽ dies, uel Trinũdinũ, siue trinũ nundinũ dicebat̃ dies tertiaꝝ nũdinarũ, qui prædici antea solebat, ut notior esset uniuersis. idẽ est enim dicere trinundino, &

tertiis nundinis,& in trinundinū,hoc eſt in tertias nundinas.Nundina uero Romanorū Dea erat a nono die naſcentiū nuncupata,qui luſtricus appellatur.Itē nouēdium nouē dierū ſpatium a quo nouēdialis dictus eſt ſacrificium,quod mortuo fieri ſolebat nono die poſtq̄ erat ſepultus.Horatius,nouēdialis diſſipare pulueres.Veteres diequarti & die quartæ dixere pro eo quod eſt diequarto,& die quinti & diequintæ & deinceps ꝓ die quinto.Itē die priſtini uel priſtinæ pro die priſtino.quod nos cōuerſo compoſitionis ordine pridie dicimus.Et die Craſtini pro die Craſtino.& die proximi ꝓ die proximo.& alia multa.Videntur autem differentiā feciſſe quodāmodo inter die quarto,& die quartæ, ut illud de præterito ſit, quod nos nudius quartus,hoc de futuro.Sūt autem hæc oīa cōpoſita,& pro aduerbiis accipiūtur. Antiqni etiā in gtō huius dies,uel dii dixerūt ſicut huius fames uel fami.Cicero,equites uero daturos illius dies pœnas.Virgilius.libra dies,ſomniq; pars ubi fecerit horas.Idē,munera lætitiáq; dii, hoc eſt diei.Ceſar in libro,quē de Analogia ſcripſit hui⁹die.& huius ſpecie dicendū exiſtimauit. Saluſtius,uix decima parte die.Diem dicere alicui eſt cōſtituere tempus,quo uel in iudicio cōparere uel aliquid aliud agere debeat,ut nuptiarū diem dixit, hoc eſt tempus conſtituit, quo nuptiæ fieri debeant.In diem,& in dies differunt.illud plerūq; cum hoc uerbo uiuit coniungitur.Quintilianus,nō ut fere uolucres præſentis modo cibi memores in diē uiuunt.Aliquādo etiā cū alio uerbo.Salu.panē in diē mercari,quaſi dicat præſentis diei habere rōnē.Et apud iuriſcōſultos,in diē addicere eſt rē uenalē ita uēdere,ut niſi alius ad certū præſtitutū diem maius pretiū obtulerit,illius ſit,qui primo obtulit.in dies uero eſt quotidie,ſed proprie cum quodam incremento.ideoq; plerunq; cū comparatiuo iungitur.Cicero,cū id malū ſerperet ī dies magis.Reperitur etiam ſine comparatiuo,ſed tamen cū uerbo ſignificante incrementū.Liui⁹ creſcēte in dies multitudine.Seneca,cū in dies augeret̄ audacia.quotidie aūt etiā ſine īcremēto dr̄,Cicero quotidie uel potius in dies breuiores literas ad te mitto,ideſt non mō quotidie breuiores.ſed etiā in dies breuiores.Nā hæ quotidianæ literæ ſunt breuiores iis,q̄s ātemitere ſolebā,quæ poterāt oēs eſſe pari breuitate,atq; in dies mitto breuiores,ideſt tales ſunt, ut hodiernæ ſint breuiores heſternis,& Craſtinæ hodiernis,& perēdinæ Craſtinis ,& ita deinceps. Eandē plane differentiā habēt in horā,& in horas Cicero,ne qui in horam uiuūt non mō de fortunis & bonis ciuiū,ſed ne de utilitate qdē ſua cogitauerūt.Virg.gallo cuius amor tantum mihi creſcit in horas.Quantū uere nouo uiridis ſe ſubiicit alnus.Diē de die ducere ē rē in lōgū ꝓtrahere.Veteres diū iugē ac cōtinuū dicebāt.Plautus,ſol motib⁹diis illuſtrās terrā.Sunt ēt q adeo dirū deductū exiſtimāt hoc eſt crudele infeſtū.& quaſi deoꝶ ira īmiſſum Vir.priuſq̄ dira p·icautū ſerpāt cōtagia uulgus.hinc furiæ diræ dicūt̄,quaſi deoꝶ iræ.itē cōparatiua ac ſuperlatiua eoꝶ dirior diriſſimus dirius diriſſime.itē diritas .Cicero intelligi pōt ex iis fratrib⁹. q in adelphis ſunt quāta in altero diritas,in altero comitas.itē dirūcio uerbū,quo ueteres utebant̄,hoc eſt depurgo,& qđ dirū eſt eiicio.Aliqñ tamē dirū pro magno accipit̄. Virgilius.iā tunc religio pauidos terrebat agreſtes dira loci. CORNIBVS. Effigie arietis,cuius generi cōuoluta in amfractū cornua natura dedit,Cornua & multis aquatiliū præſertim marioꝶ data ſunt,& ſerpētibus.Sed quæ uere cornua dici poſſint quadrupedi tātū generi.in iis uero tāta uarietas, ut nullibi maior naturæ laſciuia appareat.Sparſa ſunt in ramos ceruis tātæ magnitudinis,ut ei aīali nomē dederint.quippe cerui ἀπὸ τῶν κεράτων hoc eſt a cornibus appellati ſunt unde & cornua ipſa nomē ſumpſere,quāuis Varro a curuore cornua dicta exiſtimet.Subulonibus uero ſimplicia ſunt hoc aīal e ceruorū genere ē ita uocatū,quod cornua hēt ſimilia ſubulæ quod inſtrumentum ē,quo pforādis calceis,ac ſuendis utunt̄ ſutores, a cuius ſimilitudine thuſci ſubulones tibicines uocāt,Aliis cornua ſunt in palmas ficta,ac digitos,ut platicerotib⁹ hi ſunt ex damaꝶ tgenere dicti a latitudie cornuū πλάτος.n.latirudo eſt κέρας cornu.Ramoſa ſunt capreis,ſed parua.Arieti(ut diximus conuoluta).infeſta tauris.Rupicapris in dorſum adūca ſimilia ibicibus.in quæ ſe librāt e mōtis aliquo in aliū trāſire cupiētes.Damis ī aduerſū erecta & rugaꝶ ābitu cōtorta ac in leue faſtigiū acuminata.ut lyras decerēt.Sterpſiceroti quē addacē africa appellat.Græci a cōtortis cornib⁹indidere nomē.Armētis phygiæ ad ſimilitudinē auriū mobilia.Troglodytarū in terrā directa pp qđ obliqua ceruice paſci ea neceſſe eſt. Singula ſūt monoceroti,& rhinoceroti.illi medio capite,huic naribus.de quibus paulopoſt dicemus .cocleis ad prætentādū iter data ſunt gemīa cornua.qm̄ oculis carēt.& talia ut pten dātur ac reſiliāt.Mirū eſt,quod de narniēſibus tradūt,uſq; adeo huius tā exigui aīalis effigie aliquādo fuiſſe pterritos,ut ad id arcēdū pulcherrimū illū pōtē,& a ſcriptoribus tātopere celebratū cōfregerit.Vrorū cornibus barbari ſeptētrionales ꝓ poculis utūtur.binaſq; urnas uni⁹ capitis cornua īplēt.Alii his pila cuſpidāt.Nos in laminas ſectis utimur pro laternis, quoniā lumē incluſum latius infundūt.Oībus fere caua,& in mucrone tātū cōcreta ſunt cornua ceruis tm̄ ſolida.& ſingulis annis decidua.Bobus cū attritas ungulas habuerint.aruina ungēdo cornua mederi agricolæ ſolent.A cornu unicorniū & bicorniū.& tricornium ,& quadricor-

niú dicimus, quod hẽt unũ. duo. tria. & quatuor cornua. itẽ cornutũ. uel quod cornua habet, uel quod ex cornu procedit. Martialis, occubuit tãdẽ cornuto ardore potitꝰ. Et cornutæ quadrupedes a ueteribus dicebanť Elephãti, nã quod in iis dẽtes multi dicũt, cornua sunt. idẽ. & lucæ boues, siue Lucanæ boues appellabãtur. Neuius, atq; prius pariet locusta lucã bouẽ. iõ dicti boues, quod nostri cũ maximã quadrupedẽ, quã haberẽt, uocarẽt bouẽ, & in Lucanis Pyrrhi bello primũ uidissent apud hostis Elephãtos, a magnitudine bouẽ, a Lucanis Lucas uocitauere. Alii Lucã, quasi Libycã dictã uolunt ꝙ ex africa huiusmodi beluæ primo fuerint in italiã ductæ. Varro a luce lucas appellatas existimat, quod elephãti relucebãt ꝓp ĩauratos regios clypeos, qui in turribus iis erectis cõspiciebãť. A græco uero κέρασ, & sterno latino uerbo cerostratum compositum est, hoc est picturæ genus cũ ex cornibus ramenta tinguntur uariis coloribus. deinde uermiculatim ligno inseruntť, Principio hoc ex ligni bratteis fieri cœptũ, Sed nõ satis hoc fuit. Cœpere tingi aĩaliũ cornua. dentes Elephantoꝝ secari. lignũq; ebore distĩgui. mox totũ opiri. Testudo etiã in hũc usum secta ẽ, & principatu Neronis inuentum. ut pigmẽtis ꝑderet sese. & lignũ imitata maiori pretio uendereť. Itẽ a cornu fit corneũ, qđ ex cornu est, unde hibernæ coronæ dictæ sũt, quoniã negante tum flores terra laminis e cornu tinctis fieri solebãt. Itẽ cornipetã dicimꝰ taurũ, siue aliã beluã cornu ferientẽ. & cornigeꝝ cornua gerentẽ. Vnde bacchus corniger dictus, quoniã simulachro liberi p̃ris cornua adiicebãtur, quod uini inuentor fuerat. Homines enim nimio uini potu truces redduntur. Per metaphorã cornua fluminũ a curuitatẽ alueorũ, quod multis ĩ locis ad cornuũ similitudinẽ flectãť. Itẽ cornua antennaꝝ, utranq; partẽ antennæ. Vir. cornua uelatarũ obuertimus antennaꝝ. Et in prælio cornua dicuntur utraq; pars exercitus. est enim in exercitu dextrum cornu, & sinistrum, & quod inter utrunq; est diciť medium, sicut alæ uocantur ab alarum similitudine equitum ordines. ꝙ circum legiones dextra sinistraq; tanquã alæ in auium corporibus locabantur. Item cornu tubæ genus obtortæ, a quo cornicines dicuntur. Iuuenalis quadraginta dedit gracchus sestertia dotem cornicini, siue hic recto cantauerit ære, dictum ita, quia quod nunc ex ære est, tũc fiebat bubulo cornu. A cornu per diminutionem fit corniculum, hoc est paruum cornu, & cornigerum, quod est ex genere cornua habentium, sicut caprigenum, quod est ex genere caprarũ & per compositionem Capricornus cæleste signum, quod pana fuisse existimãt. Tradũt enim cum plures dii in ægyptum conuenissent, uenisse eodem typhona gigantẽ acerrimum deorũ hostem, cuius aspectu ꝑterritos deos in uarias sese figuras uertisse. Mercurium in ibin. Apollinẽ in eã, quæ Threicia auis dr̃. Dianã in chlorionẽ, ꝓpea ægyptios hæc auiũ genera uiolare nõ sinere, qđ deoꝝ imagines dicanť. Eodẽ tpe pana tradũt in flumẽ se deiecisse, & posteriorẽ ptẽ in effigiẽ piscis, priorẽ uero in formã hirci cõmutasse. Cuius ingeniũ admiratũ iouẽ, hãc figurã in cælũ trãstulisse. Spectat ad occasum, & toto corpore ab hyemali circulo diuidiť aquarii leuæ manu subiecta. Stellã hẽt in naso unã. in pectore duas, in pede duas. ĩter scapulas septẽ. iuẽtre sex. ĩ cauda duas. Cornu copiæ ẽ qđ Hercules cũ acheloo in speciẽ tauri mutato cõgressus ei detraxit. hoc naiades acceptũ, & oĩum fructuũ primitiis refertũ Copiæ cõsecrarunt. Vnde apud Ouidiũ Achelous sic inqt. rigidũ fera dextera cornu Dũ tenet, infregit, trũcaq; a frõte reuellit. Naiades hoc pomis, & odoro flore repletũ sacrarũt, diuesq; meo bona copia cornu est. Phocion ꝑipateticæ disciplinæ nõ ignobilis philosophus librũ multæ uariæq; hystoriæ refertũ cũ cõposuisset. eũ κέρασ ἀμαλθείασ quasi Cornucopiæ ĩscripsit. Aliã secutꝰ fabulã. tradũt enĩ iouẽ saturni & opis filiũ eodẽ ꝑtu cũ Iunone editũ. ne a saturno occidereť, in idã mõtẽ cretæ a matre missum fuisse. ibiq; duabꝰ nymphis amaltheæ & melissæ nutriẽdũ datũ, Amaltheæ capellã fuisse, cui gemini hedi erãt, & ꝓpterea lactis ubertas. huius igiť uberibus Iouẽ nutriuisse. Sed cũ capella cornu, qđ amplissimũ hẽbat forte ĩ obiecta arbore fregisset, substulisse id nymphã, & diuersis herbis cinctũ. ac pomis plenũ ad iouis ora tulisse. hunc uero postq̃ expulso p̃re cæli regnũ obtinuit, bñficii memorẽ tã capellã, q̃ cornu inter sydera collocasse, cornu ãt seruato noĩe nymphæ, q̃ capellæ domina fuerat κέρας ἀμαλθείασ, hoc ẽ cornu amaltheæ dici. Germanicꝰ in arato. illa putať nutrix esse iouis si uere iuppiter ĩfans Vbera cretææ mulsit fidissima capræ, sydere quæ claro gratũ testať alumnũ. Ouidius, ille ubi res cæli tenuit, solioq; paterno, sedit. & inuicto nil ioue maiꝰ erat, sydera nutricẽ. nũtricis fertile cornu, fecit, qđ dominæ nũc quoq; nomẽ hẽt. Hãc amaltheã in urbe oleno nutritã fuisse affirmãt, quæ in boetia est ab oleno Vulcani filio ita appellata, Vnde olenia capella uocitata est. idẽ, nasciť oleniæ signũ pluuiale capellæ. Fuit & alia olenus urbs ætholiæ iuxta quã fuit aper calydonius. A cornu ẽt cornũ arborẽ deductã existimãt, quæ ramos hẽt duritie & rigiditate cornibꝰ similes, fructũ circa solstitia reddit primo candidũ, postea sanguineũ. Ex eo genere fœmnia post autũnũ fert baccas acerbas, & cũctis animantibus ingustabiles, ligno quoq; fungoso & inutili. Ab hac cornu cornetũ diciť locus iis plenꝰ, sicut a salice salicetũ. ab oliua oliuetũ. a pinu pinetũ. & fructꝰ eiꝰ neutro genere cornũ uocať. Virgilius, baccæ lapidosaq; corna, hinc corniculũ oppidũ uocitatũ ẽ

iuxta tarquinios ,a quo oppidani corniculãi sunt dicti.Et ab hac corneũ dicit᷑,quod ex cornu ligno cõstat.Plautus,durá ac corneá uirgá.Plynius cornus frequẽter masculino genere usurpat dẽtes mobiles confirmat ceruini cornu cinis.Idẽ,quidá efficacioré ad oẽs usus crudi cornus fariná arbitrant᷑,cornua liberi p̃ris simulachro adiiciebant᷑.eo qđ hoies nimio uino truces fieri manifestũ ẽ.CARES populi sunt in asia minori cõtra rhodiũ.quoꝝ metropolis ẽ alicarnasus.Caria ipsa regio ẽ,cuius rex fuit Mausolus,quẽ artemisia uxor usqueadeo amasse traditur,ut illo mortuo,luctu ac desiderio mariti flagrás ossa ac cinerẽ eius mixta odoribus contusaq; in aqua ebiberit.Sepulchrũ præterea ædificauerit toto orbe celeberrimũ,tãdẽq; cõtiuo luctu ac mœrore cõtabuerit.FERANT efferãt.extollãt Ferre ꝓprie portare ẽ,Virgilius,uix illam famuli phlege⁹sagarisq; ferebant·Q uãuis caius iuriscõsul.ea ferri proprie dicat,quæ nr̃o corpore gestamus,portari ea,quæ iumẽto nobiscũ ducimus,Agi quæ aĩalia sunt.Ferre ostentare Virgi.captiuo siue ut se ferret in auro uenatrix.ferre dicere.Idẽ,& scelus expẽdisse merẽtẽ laocoonta ferũt.Ferre offerre.idẽ,sacra dionææ matri diuisq; ferebá,ferre ducere, idem, hinc uia tartarei quæ fert acherontis ad undas.Ferre pati.Martialis,ná tantos rogo quis ferat labores.Vir.miserere animi nõ digna ferẽtis.Ferre extollere,ut hoc loco.Quod si cum hoc uerbo præ me uel præ te uel præ se addant᷑ significat dicto facto uel gestu aliquid ostẽdere ac cõfiteri ut præ me fero laborẽ.præ te fers iracũdiá.præ se fert auaritiam.Cicero, at beneficio sum usus tuo ꝙ quãq̃ illud ipsum quod cõmemoras,præ me semper tuli,malui tamẽ meme tibi debere confiteri,q̃ cuipiá nimis prudenti non satis gratus uideri.A fero feræ dictæ sunt ,qđ toto corpore ferant᷑,uel quod cũ impetu,& sine ratione ferant᷑,uel dicuntur feræ,siue fera aĩalia improprie oẽs quadrupedes pecudibus exceptis,ꝓprie uero quæ ferocitatẽ habẽt.ut leones.pardi.lupi.quæ ubi mansuefactæ sunt,cicures appellant᷑.cicurare enim(ut Varro ait)másuefacere ẽ.& quicq̃d a fero discretũ est,dicit᷑ cicur.Cicero,ná aliæ sunt feræ,aliæ cicures,alie natátes,aliæ uolucres.Cicur ingeniũ dicũt mite atq; mansuetum.A cico natũ cicur uidet᷑.Cicũ ueteres dicebant,mẽbraná tenuẽ,quæ est in malo punico discrimen.Semifera uero animalia aliquádo dicuntur,quæ ex fero placidoq; nascuntur,ut ex apro & sue.ex lupo & cane illa Hybridas a cõtumelia,ὕβρις enim apud græcos cõtumelia dicit᷑,hæc lyciscas uocãt a lupo,qui λύκος a græcis nominatur.Virgilius,multum latrante lycisca semifera etiam appellantur ,quæ nec placida nec fera sunt.sed mediæ inter utrũq; naturæ,ut in uolucribus hirũdines in cãpo lepores damæ cũiculi.in mari delphini.A fera ferinus adiectiuum.Apuleius,ferino ac beluino ritu.& feralis dirus a feralibus sacrificiis,quæ mortuis fieri solebant.Et feralia ipsa sacrificia.quod tunc epulas ferebãt ad sepulchrũ eius,cui uellent parentare.Vir.solaq; culminibus ferali carmĩe bubo sæpe queri.Et ferus quod modo seuerum atq; atrocẽ significat.idẽ inq; feri curuá cõpagibus aluũ cõtorsit,Mõ sæuũ,idẽ,pectebatq; ferũ,puroq; in fonte lauabat.idẽ.ferus oĩa iuppiter argos trãstulit.A quo feritas dicta est naturæ quædam asperitas.differtq; a feroci ,quod ferox fortis est.& præaĩosus,& ipsum quoq; a fero deducit᷑.idẽ.stat sonipes & frẽa ferox spumantia mãdit.Salu.ille aĩo feroci negat se fusum totiens numidam ꝑtimescere.A quo fit ferocio uerbũ.Et ferociens.& aduerbiũ ferociter.& ferocia.ac ferocitas noĩa.Fere quod significat festinãter & paꝝ abest,quin quasi cõtinue ferendo,& (ut Varro inquit)quod id,quod ferat᷑ ẽ ĩ motu atq; uentat.Vt fere hoiem occidit.hoc ẽ paꝝ absuit quin occideret.Hinc frater dictus q̃si fere alter,a quo fratria uxor fratris appellata.& fratrare,quod de puerarũ mámis dicit᷑, cũ primum tumescũt,quod ueluti fratres pares oriunt᷑,hoc etiá spica in frumẽto facere dicit᷑.Et fratercul⁹ paruus frater,& fraternus possessiuũ nomen.ut fraternus amor.fraterna caritas.& fraterne aduerbium ad similitudinẽ fratris.auerlius,cum eũ a teneris ãnis ardentissimo illo puerili amore mihi cõiũctũ plusq̃ fraterne amarẽ.Et fratrueles duoꝝ fratrũ filii,qui & fratres Patrueles a iurisconsultis dicunt᷑.Fratilli uero uilli sordidi in tapetis dicunt᷑.Sũt ẽt qui fratrẽ a græco deduci existimẽt.Græci.n. φρατ͂ίαν coniunctos appellant,& φράτορας uocant contuberniũ.& ferme eiusdẽ ꝓprie cũ fere significatiõis.Terẽ.iá ferme moriens me uocat.i.cũ paꝝ abesset ,quin moreret᷑.ita tamẽ aliquádo hæ duæ ꝑticulæ in orõne ponunt᷑,ut necesse sit quádá uniuersitatẽ subintelligere.Q uintil,hæ fere sunt emẽdatæ loquendi,scribendiq; ꝑtes,idest fere oẽs.Cicero memini in eũ sermonẽ incidere.qui tum fere erat in ore.i fere oĩbus.Plynius,hoc ferme accidit,ut eo tẽpore lasciuiant greges,idest fere semper,Et fessus hoc est fatigatus,quoniam ferendo hoies fatigant᷑.a quo festinus,de quo cũ eius deriuatiuis inferius dicemus . Et defessus plusq̃ fatigatus.Est autẽ fessus generale nomen.Dicimus.n.fessus aĩo,fessus corpore. & fessus reꝝ a fortuna uenientiũ.Vir.fessi rerũ.hoc ẽ penuria fatigati.& ferio hoc est percutio quasi fero atq; agito.Vir.Cornu ferit ille caueto.Vnde feralia diis manibus sacrata festa a feriẽdis pecudibus appellata.siue quod feruntur tũ epulæ ad sepulchrũ eius,cui parentat᷑ .& ferculũ qđ mõ dapes significat,quia in mensam ferant᷑.Iuuenalis,quis fercula septẽ secreto cœnauit auus mõ feretrum.in quo põpa ferat᷑.Suetonius,sed & ampliora etiá humano fastigio decerni sibi

passus est. Sedē aureā in curru,& pro tribunali tensam,& ferculū circensi pōpa, Itē feriæ ab epulis ferēdis. in iis. n. Epulæ fiebant ex pecorū frugūq; prouentibus. feriarum publicarū genera quatuor erāt. Statiuæ uniuersi populi cōes, quæ certis & cōstitutis diebus fiebāt in qbus præcipue seruabanť. Agōalia. Carmētalia. Lupercalia. cōceptiuæ. quæ quotānis a magistratibꝰ. uel sacerdotibus cōcipiebāť, i dies certos, siue īicertos, ut sunt latiæ. Semētinæ. paganalia. cōpitalia. Impatiuæ. quas cōsules. uel prætores ꝑ arbitrio indicebāt. Nūdinæ pagāoꝝ. ac rusticorū. qbꝰ ad negocia & merces cōueniebāt. Erāt præterea ꝓprie familiarū feriæ, quas quæq; familia ex usu domesticæ celebritatis obseruabat, ut claudiæ feriæ,& Aemeliæ. Itē singuloꝝ, ut natalıū dieꝝ, quæ natalitiæ dicunť. & fulguꝝ. & funeꝝ expiatōes. Itē flāminica quotiēs tōitrua audisset feriata erat dōec deos placasset. Affirmabāt aūt pollui ferias, si in iis opus aliqd' fieret, iō ꝑpræconē denūciabať, ne qd' opus fieret,& ꝑcepti negligēs mulctabať. Scæuola iuriscōsultus interrogatus, quid feriis agere liceret. rñdit qd' prætermissum noceret. ut si bos in foueam decidisset, nō erat piaculū patrēfamilias illum adhibitis operis extrahere. nec ille ferias polluebat q trabē tecti fractā fulciēdo ab īminēti ruīa liberasset. Vnde Vir. cū sciret lauari ouē,& lanæ purgādæ,& scabiei curādæ gratia scripsit, tū demū mergi oues ꝑ ferias licere, si hoc remedii nō lotionis cā fieret. Balātūq; gregē fluuio mersare salubri, manifeste ostēdit curādi dūtaxat gratia hoc facere licere, nō lanæ purgādæ. A feriis festi dies dicti sūt feriati, hoc ē i qbus feriæ celebranť. Itē a ferio feriales dicti, qd' fœdus ferirent, quippe Romāi (ut Varro refert) bella nō nisi tarde & magna lētitia suscipiebāt qd' bellū nullū nisi piū putabāt geri oportere. itaq; priusq̄ īdicerent bellū iis, a qbus iniurias factas sciebāt, Feciales legatos, quos oratores noīabāt ad res repetēdas mittebāt, siq legati uiolati essent, qui id fecissent, q̈uis nobiles essent, uti ciuitates delerenť, statutū ē, feciales aūt uiginti cōstituti, q de rebus hmōi cognoscerēt, iudicarēt. statuerēt. iidē bello cōfecto fœdera feriebāt in hūc fere modū. Fecialis regē rogabat. iubesne me rex cū patre patrato eius populi fœdus ferire? iubēte rege Sagmina dicebat te rex posco. Rex respondebat. Purā tollito. Fecialis ex arce uerbenā purā tollebat, postea regē interrogabat. Rex facisne me tu regiū nunciū populiq; romani quiritiū, uasa comitesq; meos. Rex respōdebat. Quod sine fraude mea populiq; romāi qritiū fiat facio. Tū fecialis patrē patratum faciebat, uerbēa caput capillosq; tāgens, legibus deinde fœderis recitatis. Audi dicebat iuppiter. audi pater patrate populi talis audi tu populus talis, ut illa palā prima postremū ex illis tabulis ceraue recitata sunt sine dolo malo, utiq; ea hic hodie rectissime intellecta sunt, illis legibus populꝰ Romanꝰ prior nō deficiet, si prior defecerit publico cōsilio dolo malo, tu illo die iuppiter populum Romanū sic ferito, ut ego hunc porcū hodie feriā, tantoq; magis ferito, q̈to magis polles. potesq;. Vbi dixerat. porcū silice ꝑcutiebat. sua deīde carmīa alter populus, suūq; iusiurādū ꝑ suos magistratus, suosq; sacerdotes ꝑagebāt. hinc ēt fœdus q̇dā deductū existimāt. qd' ī fœdere porca feriret. de quo inferiꝰ dicemꝰ. itē a fero ferabites pro agresti Sisenna, ꝑtim ferabite. partim lauro ac pinu abūdat. itē a fero fit ferueo uerbū, qd' est bullio, feror. agitor. a quo deduciť feruor, q ñ modo fit ex igni & flāmis, sed etiā ex frigore & uēto. Vnde feruere hyemē. feruere æstatem. feruere mare dicimus. a quo & deferuere. siue deferbere pro mitescere,& placidum fieri. Vir. omnia tum pariter uento, nimbisq; uidebis feruere. Et feruere opus dicimus, dum studio & diligētia elaboratur,& hominem ira feruere, aut odio. aut calore dū ira aut odio aut calore incensus est. Vnde a feruendo febris, q̈uis aliqui a feritate potius morbi uocitatam uelint. ab hac per diminutionem febricula, a quo febriculosus, Gellius, nō morbus hic febriculosus, aut nimium grauis,& uerbū febricito, hoc ē febrē patior. & febrio eiusdē significationis. & febrilis adiectiuum Apuleius, Ardore æstuās febrili. & februare a ferueo dictum, qd' est lustrare, purgare. hoc enī adolendo,& flāmis feruētibus fieri solebat, a quo februarius mensis uocitatus, qd' tū, idest extremo mēse anni populꝰ februareť. & Iuno februata. siue februalis siue februlis, quod ei hoc mense sacra fiebant, eiusq; feriæ erāt lupercalia quo die mulieres februabantur a lupercis amiculo iunonis, idest pelle caprina. Quā ob causam is quoq; dies februatus appellabatur,& quæcūq; purgamenti cā in quibuscūq; sacrificiis adhibebanť, februa appellabantur,& id quod purgatum erat, februatum dicebatur. Et februus ditis pater uocatus est, quod ei mense februario sacrificareť. Quidā tamen hæc non a ferueo uerbo deducta opinātur. sed a sabinorū lingua q febrū purgamētū dicūt. Itē a ferueo feruidus fit hoc est callidꝰ. diligēs. Et ferueņť āduerbium diligenter. Et fretū locus angustus in mari, ac ēt ipsum mare a similitudīe (ut Varro existimat) feruentis aquæ, qd' efferueat aqua maris atq; ebulliat. Vnde trāsfreto & trāsfretatio deducuntur. & fermentū, quod feruēdo crescat. Est. n. fermētū farina, quæ subigiť priusq̄ addať ad pultis modū ꝺcocta,& relicta dōec acescat. Vulgo āt nec suffermeī faciūt, sed tātū pridie asseruata materia utuntur. Ab hoc fit fermēto uerbū, cuius passiuū est fermētor. Ply. Palāq; natura est acore fermentari. idem. Cum fieret panis ordeacius, Cicerculæ farinæ admixtione fermentabatur. A fermento fermentatio deducitur. Præterea a fero fertū dicitur genus libi, quod sæpe

ad ſacra ferebatur, nec ſine ſtrue altero genere libi, quæ qui afferebant, ſtruſetani appellabãtur A fero arferia aqua, quæ ĩferis libabatur, ſeu uas uini, quod adhibebatur ſacris. Et fiſcinia ĩſtrumentum ruſticum, quo comportantur fructus, ac res neceſſariæ. eius diminutiuum fiſcella, in qua Caſei feruntur, & ab ea fiſcelli uocitati mollis Caſei appetitores. quẽadmodum catillones dicuntur catillorum liguritores. Ponitur tamen aliquando fiſcella pro boum, mulorũue, aut iumentorum capiſtro. Ply. Fiſcellis capiſtrari boues oportet, ne germinũ tenera decerpant. A fero etiam furor, quod qui furore agitantur, huc atq; illuc temere ferantur. Ab hoc furioſus. furio. furibundus. furiæ. Furialis. de quibus inferius dicemus. Et far, quod apud ueteres de omnibus fructibus dicebatur. quia id fert terra, ab eo farina dicta. Et furfur purgamentum farinæ, a quibus farinaceus & furfureus adiectiua Et farcio quod proprie eſt ſaturo quaſi farre ĩpleo, unde per metaphoram farcire pro implere dicimus, a quo infarcio. & refercio eiuſdem ſignificationis. Item offercio, a quo offertiſſimum pinguiſſimum. Plau. Sine ſacris hæreditatẽ ſum adeptus offertiſſimam. Et fertum genus libi, quod diis in ſacrificiis offerebatur. Perſius, attamen hic extis, & opimo uincere ferto intendite. Et farctus, & referctus, & farcimen inteſtinum uaria ac minutim conciſa carne referctum. Et farreum genus libi ex farre factum. Ply. Cũ & in ſacris nihil religioſius cõfarrationis uocabulo erat, nouæq; nuptæ farreũ præferebant. farreũ quoq; apud ueteres horreum dicebant a farre, ſicut granarium a grão, & horreũ ab hordeo. & farctores nomenclatores, quidam quaſi infarcirẽt noĩa ſalutatorũ in aurẽ cãdidati. Et farrago qua equi & iumẽta uerno tẽpore purgantur, & ſaginant᷑, quod primũ in farraria ſegete ſeri cœpta ſit. quáuis aliqui a farciẽdo potius, hoc ẽ ſaturãdo dictã farraginẽ uelint. Et diffarratio genus ſacrificii, quod inter uirũ & uxorẽ fiebat. Et diſſolutio dicta diffarratio, qa fiebat farreo libo adhibito. Et a farre ſecando per cõmutationẽ litteræ (ut Varro exiſtimat) falx & fartilia, q bus ĩplent᷑ ea, quæ decoquunt᷑. Plynius, iecur anſerinũ fartilibus creſcit mira magnitudine, fructus etiã a ferũdo dicuntur res illæ, quas fundus, & quæ in fundo ſunt, ferũt. Vnde fructiferum dicimus fructũ ferentẽ, hoc eſt punguẽ, fertilẽ. & fructiferæ arbores appellant᷑, quæ fructũ ferũt diſtinguunturq; ab iis, quæ neq; feruntur, neq; fructũ ferunt. & ꝓpterea infœlices arbores dicũtur. Et fructifico quod eſt fructũ facio. & fructificꝰ, ſiue fructuoſus, qui fructũ hoc eſt utilitatem præſtat. Et fructifica fructuũ dea. Et frutex, qui ab herba & arbore differt. Eſt enim frutex q ad iuſtam magnitudinem arboris non aſſurgit & ſtatura ſimilis eſt multis herbis, ſed nõ demoritur ueq; areſcit, ut herba. ueꝝ perennis ẽ. a quo fit fruticor uerbum, hoc eſt pululo, & quaſi frutices emitto. Cicero, exciſa eſt enim arbor, non euulſa. itaq; quaſi fructicetũ uides. Vnde fruticaripilum per metaphorã dicimus. & frutetũ, & fruticetũ. ubi multi frutices ſunt, ſicut uinetũ & oliuetũ, ubi multæ uites & multæ oliuæ. ueteres pro fructu fœminino genere etiã fruſtam dixerũt, & in genitiuo fructuis ꝓ fructꝰ. Varro. Quæro utrũ fructuis an delectationis cauſa uẽdatis. Dicebaturq; ſpecialiter fructus oleum iuſtũ ex oliuis expreſſum, quod uero poſt molã primũ fluebat, flos fructus uocabat᷑. Et fruges quod ẽ generale nomẽ, & nõ mõ frumẽta, leguminaq; cõplectit᷑, ſed quicquid ex fructu terræ in alimoniã uertimus Vnde frugiferæ arbores dictæ ſunt quæcũq; fructũ ferũt, a quo fit defrugo uerbũ. quod eſt omni fructu ſpolio. oẽm fructũ exhaurio. Ply. Oraculũ illud magnope cuſtodiẽdũ, ſegetẽ ne defruges. Columella. Conſtat eni ſegetẽ nimia defrugatione exinaniri. Põpeius tñ & ſeruius & Donatꝰ, frugis uocabulũ a frumine deductũ exiſtimãt, ẽ aũt frumẽ eminẽs ſub mẽto gutturis ps, qua cibus in aluũ demittit᷑ a ferẽdo cibo appellatũ, & alio modo dicit᷑ rumẽ, a quo fit Rnmino uerbũ ſiue ruminor. qđ eſt reuomo, ac rurſus cõſumo, a quo ruminatio deducit᷑ per quã demiſſus cibus reuocat᷑, ac mãdit᷑. Et rumina dea, quæ rumæ præeſt, hoc ẽ pueris lactẽtibus. Rumam ueteres uocabant mãmã a qua rumare ꝓ lactare dictũ ẽ, quaſi mãmã in rumẽ ĩmittere. unde & irrumare deductũ fœdæ ſignificatiõis uerbũ, quod penis in os quaſi ſugendus ĩmittat᷑. Et ſubrumi agni dicunt᷑, q adhuc ſub mãma habent᷑. Et Ruminalis ficus, ſub qua lupa remo & romulo dicit᷑ mãmã præbuiſſe, quæ & rumula uocitata eſt. Ouidius quæq; uocat᷑ romula nũc ficus, rumula ficꝰ erat, ſiue qđ ſub ea pecudes æſtatis tempore frigora captantes herbas ruminare cõſueuerunt. Quidã ſtrumã quoq; a ruma dictã exiſtimãt, quaſi ſtruẽs rumã, morbus eſt, quẽ uulgo a ſcrophis, ut opinor, quæ eo morbo affictant᷑, ſcrofulã uocãt tumor ſcilicet. in quo ſubtus concretæ quædã ex pure & ſanguine quaſi glãdulæ oriunt᷑. Strumoſi dicunt᷑ qui id uitiũ patiunt᷑. Et ſtrumoſa pars corporis, quæ eo læſa eſt. interdũ tñ ruminor p metaphorã accipit᷑ ꝓ reuoco in memoriã. Varro, nõ mõ abſens de te ſæpiꝰ cogitabit, ſed & ruminabit᷑ humanitatẽ tuã. Liuiꝰ nemo hæc noſtræ ruminabit᷑ mulieri. Veteres in ntõ frux ꝓ fruge dixerũt. Varro, frux. legumen triticũ, a quo frugi indeclinabile nomẽ deriuatur. Sũt aũt frugi hoies, quos græci χξησίμους appellãt, qui in omni re motus animi moderãtur. Vnde eſt piſonis illius cognomen tãtopere celebratũ. ĩde etiã frugales dicuntur, & frugalitas dicta, quæ motus animi appetentes regit & ſedat, moderatãq; ĩ omni re nouit ſeruare cõſtãtiã. Et frugaliter aduerbiũ tẽperate mo

deſte,& frumentum quaſi frugamētū. Et fruor quaſi ex eſu frugū delectationē capio. Vtor.n. & fruor differunt,quod uti,ſi cum homine iūgat̃,cōuerſari eſt. Cicero,cuius patre familiariter utebar ideſt cum quo familiariter conuerſabar. Si uero cum aliis iungatur eſt uſum habere. Martia. utere lactucis & mollibus utere maluis. hinc uſus fit ,quod interdum ipſam utendi ſignificationē hēt. Vir. nā neq; erat coriis uſus. interdū conſuetudinē,cōuerſationē. Terē. ſic mihi eſt uſus. Quintil. mulierē. cū qua longus illi fuerat uſus. Vnde uſuuenire ꝓ accidere ponimus. Ply. id enim frequenter uſuuenit,ut mali bonis præferant̃. Aliquādo ponit̃ ꝓ opus eſt. Vir. nūc uiribus uſus. nūc manibus. Itē quia ſolemus uti rebus,ut ex iis utilitatē ꝑcipiam⁹,uſus aliquādo ꝓ utilitate accipit̃. Apuleius. Cū id ex uſu meo nō eſſet. Hinc utilis,& utilitas dicunt̃ & aduerbiū utiliter. Itē apud iuriſconſultos uſuſfructus dicit̃,cū res aliqua nō noſtra ē ſed pinde ex ea fructū atq; utilitatē capimus,ac ſi noſtra eſſet definiturq; ab Vlpiano ius alienis rebus utendi fruēdiq; ſalua reꝝ ſubſtātia. Abuti uero eſt perperā uti,ſiue nimis licenter uti Cicero, noli abuti nimis patiētia noſtra. Vnde abuſus,& abuſio dicuntur,cū aliqua re ꝑ licentiā male utimur. Itē Abuſum dicit̃,quod utēdo cōſumptū eſt. Plau. ubi illa quæ dedi ante? Abuſa,ſi ea durarent mihi,mulier mitteret̃ ad te. Et uſucapio abuſa dicit̃ acqſitio,ſiue adiectio dominii ꝑ cōtinuationē poſſeſſionis longi tpis definiti,utputa triginta aut quadraginta ānoꝝ. ſi res īmobilis ſit,quā poſſidemus. itē triū ānoꝝ,ſi res mobilis ſit. Recētiores primā illā præſcriptionem uocāt hāc uero uſucapionē. Ita enim dicit̃ uſucapio,ſicut pignoricapio. Cato,hæc pignoricapio ob æs militare facta eſt,qđ æs tribuno ærario miles accipe debeat. Et uiſitor & uſurpo eiuſdē ſignificatiōis. a q̄bus uſitatio & uſurpatio dicunt̃. Cicero,poſt inuēta cōcluſio ē,qua credo uſuros ueteres illos fuiſſe,ſi iā nota atq; uſurpata res eſſet,qua inuēta oēs uſos magnos oratores uidemus,& uſura quæ mō pro uſu accipit̃. Seneca,ſi mihi uni⁹ dieculæ uſurā ꝑmiſiſſet. mō ſignificat fœnus a quo fœnerator,a quibuſdā uſurarius dicit̃. Frui āt ē ex re qua utimur delectationē capere. Vnde fieri pōt ut eadē re unus utat̃,alter fruat̃. ut ſi ꝑ æſtū duo frigida aqua man⁹ lauēt,alter ut abluat ſordes,alter ut frigiditate illa oblectet̃. Hēt hoc uerbū tria ſupina. Fruitū unde fruitio fit,quo uerbo theologi utunt̃,uolūtq; ad deū tātū referri. Et fretū unde fit fretus ideſt. confiſus. Quinti. tua fretus hūanitate id egerā. Et frutū ut paulo mox oſtēdem⁹. A fruor fit fruiſcor,ſicut a fateor fatiſcor. Lucilius,aeque fruiſcor ego ac tu,Et ꝑfruor,qđ ē ī totū fruor. Et defruor oēm fructū ꝑcipio. A quo defrutū appellatum uini genus huiuſmōi. Decoquit̃ muſtum ad tertiam ꝑtē mēſuræ qđ ſyreū dicit̃. Græci ἀπὸ τοῦ ἕψειν,qđ ē decoquere ἕψημα uocāt noſtri a ſapiditate(ut arbitror)ſapā nominant. hoc ſi ad dimidiā ꝑtē decoquat̃, fit defrutum qđ oīs fructus ex eo muſto detractus ſit,frutū quoq; & frutā ueteres dixerūt paſſiue eū, ſiue eā quibus nos frui cōtigiſſet. Vnde frutīal dictū ē tēplū ueneris frutæ. Cato ēt frunīſcor,ꝓ fruor, & frunitum dixit prudentē,hoc eſt eū quo ꝑfrui liceret,ſiue e cōtrario infrunitū inſipiētem ac ſtolidū qui,nulli uſui eſſet. Sed nos frunitū,& infrunitū a græco potius deducta exiſtimamus. nā græci φρόνιμον prudētē ἄφρονα demētē dicunt. itē a ferēdo frūētū dictū,ſiue(ut quidā putant)a frugibus quaſi frugamētū. Frumēta aūt dici putāt quæcūq; emitūt ariſtas,a frumēto fit frumētor uerbū,quod eſt frumētū colligo. Vnde frumētatio collectio frumēti & frumētator qui frumētatū profectus eſt. Et frumētariū,quod ad frumētū ꝑtinet. ut frumētarius ager. frumētariū cribrū. frumētaria lex de frumentis. ſicut agraria de agris. itē a ferendo fruſtū cuiuſq; rei particula,quod facile ferat̃. Vir. Pars in fruſta ſecāt,uerubuſq; trementia figūt. M. cato ,fruſto panis cōduci pōt,uel uti taceat,uti loquatur. Vnde fit aduerbiū fruſtatī & fruſtillatim, hoc eſt minutatim. & perfruſta. itē Plautus,fruſtullū & fruſtillū uſurpat pro paruo fruſto . Fruſtra quoq; aduerbiū hinc deductū quidā exiſtimant quod ſignificat incaſſum, quaſi imperfecte. a quo fit fruſtro uerbū,quod eſt fallo. deludo. & paſſiuū eius fruſtror. quod ēt deponens reperit̃ Vnde ſunt uerſus illi uetuſtiſſimi poetæ ab. A. gel cōmemorati. Nā qui lepide poſtulat alterū fruſtrari,quem fruſtratur,fruſtra eū dicit,fruſtra eē. Nam qui ſeſe fruſtra,quē fruſtrari ſentit qui fruſtratur is fruſtra eſt ſi non ille eſt fruſtra. Quidā tamē hæc a frāgendo potius deducta exiſtimant. A. ferendo etiā furca dicta inſtrumētū,quo ſtramēta ferūtur,a quo bifurcū. & bifurcatū & bifurcatim. & furcifer. a quo trifurcifer. Plautus . tu triū litterarū homo uituperas me & fur trifurcifer. Et furculā & furcillam deducimus. & furcilis,quo utimur ad extrahendum fimū. itē ferax abundans,a quo feracitas pro abūdantia deducit̃, Ply. ut tam ferax bonarū artiū ſeculū uideremus ,& fertile eiuſdem ſignificationis. a quo fertilitas. & fertiliter aduerbiū. & Ferōia nemoris dea a ferēdis arboribus. Tradūt enī cū nemus eius aliquando fortuito arſiſſet incēdio, & ob id transferre inde ſimulachꝝ incolæ uellent,ſubito nem⁹ euiruiſſe, Vir. & uiridi gaudēs Ferōia luco . Sūt qui ſcribant circa tractus cāpaniæ,ubi circæi ſunt,iouē coli ſolitū,q anxurus dicebat̃ quaſi ἄνευ ξυροῦ hoc eſt ſine nouacula. quia barbā nūq̄ raſiſſet. & iunonem,quæ Ferōia uocabatur. Fontē aūt fuiſſe in cāpania iuxta tarracinā,quæ aliquādo anxur eſt dicta. Sed illud magis cōſtat ſub mōte ſoracte urbē fuiſſe Ferōiā. & in ipſo mōte eiuſdē nominis deā,quā fini

timi mira religione uenerabātur. Erat in eo loco templū eius, mirificū sacri genus habens. Nā qui eius numine afflabātur, nudis pedibus sup incēsos carbones & calidissimū cinerē sine aliqua offensiōe īgrediebātur. ingēs eo mortaliū multitudo cōueniebat, & celebritatis eiꝰ. quæ quotānis fieri solebat gratia, & spectaculi. Et ferentarii milites leuis armaturæ, q qcqd opꝰ eēt auxilio ferrēt. excursu leui armis grauibꝰ minime īpediti, uel ab auxilio ferēdo, uel qđ fūdis & lapidibus pugnarēt, quæ tela ferūť, nō tenēť. Cato eos ferētarios dixit, q tela ac potiōes militibus pugnātibꝰ ministrabāt. hi & uelati uocabāť. Velare enī licet ꝓprie coopire sit, uñ & uelū ꝓ tegmine accipiť. & ueliuolū mare dr̄, p qđ uelis uolať. & ueliuolæ naues, quæ uelis uolāt, uñ & reuelare nudare ē, atq; detegere, aliquando tñ ꝓ ligare accipiť. Pōpo. Reste uelet gulā. Aliquādo ꝓ uestire. Plau. muliebri uelatus toga. Velati ergo uocitati sunt milites. q uestiti & inermes exercitū sequebanť, & in demortuoꝝ locū substitui solebant. hi postea mutatis litteris uelites appellati sunt. Et uelitaris pugna dicta, quæ fundis ac lapidibus, interdū etiā hastis fieri ab inermibus solet. Hinc uelitor uerbū deductū ē ꝓ cōtēdo, & iurgor. & uelitatio cōtētio. Plautꝰ nescio quid uelitati estis inter uos. A. Gel. Cū inquinatissimis hoībus nō est cōuitio decertandū, neq; maledictis aduersum impudentes, & improbos uelitandū. qa tantisp similis & cōpar eoꝝ fias, dū paria & cōsimilia dicas atq; audias. A uelitor uelitatim aduerbiū deduciť, qđ significat p saltus & interualla, qđ uelites fundis ac lapidibus pugnādo huiusmōi saltibus utanť. Sisenna. Nos una æstate ī Asia, & græcia gesta iccirco cōtinētia litteris mādauimus, ne uelitatī aut saltuatim scribēdo, lectoꝝ aīos impediremus. Itē a fero feciales dicti, quod apud eos belli pacisq; ferendæ ius erat. neq; enim licebat bellū alicui inferre, nisi hi & iusta causa susceptū declarauissent, & prius indixissent. Varro, itaq; bella tarde, nec magna licētia suscipiebāt, qđ bellū nullū nisi piū putabāt geri oportere, & priusq̄ indicereť bellū iis, a quibus iniurias factas sciebāt, Feciales legatos res repetitū mittebāt quatuor, quos oratores uocabāt. idē, si cuius legati uiolati essent, q id fecissent, q̈uis nobiles essent, ut ciuitati dederenť, statuerūt. fecialesq; uigīti, q de rebus cognoscerēt, iudicarent, & statuerēt, cōstituerūt. Sūt tñ qui feciales a faciēdo uocitatos existimāt, quod apud eos belli ac pacis faciēdæ ius esset. Itē ferrū a ferendo qdā dictū putāt, qđ in agros colēdi gratia ferať. ego a feriēdo potius appellatū arbitror, qđ cætera eo feriātur hoc ē domētur. Ab hoc ferrugo dicitur, quæ ꝓprie ē rubigo ferri, sicut ærugo rubigo æris Ply. sudor uirgæ cornu arboris, lamīa cādēte ferrea exceptus nō contingente ligno illita, que inde ferrugo īcipiētes lichenas sanat. Rubigo atq; ærugo, ut Marcel. scribit, idē sunt, sed falsū hoc esse ostēdit. Ply. qui de auro scribit. Sup cætera nō rubigo ulla, nō erugo, nō aliud ex ipo est qđ cōsumat bonitatē. Nō cōiūxisset utrūq; hoc loco Ply. nisi inter se differrēt. Dicēdū ē igitur rubiginē eē, q̄ in metallis situ quodā cōtrahiť arida, & rubra, metallū paulatī absumēs, qualē ī ferro uidemꝰ. Dicta rubigo a colore. Veteres enī robū rubeū dicebāt, & bouē iccirco robū rustici uocabant, uñ & materia, quæ plurimas huius coloris uenas habet, dicta est robur. & homines ualētes, ac bōi coloris robusti. Græci hāc ἐρυσίβην uocāt quod apud eos quoq; ἐρυθρὸν rubeū dicitur, hinc uitiū illud, quod segetes occupat, robigo dicitur. quod ut illa ferrū, atq; alia metalla, sic ista segetes exurit, Vnde & robigus deus, & robigalia dicta, quod huic deo sacrificia fierēt. ne robigo segetes occuparet, & Rubigo dea. Ouidiꝰ. flamē in antiquū lucū Rubiginis ibat. Erugo uero ē, quæ ī metallis ex humore cōtrahiť nō ruffa & sicca, qualē diximus robiginē esse, sed uiridis, atq; humida, dicta ab ære. quod ꝓprie æris sit ærugo, ut ferri ferrugo. Scribit Ply. æs muliebribus mēstruis cōtactū graue uirus odoris accipere. Et eruginē, ex lapide quoq;, ex quo coquiť æs ærugo deradiť, quēadmodū ex lapide, ex quo coqťferrū, rubigo. sed ī oībus metallis, præsertim, quæ nō pura sunt, & ærugo simul, & rubigo esse possunt. Ferꝝ diuturno situ rubiginē cōtrahit. Si citro aut omphaco, aut alio acri tangať, statim ærugo incesit. hoc ipsum accidit in argento, nisi purū putūq; sit, & ī ære atq; aliis metallis. itaq; eadē sæpe metalla & rubiginosa esse, & æruginosa cōspicimus. Eruginē græci ἰὸν χαλκοῦ noīant. ferruginē ἰὸν σιδήρου, idest florē æris ac ferri. Nō recte interpretatus est noster Hieronymus locum illum in sacris litteris. καὶ ἔδωκε τῇ ἐρυσίβῃ τοὺς καρποὺς αὐτῶν. καὶ τοὺς πόνους αὐτῶν τῇ ἀκρίδι. Et dedit erugini fructus eorum & labores eorum locustæ. Rnbigini. enī. interpretari debuit non erugini. A rubigine rubiginosus diciť, sicut ab ærugine æruginosus. Ferrugo ēt p metaphorā diciť color ruffus subniger. qualis ē hyacīthi floris, a colore ferri, dū ē rubiginosū. Vir. Cū caput obscura nitidū ferrugine texit. Ab hoc fit ferrugineꝰ. idē, en ferrugineꝰ hyacinthus, manifestus est marcelli error, qui ferruginū colorē ceruleū eē scripsit. A ferro etiā ferreum deduciť, qđ ex ferro est, & ferrariū, quod ad ferrū attinet, unde fodinas ferrarias dicimus, siue simplicirer ferrarias, sicut ærarias. argentarias. aurarias. loca in quibus ferrū. æs. argentū. aurūq; effodiť. & ferramētū instrumētū ferreū. unde ferramēta fabrilia. & ferramēta tōsoria dicimus & ferratū, cui ferrū īditū ē. unde ferrata spicula. ferratas lanceas. ferratas sagittas nīamus. Et saxum ferratū natale oppidum meum in piceni, atq; umbriæ finibus sitū. a ferro uocitatū est pp

fodinas ferrarias, quas eo in loco multas fuisse carū reliq̄æ ōndūt. Et urbs Sētinū a ueteribus dicebatur a Sētino amne iuxta mœnia labēte, quē nūc quoq; Sētinū īcolæ uocāt. Itē a ferro ferrumen uocitatū, qđ glutē significat, & ferruminatio cōglutinatio, atq; iunctura. Sed ꝓprie ea quæ fit in metallis, q̄uis & ad alia trāsferatur. & ferruminare est metalla cōiūgere, ac, ut ita dicā, conglutinare. licet de aliis etiam dicatur. Ply. Nāq; surculo sup bina oua īposito, ac ferruminato albi glutino sublata ceruice medio æqua utrinq; libra deportant alio. Idem. Garris Arabiæ oppido muros, domosq; e massis salis faciunt aq̄ ferruminātes. idē. sine ferrumīe suo cemēta cōponētes. A ferrumino cōferua herba deducitur, de qua īferius dicemus. Ferrū uiuū uulgo dicitur, qđ ex magnete lapide uirus accepit, idq; mira q̄dā utriusq; natura longo tpe retinet, aliud apphēdens ferrū, ut aliqñ annulorū cathena spectetur. Fero ip̄m a græco deducitur, etenī græci quoq; φερω dicūt, a quo tā apud illos, q̄ apud nos pheretrum dictū, quo uel cadauer fertur, qđ & a capiēdo capulus appellatur, uñ Plautꝰ Capularē senē nomīat morti uicinū, uel aliquid aliud cū pōpa. Liuius. Spolia ducis suspensa fabricato ad id apte feretro gerēs ī capitoliū ascēdit, ibiq; cū ad q̄rcū pastoribꝰ sacrā deposuisset, tēplū designauit, & addidit cognomē iuppiter pheretrius. Rudes sūnt q̄ hūc locū deprauāt, ꝓ pheretro, ferculo scribētes, cū & nomē ip̄m pheretrii iouis, pheretrū eēt scribēdum, & græci quoq; pheretra uocēt argētū. aurū. gēmas. imagines principū. spolia hostiū. & cætera, quæ in pōpa ferūtur. Dephenditur ēt hoc loco Plutarchi error, q nō a ferendo, sed a feriēdo dictū iouē pheretriū scribit, & Pōpeii festi, q iō appellatū cēset feretriū iouē, qđ pacē ferre putaretur, qm̄ ex tēplo eiꝰ qđ Romæ primū a Romulo ædificatū est, sumebāt sceptrū p qđ iurarēt, & lapidē silicē, quo fœdus ferirēt. Hinc etiā archano quodā ꝓuidētiæ cōsilio factū arbitror, ut tibi quoq; Federice, ac gētibꝰ tuis feretrii cognomē inditū sit, siue a spoliis hostiū, quæ totiēs opima domum retulisti, siue qđ pacē qñq; italiæ eras laturus. Quis. n. ignorat huius trāq̄llitatis, qua hæc ꝓuincia orbis regina in p̄ntia fruitur, te solū esse & auctorē & arbitrū? Malo itaq; feretrū montē a familiæ tuæ gētilitio noīe deriuari, q̄ familiæ tuæ, tuūq; nomē a feretrio mōte feretriū dici. Itē a φερω græco pharetra dicta instrumētum, quo sagittæ ferūtur, & qui eā ferūt dicuntur pharetrati. Item amphora uasis genus figulini duas ansas habens, ita appellata, quod ex utroq; latere capta feratur, continet quadrātal. unde αμφορεοφορον græci, nos amphorariū uocamus, eū qui mercedis gratia amphorā gerit, & incitega machinula erat, in qua amphora uini constituebatur, unde uina subinde in cōuiuia subministrarētur. Item epiphora quæ latine eodē modo dicitur ἀπὸ τοῦ ἐπιφέρειν, hoc est ab inferēdo dicta, morbus oculorū est, quē uulgo lachrymā uocant, cū descensus humoris oculos male angit. Ply. Caro peponū epiphoris oculorū & doloribus ꝓdest. Formica quoq; a ferendis micis uocitata est. Mica ꝓprie est puluisculus ille, qui in arena quasi argentū fulget. a quo & panis & oīum rerum minimæ partes micæ dicūtur, quasi minutim cadentes. A mica quæ in arena fulget deductum est mico uerbū, quod ꝓprie est subinde & per interualla, ut micæ faciūt, fulgeo. Virgi. micat ignibus æther. Idem. Ardētes clypeos, atq; æra micātia cerno. Et quoniā talis quædā uariatio, dū digitis sortimur, apparet, p metaphorā micare aliqñ accipimus pro digitis sortiri. Varro. Micādū erit cū græco, utrū ego illius numerū, an ille meū sequatur. Cicero. Dignū esse dicūt, qui cū in tenebris mices. Quia uero hoc per uices fit, micare etiā capimus pro eo, quod est per uices, & sine ordine mouere. Vir. Micat auribus, & tremit artus. Idem. Et linguis micat ore trisulcis. Ab hoc cōposita fiunt ꝓmico, quod est extēdo, uel longe iacio. Neuius. Si quid loqui uis nō perdocere, multa lōge promicāda oratio est. Emico qđ est resplēdeo. Plau. Ex oculis quasi radii emicant solis. Dimico, cōtēdo. pugno. a quo dimicatio deriuatur. A formica fit diminutiuū formicula, & formicinꝰ, sicut a belua beluinus, & musca muscinus. Plau. Homo formicinus, ac muscinus. & formicatio uitium corporis, qđ græci μυρμηκιαν uocāt, cū parua tubercula. rotūda. pinguia. corpus infestant. Ply. Cinis muliebriū criniū, cū fuerint cōbusti addito melle sanguinē sistit illico, & formicationē corporū. dicta formicatio, ꝙ ueluti exesse carnem formicæ uideantur. & deformicatū a formicis submersum, q̄bus cōfoueri solitū erat. Item a fero formido, hoc est metus cū uehemētius in mouēdo, ut ab se abeat, foras fertur. Ab hoc fit formido uerbum, hoc est timeo, & formidabile timēdū, & formidolosus, qđ mō accipitur ꝓ eo, q formidat. Tcrē. Nū formidolosus es mi homo? modo pro eo qui formidatur. Sal. ita talibus uiris nō labor insolitꝰ, non locus ullus asper, aut arduus erat, non armatꝰ hostis formidolosus. Ab hoc formidolose aduerbiū cū timore. Item a φερω græco apophoreta munera, quæ dari saturnalibꝰ solebant. quē morē hodie quoq; seruamus mēse decēbri. dicta apophoreta, qđ ab iis, quos salutabant, referrentur. ἀποφέρειν. n. mō auferre, mō referre significat. Hinc Marti. nouissimū librū operis sui apophoreta inscripsit, hoc est munera saturnaliorū. Sue. de caligula. Agitatori cithio comessatione q̄dā in apophoretis uicies sestertiū cōtulit. Idē de Vespasiano. Sicut saturnalibus dabat uiris apophoreta, ita per cal. martias, fœminis. Itē a ferēdo forago dicitur filū, qđ a tex-

tricibus fertur, ut diurnū opus distinguāt, q̈uis hoc a forādo potius deductum existiment. Itē. Forda bos ꝑgnās, qđ testatur ouidius. Forda ferens bos est, fœcūdaq; dicta ferendo. hinc fordicidia dies appellati, q̇bus ꝑgnātes boues imolabātur, ut Varro testatur. Fore quoq; a ferendo qdā dictū uolūt, cū nihil fere aliud sit q̄ ferri. licet. n. uocē hēat infinitiui pn̄tis, ut esse. significationē tn̄ potius futuri hēt. Idē sane fore est, qđ futurū eē. licet forē. fores. foret. idē sit qđ essem. esses. esset. Quapropter fore raro cū participio, frequēter cū noīe iūgitur. Ci. spero amicitiā nostrā notā posteritati fore. Aliqn̄ cū participio inueniri testatur Cæsar, qđ mirū est Vallā nō aīaduertisse. nōnulli etiā Cæsari nūciabāt, cū castra moueri, aut signa ferri iussisset, nō fore dicto audiētes milites. idem ꝙ nō fore dicto audiētes milites, neq; laturi signa dicātur. Cum ꝑticipio uero futuri nunq̄ iūgitur fore. Cōposita uero a fore nuda, hoc est sine noīe, & sine ꝑticipio ponūtur, Vir. Esse quoq; in fatis reminiscitur affore tp̄s, qđ uerbū Statius, ꝓ significatiōe pn̄tis accepisse uidetur. Sēsit manifesto numine ductos affore, quos nexis ambagibus augur Apollo ediderat. Defore. Cice. Vtrū arbitrabātur nō defore, q̇ illā restituerēt. Abfore, qđ rari⁹ in usu est, un̄ dicūtur absuturi. cōfore. & ꝓfore. apud poetas, ꝓ fore, Profore, ꝓfuturum eē. Hora. Quæ nocuere sequar, fugiā quæ ꝓfore credā. Nos tn̄ potius fore q̈si futurū esse dictū existimamus, q̈ a ferēdo deductū. ad hæc fortis a ferēdo uocitatus est, qđ æquo aīo ferat aduersa. unde fortitudo a Cicerōe ita definit, Sciētia reꝝ ꝑferēdaꝝ, uel affectio animi ī patiēdo, ac ꝑferēdo summæ legi parens sine timore. & alibi. Fortitudo est cōsiderata ꝑiculoꝝ susceptio, & laborū ꝑpessio. A fortis fit aduerbiū Fortiter. & Fortifico, ꝓ fortē facio. Plau. Fortifica aium. & Fortesco pro fortis fio. Neuius. Crescit aīus, & fortescūt uires, & forticulus diminutiuū. Cice. Quāuis idem Epicurus forticulū se in terminib⁹, & in strāguria sua ꝓbeat. Fortis ꝓprie est, q̇ aīum habet infractū, uel qui ualidis uirib⁹ ꝓditus est. Vir. fortēq; Cloantū. Aliqn̄ tn̄ pro celeri ponitur. Idem. si fœmina forti fidis equo. aliqn̄ pro formoso. Plau. Ec qđ fortis uisa ē? Nōnūq̄ etiā pro diuite. Idem. Eam sororē spopōdisse suā, in tam fortē familiā, hoc est diuitē & copiosam. firmus quoq;, hoc est stabilis, cōstās a ferēdo dictus, ꝗ cōstanter oīa ferat, a quo firmitas, hoc est stabilitas. constātia, quæ & firmitudo dicitur. Plau. Si istā firmitudinē animi obtines, salui sumus. & firmiter aduerbium stabiliter. incōcusse. & firmo uerbū, quod est sisto. stabilio. a quo firmator. firmatrix. firmatio. Affirmo qđ significat asseuero. unde affirmator. affirmatrix. affirmatio. affirmatiuū. & aduerbiū affirmatiue. Offirmo idem quod firmo. Plau. Offirma pessulum. Infirmo, debilito. a quo infirmus, debilis. & infirmitas. debilitas. ībecillitas. Refirmo, rursus firmo. confirmo. approbo. roboro, a quo confirmator. confirmatrix. confirmatio. cōfirmatiuum, & aduerbium cōfirmatiue. Et fortuna, a ferendo dicta, quod temere, & sine ratiōe feratur. Est enim fortuna accidentiū rerum subitus, atq; inopinatus euentus. Hæc a ueteribus dea credita est, a q̇busdā etiā deus, uariis casibus humana deludēs, & ꝓpterea cæca æstimata. Iuuenalis. Te facimus fortuna deā, cœloq; locamus. hæc eadē rōne & fors dicitur. Vir. Forte sua libycis tempestas appulit oris. Fors & fortuna, ita a q̇busdā distinguitur, ut fors casus sit, hoc ē id qđ fortuito accidit, fortuna uero ip̄a dea. Accius. nāq; audire uolo, quo captus mō, fortuna ne, an forte repitur. Terē. O fortuna, o fors fortuna. Donatus. Aliud fortuna est, aliud fors fortuna. Fortuna dicta ē īcerta res. fors fortuna, euētus fortunæ bonus. Nā fors fortuna ē, cui⁹ diem festū colūt, qui in arte aliqua uiuūt. huius ædes trās tyberim erat, fortunæ uocabulum mediū est. Sed cū fortunā solā dicimus, ītelligimus fœlicitatē. Vnde fortunatos fœlices nomīamus. infortunatos uero infœlices. & infortuniū, malā fortunā. Fortunatos tn̄ pro ꝓpitiis ponimus. Afranus. deos ego oīs, ut fortunati sint, precor. Fortunare etiā, ꝓspare ē, ac bonis augere. Cice. Tibi patrimoniū dii fortunēt. hinc fortunæ dicūtur diuitiæ. & fortunatim aduerbiū, ꝓspere ac fœliciter. Plau. Si dederit Iuppiter, ut fortunatim oīa succedāt, & fortunatæ insulæ a fructuum ubertate dictæ sunt in mari Atlantico ultra Gorgadas, aduersæ ꝓmōtorio, qđ uocatur εσπεριον κερας. Prima uocatur Obrion, habens in montibus stagnum, arboresq; ferulæ similes, ex quibus aqua exprimitur, ex nigris, amara, ex cādidioribus, dulcis, & potui iocūda. Altera iunonia appellatur, in qua una tm̄ ædicula erat lapide extructa, ab ea tertia eodē nomine, minor, deinde capraria lacertis grādibus referta, in cōspectu harū niuaria. aere nebuloso ac coacto, & ꝓpterea semper niualis. Proxima ei Canaria ita uocitata a canū multitudīe ingētis magnitudinis. Oēs pomoꝝ, & auiū oīs generis copia abūdant. hæc ultima etiā Palmetis cariotas ferētibus, & nuce pinea & melle. Papyrū quoq; ac siluros in amnibus habet. A forte & eūdo fortuitū dicitur, qđ casu accidit. Itē forte aduerbiū, fortassis. fortasse. forsitan. forsan quæ aliqn̄ pro temere accipiūtur, aliqn̄ sunt aduerbia dubitādi. eodē mō fors. & forte. & fortuito. Itē a ferēdo forū appellatū negociationis locus, quo uenalia ferūtur, ut forū iuliū. forū flāminiū. forū semproniū ab eoꝝ noībus, qui ea fora custodiēda curarēt, qđ etiā in locis priuatis, & in uiis, & in agris fieri solet. Vnde forū boariū dicimus, in quo boues uēdūtur, forum olitoriū, ī quo herbæ uēdūtur, qđ erat antiquū macellū, q̈propter nūc quoq; oleꝝ locū lacæ-

demonii

demonii matellú uocăt. Forú piscariú, ĩn quo pisces uencút. forú cupedinis, in quo uenduntᷣ cupedia. Cupes. n. & cupedia, antiq lautiores cibos ñoíabăt. unde cupedinarii dicti sunt oés q esculéta uédút, ab eo, qđ aliméta rebus cupidinis præbeát. Diciť tñ etiá forú, locus in quo cú populo agiť, cõciones habẽtur. lites tractanť. quod ibi iudicia ferútur. unde & forẽses dicunť qui in foro uersanť. & sæpenumero interponẽtes se, lites dirimút, quos græci πραγματικους hoc est pragmaticos appellăt. & forẽsia uestes, qbus in foro utútur. & circúforanei, q circa forú spaciátur uéditátes aliqd, aut emẽtes, aut sciscitátes, aut tẽpus inaniter terẽtes. Forũ quoq; agere diciť is, q ꝓuinciæ præest, dú ciuitates uocat, & de cõtrouersiis earú cognoscit, ac sñiam fert. Forú itẽ ueteres appellabát, qđ postea uestibulú sepulchri dictú est. Fori autẽ uirili genere, & multitudinis numero sunt tabulata nauiú ab eo, qđ incessus ferát, siqdẽ p eos nautæ discurrút. Vir. Implessemq; foros flãmis. Cicero. Alii malos scădát. alii p foros cursitent. Itẽ spectacula, hoc est loca erecta, ut ex iis specteť. Liui. Tũ primú circo, q maximus diciť, designatus est locus, diuisa loca pŕibus, eqtibusq;, ut spectacula sibi qsq; faceret, fori appellati. ex iis minores forulos dicim⁹, q aliqñ armariola significant, in qbus reponunť libri. Iuue. Hic libros dabit, & forulos. hinc & forare penetrare, & quasi in forú exire, a quo pforare. & foramẽ. & forat⁹ quartæ declinationis. & forago filú, quo textrices diurnú opus distingút, a forádo dictú. & fores, qb⁹ ianuæ claudunť, qđ foris apianť, quẽadmodú ualuæ, qđ itus reuoluanť, hæ p diminutionẽ forulæ appellanť. unde forculus deus, q foribus præerat, sicut Cardinea dea, quæ cardinibus præerat. & Limẽtinus deus, q ꝑerat limini. Et foramina, hoc est paruæ fores. Cice. Nam núc qdẽ quanq̃ foramina illa, quæ patẽt ad aíos a corpe calidissimo. artificio. natura fabricauit. Et foras. & foris. quasi ad forú. & in foro. & forinsecus. eiusdẽ significationis, cú foris. & foria. stercora liqdiora, qđ facile feranť foras. Vnde conforire uerbú, qđ ẽ stercore liqdo fœdare, qđ Plau. cõcacare dixit. Põponius. Cõforisti me. Diomedes. Et foriolus, q uẽtrẽ hẽt solutú, & foria facile emittit. Laberius. Foriolus es, in coleos cacas. unde forica locus diciť publicus, in quo licet oíbus uẽtrẽ exonerare. cú latrina in priuatos usus sit a latendo dicta. Cloaca uero locus cauus, p quẽ colluuies q̃dá fluit, a quo fit cloacare uerbú, qđ ẽ inq̃nate deduci. Cloacæ tñ appellatiõe Vlpianus scribit & tubos & fistulas cõtineri. Pertinebat aút ad salubritatem ciuiú, & tutelá, ut foricæ purgarenť, ac cloacæ reficerẽtur. Ná & cœlú pestilẽs, & ruiná imundæ minanť. Iuue. Inde reuersi cõducút foricas. Sút q frenú etiá a ferẽdo dictú existimát, qđ equos uertat, feratq; quo uelit, unde effrenes, & infrenes, atq; effrenatos dicimus, q cohiberi, & ꝑ arbitrio nŕo agi nõ pñt. & freno uerbú, qđ significat cohibeo. & refreno eiusdẽ significatiõis. Seneca. Cohibẽdus enim ac refrenádus est aíus. frenú in singulari neutri generis ẽ, in plurali uero frena, & frenos dicimus. Quidá tñ frenú nõ a ferẽdo, sed a frágẽdo dictú putát, q̄ equorú, aliorúq; aíalium ora frágat. ideoq; cú æ dipthõgo scribi debere. Fistula quoq; ab aqua ferẽda dicta ẽ. q̃uis alii a fundẽda aq̃ dictá malint. ꝓprie. n. fistulæ sunt, ut Põpo. inqt, per q̃s aq̃s ducimus, a quarú similitudine instrumẽtú musicú fistulá uocamus, cuius Pan dŕ iuẽtor fuisse. Vir. Septẽ cõpacta cicutis fistula. Eadẽ quoq; similitudíe fistula uocať ulcus altú. angustú. callosú. siue ex uulnere sit, siue ex uitio intus orto, qđ ad suppurationẽ ꝑuenerit, quá primo tẽtare specillo medicus debet, ut quo tẽdat, & q̃ alte ꝑueniat, scire possit. Ad hoc fit fistulo uerbú, qđ significat fistulá ago. Ply. Et punicis fistulás uice. Itẽ for. faris. a fero deductú est. q̃uis prima ꝑsona in usu nõ sit. nihil enim aliud ẽ ferre q̃ fari, hoc est loqui. Quanq̃ Varro iter fari, & loq, hoc interesse scribit, qđ fať is qui primus significabilẽ uocẽ ore emittit, nullo uerború ordine seruato. unde pueri anteq̃ id faciát, infantes dicunť. Loquiť autẽ is, qui suo loco unúquodq; uerbú sciẽs ponit. A for, faminor in impatiuo deduciť, qđ ueteres pro dicito usurpabát. & fabolinus deus, qui pueris primo fari ĩcipiẽtibus præest. & fato diciť, quod ẽ multa loquor, a quo refuto. & cõfuto. de quibus ĩferius dicemus. & fatus locutus, & fama quæ ꝓprie est inanis de aliqua re rumor, sine ueri cognitiõe, siue bonus sit, siue malus. Et hoc tátú differt a rumore, q̄ rumor semp de recẽti dŕ. Cice. Improbissimis rumoribus dissipatis. Liuius. Manat tota urbe rumor. Fabios ad cœlú laudibus ferút. Fama etiá sæpe diciť de re inueterata, firmataq; in hominú opinione, q̃uis incerta. Mar. Quicqd fama canit, donat harena tibi. hoc est qcqd incertú, fabulosumq; narrauit uetustas, tu ope præstas. Quin. Fama est Iouẽ olim ĩ imbrẽ aureú cõuersum puellæ in gremiú descẽdisse. Poniť tñ frequẽter pro laude, ac celebritate, ut fama fabioꝝ. fama camilloꝝ. fama scipionú. Vir. Sú pius Aeneas, fama sup æthera notus. Aliqñ pro opinione. Ply. Huc eú liberalitatis tuæ fama pduxerat. Vir. Nos munera tẽplis quippe tuis ferimus, famáq; fouemus inanẽ. Hinc fit famosum. & infame eiusdẽ plane significationis. Cice. Non pol inquit audeo. nam me ad famosas uetuit mater accedere. Plau, Qui etiam me miserum famosum fecit flagitiis suis. Salu. Largitionẽ famosam, impudẽtẽq;. Vnde infamia, & q̃ Apuleius utiť, infamatio deriuanť. Et famiger. & famigero uerbú, hoc est diuulgo. & famigerabile uulgandum apud antiquos, ut Varro testať. & famigeratio diuulgatio. Famá græci,

φημην nominãt, quæ similiter ἀπὸ τῆς φασεως, hoc est a fando deriuat᷑. differtq; fama a gloria, quæ cõstãs, & solida est. atq; ita definit᷑. Gloria est frequẽs de aliquo fama cũ laude. Est tñ alia inanis gloria, uitioꝝ plerũq; laudatrix, quæ definit᷑ popularis fama, ex honestatis simulatiõe ꝓueniẽs. ab hac diminutiuũ fit gloriola. & glorior uerbũ notæ significatiõis. & gloriabũdus, q gloriat᷑. & gloriosus, q se uel inaniter iactat, uel alterius inani laudatione effertur, & laudari quærit. & inglorius, q nulla laude, aut gloria dignus est, & ueluti ignobilis. Rumor & aliqñ ꝓ fauore ponit᷑. Vir. Ergo iter icœptũ pagũt rumore secũdo. ab hoc rumusculus paruus rumor. & rumifero honeste dictũ, pro rumores fero. Plau. Thebani uero rumiferãt, ꝓbãt. Quidã etiã rumigero usurparũt, & nõnulli rumitto. Neuius. Simul alius aliũde rumitãt inter sese. Itẽ adrumauit inuenit᷑ pro eo, qđ est rumorẽ fecit, siue cõmurmuratus est. qdã hæc a rumine, hoc ẽ ꝑte gutturis putãt deduci. Fames uero, hoc ẽ edẽdi cupiditas, nõ a fando, sed ἀπὸ του φαγω deducit᷑, qđ est edo. unde famelicus, q edẽdi cupiditate agit᷑. & famelicosus, q frequenter famelicus est. unde famelicosam turrim palustrẽ ueteres uocitabãt. Et fameo, esurio. a quo famesco. Falæ aũt a fando dictæ sunt, qđ thusci cœlũ uocabãt. sunt aũt ligneæ turres. Itẽ a fando infandũ, magnũ. qđ uix fari qs possit. Vir. Infandũ regina iubes renouare dolorẽ. & infans puer, q nõdũ fari cœpit. qđ etiã de brutis dicit᷑, atq; ẽt auibus. Ply. Quadrupedes ĩfantes suos cognoscũt. Idẽ. Vespertilio uolucrũ sola lacte nutrit ubera admouẽs geminos uolitat amplexa ĩfantes. Idẽ de inanimalibus. idẽ de boleto. Nec tunicæ minor gratia in cibo ĩfantis boleti, hoc ẽ parui, & nõdũ adulti. a quo infantia fit. i. ætas infantilis. nã & ab infante, infantile deducit᷑. Iustinus. Hũc seu misericordia fortunæ eius, seu fantilibus blãdimẽtis inductus diu ꝓtexit. Thusci fandũ cœlũ uocabãt. a quo falæ ob altitudinẽ turres ligneæ uocitatæ sunt. a qbus falarica dicta telũ maximũ, qđ in fulminis modũ pugnãtes de falis iaciebãt. Vir. Sed magnũ stridens cõtorta falarica uenit. Falces aũt, & harpagæ armoꝝ genera erãt, muroꝝ oppugnatiõib⁹ apta. Sisenna. falces iniectas cõmuniũt, pluteos ꝓpius collocatis harpagis deiiciũt e turribus. Plutei crates sunt, corio crudo intextæ, quæ apponi solebãt militib⁹ opus faciẽtibus. ideoq; appellabant᷑ militares. Nũc ẽt tabulæ qbus qd ꝑscripit᷑, eodẽ noĩe significant᷑. Infantẽ ẽt p metaphorã dicimus stultũ, & q̃si loq nesciẽtẽ. & infantiorẽ. & infantissimũ, pro stultiorẽ. & stultissimũ. & infantiã, hoc est stultitiã. & infantiliter, stulte. pueriliter. & ĩfantilitas, puerilitas. Sic aũt a fero fari deducũt latini, quẽadmodũ græci α φερω φραζειν, qđ ẽ fari, & differere. uñ phrasis deducta est, quã Quintilianus definit eloquẽtiæ corpus. a qua Theophrastus appellatus, q̃si diuina eloquẽtia ꝑditus. Itẽ a fando fas dicit᷑, hoc ẽ piũ, & religiosum, & fari dignũ. ad deos. n. refert᷑. sicut iustũ ad hoĩes. Vir. fas & iura sinũt, hoc ẽ diuina, & humana iura pmittũt. cuius cõtrariũ est nefas, hoc ẽ ĩpiũ, & execrabile. a quo fit nefandũ. & nefariũ, hoc ẽ scelestũ. & qđ nefari qdẽ liceat. q̃uis aliq nefariũ a fare potius deductũ uolũt, quo scelerati, q̃si uita ĩdigni uti nõ debẽt. Itẽ fasti dies dicti sunt, qbus licet fari ꝑtori tria uerba. do. dico. addico. & ne fasti his cõtrarii, qbus fari non licet. Ouid. Ille nefastus erit, p quẽ tria uerba silent᷑. fastus erit, p quẽ lege licebat agi. hinc fastoꝝ libri appellati sunt, in qbus totius anni descriptio cõtinebat᷑. De qb⁹ idẽ Ouidius scribit, Sacra recognosces annalib⁹ eruta priscis. Et quo sit merito quæq; notata dies. Inuenies illic, & festa domestica uobis. Sæpe tibi pater est, sæpe legẽdus auus. Priscis aũt tpib⁹ fastoꝝ libri solis põtificibus noti erãt, & sacroꝝ regi, quos primus Numa ad Etruscoꝝ imitationẽ dr̃ ĩstituisse. hos. n. legẽs minor põtifex. & obseruatiõe sacrificulo regi patefacta, celebrato ab utroq; sacrificio idẽ põtifex calata. i. uocata ĩ capitoliũ plebe iuxta curiã calabrã, q̃ casæ romuli ꝓpe erat, dies populo quomõ obseruari deberẽt, ĩdicebat. Sed postea fasti Cn. Flaui scribæ opa etiã ĩuitis pr̃ibus, in oĩum notitiã ꝑuenere. Oẽs aũt totius anni dies ex ĩstitutiõe Numæ aut festi erãt a feriis ita dicti, aut ꝓfesti, aut intercisi. Festi erãt ĩ qbus, uel sacrificia diis offerebant᷑, uel dies diurnis epulationibus celebrabat᷑, uel ludi ĩ honorẽ deorũ agebant᷑, uel feriæ obseruabant᷑. a qb⁹ festiuus deducit᷑. & festiuitas. & festiuo uerbũ, hoc est diẽ festũ ago. & fest⁹ a. um. festus dies dr̃ res festiua, hoc ẽ iocũda & lepida. Frõdẽ festiuam dicimus, quæ læta & iocũda ẽ, frõdẽ festã, q̃ festis adhibet᷑. Profesti, q hoĩbus ad rẽ uel priuatã, uel publicã administrãdã cõcessi erãt. Hi aũt fasti erãt, q̀bus licebat ꝑtori ius dicere, aut comitiales, q̀bus licebat cum populo agere, aut cõperẽdini, qb⁹ licebat uadimonium iubere, aut stati, q iudicii cã cũ ꝑegrino instituebant᷑. Plau. Satus cõdictus cũ hoste ĩtercessit dies. Hostẽ. n. hoc loco more ueterum noĩat ꝑegrinũ, aut ꝑliares, qb⁹ fas est res ablatas repetere, uel hostem lacessere. Sed eligẽdi ad pugnãdũ diei tũc Romanis erat licẽtia, cũ ipsi bellũ inferrẽt. Alioqn cũ exciperẽt, nullus obstabat dies, quominus uel salutẽ suã, uel publicã defenderẽt dignitatẽ. Intercisi dies erãt deorũ hoĩumq; cões, hi ĩter se, nõ ĩ alia diuidebant᷑. Illoꝝ. n. dieꝝ qbusdã horis fas erat, qbusdam fas nõ erat ius dicere. Nã cũ hostia cædebat᷑, fari nefas erat, ĩtercæsa & porrecta fari licebat, rursus cũ adoleret᷑, nõ licebat. Dies atros uocabãt prisci, quos nũc ab obseruatrice huiusmõi reꝝ ꝓuincia Aegyptiacos uocamus, qdã ad emẽdationẽ ĩfausti noĩs cões nũcuparũt, q ueluti in-

fœlices

fœlices ad oīa cauēda sunt, quales erāt apud Romanos postriduani dies, quod Qu. Sulpitius Tribunus militū ad Alliā aduersus Gallos pugnaturus rē diuinā postridie idus qntiles dimicādi grā fecerat. Itē a fando fanū deducit, hoc est tēplū, qd' pōtifex i dedicatiōe tēpli certa uerba p̄fari solet. q̄uis sint aliq, q ἀπὸ τοῦ φανεροῦ dictū malint, qd' significat manifestū, qd'.e fano rn̄sa dabant. unde ꝓphetæ dicti sūt antistites fanoꝝ, & oraculoꝝ interp̄tes. & hypophetæ uaticinādi ministri, qb'. s. ꝓphetæ impabāt. Et fanaticus, insanus dr̄. qm̄ sacerdotes cum rn̄sa dabāt, furore pleni insanire uidebant. Hinc Fanū piceni urbs dicta, in littore Adriatico inter Pisaurū, ac Senogalliā, oīum italiæ urbiū, meo iudicio amœnissima, siue loci naturā, seu ciuiū īgenia cōsideres, qd' in ea pulcherrimū Fortunæ tēplū fuerit. cuius adhuc reliqæ cōspiciūtur. Hinc fanēses, siue fanestres appellati. Itē ꝓfanū irreligiosum, nō sanctū. Plau. Sacrū an ꝓfanum habeas paruipēdit. is enim ꝓfanus est, q fani religione nō tenet, q̄si porro a fano, & a religiōe secretus. Profanū etiā appellat, qd ex religioso, uel sacro i hoīum usum cōuersum est. Vir. Faune p̄cor miserere inquit, tuq; optima ferrū Terra tene, colui uestros si semp honores. Quos cōtra æneadæ bello fecere ꝓfanos. dixerat enim supius. Sed stirpē teucri nullo discrimine sacrū, sustulerāt. Hinc ꝓfanare est ex sacro humanis usibus ꝓmiscuū facere. unde ꝓfanatū tēplū dicimus, cū in eo uel dimicatū est, uel aliqd turpe cōmissum. a quo ꝓfanatio deducit. Quidā hæc oīa a græco deducētes per ph potius q̄ p. f. scribēda existimāt. Veteres ꝓfanū hanū scripsere, & hanulū pro paruo fano. A fando etiā fatuus deriuat, hoc est simplex. insulsus, & quasi fari nesciēs. q̄propter & cibos insulsos, atq; insipidos fatuos dicimus. & fatuitatē, stultitiā. Fatui etiā dicūtur fauni, agrestes dii, qd' fari nesciāt. unde & infatuatæ mulieres dicūtur, quæ faunorū ludibriis agitātur. & similiter īfatuati uiri, quos nūc uulgus spiritu plenos noīat. qdā etiam dæmoniacos. & infatuo, atq; infatuor uerba. Itē fatua dea dicta est terra, qd' infantes partu editi nō prius uocē edūt, q̄ terrā attigerint. Eadē & Bona dea noīata, qd' oīum nobis ad uictū bonorū causa est. & fauna, qd' omni usui aīantiū fauet. a qua fauni agrestes dii, qd' e terra geniti sint. & ops qd' ipsius ope, atq; auxilio uita cōstat. & damia, qa ei in operto sacrificabatur. unde & sacerdos eius Damatris appellabatur. & sacrificiū qd' ei fiebat damiū a cōtrario sensu, qd' minime esset δημόσιον, hoc est publicū. A fando, fateor, quasi uehemēter loquor. & affirmo. fateri enim est sponte aliqd affirmare. cōfiteri aliquo modo coactū. ꝓfiteri ad gloriā aliqd præ se ferre. diffiteri negare. a cōfiteor cōfessio fit. & cōfessor nō qui peccata alterius audit, ut imperitū uulgus usurpat, sed qui ꝓpria cōfitetur rogatus. Item ꝓfessio, cōfessio facta palam. & ꝓfessor qui aliqd publice cōfitetur. unde ꝓfessores bonarū artiū dicimus, uel eos qui in iis eruditi sūt, uel qui eas publice legūt. Nā & ꝓfiteri usurpamus pro publice legere. Itē a fando præfari dicitur, q̄si an̄fari. unde p̄fationē noīamus exordiū, qd' & pricipiū, & ꝓœmiū nūcupat. & profari eiusdē significatiōis, a quo ꝓphetæ dicunt antistites phanoꝝ, oraculorūq; iterp̄tes, quos græci similiter ἀπὸ τοῦ προφαίνειν. quod ostēdere est, προφήτας appellāt. Præfari tn̄ aliqn̄ significat per quādā ueluti p̄fationē id qd' dicturi sumus, uel indicare, uel remediis qbusdā præmunire. unde præfanda dicūtur turpia. q. s. ea præfari oporteat. Vale. Cassius nunq̄ sine p̄fatiōe publici parricidii noīandus. Quin. Vitādū est, cū iūctura deformiter sonat, ut si cū hoībus notis loqui nos dicimus, nisi hoībus mediū sit. in præfanda uidemus īcidere. qd' Virgilius fecit. Et numerū cū nauibus æquat. Solemus aūt in p̄fando his uerbis uti, si licet dicere, si cōmemorare fas est. qd' dictu quoq; fœdū est. honore dicto. honor sit auribus uestris. & alia huiuscemodi. Ply. Alius os uerberat, alius pectus & uētrem, atq; etiā fœdū dictu uerecūda cōtūdit. Quintil. Honor sit auribus uestris. iubet ꝓstrare gladio cinctū. Itē a fando fastus, qd' sup̄biā significat. & elationem quādā cum iactātia uerboꝝ, estq; quartæ declinationis, cum liber, qui dierū obseruationē cōtinet sit secūdæ. Aliqn̄ tn̄ & pro libro quartæ declinationis inuenitur. Lucanus. Nec meus eudoxi uincet fastibus annus. A fastu fit fastidio uerbū, qd' ꝓprie est cū fastu quodā cōtēno. Vir. Inuenias aliū, si te hic fastidit Alexis, unde & pro stomachor accipitur. a quo fit fastidium. & fastidiose aduerbiū, hoc est stomachose, qd' & fastidiliter ueteres dixerunt. & fastigiū, qd' ꝓprie altitudinē, ac summitatē opis significat. Vir. & fastigia suspicit urbis. a quo fit fastigatū, qd' cacuminatū significat. & quasi in fastigium erectū. Ply. Germinat rosa oīs primo īclusa granoso cortice, quæ mox intumescente, & in uirides alabastros fastigato paulatim rubescēs dehiscit. Aliqn̄ tn̄ pro imo ponitur, Vir. Forsitā & scrobibus quæ sint fastigia quæras. Item a fando fit famen, quo uerbo poetæ pro sermone, ac locutione utuntur, & fabulor, quod est loquor. a quo confabulor, simul loquor. Apuleius. Is enim dum una confabularemur, hoc mihi testatus est. A cōfabulādo cōfabulatio deriuat, hoc est collocutio, & a fabulādo fabula. cuius diminutiuum est fabella. est aūt ꝓprie sermo, & cōfabulatio. Mar. Quodq; tibi mœchū fabula nulla dabat. Item fabula, res ad utilitatem, siue delectationē hominum cōficta, ut sunt poetarum fabulæ. & hæ quæ licet ab Hesiodo poeta initium acceperint, noīe tn̄ dicūtur æsopiæ, quod iis in primis usus fuerit Aesopus. hæ mirum immodū animos ducūt, præsertim ru

sticorum,& imperitorū,qui & simplicius,quæ ficta sunt,audiūt,& iis quibus delectantur,facilius capti uoluptate cōsentiunt,qualis est nota illa de membris humanis aduersus uētrem discordātibus,qua Meneuius agrippa plebē cū patribus in gratiā rradit reduxisse.aut illa, cuius mētionē facit Horatius.Olim qđ uulpes ægroto cauta leoni.hæc & apologus,siue apologatio dicit,definiturq; ex rebus humilibus cōposita quædā forma,ac species ad uidēdū. Plautus.Priusq̄ abis pn̄te te huic apologū agere unū uolo.Quidā fabulā,& argumētum ita distingūt,ut fabula sit res cōtra naturā dicta,siue facta,siue nō facta,ut de Pasiphae. Argumētū qcqd secūdū naturā dicit.siue factū,siue nō factū est,ut de Phædra.Fabula græce μυθος dicit,a quo mythicus fabulosus.& mythologia sermo fabulosus.Itē a fando fit fatū, qđ ꝓprie a Chrysippo ita definit.fatū,quod græci ειμαρμενην uocāt,est sempiterna quædā & īdeclinabilis series rerū.& cathena uoluēs semetipsa sese,atq; implicās per æternos cōsequētiæ ordines,ex qbus apta nexaq; est.Aliqñ tñ fatū pro natura ponit.Vir.nā qa nec fato merita, nec morte peribat.& pro uolūtate.Idem.fatis Iunonis iniquæ.Itē pro oraculo,qđ dii fantur.Idē.Oblitus fatoꝝ.Itē pro morte,qa nihil tam necessario impēdet hoī q̄ mors.unde fato cōcedere ꝓ mori usurpamus.& fatalis dies dicitur pniciosus.& fatiferū,mortiferū.Fatale etiā uocamus q̇cqd ex nobis fato debet, siue bonū sit,siue malū.Fatidicū dicit,q nobis fata,hoc est decreta deoꝝ exponit,hoc est qui uaticinatur.& uates,quasi fates dicti.& uaticinor,quasi faticinor,hoc est fata cano.& uaticiniū,quasi faticiniū.q̄uis sint,q a uiēdis,hoc est a colligādis uersibꝰ uates dictos existimēt.hinc uaticanus collis.& uaticanus ager.& uaticanus deus agri p̄ses appellāt,uel a uaticiniis,quæ ui & instinctu eius dei in eo agro fieri solita erāt.uel qm̄ penes hunc deū sint uocis humanæ initia,qm̄ pueri simul atq; parti sunt,eā primā uocē edūt,quæ prima in uaticano syllaba est,a qua fit uagire factitiū uerbū,&uagitus.uel qđ eo colle potitus fuerit populus Romanus uatū r̄nso expulsis inde etruscis.Item a fando effata dicūtur.quæ augures in fine auspiciorum extra urbē sunt effati.Et effari tēpla ab auguribus dicūtur,cū fines notātur.effari enim ꝓprie eloqui est.Vir.Sic effatus uestigia pressit.Itē a fando fallo deducit, ut Varroni placet, qđ fando decipiamus.ac cōtra q̄ diximus faciamus,nā si qs te fallit,īproprie fallere dicit.& fallax appellat,q mētiēdo decipit.A fallo fit cōpositū refello.est enim refellere id qđ dictū est arguēdo falsum oñdere.Terē.Cū tu horū nihil refelles.unde Rhetores refellere,& purgare ita distigunt,ut refellere dicat de eo,q factū negat,purgare uero de eo,q fatet qdē factū,sed defendit.& falsarii dicūtur,q decipiēdi grā publica scripta falsificāt.& falsifico uerbū, a quo falsificatio,& falsus,qđ interdū significat eū,q deceptus est.Terē.falsus es.hoc est deceptus. interdū eū, q fallit.Paulus iuriscō.falsum eē dicit,si qs chirographū alterius imitet,aut libellū,aut rōnē īter cidat,aut describat.& falsum tutorē,q tutor nō est,siue hñti tutor datus,siue nō.sicut falsum testamētū,qđ testamētū nō est.nā fal um librū pro mēdoso īproprie dicimus.recte tñ appellamus falsum iudiciū.falsum nouū.falsam sñiam.pro nō ueris.nō ꝙ fallēdi grā dicta sint,sed ꝙ opinionē hoīum fefellerint.hinc fallaciæ uerba ad decipiēdū cōposita dicuntur,& cauillationes.est.n.ꝓprie cauillatio subdola rō,quā,cōscii nobis mēdacii,uincēdi tñ cā ꝓferimus.& cauillari est fallacia & dolo uti.unde iuriscōsulti cauillationē pro calūnia usurpāt. utrūq; enim a caluēdo,hoc est decipiēdo deducit,ut inferius docebimus.Cicero tñ pro genere qnodā facetiarū cauillationē accipit.Cū duo inqt sint genera facetiarū.alterū æq̄liter in oī sermone fusum.alterū p acutū & breue.supior cauillatio.alter dicacitas noīat. Veteres pro fallacia fallā dixere.& falso aduerbiū,dicit nō uere.Salu.Falso quærit de natura sua genus humanū. & falsitas.& falsi crimē,cū publica scriptura falsificat.& fallaciter,hoc est cā decipiēdi. Falsissimus a scriptoribus usurpat,q̄uis falsior nō sit in usu.falsum habere,fallere est.Sal.Neq; ea res me falsum habuit.Falsū græci ψευδον dicūt.hīc pseudoprophetæ falsi uates appellati sunt.& pseudopanchusa herba similis anchusæ,a quibusdā enchisa,& doris dicta lanuginosior q̄ anchusa, & minus pinguis,tenuioribus foliis & lāguidioribus,cōtra serpentes efficax potu foliorū uel seminis.Anchusæ radix in usu est digitali crassitudine,scinditur papyri modo,manusq; inficit sanguineo colore,præparat lanas præciosis coloribus,uariis ægritudinibus ꝓdest, ī primisq; lepræ,& lentigini, si liniatur.Galenus quatuor eius genera memorat.Onochilan. Lycapson. Onochilon,quartū dicit esse sine noīe.Onochilon a similitudine labiorū asini dictū est, propter qđ qdam labrū asininū nūcupauere,siue ꝙ asini labiis huius herbæ libēter pascātur. Alii enchryson eam nominānt,paruo frutice,flore purpureo,asperis foliis & ramis,radice messibꝰ sanguinea,cætero nigra.Sunt q eādem archenion uocāt. alii rhexian efficacissimā cōtra serpentes.& pseudobunion.alii herba napi folia habēs fructicans palmi altitudine.laudatissima in Creta contra tormina,atq; strāguriam efficax,ramis in potu sumptis quinis ciathis e niue. Hæc herba binio similis est.unde nomē habet,quā aliq arction uocant,urinā mirifice ꝓuocātem.& pseudodictamum,quasi falsum dictamū,quod dictamo simile sit.dictamū cū accentu in penultima ꝓnūciādum est.Hāc herbā ceruæ mōstrauere,qđ dum uulneratæ sunt, si eo pa-

scātur,

ſcãtur,ſtatim decidũt tela.non eſt alibi,q̃ in Creta ramis p̃tenue pulegio ſimile feruẽs, & acre guſtu,foliis tñ utũtur,flos ei nullus eſt.radix tenuis,& ſupuacua.In Creta quoq; nõ ſpacioſe naſcitur,mireq; a capris expetit̃.Nã hoc qđ uulgo pro dictamo oſtẽdit̃,fere ubiq; naſcẽs pſeudodictamũ eſt,folio ſimili,ramulis minoribus,a q̇buſdam condris uocatũ, minoris effectus ſtatim intelligitur.Dictamũ enim minima portione accẽdit os.Sũt q tradãt utrũq; naſci multifariã,ſed deterius in agris pinguibus. Verum q̇dẽ dictamũ non niſi in aſpis. & qđ in Creta naſcit̃,ut cætera oĩa in eadem inſula naſcẽtia,infinito p̃ſtãt iis,quæ eiuſdem generis alibi gignũtur.Eſt & tertium genus dictami,qđ aliq dictãnũ uocãt, ſed neq; facie,neq; effectu ſimile. folio ſiſymbrii,ramis maioribus.Tradũt Archadas,neq; hac,neq; aliis herbis uti,ſed lacte circa uer,qm̃ tũc maxime ſuccis herbæ turgeãt.bibũt aũt lac uaccinũ,qm̃ boues ueriferæ ꝑſus ſint herbarũ.Potẽtia herbaꝵ in q̃drupedibus manifeſta eſt,quia circa Abderã, & Limitem, q Diomedis uocat̃,eq paſti inflamant̃ rabiæ.circa Pothniã uero & aſini,pſeudoſpecen uocãt ueſpã,quæ ſingularis uolitat.Hãc magi ſiniſtra manu app̄hẽſam ſubnectũt ad quartanas pellendas,in q̇bus medicina clinice ꝑpemodũ nihil pollet.& pſeudiſodomõ genus ſtructuræ i ædificiis.Quippe græci ueteres e lapide duro,ac ſilice æquo cõſtruebãt,ueluti lateritios parietes. cũ ita feciſſent iſodomon uocabãt genus ſtructuræ, quaſi æqualiter directũ. At cũ inæquali craſſitudine ſtructa eſſent,pſeudiſodomon.Tertiũ genus erat euplecton tantũmodo frõtibꝰ politis,quaſi απληκτον,hoc eſt bene cæſum.Reliqua enĩ fortuito collocabãt.& pſeudoſmaragdus,d e quo inter lapillos dicemus.& pſeudologus,falſidicus.pſeudographus,falſariꝰ. pſeudomartyr,falſus teſtis.pſeudadelphus,falſus frater.& pſeudulus,falſus ſeruus. unde & plautinæ fabulæ pſeuduli nomen inditũ, in qua pſeudulus ſeruus introducitur,qui ſe ſyrũ aliũ ſeruum eſſe ſimulauit.A fando etiã facũdus dicit̃ diſertus,& qui ea,quæ mẽte cõcepit,ad audiẽtes facile,atq; ornate pfert,a quo fit facũdia,hoc eſt facultas differẽdi cum grã.& facũde aduerbiũ,pro diſerte.Itẽ a fando facetus,hoc eſt elegãs in dicẽdo,& delitias quaſdã ſermonis hñs, quæ facetiæ dicũtur,a quo facete aduerbiũ,hoc eſt exculte.elegãter.urbane.Sũt etiã qui fatim aduerbiũ,qđ ſignificat abũdanter,a fando dictũ uelint,ꝙ uerborũ maior q̃ rerũ copia ſit, uel ꝙ fari difficile ſit,a quo fit cõpoſitũ affatim,eiuſdem ſignificationis.& fatiſco,qđ eſt abũdãter apior,quaſi affatim hiſco.Vir. rimiſq; fatiſcũt.i.apiunt̃.ſoluunt̃.& fatigo,quaſi fatim ago,hoc eſt abũdãter agito.Proprie enim fatigare eſt ad laſſitudinẽ deducere.Vir.Veloces iaculo ceruos,curſuq; fatigat.Ponitur tñ aliqñ pro ꝑcutere.Idem. Verſaq; iuuẽcum terga fatigamus haſta.aliqñ pro excitare.Idem.Socioſq; fatigat.præcipites uigilate uiri.& alibi. Collecta fatigat ex longo rabies,& ſiccæ ſanguine fauces.Interdũ pro cogere,cõprimere.Cice. Qui nõ uerbis ſunt,& diſputatione philoſophoꝵ,ſed uinclis & carcere fatigandi.Quãdoq; pro cõmouere, perturbare.Vir.Quæ mare,nũc terraſq; metu,cœlũq; fatigat.Huius paſſiuũ ẽ fatigor.a quo fatigatus.& fatigatio.Item a fando oĩfariam,& multifariã aduerbia deriuantur,quæ ſignificant omnis generis,& multorũ generũ,ſiue in oẽs partes.& in multas partes.ſiue oĩbus modis. ſiue multis modis,quaſi quod oĩbus modis .aut multis modis fari poſſint.Item bifariam. trifariam.quadrifariã,in duas.tres,quatuor partes.ſiue duobus.tribus.quatuor modis.Item plurifariam,eodẽ modo dicimus etiã multifarius.& omnifarius.& plurifarius adiectiua noĩa. Sueto.Gladiatoria munera,plurifaria,ac multifaria exhibuit. Varro.Quod uolumẽ unum nos lectitauimus.poſtea ſeptifarium,hoc eſt ſeptifariam diuiſum.Apul.Oĩfario ſermone depinxit. Item faueo.ꝑprie enim fauere,eſt bona fari. Vir.Ore fauete oẽs. hinc fauor uox eſt bñ p̃cans alicui,ſiue alicuius cõmodũ,& laudem tuens,& fauẽtia bona ominatio.Nã p̃cones clamãtes populũ fauere ſacrificiis iubebãt.& fautor qui fauet,pro quo ueteres fabitorẽ dixere.& fœminінum eius fautrix.& fauorabilis,a quo fauorẽ habemus.& fauorabiliter,cũ fauore paſſiue.& fauſtum,fœlix,cui oẽs fauẽt.a quo aduerbiũ fauſte,hoc eſt fœliciter.Quoꝵ cõtraria ſunt ĩfauſtum.& infauſte,hoc eſt infœlix.& infœliciter.& Fauna dea,quod omni aĩantiũ generi faueat.Præterea a ferẽdo frons dicitur,ꝙ ĩdicia animi præ ſe ferat.eſt enim triſtitiæ.hilaritatis. clementiæ,ſeueritatis indiciũ.Varo tñ a foraminibus potius oculoꝵ dictam exiſtimat. Antiqui frontẽ maſculino genere dixerũt.A fronte fit cõpoſitum bifrons,qđ geminam frontẽ habet, & deriuatũ frontoſus,qđ nõnulli pro impudente uſurpant.Similiter a ferẽdo,frons frondis, qđ frõdes arborũ huc,atq; illuc a uẽto ferant̃,ꝑprieq; arborũ dicũtur frõdes.folia uero tã arborum q̃ herbarũ & florum,a quo frõdeſcere arbores dicũtur,dum frondes emittũt.ſicut floreſcere,dum emittũt flores.Item frondeũ,qđ totũ ex frondibus eſt.& frondoſum,qđ abũdat frondibus.& frondator,qui arbores amputat,& qui e frondibus manipulos facit per hyemẽ aĩalibus in paſtum offerẽdos.& qui manibus uitium folia euellit,quo ardor ſolis uuam reddat maturiorem.& frondarium,qđ ad frondes pertinet.Plynius.Vnus frõdator quatuor frõdarias fiſcinas cõplere in die iuſtum habet.& fronditius,uici cognomen,de quo inferius dicemus.Item a ferendo deducitur fιaus,hoc eſt deceptio,quæ alicui infertur,ſicut ab imponẽdo

dicitur impoſtura.qñq; tñ fraus pro ꝑiculo accipit, ſicut enim ĩ iure legit.Fraudi erit illa res, hoc eſt periculo.Vir.Quis deus in fraudẽ?Interdum pro pœna uſurpat.Idem.Iam noſces uẽtoſa ferat,cui gloria fraudem.Vlpia.de fraude,& pœna ſic ſcribit.Fraus aliud eſt, aliud pœna.Fraus enim ſine pœna eſſe poteſt, pœna ſinefraude eſſe nõ põt.pœna eſt noxæ uindicta, fraus & ipſa noxa dicit,& quaſi pœnæ quædã ꝑparatio.A fraus fit fraudolẽtus,hoc ẽ fraudis plen⁹.a quo fraudolẽter aduerbiũ,hoc eſt cum fraude.& fraudo uerbũ,cuius paſſiuum eſt fraudor.Quin.Primo iuuẽtæ flore fraudatus.& defraudo,quod eſt fructũ minuo,uel per fraudẽ aliqd decerpo.Terẽ.Suũ defraudãs geniũ cõparſit miſer.Plau.Ten ego difraudem,cui ipſi nihil eſt in manu,niſi ꝙ tu porro uxorẽ defraudaueris.Veteres frauſum,fraudatũ dicebãt, hoc eſt eũ, qui ad fraudis fructum ueniſſet,& frauſus erit,q fraudem cõmiſerit.A fraudo,& defraudo uerbalia noia fiũt fraudator.& defraudator.Item a ferẽdo fritilli,ſunt uilli ſordidi in tapetis, qd' per terrã ferãtur.& fritilli tabulæ luſoriæ, qd' ſuper iis teſſeræ ferãtur,ſiue(ut quidã putant) a crepitu ipſo teſſerarũ.Martialis.Dum blãda uagus alea decẽber incertis ſonat hinc,& hinc fritillis,hi & alueoli dicũtur.Varro.Quales ſunt teſſeræ,qbus in alueolo luditur,& fimi.Horati⁹ Mitteret in fimũ.Item a fero,fur,ſecũdũ quoſdã,ꝙ ferat,hoc eſt auferat res alienas, ut inferius dicemus.Item femẽ,q̃ſi ferimẽ,qđ hac maxime parte ſuſtineat homo,atq; feratur.Præter hæc a ꝑterito huius uerbi,qđ ẽ tuli,fit tolero,qd' ſignificat patiẽter fero.a quo tolerãter aduerbiũ, hoc eſt patiẽter.& tolerãtia,patiẽtia.Itẽ tollo,qd' ꝓprie ſignificat effero.eleuo.Cice.uel in cœlũ nos,ſi fieri poterit,humeris nr̃is tollemus.Aliqñ tñ capit ꝓ differo.Plau.Oẽs tollo ex hoc die in aliũ diẽ.Aliqñ pro neco,ut Nero matrem tulit,hoc eſt ſuſtulit.interfecit.& pro aufero.differũt tamẽ tollo.& aufero,ꝙ tollimus erectũ,auferimus ligatũ.Vir.Tollite cũcta inqt,cœptoſq; auferte labores.Interdũ pro capio,ut tolle,qd' tuũ eſt,& abi.Nõnunq̃ pro educo.Iuue.Tollere dulcẽ cogitat heredẽ,cariturus turture magno.modo pro ſuſcipio.Papinian⁹.Mãdo meæ filiæ pro ſalute ſolicitus ipſius.ut quoad liberos tollat,teſtamẽtũ nõ faciat.A.Gelius ſcribit.tollere aliqñ pro corrigere accipi.Varro.Vitiũ uxoris aut tollẽdum,aut ferẽdũ eſt, q tollit uitium,uxorẽ cõmodiorẽ præſtat,qui fert ſeſe meliorẽ facit.At ego hoc loco tollẽdũ,nõ pro corrigẽdũ exponi debere exiſtimo,ſed pro auferẽdũ.corrigũtur enim errores,q ex ꝑte emendãtur.tollũtur,qui auferũtur in totũ.eſt etiã,qñ pro emitto accipitur.Vir.Vnius in miſeri exitium cõuerſa tulere.& pro infero.Idem.Tollẽteq; minas, & ſibila colla tumẽtem.& pro offero,oſtẽdo.Idem.Cui mater media ſeſe tulit obuia ſilua.& pro ſuſtineo,patior.Terẽti⁹.Ego te cõplures aduerſus ingeniũ meum menſes tuli.quãuis hæc duo extrema a fero potius q̃ tollo deducta uideri poſſint.Ab hoc cõpoſita fiũt attollo,qd' aliqñ ſignificat erigo.Vir.Attollit ſe diua lacinia cõtra.Aliqñ aufero.Pacu.Cuſtodite iſtũ uos,ne eum quis attollat,neue quis attigat.& extollo,qd' ꝓprie eſt effero.Virg.Extulit hæc Decios.Ponitur tñ aliqñ pro differo.Cecili⁹.Abi intro,atq; iſtæc aufer,tñ hodie extollat nuptias.Item a tollo,cũ pro ſuſcipio accipit, fit ꝑteritũ ſubſtuli, quod ſignificat habui,etenim quẽadmodum de matre dicitur pepit filiũ, ita de patre ſubſtulit filiũ.cũ uero tollo pro educo capitur,ſubſtuli ſignificat educaui.Hoc idẽ aliqñ pro ſubmoui,& abſtuli uſurpamus.Vir.Iubet & ſublata reponi pocula.Aliqñ pro in altum tuli.Idem.& ſublatũ ſurgit in enſem.quæ duo ſignificata ex illo in Neronẽ epigrãmate declarãtur.Quis neget Aeneæ natũ de ſtirpe Neronẽ.Subſtulit hic matrem,ſubſtulit ille patrẽ.Subſtulit ĩquit matrem,hoc eſt occidit,& de medio ſubſtulit.ſubſtulit patrẽ ſuper humeros ſumpſit,& de incẽdio eripuit.Hinc ſublatũ modo pro ſuſcepto accipimus.Virgi.Troiæq; labores,ſublatũ erudiit.modo pro ablato.Idem.Sine me hic haud mollia fatu, ſublatis aperire dolis.Nõnunq̃ pro erecto.Teren.Quia paululũ nobis acceſſit pecuniæ ſublati animi ſunt.Item a tollo,toles dicũtur,ꝙ tollãtur,& tumeãt,cuius diminutiuum eſt tonſillæ.eæ aũt ſunt tonſillæ in hoĩe,quæ glãdulæ in ſue,q̃uis tonſilla etiã a tondẽdo uocet palus dolatus in acumen,& in cuſpide præferratus,qui nauis religandæ cã in littore figitur.Acci.Tacete.& tonſillas littore edite.Item ab eodem tollutim nõnulli deductum exiſtimãt,a tollẽdis equorũ pedibus.& tollutariũ equũ,& tollutiloquẽtiã, ideoq; ꝑ geminũ.ll.ſcribũt.ſed hoc falſum eẽ doctiſſimorũ uiroꝝ auctoritate ꝓbatur.Quippe a uoluendo tollutim dicit,q̃ſi uolutim, hoc eſt uolubiliter.& tolutarius,q̃ſi uolutarius equus,qui alio noĩe ab Auſtria hiſpaniæ regiõe aſturco appellatur,quẽadmodum inferius latius oſtẽdemus.Itẽ a fero cõpoſita fiũt affero,qđ ẽ apporto.circũfero, circũporto.offero,qđ interdũ eſt reuerẽter tribuo.uñ offerre diis frugũ primitias dicimus.interdũ bonũ aliqd',aut malũ repẽte oculis obiicio.Vir.Strictáq; aciẽ ueniẽtibus offert.Terẽ.Nã uitiũ eſt oblatũ uirgini olim.aliqñ polliceor.Iuſtinus.Cũ ei auxiliũ obtuliſſet.Nõnũq̃ ſpõte do.Lucillius.Hoies ipſi hãc ſibi moleſtiã,atq; erũnã offerũt.Terẽ.Offerimus iniuriã nõ merẽti.Hinc oblationes ꝓprie dicũtur,quæ diis offerũtur.Veteres.Offerumẽta dicebant.perfero.tollero.aufero.tollo.Terẽ.Vos iſtæc intro auferte,ideſt tollite hinc,& intro ferte.Nec ꝓbãdum eſt qd' donatus ſcribit,auferimus,quæ cũ faſtidio centimus.ferim⁹,

quæ cum honore tractamus.Siqdē & fures,& prædones ea auferūt,quæ iocūdissima sūt. Defero,qđ modo est adduco.Vir.Defer in italiam.modo affero.Idē.Celeris mādata p auras detulit.modo cælatū aliqd ꝓdo,& accuso.Cice.Certū est nomē deferre hoīs.Hinc delatores,occulti accusatores dicūtur,& calūniatores.Suetonius de Domitiano.Fiscales calūnias magna calūniātiū pœna repssit.ferebaturq; uox eius princeps,qui delatores nō castigat, irritat.Hinc delatio,quæ græce διαϐολη dicit̃.Macrobius.Præter categoriam,quæ est ψογοσ.& præter διαβολην,quæ delatio est.Sūt alia duo noīa apud græcos λοιδορια,& σκωμμα,qbus nec uocabula latina repio,nisi forte dicas lœdoriā exprobrationē esse ad directā cōtumeliā.Scōma pene dixerim morsum figuratū,quia sæpe fraude,uel urbanitate cogit̃,ut aliud sonet,aliud intelligat.Effero,qđ interdū est sepelio.Lucillius.Depugnabūt pro te ipsi, & morientur,ac se ultro efferēt.Nūc ꝓfero.Virg.Tūc satus anchisa cæstus pater extulit æquos.Idem.Vt belli signū laurenti Turnus ab arce,extulit.nōnunq̃ leuo,erigo.Idem.Ostēdit dextrā insurgēs Entellus & alte extulit.interdū proueho.extollo.Idem.Extulit hic decios.Cice.Nimiū forsitan hoc illi mirētur,atq; efferāt.Plerūq; extra fero.Plautus.Ne pedē domo efferrē.Hinc tractū qdā existimāt,ut efferri cadauer dicat̃,dum celebrat̃ funus,uel dū sepelit̃, quasi extra domū ferri. sed falsum est.efferri enim dicit̃,q̃si ꝓuehi,& extolli,quoniā cū pōpa ferri solebat humeris clarorum uiroꝝ feretro suppositis,qđ nūc quoq; fieri uidemus.ꝓpter qđ antiq mortuos non mō elatos,sed etiā supbos uocabāt.Plautus.Faciā ego hodie te superbū,nisi hīc abis.Profero, qđ modo significat ꝓtēdo.Ply.Cū lineā ꝓtulisset lōgissimā,atq; rectissimā.Hinc Ennius.Prolato ære dixit pro eo qđ est scuto ante se ꝓtēso.mō palā dico.ꝓnūcio.Seneca.Anteq̃ sniam ꝓferā.Lucillius.Proferat ergo iam noster ordo scelera,quæ in se admiserit.Hinc ꝓlatio,hoc est ꝓnūciatio deriuat̃.p̄fero.p̄pono.Plynius.Quòd hoīem rudē,atq; ignarū sibi p̄ferret.Item antefero,qđ & ipsum a fero cōpositū est.Salustius.Postq̃ hi,q signa p̄ferebāt,intellecto discrimīe cōstitere.Vnde p̄ferículū dictū uas æneū,sine ansa patens,ueluti peluis,qđ præferre in sacrificiis solebant.Item ostēdo.Apuleius.Et uultu in patiētiā præferēs.Infero.facio.quasi cōtrafero.unde inferre bellū.inferre iniuriā dicimus.a quo infensus dicit̃,qui ira ī alium elatus est,& odiū gerit.& infestus tam is,qui alicui malū infert.& plusq̃ inimicus est,iāq; aduersus eū fertur,q̃ is cui aliūde malū impēdet.Cice.dolebā iudices,& acerbe ferebam,si huius salus ob eam ipsam cām esset infestior,qđ is meā salutē,atq; uitā sua beniuolētia.p̄sidio.custodiaq; texisset.hinc infestare est crebris cursibus molestiā inferre.& signa infesta dicūtur,quæ aduersum tēdūt, hoc est uexilla in hostem euntia,ut molestiā inferāt.& infestatio,molestatio.unde infestuminare ueteres dixerūt,pro mare latrocinādo infestare.Nigidius tñ nō ab inferēdo sed a festinando dictum infestum affirmat.Nam qui instat inquit alicui,eumq; properās urget, & opprimere eum studet,atq; festinat,uel cōtra de alicuius periculo,& exitio festinat̃,is uterq; infestus dicitur ab instantia fraudis,quā uel facturus alicui,uel passurus est.Interdum infero, cōcludo, q̃si in unum fero.Seneca.Cum iis argumētis,qđ ꝓposuerat,intulisset.suffero. substineo . patior.Vir.Nec claustra,nec ipsi custodes sufferre ualent.aliquādo suppono.Plau.Intro ad uxorem meam,sufferāq; & meū tergū ob iniuriam.Differo,qđ mō significat ꝓrogo.& spacium tēporis extēdo.Virgi.Distulit in serā cōmissa piacula mortem.unde dilationē tēporis,ꝓrogationem appellamus.modo diuulgo.Lucillius.Gaudes cum de me ista sermonibus differs. Nonnunq̃ diuido.scindo.dissipo.Vir.Atq; arida differt nubila.Terē.Miserā me differor dolorib⁹.Virgi.Haud ꝓcul inde citæ Metum in diuersa quadrigæ distulerāt.Aliqñ dispono.Idem.Ille etiā feras inuersum distulit ulmos.Sæpe etiam disto.Cice.Ac uide quid differat inter nr̃am & illorum opinionem.Ab hoc fit differētia.& indifferēs.& differēter,atq; indifferēter aduerbia.Veteres pro differentia,differitatem dixere.Refero,nunc recenseo. Virg.Cogere donec oues stabulis,numerūq; referre iussit.Nunc ascribo.Suetonius.Et in deorum numerum retulit. Cice. Si ad unum omnia referēda sunt,dignissimū esse Pōpeiū,hoc est si uni omnia ascribenda sunt.Modo narro,cum habet datiuū.Vir.Referes ergo hæc,& nūcius ibis Pelidæ genitori.Si uero accusatiuū habet cum præpositione ad,incōsultationem pono.Quint. Non retulit ad matrem,non ꝓpinquos consuluit.nō amicos.aliqñ reporto,quasi retro fero.Quint.Ad patrem arma nō retulit.nōnunq̃ reuoco.Vir.Ille pedem referens,& inutilis inq; ligatus.Item reddo.Idem.O mihi prætеritos referat si Iuppiter annos.Item refero.Cornelius tacitus.Cum ex agris segetes domū referrent.Vnde refrina dicebantur ea, quæ ex segete causa auspicii domum ad sacrificium referebant.qñq; conuerto.Virgilius.Multa dies, uariusq; labor mutabilis æui Rettulit in melius.Plerūq; etiam renouo,& quasi rursus fero.Idem.Rettulit & priscos docuit celebrare penates. A refero relatiuum grāmatici dixere,quod aliquid superius dictū referat,ut qui.quæ.quod.Item dialectici quod aliquid referat,sine quo nec ipsum possit consistere,ut pater,& filius.dominus,& seruus,relatiua sunt,quia nec pater esse potest,nisi filiū habeat.nec dominus,nisi seruum,& talis(ut ita dicam)respectus,relatio uocat̃.A relatiuo fit rela

territoriū appellatur, qđ maxime teratur. quāuis Pōponius iuriſcōſultus territoriū ſcribit eē uniuerſitatē agroꝝ itra fines cuiuſq; ciuitatis dictū ab eo qđ magiſtrat⁹ eius loci, terēdi ius habēt. In ſingulari terra elemētū eſt totū. cū pluratiue ꝓferimus, plures terras ſignificamus. Vir. Multū ille & terris iactatus & alto. Ponitur tñ aliqñ terra & pro territorio, & pro ꝓuincia, ſiue regione. Cice. Eoꝝ q in hac terra fuerūt, magnāq; græciā, quæ tū florebat iſtitutis, & ꝑceptis ſuis erudierūt. unde cōterraneus dicitur, q ex eadē terra eſt, q̄propter Catullū cōterraneū ſuū Plyni⁹ uocat, q nō Veronæ, ſed in Benaci iſula nat⁹ erat. A terra fit terreus, qđ ex terra ē, ut uas terreū. Terrenus & terreſtris, qđ uel in terra natū ē, uel in terra uiuit, uel aliqd cōe cū terra hēt, ut terrenum. ſiue terreſtre aial. terrena labes. terreſtris. exercitus. terreſtres copiæ. & terrigena. qđ ex terra natū eſt, unde terrigenæ gigātes dicūtur. & terricola, qđ colit, hoc ē hītat terras. & terentū locus in cāpo Martio, qđ in eo ara ditis pr̄is in terra occultaretur. erat hic locus Diti ac Proſerpinæ ſacer, i quo oium, q aut naſcerent aut morerētur, noīa ſcribi ſolebāt, quotiēs ciuitas luſtrabat, q̄ res initiū habuit huiuſmōi, cū igēti peſtilētia urbs uaſtaret, Valeſius uir locuples, ſed ruſticæ uitæ duobus filiis, & filia ad deſpationē morbo laborātib⁹, aquā calidam a foco petebat, ubi genib⁹ nixus lares familiares orauit, ut pueroꝝ piculū i eius caput trāſferrēt, audita ſtatim uox fuit eos ſaluos habituꝝ, ſi cōtinuo tyberi deuectos Terētū deportaſſet, ibiq; ex ditis pr̄is, & ꝓſerpinæ ara petita aq̄ recreaſſet. Quapp mēte cōfuſus q̄ſi nimis lōga, & piculoſa nauigatio Terētū imparetur, pueros tñ ad ripā tyberis ſtatim detulit ex uilla. in qua habitabat, ꝓpe uicinū ſubinæ regioni fretū. ac lintre oſtiā petēs, intēpeſta nocte ad cāpū Martiū appulſus eſt, ubi ſitiētibus ægris ſubuenire cupiēs, cū ignis in nauigio nō eſſet, a gubernatore didicit fumū nō ꝓcul appere, iuſſuſq; Terētū egredi (id nomē ei loco ē) hauſtā calice aquā eo detulit, uñ uiſus fuerat fumus oriri, locūq; fumātē potius q̄ ulla flāmæ ueſtigia hñtē tenacius cōcitās, cōtractis quæ ſors obtulit, nutrimētis ꝑtinaci flatu ignē exciuit, calefactāq; aquā pueris bibēdā dedit, qua epota ſalutari qete ſopiti, ſtatim liberati ſunt, & uocato pr̄e idicauerūt ei uiſſe ſe i ſomnis, a neſcio quo deoꝝ corpa ſua ſpongia tergi, & ꝑcipi, ut ad ditis pr̄is, & ꝓſerpinæ arā, a qua potus eis allat⁹ fuerat, furuæ hoſtiæ imolarētur, lectiſterniaq;, & ludi nocturni fierēt. Is qm̄ eo i loco nullā arā iſpexerat, deſiderari credēs, ut a ſe iſtitueretur, arā empturus in urbē ꝑrexit, relictis q fundamētoꝝ grā terrā ad ſolidū foderēt. hi cū ad uiginti pedū altitudinē humo egeſta ꝑueniſſent, aiaduerterūt arā Diti pr̄i Proſerpinæq; inſcriptā. Quod poſtq̄ Valeſius nūciāte ſeruo accepit, omiſſo emēdæ aræ ꝓpoſito hoſtias nigras, quæ antiqtus furuæ dicebātur, Terēto imolauit. ludos quoq; & lectiſternia cōtinuis tribus noctibus, qa totidē filii piculo liberati erāt, fecit. Cuius exēplū Valerius publicola q primus cōſul fuit, ſtudio ſuccurrēdi ægris ſecutus, apud eādē arā nūcupatis publice uotis, cæſiſq; atris bob⁹ Diti marib⁹, Proſerpinæ fœminis, lectiſternio, ac ludis trinoctio factis, arā terra, ut añ fuerat, obruit. Religionē deide ludoꝝ creſcētib⁹ opibus lauticia ſecuta ē. Primus Qu. Catullus cāpanā imitatus luxuriā ſpectātiū cōſeſſum ueloꝝ umbraculis texit. Primuſq; Cn. Pōpeius, iductis ꝑ ſemitas aqs æſtiuū feruorē moderat⁹ ē. hoc ſæculariū ludoꝝ initiū fuit, q iō appellati ſūt ſæculares, ꝙ uno ſæculo, hoc ē cētū annis ſemel tm̄ fierēt. q̄uis hic mos aliqñ fuerit iterruptus. Sæculū cētū annoꝝ ſpatiū dr̄ a ſene, qđ lōgiſſimū ſpatiū ſeneſcēdoꝝ hoium id putarēt, ut Varro inqt. Huiuſmōi ludos ꝓ hoium ſalute faciebāt, & renouari, atq; iſtaurari hoc ſacrificio ciuitatē putabant, ac morbos oēs, ꝑcipueq; peſtilētiā expelli. Apiebat aūt ara Terenti in ſæcularibus ludis, deinde rurſus occultabat. Mar. Bis mea Romano ſpectata eſt uita Terento. Et nihil extremos ꝑdidit ante rogos. hoc eſt mortua ſum oi mea ꝓle ſuꝑſtite, bis uiſis ſæcularibus ludis, hoc eſt ætate ꝓuecta. nā ludos ſæculares nō ſeruato cētū annoꝝ ordine, & Auguſtus, & Claudius, & Domitianus addiderūt. Papinius. Nec tātū iducerint fatis noua ſæcula crimē. Aut iſtaurati peccauerit ara Terēti. hoc eſt nō cōmittat tātū ſcelus ara Terēti, ut iſtauratis a Domitiano pro ſalute hoium ibi ſacrificiis ſinat Gallicū hoc morbo ꝑire. Itē extorris, q̄ſi extra terrā dicit, quēadmodū exul, q̄ſi extra ſolū, & terraneola auis alaudæ ſimilis, præterq̄ qđ in capite apicē non habet, quēadmodū alauda, quæ olim a galeæ ſimilitudine galerita uocabat. poſtea gallico uocabulo appellata eſt alauda. Galli enim hoc nomine ſignificāt galeā, unde milites q galeis utūtur, dicti ſunt alaudæ. Legionis alaudarū meminit Cæſar in cōmētariis. Alauda a græcis uocatur κορυδαλος. κορις. n. galea ē, qdā hāc parcū quoq; dici exiſtimāt, ſed falſum ē. Parcus. n. auicula eſt palūba minor aliquāto. ſub corpe alba. colores ſuꝑioris plumæ, & criſta fere ſimilis pauoni. Dicta eſt aūt Terraneola, qđ nō in arboribus, ſed in terra uerſet, ibiq; nidificet. Sūt q terreo quoq; uerbū a terra deductū exiſtimāt. eſt enim terrere, timorē alicui incutere. quaſi eum in terrā ꝓſternere uelimus. ab hoc fit terror, hoc eſt timoris incuſſio. & terrificus timorem incutiens, & terribilis. i. formidabilis, atq; horrendus. & terrefacio. & perterreo. & perterefacio. & exterreo. & deterreo. & abſterreo, eiuſdem fere cum ſuo ſimplici ſignificatiōis. Exterritum tñ aliquando pauefactum dicimus. Virgil. Plauſumq; exterrita pēnis, dat tecto ingētē, mō accē-

ſum inflãmatũ.idẽ.Sæuit agris,aſpq; ſiti,atq; exterritus æſtu.Itẽ a terra terræmot⁹ dicitur,cũ terræ icluſo ſpiritu cõtremiſcũt.magno ſæpe habitãtiũ dãno.alibi,pſtratis urbib⁹.alibi hiatu ,pfundo hauſtis.alibi egeſtis molib⁹.alibi emiſſis amnib⁹.nõnunq̃ etiã ignib⁹.& calidis fontibus.alibi auerſo fluminũ curſu.qđ ipſi nr̃a ætate Calliſto põtifice maximo in Apulia.atq; cãpania uidimus,tãta eaꝝ,puinciaꝝ ruina.ut fuerint q̃ de natali ſolo reliquẽdo ppetuo cogitauerint.Itẽ a terra tellus,p diminutionẽ deducitur,qđ,pprie deã terræ ſignificat.ponitur tñ,p ipſa terra.Itẽ tripudiũ q̃ſi terræ pauiũ.Cice.Sed q̃a cũ pulli paſcũtur,neceſſe eſt aliqd ex ore cadere,& terrã pauire.Terripauiũ primo,poſt terripudiũ dictũ eſt,deinde tripudiũ.cũ igitur offa iã cecidit ex ore pulli,tũ auſpicãti tripudiũ ſoliſtimũ nũciatur.Hãc unã rerũ naturæ ptẽ pp eximia in nos merita mr̃is cognomẽto ueneramur.Hæc.n.naſcẽtes nos excipit.natos alit.ſemelq; editos ppetuo ſuſtinet.Nouiſſime cõplexa gremio,& quaſi a reliqua natura abdicatos tũ maxime ueluti mater opit.hæc ſola nunq̃ iraſcitur hoĩ. Aer dẽſatur nubibus.furit,pcellis.aquæ ſubeũt in imbres.rigeſcũt in grãdines.tumeſcũt in fluctus.p̃cipitãt ĩ torrẽtes.ignis cũcta exiccat.cũcta cõburit.At terra mitis.benigna.indulgens.miniſtra hoĩum,quæ coacta nõ generat? quæ ſpõte nõ fundit? hæc nobis odores.ac ſapores præparat.hæc ſuccos.hæc fruct⁹.hæc colores.hæc bona fide creditũ reddit fœnus.hæc nr̃i cã cũcta alit.& ſemp hoĩ noua parturit.hæc frugẽ.uinũ.carnẽ.lignũ.lapidẽ.herbã.ferrũ.æs.argẽtũ.aurũ.cæteraq; metalla.margaritas.gẽmas.& qcq̃d uitæ hoĩum nõ mõ utile,ac neceſſariũ,ſed etiã decorũ,ac iocũdũ eſt,abũde ſuppeditat.Secũdũ elemẽtũ eſt aqua,quæ ſecũdũ quoſdã ab æqualitatẽ dicta eſt.nihil enim eſt illa dũ q̃eſcit,æq̃bilius.ut ego ſentio,q̃ſi a qua uiuamus.Aqua.n.& ignis humanã uitã maxime cõtinẽt.Vñ aqua & igni interdici ſolebat dãnatis.aquã & ignẽ ſumebãt nuptæ.& q̃ funus,pſecuti fuerãt,redeũtes ignẽ ſupgrediebãtur aqua aſpſi,qđ purgationis genus uocabãt ſuffitionẽ.Hoc elemẽtũ cæteris oĩb⁹ uidetur impare.Terras.n.deuorãt aquæ.flãmas necãt.ſcãdũt ĩ ſublime.& ip̃m quoq; ſibi uẽdicãt cælũ.Quid eẽ mirabili⁹ põt,q̃ ſtare ĩ cælo aq̃s? At illæ nõ mõ in tãtã altitudinẽ pueniũt ipſæ,ſed ſecũ piſciũ quoq; examia,& lapides rapiũt.Eædẽ cadẽtes,oĩum terra naſcẽtiũ cã fiũt.fruges.arbores.frutices iuuãt.migrãt in cælũ.ut uitalẽ aĩam deferãt herbis.Præterea alibi calidæ ſunt.alibi frigidæ.alibi tepidæ.& pene oĩbus morborũ generib⁹ auxiliãtur.Aliæ ſulphuris.aliæ aluminis.aliæ ſalis.aliæ nitri.aliæ bituminis.aliæ ferri.aliæ æris.aliæ acidæ ſunt.aliæ ſalſæ.& cũctæ hoĩum tãtũ cauſa uidẽtur erupiſſe.Generatim neruis,pſunt oẽs.aliæ pedibus.aliæ coxẽdicib⁹.aliæ luxatis.aliæ fractis.aliæ exinaniũt aluos.aliæ ſanãt uulnera.aliæ capiti.auribuſq; & oculis priuatim medẽtur.aliæ ſterilitatẽ mulierũ.& uirorũ inſaniam abolere,pdũtur.nõnullæ iuuãt calculoſos.aliquæ,phibent abortũ.ſunt quæ tollũt uitiligines.aliæ podagricis,pſunt.aliæ tertianas febres diſcutiũt.aliæ dẽtes ſiſtũt.aliæ ungulas etiã iumẽtorũ indurãt.aliæ ſubtiliores faciũt ſenſus.aliæ memoriam afferũt.aliæ obliuionẽ ĩducũt.aliæ canoras uoces faciũt.Sed ut de cæteris taceamus Perottæ q̃s ipſi paucis ante annis nõ mediocri ope ac ſumptu in agro uiterbiẽſi deduximus,Lethargicos,& hydropicos,& colicos curãt.luxatos ſtatim ſanãt.collutæ dẽtes ſiſtũt.ſcabiẽ.lichenas.uitiligenes mira celeritate tollunt.cruditati medẽtur.famẽ ſublato oĩ faſtidio ĩducũt.fœcunditatẽ mulierib⁹ afferũt.Venerẽ ſi debilitata fuerit,excitãt.calculorũ uitia diſcutiũt.Lymphaticos ſudãdo mox ſanãt.aptiſſime ſtomacho.neruis,uniuerſo corpi.Ab aq̃ fit aquor uerbum,qđ eſt aquã haurio.ſiue aquã fero.Curtius.Cũ miles aq̃tũ,pfectus eſſet.Virg.Sed circum tutæ ſub mœnib⁹ urbis aquãtur.a quo fit aq̃tio,hoc eſt aquæ uectio.Aqlex q aquã colligit.Varro.An hoc p̃ſtat Hero filius Diogenis,qđ ille e uẽtre aquã emittit? an hoc te iactas? At hoc pacto utilior te thuſcus aqlex.& aqlegiũ collectio aquæ.Plau.Si pluet aqlegio me iuuabo.& aquæ ductus,& qđ eiuſdẽ ſignificationis eſt,Aquagiũ,q̃ſi aquæ agiũ.& aquæliciũ cũ aq̃ pluuialis remediis qbuſdã elicitur.& aq̃ ĩtercus,qđ ſignificat hydropiſin.hydropici dicũtur,quos aqua inter cutẽ male hẽt.ideoq; ἀπὸ του υδωρ,qđ aqua eſt,græci hũc morbũ υδρωπα uocant.Eius tres ſpẽs ſunt.Aut enim uẽtre uehemẽter intẽto creber intus ex motu ſpũs ſonus eſt,aut corpus inæq̃le eſt tumorib⁹ aliter,aliterq; p totũ id oriẽtib⁹,aut ĩtus in unũ aq̃ cõtrahitur,& moto corpe ita mouet̃,ut ĩpetus eius cõſpici poſſit.Primũ tympaniten.Secũdũ leucophtegmãtiã uel hypoſarca.Tertiũ aſciten græci noĩant.Cõis oĩum eſt humoris nimia abũdãtia.Item ab aqua aq̃liculus dictus eſt,qđ,pprie uas eſt,in quo porci ſorbent,p metaphorã uero,p uẽtre uſurpat̃.Perſius.Cũ tibi Calue pinguis aq̃liculus,ppẽſo ſexqpede extet.& aquariũ ſiue aq̃riolũ locus,in quẽ ſordida aqua iactatur.q & lauacrina a lauãdo appellatur.& aq̃lis,uas ad aquã tenẽdã,qđ & matula dicit̃,& matella.& matellio.Plau.Ne tu poſtules matellã unã tibi aquæ ĩfundi in caput.& aqlus color ſubniger ita dict⁹,ꝙ cũ antiq̃ duos oĩno naturales colores noſſent albũ & nigrũ,ĩteruenireт aũt is quoq;,q ita neutri ſimilis eſt,ut ab utraq;,pprietatẽ trahat.eũ potiſſimũ ab aq̃ denoĩarũt,cuius incert⁹ eſt color.hinc Aqlius prænomẽ factum,a colore ſubnigro,& aqla appellata.q̃uis aliq̃ ab acute uidẽdo dictã potius aqlã uelint.Aqlo uero uẽ-

tus ob uehemẽtissimum uolatum ab aquila denoĩatus est. Item ab aqua aqueus dictus, quod ex aqua est, ut color aqueus. Item aquatus, aqua infusus, ut aquatũ uinũ. & aquosus, plenus aq̃, ut aquosa hyems. aquosus autũnus. aquosus orion. & aquaticus, quod in aqua degit. Ply. Terrestres, & aquatici pisces. & adaquo uerbũ, qđ est aqua infundo. & aqfolia arbor ex genere ilicis, quam græci quidã similacẽ uocãt. Theophrast. Similacẽ uitant arborẽ ilici similẽ, folio tamen non aculeato, sed molliori, nec materia, ut illa, solida, spissaq;, sed soluta, molliq; ĩ opere. Archades phyllodrin nũcupant. Quidã hãc fœminã ilicẽ putant esse. Dores agrestẽ ilicẽ uocant. Vtriusq; ilicis fructus breuior, & gracilior, q̃ quercus. Homerus autẽ acylon appellat roboris glandẽ. & æquus. i. æqualis, qđ aqua dũ quiescit, pfectã æqualitatem habet, de quo atq; deriuatis ab eo inferius dicemus. & Aquægalliæ urbs, iuxta quam sunt calidæ aquæ. & Aqtania regio ab obliquis aquis ligeris, hæc a Circio oceanum habet, qui aquitanicus sinus dicit͛, ab occasu Hispaniã, a septẽtrione Lugdunẽsem ꝑuinciã. a meridie Lugdunẽsem. Sũt etiam, q̃ Aquileiã a legẽdis aquis appellatã existimẽt urbem extra Venetiæ fines, iuxta quã defluit timauus, in carnoꝝ regione, iuxta regionẽ iapidũ a Romanis cõdita, & ĩminẽtibus imposita barbaris, ad quã flumine aduerso, onerariis nauibus per natisonẽ flumẽ nauigat͛ plus stadiis sexaginta. & aquarius cœleste signũ, pedes habẽs in hyemali circulo defixos, manũ sinistram usq; ad capricorni porrigens tergus, dextra iubã pegasi ꝑpe cõtingens, spectat ad exortum. occidit, oriturq; capite prius q̃ reliqs membris. habet in capite stellas duas subobscuras in utrisq; humeris singulas, magnas. in sinistro cubito grãdem unã. in utrisq; mãmis singulas obscuras in lumbo interiori unã. in utrisq; genibus singulas. in dextro crure unã. in utrisq; pedibus singulas. effusio aquæ cum urna ipsa, triginta. Aquariũ putãt Ganymedẽ eẽ Troi regis filiũ, quẽ Iupiter pulchritudine eius captus, ab aqla in cœlũ raptũ, ministrũ suum fecisse existimat͛. alii putãt Deucaliona esse, ꝙ eo regnãte tanta uis aquæ se de cœlo ꝓfuderit, ut factũ sit diluuium. Nõnulli Cecropem esse affirmãt. Cecrops enim ante uini usum regnauit, quo tpe aqua in sacrificiis deorum usos fuisse homines manifestum est. Tertium elemẽtum est aer, de quo diximus, hunc maiores nostri cœlum appellauere, quicquid inani simile, uitalem hũc spiritũ fundit. Hinc nubila. tonitrua. fulmina. hinc grãdines. pruinæ. imbres. ꝓcellæ. turbines, hinc plurima mala. & inter se rerũ naturæ discordia. Aer aliqñ pro sono accipitur. Varro. Anima, ut conclusa in uesica, quãdo est arte ligata, si perculeris aera reddet. Ab aere aereus deducitur, & aeripes, hoc est pedes leuissimos, & q̃si aereos habens. Virg. Fixerit aeripedẽ ceruã, ubi secundus pes ꝓceleusmaticus est. Quartum elementum est ignis, ita fœcundum, ut seipsum pariat, paruisq; scintillis crescat in immẽsum. In Comagene urbe samosata stagnum est emittens limũ, maltam uocant flagrãtem, & cum quid solidi attigerit, hærẽtem. tactum præterea sequẽtem fugiẽtis. Sic defendere muros olim oppugnãte Lucullo, flagrarũtq; propriis armis milites. Similis fere naturæ est napthe, circa Babyloniam ꝓfluens, bituminis liquidi modo. huic magna cognatio ignium. trãsiliũtq; ꝓrsus in eam undecũq; uisam, sic ferũt a Medea crematã pellicem, postq̃ sacrificatura ad aras accesserat, corona igne correpta. Ignem dictum existimant, quod nihil ex eo gignatur, præterq̃ in Cypri ærariis fornacibus ex medio igni pẽnatum quadrupes, maioris muscæ magnitudine, quod pyralis appellatur, a quibusdã pyrausta, quandiu est in igne uiuit, cum euasit longiore paulo uolatu, tũc moritur. Ab igne uero igneus deducitur, quod ex igne est, ut calor igneus. fulgor igneus. & ignitus cãdẽs, ut ignitum ferrũ. & ignesco. & ignefio eiusdem significationis. & ignarius lapis, ex quo ignis excutitur. & ignefacio, accendo ignem. & ignigena, ex igne genitus. & ignipotẽs Vulcanus. qđ ignis potestatẽ habeat. & igniuomum, quod ignẽ uomit. & ignia uitia uasoꝝ fictiliũ, quæ coquẽdo cõtrahũtur. & ignitabulum, ignis receptaculũ. & ignis sacer, morbi genus, cuius duæ species sunt. alter est subrubicũdus, aut mixtus cum rubore, atq; pallore, exasperatusq; per pustulas continuas, quarum nulla altera maior est. plurimæ. perexiguæ, ĩ quibus semper fere pus est, & sæpe rubor cũ calore. serpitq; id nõnunq̃ senescente eo, quod primũ uitiatum est, fit maxime in pectore, aut lateribus, aut eminẽtibus partibus, præcipueq; in plantis. Altera species est in summæ cutis ex ulceratione, sed sine altitudine hoc latum est. subliuidũ. inæqualiter tamen, mediũq; senescit extremis ꝓcedentibus, ac sæpe id quod iam sanum uidebatur, iterum exulceratur. Cutis colorem habet ex rubro subnigrum, hoc morbo corpora fere seniora tẽtantur, aut quæ mali habitus sunt. sed in cruribus maxime. Ignis elemẽtum quidam æthera uocant græco uocabulo, quod ἀπὸ τοῦ αἴθω deducitur, quod est cremo. a quo fit æthera, quod ætheris splẽdorem significat. Vir. Nec lucidus æthra syderea polus. Interdum æther pro aere ponitur, quẽadmodum cælum. Virg. Resonatq; fragoribus æther. Aristoteles Aethera pro cœlo ponit. quẽ sequitur Ouidius. Sic habites terras, & te desyderet æther. Cleãtes phylicus æthera summũ deũ esse existimauit. Quod Virgilius quoq; uidetur sensisse, cum inquit, Tum pater omnipotẽs fœcũdis imbribus æther, Cõiugis in gremiũ late descendit. Aethra, quoq; Aegæi Athenarũ regis con

iunx fuit, mater Thesei, & alía eiuſdē noīs Helenæ comes. Ouidius. Cætera pet socias Clymenen Aethrāq; loquamur, Quæ mihi sunt comites, cōsiliūq; duæ. Ab æthere fit æthereus, quod modo id, qđ ex æthere est, modo altū, sublimēq; significat. OMNIS LABOR. Omne opus labore, ac sumptu factū. Oīs distributiua dictio est, & tñ differt a toto. nam oīs, ad numerū refertur. totus ad quātitatē. totū dicimus corpus aliquod integrū, ut tota domus. tota urbs. omne de uniuersis dicitur, numero distinctis. ut omne pecus. omnis grex. Poetæ tñ hāc ꝓprietatē sæpe cōfundūt. Totus a tot deriuaꝛ, quēadmodū quotus a quot, unde frequenter quotus, pro quot poniꝛ. Marcialis. Dic quotus es? & quāti cupias cœnare? nec ullū addideris uerbū, mēsa parata tibi est, idest quot estis, & quot tecū habes? Cice. Quotus enim istud q̇sq; fecisset. i. nullus, aut rarus. Aliqñ quotus cōtinuā quātitatē significat, & poniꝛ pro quātus. Iuue. Quota portio fecis achææ. A quot cōposita fiūt quotquot, & quotcūq;, quoꝵ significatio nota est. & quotannis, singulis annis. & quotidie singulis diebus. a quo quotidianus. A tot, totidem, idest plane tot. nec plures, nec pauciores. Item a quot fit aduerbium quotiēs. a tot totiens, notæ significationis. Ab omni uero duo aduerbia deriuantur. Oīno, quod significat ꝓrſus. unde apud iuriscōsultos oīno recessisse dicitur is, qui recessit aīo ꝑmutādi domiciliū. & oīfariam, qđ significat oīs generis, siue oībus modis. Item noīa omnigena, ex omni genere. oīpotēs, oīa potēs. a quo oīpotentia, oīum rerū facultas. oīualens, oīa ualens. a quo oīualentia. oīmodus, oīum modorum. oīuagus, per oīa uagās. oīparens, q oīa genuit. oītenens, q oīa cōplectiꝛ. oīpudens quē oīa pudent. oīfactor, qui oīa fecit. omnicreator, qui omnia creauit. omnimorbus omnibus morbis subueniēs. unde oīmorbiam herbā q̇dam maluam appellāt. Trādūt. n. siquis quotidie succi eius dimidiū sorbeat cyathū oībus morbis cariturū. Alii oīmorbiā herbā uocāt heleniū, quod ab hælenæ lachrymis, ex quibus natū creditur, nomē sumpsit, fauet formæ, & cutem mulierū in facie. ac reliquo corpe nutrit incorruptā. existimāt ꝓterea quandam gratiā iis usu illius dari, & uenerē cōciliari. A malua, maluaceus deriuaꝛ, pro eo, qđ ex malua est, ut maluaceus caulis. & maluaceæ frondes, CEDIT. Dat locū, uictum se fatetur. cedere enim ꝓprie est abire, & locū dare uictori. Vir. Cōuenit Euādri uictos discedere ad urbē. Idem. Cede deo. Cicero. Cui q̇dē exercitus nostri, imꝑatoresq; cesserūt. ab hoc per metaphorā cedere accipimus ꝓ uenire in ius alicuius, ut cedūt mihi ea bona, hoc est in ius meū ueniūt. Virg. Hæc oīs regio, & celsi plaga pinea montis, Cedat amicitiæ teucroꝵ. Idem. Aut abeat uictus, cedat lauinia coniunx. Item cedere, pro discedere accipimus. Lucillius. Quandoq; pudor ex pectore cessit. hinc cedere iræ dicimus dare locū iræ, & quasi ab ira discedere. cedere bonis, discedere a bonis. & quicq̇d nostrum erat, tradere creditori, cedere iuri. discedere a iure. & ius quod habebamus alteri tradere, quod & de iure cedere dicimus. Item cedere, capim⁹ pro dare. Enni⁹. Saluete optima corpora, cedite manus uestras, measq; accipite. Hinc cedere ius nostrū aliis dicimus, hoc ē dare. a quo cessio iuris, & cessio bonoꝵ. Item cedere, est subtrahere se. Vir. Celeriq; elapsus corpore cessit. Plau. Cedamus imbri. cedere, cōcedere. obsequi. non repugnare. Vir. Cedam⁹ phœbo, & moniti meliora sequamur. Item. Cedo eq̇dē, nec nate tibi comes ire recuso. cedere, incedere. Varro. Cedit uelocibus iuuenis, mēbris leuibus, nitidis oleo. cedere, succedere. Vir. Cesserit ausonio si fors uictoria turno. cedere diē (ut Vlpianus inq̄t) est incipe. pecuniā debere. Sicut uenire diē, est eū diē uenisse, in quo pecunia peti possit. nō cedere honori, quēadmodū supra diximus, est parē meritis eē, & hæc oīa in ꝓterito faciūt cessi, ac sine diphthōgo scribūtur. Ab hoc cedo fit cesso, qđ ē ab ope uaco. Vir. Et si q̇d cessare potes, req̇esce sub umbra. a quo cōcesso eiusdē significationis. Plau. Postq̄ aurora est, nunq̄ cōcessauim⁹ lauari, aut fricari, aut ornari. & cessabūdus, ociosus. & necesse, siue necessum, qđ ui aliqua cogēte fieri opus est, q̇a non sit in eo cessandū. a quo necessariū eiusdē significationis. uñ fit necessario aduerbiū. & necessitas, ac necessitudo eiusdē significationis. modo. n. pro ui q̄dā urgēte accipiunꝛ. mō pro uinculo quodā religiosæ cōiūctiōis. a quo necessarii dicunꝛ, q iure affinitatis coniūcti sunt, ꝙ nulla inter eos cessatio, hoc est sepatio sit, uel ꝙ necessaria inter eos officia cōferātur. Cæsar. eq̇dem mihi uideor pro nr̄a necessitate. nō labore. nō opa. nō industria defuisse. Salustius. Coactus rerū necessitudine statuit armis certare. Itē cello, quo ueteres utebanꝛ pro cedo, nunc cōpositis tm̄ utimur, excello, & ꝓcello, qđ ē excedo, & añcedo. a quo excellētes, & ꝓcellētes dicunꝛ. excellētia, & ꝓcellētia. & aduerbia excellēter, & ꝓcellēter. Itē celsus. alt⁹. sublimis. excellēs. a quo celsitudo. excellētia. & a ꝓcello, ꝓcelsus. ab excello, excelsus. Itē añcello eiusdē significationis. & ꝓcello, qđ significat differo. Lucilius. Ad nonū hoc ꝓcellit annū. cōposita fiūt accedo, qđ ē aduenio. appropinquo. a quo fit accessus, pro aduentu. & accessio, qđ mō accessum signifiat. sicut decessio, recessum. Cice. Eoꝵ neq; accessiōe uitā meliorē fieri, neq; decessione peiorē. mō additamētū, & accumulationē. Seneca. Magna reb⁹ nr̄is facta erit accessio. Intercedo, qđ mō significat īteruenio cōciliādi gr̄a. Apuleius. Dū pro īope, ac calamitoso īntercederē. Itē intercedit mihi tecū amicitia, ītercedit tibi cū illo affinitas, hoc est media est, q̄ me tibi, & te illi cōciliat. mō

at.mō uerbis,& ui mediū me oppono,ut tribuni intercesserūt,hoc est opposuerūt se,& rē impediuerunt.ab hoc fit īntercessio,& īntercessor,quæ in utroq; significato capiunt̃.Abscedo,discedo.a quo abscessus fit,qđ īterdū discessum significat,īterdū cōcursum mali humoris in aliquā partē corpis,ex quo suppuratio fit,quā græci uocāt apostema.A pure suppuratio dicta.pus sanies est,& qcūq; humor in putredinē uersus.a quo fit purulētū plenū sanie.& putreo.& putresco,qđ est in purē uertor.& putrefacio,corrūpo.& putre corruptū,ac resolutū.Virg.Et zephyro putris se gleba resoluit.& suppuratus locus,in quē factus est maloꝝ humoꝝ cōcursus,q si ī saniē uertit̃,maturari,ac maturescere dicitur,sin min⁹ discuti,siue resolui.& putredo.& putrefactio.i.corruptio.& putridū,corruptū.& puteo,qđ significat feteo,a quo putor,fetor.& putidū,siue putulētū,qđ est odoris mali.Cice.putidas,ac pnitiosas aures.uñ p metaphorā orōnē quoq; putidā dicimus,quæ aurib⁹ austera.insuauis(& ut ita dicā)rācida est.& putide aduerbium fœtide,ac rancidule.& p̃putiū,qđ est añ putidū,hoc est añ id qđ putet.Est.n.p̃putiū pellicula iu summitate penis,quæ opit glādē,quā qui mutilant̃ dicunt̃ circūcisi,siue recutiti.& puteus,qđ fetet,dū cauat̃,& aliqñ hoiem pimit.a quo puteal,a quo puteus coopit̃.& putearius fossor puteoꝝ.Ply.Depssis puteis sulphurata,uel aluminosa occurrētia,putearios necāt.& puteanus.Idem.Quod si tātū aquæ puteanæ adiicias.& puticuli quoddā uetustissimū genus sepulturæ,qa ibi cadauera putrescerēt.& Puteoli urbs Cāpaniæ ab aquarū calidarū,& sulphuris fœtore,siue a multitudine puteoꝝ huiusmodi aquaꝝ gr̃a factoꝝ.& putitius,qđ Plaut⁹ pro stulto usurpauit.& pustula,qđ significat tuberculū ex īflāmatione q̃dam in sūmitate cutis nascēs subrubicūdū.Pustulaꝝ q̃dā sunt humidæ,quædā siccæ.Pessima aūt pustula ē,quæ surgit in summitate digitorū,sæpe scabriciē unguiū faciens cū dolore maximo,Martia.Feruida ne trito tibi pollice pustula surgat.exornēt docilē garrula plectra lyrā.Item a pus sputū deducit̃,hoc est saliua.& spuo,saliuā emitto.a quo fit sputo,cuius passiuū est sputor.Plau.Nā illic isti,q sputatur interdū morbus uenit,qui sputat̃ inquit,hoc est in quem inspuitur.& cōspuo actiuū quod significat sputo aliquem fœdo,cuius passiuū est cōspuor.Plau.ab oībus derisus,atq; conspputus.Item inspuo,in aliquē spuo.expuo,extra spuo.respuo,repudio,& quasi cōsputo,per cōtēptū reiicio.& per metaphoram cū cōtēptu expello.Ter.Vbi illā expueret miseriā ex animo.Despuo,idem qđ cōspuo.Præterea a spuo,spurcū,qđ ꝓprie significat ĩpurū.obscœnū.lutulētum.Plau.Tot noctes reddat spurcas,quot puras habuit.aliqñ p metaphorā capit̃ pro fœtidū Apuleius.Tā multæ res spurcæ,& graues nares infestāt.Nōnunq̃ pro uehemēs,asperū.Cice.iactati tēpestate spurcissima.Varro.Nūc de re meliusculā spem habeo,q rē ĩpurcissimā gestare noluerim.Interdū pro sæuū,ac sanguinariū. Varro.Spurcus gladiator,& carnifex.ab hoc spurcitia deducit̃,quæ significat immūditiā.& spurce aduerbiū,hoc est turpiter,atq; immūde & spurcū,uinū aqua admixtū,aut igne calefactū,aut mustū anteq̃ deferuescat,qđ genus offerre in sacrificiis nefas habebatur.& spurius,nō q græco uocabulo dr̃ nothus,hoc est ex adulterio natus.Nā is latinū uocabulū nō habet,iōq; utimur pegrino,sed incerto pr̃e nat⁹,quē Modestinus uulgo cōceptū appellari scribit,siue is,q̃ eū patrē hēt,quē hēre nō licet.unde spurios etiā uersus dicimus alterius,ac incerti autoris.Ausoni⁹ de aristarcho.Quiq; notas spuriis uersibus apposuit.Item a spuo,spuma dicta,quæ quasi sputū est,hoc est sordes earū rerū a qbus eiicitur,a quo fit spumeus,qđ ex spuma est.& spumosus,qđ spumā facit.& spumo,spumā facio.& despumo.mūdo.spumā extraho.A pure etiā fit purgo uerbū,hoc est mūdo,& q̃si purē ago,hoc est educo,a quo purgamēta dicunt̃ sordes,q̃ purgādo colligunt̃.a poetis dicta purgamina.& purgatio,emūdatio.Vñ purgamus corpa ueneno,aut clystere,aut balneo,aut alio simili,& hoc purgatio dicit̃.Purgationes etiā mulierū,mēstrua uocant̃.& ipsæ purgari dicuntur,dū mēstrua patiunt̃.Purgo etiā p metaphorā capit̃ pro excuso.& purgatio apud rhetores est,cū factū qdē cōcedit̃,sed culpa remouet̃,quæ tris habet ptes.ĩprudētiā.casum.necessitatē.Itē a pure puro uerbū,q̃si purē extraho.a quo depuro.unde depuratū dicimus defecatū,atq; mūdatū.&.purū mūdū,sine sorde,hinc pura uestimēta a ueterib⁹ dicebant̃,q̃ sacerdotes ad sacrificia sumebāt.i.nō obsita.nō fucata.nō maculā hñtia.& pure lautū,qđ aqua pura lotū erat.& purū aurū,qđ recte expurgatū,coctūq; esset,siue qđ in usu,pfano non fuisset.& purime tenuero,pro purissime tenuero.Vlpianus purū locū esse definit,q nec sanctus.nec sacer.nec religiosus est,sed ab oīb⁹ huiuscemodi noībus uacare uidet̃.A puro deducit̃ puritas,qđ mō pro munditia,mō pro inani simplicitate accipit̃,huius cōtrariū est ĩpuritas,hoc est turpitudo,siue ĩprobitas,quēadmodū cōtrariū puri est ĩpurus.qđ mō est sordidus.cōtaminatus.a qb⁹ pure,& ĩpure aduerbia deriuant̃.Cice.Quā multis illū ĩgenuis,q̃ multis mr̃ibusfamilias in illa terra,atq; impura legatione uim attulisse existimatis:mō ponit̃ pro ĩprobo.Terē.Mei loci,atq; ordinis hoiem,haud ĩpuꝝ.& purifico,a quo purificatio,& quo nōnulli utunt̃ purificus.Sūt ēt,q puto.uerbū a puro deductū existimāt.Putare.n.ꝓprie ueteres dicebāt deputare,hoc ē uacātia ex q̃cūq; re,& nō necessaria,aut ēt nō obstātia,& aliena auferre,atq; excidere.Sic putari arbores,ac

uites dicunť.& putamina appellanť sarmēta, & cortices, & argētú, atq; aurꝝ purꝝ, hoc est expurgatú, excoctúq;, atq; oĩ alia materia carés. hĩc factú ẽ, ut putare pro cogitare, atq; aĩo uoluere capiamus. cogitãdo. n. resecamus mẽte, quæ falsa, aut ĩutilia aut supuacua sunt, & qđ uerú, ac bonú ẽ, hinc cogitãdo hæremus. Teré. Recte putas. Vir. Multa putãs, sortéq; aĩo miserat⁹ iniquã. Ob eãdẽ cãm, & putare pro cõferre, & colligere usurpamus. Plau. Putať rõ cú argẽtario. & pro rarefacere. Vir. Fingitq; putãdo. Ab hoc cõposita fiũt deputo, qđ pro ascribo accipiť. Apuleius Ad ergastuli curã deputat⁹. Imputo, qđ ad significationẽ exprobrãtis accedit, sed citra rephẽsionẽ. Quinti. Neq; ego grauissimú patrẽ summa sua iuueni iactasse crediderim, ꝙ hæredẽ filium scriberet, nõ ẽ res, q̃ ĩputeť. Idem. imputas nobis ꝓpitios uẽtos, & secũdú mare, ac ciuitatis opulẽtæ liberalitatẽ, q̃ tãtú frumẽti uẽdidit, q̃tú duobus populis satis eẽt. Nõnunq̃ tñ ĩputo, pro adnumero, & cõputo poniť. qđ & ip̃m a puto cõponiť. Vlpianus. p̃terea si matrẽ aluit pupilli tutor, putat Labeo ĩputare eũ posse, sed ẽ uerius, nõ nisi p quẽ egẽti dedit, Imputare eum oportere. Itẽ reputo, qđ aliqñ pro cõsydero, & recolo capiť. Apuleius. Cú id mecú sæpe reputaré. Aliqñ pro cõputo. Vlpianus. Itẽ sumptus litis tutor reputabit, & uiatica si ex officio necesse habuit aliquo exire, uel ꝓficisci. Disputo, hoc est discepto. differo. a quo disputatio, cuius diminutiuú est disputatiũcula. & amputo, qđ est circũcido, q̃si circũputo. Itẽ sunt qui a pure pudorẽ dictú uelint. nihil enim aliud est pudor, q̃ ob aliquã rẽ sordidã timor. Quippe ab Aristotele ita definiť. αισχυνη εστι φοβοσ δικαιου ψογου, hoc est pudor est timor iustæ rephẽsiõis. Quidã pudorẽ a uerecũdia sic separãt, ut pudor sit rei turpiter actæ. uerecũdia uero etiã recte facti, atq; honesti. Ab hoc fit pudibũdus, q pudore duciť, & pudibũde aduerbiú, cú pudore. & pudẽda uirilia, quæ & uerecũda dicũtur. & pudicus, castus. a quo pudice aduerbiú, caste. & pudicitia, castitas, quoꝝ cõtraria sunt impudicus, & ĩpudice. poniť & pro religiosa mundicia, ac puritate. Virg. Casta pudicitiã seruat domus. Itẽ pro dea gẽtiliú. Quippe pudicitiæ signú Romæ colebať, qđ nefas erat attingi, nisi ab ea, quæ semel nupsisset. hinc depudicare uerbum, quo ueteres utebanť, hoc ẽ uiolare. stuprare. & q̃si pudicitiã auferre. Ennius. Leuiter rubẽtẽ aurorã pudoricolorẽ appellauit. Ab eodẽ ẽt pudet uerbú deduciť, qđ a piget ita distingunt, ut pudere sit in iis, q̃ turpiter fiũt. Pigere in iis, quæ cú malo, dãnoq;. pudere ad dedecus, pigere ad dolorẽ referatur. Pudet. n. eius, qđ turpe est. piget eius, qđ dolet, ac molestú est. Alii pudere uerecũdiæ eẽ dicũt, pigere pœnitẽtiæ. Teré. Frĩs me qdẽ pudet, pigetq;. Sal. Nã postea quæ fecerit ĩcertú habeo, pudeat, an pigeat magis. ab hoc fit ĩpudic⁹, hoc est temerarius, q nullo pudore ducitur. a quo ĩpudẽter temere, petulãter. inuerecũde. & impudẽtia, temeritas. qdã etiã dispudet usurparũt pro bis pudet, seu ualde pudet, ueteres etiã pudeo, & pudesio dixere. Gellius. Tibiã pudefactus oris deformitate, abiecit. & ꝓpudiú. a quo pudor, & pudicitia ꝓcul sit. Decedo, qđ aliqñ p discedo accipiť. ꝓprie tñ decedere est a mãdato custodiæ suæ loco recedere. Vñ cõsules, ꝓcõsules, p̃sides dicunť e ꝓuincia decedere. Itẽ p̃sidia ex urbibus, aut castellis. sine appositione pro mori accipiť, q̃si e custodia, & gubernatione corpis ꝓficisci, ut eo mõ dicať decessit, quo defunctus est, & subintelligať uita. Excedo. discedo. & simili mõ pro morior usurpať, sed additť semper uita, nõ subintelligiť. Cice. In ipsa cura, & meditatiõe obeũdi sui muneris excessit e uita. ꝓcedo, qđ mõ significat ꝓgredior, mõ succedo. a quo fit ꝓcessus, qđ & ꝓgressum significat, & successum. p̃cedo. añcedo, qđ & ip̃m a cedo cõponiť. incedo, qđ pro ambulo capiť. a quo incessus fit, siue celer sit, siue tardus, siue cõpositus. siue ĩmoderatus. Proprie tñ incedere, est cú grauitate q̃dã, & ueluti fastu ambulare. Vir. Regina ad tẽplú magna stipãte caterua, incessit. Idẽ. Et uera incessu patuit dea. Seneca. Tenero ac molli passu suspẽdimus gradú, nec ambulamus, sed incedimus. Aliqñ incedere, subire est. Vt incessit mihi cupiditas, hoc est subiit. ab hoc fit incesso, qđ est accuso. impeto. molesto. Gellius. Cú me maledictis ĩcesseret. Succedo, qđ mõ significat in alterius locú uenio. Cice. Vt ueros hæredes moneat, in eoꝝ locú ip̃e succedat. a quo successor, & successio deduciť notæ significationis. mõ ingredior. Vir. Et nr̃is succede penatibus hospes. Aliqñ etiã succedere capimus pro euenire. unde successus pro fœlici euẽtu usurpatur. Ply. Facessite hinc, atq; a nobis discedite. aliqñ hio. diuidor. distẽdor. Cice. Hinc ille Giges induciť a Platone, q cú terra discessisset, magnis ĩbribus descẽdit in illú hiatú. ab hoc discessus pro recessu deduciť. & discessio pro hiatu. recedo abeo. discedo. uñ recessus pro discessu. Itẽ recedo, ꝓtrahor. extẽdor. a quo recessus pro spatio poniť. Curtius. In eo nemore longo recessu domus erat. Itẽ retrocedo, a quo fit aduerbiú recessim, qđ significat retrocedẽdo. Plau. Recessim cedã ad parietẽ. Secedo, seorsum abeo. a quo secessus, qđ modo discessum significat, modo sinú secretiorẽ. Virg. Est in secessu lõgo locus. Interdú etiã secedere spatiari est. & a negociis uacare. unde secessus, siue secessiones, uacationes dicũtur. Cõcedo, qđ modo ẽ trado, uel pmitto. Teré. Hui metuisti, si nũc de tuo iure cõcessisses paululú, modo cedo. Idem. Hic uideo me esse inuisam ĩmerito, tẽpus est cõcedere. Aliqñ ꝓficiscor. Plau. cú domú cõcessisset, inuenit patrem. Nõnunq̃ cõsentio. Teren. Nunq̃ ne hoc die cõcedes mihi, neq; intelliges. ab hoc con-

cessio

cessio fit pro cõsensu.Est & aliud cædo,qđ ad differẽtiã huius cũ diphthõgo scribit̃. &,pteritũ facit cecidi,& supinũ cæsum,hoc,pprie significat flagello.Terẽ.Verberib⁹te cæsum in pistrinũ Daue dedã.Ponit̃ tñ aliqñ pro excido.Vir.cædit̃ & tilia añ iugo leuis.Cice. Aut ei⁹ partes,q̃si mẽbra q̃dã cædẽda.Interdũ pro occido.Vir.Nõ aliã ob culpã baccho caper oĩbus aris Cæditr̃.Idẽ.Cædũtur uigiles.Cice.Cædit greges armẽtoꝝ,p metaphorã quoq; cædo pro ĩmolo usurpat̃.Vir.Cædũt binas de more bidẽtes.& pro frãgo.Cice.Cædere ianuã saxis,instare ferro.hinc cello eiusdẽ significatiõis.a quo pcello,hoc ẽ pcutio.euerto.Varro.Ali⁹ tenerã abietẽ solus pcellit.pcello eiusdẽ significationis,a quo,pcella,de qua tertio epigrãmate differemus. Itẽ detracta una lr̃a celo,qđ est signo.sculpo.a quo celata uasa appellata sunt,quæ ueteres ancesa uocabãt,qđ circũcedẽdo fiãt.& celũ,ipsum instrumẽtum,quo celãtur,sicut cestrum,quo ebur cauat̃.& cẽtrũ,pũctũ,siue stimulus.Item cœlũ,qđ alio modo dicit̃ mũdus,cuius circũflexu cũcta tegũtur,ꝙ celatũ,hoc est signatũ syderibus sit.Nam qđ Varro a cauo dictũ existimat,nimis durũ est.a græco uero hoc est ἀπὸ του κοιλου,qđ significat cõcauũ,deduci nõ est putãdũ,siqdẽ per œ scriberet̃,qđ nusq aĩaduertimus.A cælũ deriuatur cælsus,hoc est altus.sublimis.a quo fit excelsus,& p̃celsus eiusdẽ significationis.& excelsitas.Cice.Etenim magis est secũdũ naturã excelsitas animi,& magnitudo.& excello,ac p̃cello,hoc est extollor.supero.a quo excellẽs.excellẽtior.excellẽtissimus.p̃cellẽs.p̃cellẽtior.p̃cellẽtissimus.excellẽter,& p̃cellẽter.excellẽtia.& p̃cellẽtia.excelse.& p̃celse.& recello,qđ significat reclinor,humilis fio.& interdum actiue pro reclino usurpat̃.Itẽ cœlestis,quod ex cœlo est.unde cœlestia numina dicunt̃,& cœlestia auguria uocãtur,quæ a cœlo fiũt,cũ uel fulminat,uel tonat.& cœlicola habitator cœli.& cœlebs,qđ cœlestẽ uitã agat.is enim,pprie cœlebs dicit̃,qui caret,sempq; caruit uxore.abusiue tamẽ ponit̃ pro eo,qui uxorẽ non habet,etiã si alias habuerit.Hinc cœlibatus dicit̃ uita,quæ agit̃ sine uxore.Plau.utrũ nũc te cœlibẽ esse mauis liberũ,an maritũ seruũ ætatem agere.Sueto.Veꝝ amissa uxore lepida,duobusq; ex ea liberis mansit in cœlibatu.Ex iis cõstat,cœlibẽ,& maritũ relatiua esse.qđ etiã Quin.ostẽdit.Clarus an obscurus.magistratus.an priuatus.ciuis an peregrinus.liber an seruus.maritus an cœlebs.parens liberoꝝ,an orbus sit.hĩc etiam cœlibaris hasta dicebat̃,qua caput nubẽtis comebat̃,eã oportebat in corpore gladiatoris stetisse abiecti,occisiq;.ut quẽadmodũ illa cõiuncta fuerat cũ corpe gladiatoris,sic ipsam cũ uiro esset,uel qa matronæ in tutela Iunonis curitis sint,quæ ita appellabat̃ a ferẽda hasta,quæ sabinoꝝ lingua dr̃ curis,uel ꝙ fortis uiros geniturã ominant̃,uel ꝙ nuptiali iure impio subiiciatur nubẽs,q̃a hasta summa armoꝝ,& impii esset.quã ob cãm uiri fortes ea donantur,& captiui sub eadẽ ueneũt,quos græci δορυληπτους & δορυσεωτους nominãt.Hãc cõsuetudinem nũc quoq; in nuptiis Romani obseruãt,pro hasta gladiũ supra caput nubẽtis tenentes.Itẽ a cœlo fit cœlicus,hoc est cœlestis.unde cœlica regna poetæ dicũt.& cœlitus aduerbiũ,qđ significat ex cœlo.Ab huius cœli similitudine.palatũ quoq; cœlũ appellat̃.Ply. Cerebrũ,uiscerũ excellẽtissimũ ẽ,pximũq; cœlo capitis.sine cruore.sine sordibus.Aristoteles υπο δε τον ουρανον εν τω στοματι η γλωττα τοις ζωοις εστι,hoc est sub cœlo aũt lingua aĩalibus ẽ.Idẽ.πολλοι δε εχουσι και εν ταις γλωτταις οδοντας,και εν τοις ουρανοις.idest multi aũt hñt,& ĩ linguis dẽtes,& ĩ cœlis.hinc cœlistomia dicit̃,cũ uox quasi ĩ recessu oris audit̃.a cœlo hoc,de quo loqmur,& στομα,qđ significat os,quãuis possit & a cõcauitate oris uideri deducta. κοιλον eñi græci (ut dixim⁹) cõcauũ dicũt,& hoc modo per œ diphthõgũ scribẽdũ erit,quẽadmodũ græci scribũt κοιλοστομιαν.Celeuma uero clamor est nautarũ,cũ uno aliq̃d iubẽte,oẽs uniformiter rñdẽt,quasi sibi inuicẽ iubẽtes.ἀπὸ του κελευω.qđ est iubeo.Vnde & ,pceleusmaticus dictus est pes,ex quatuor breuibus cõstans,qđ uersus hoc pede constans prior cani in sacris Mineruæ solebat,uel qđ,ppter breuitatem,& q̃si cursum syllabarũ.simile clamori nautico,canticũ facere uideatur.Itẽ a cœlũ fit celo celas,qđ est tego.abscõdo.qm̃ cœlũ oĩa tegit.Ouidi.ante mare,& terras.& qđ tegit oĩa cœlũ.unde cœlasso pro celauero ueteres dixere.ab hoc cella deriuat̃,qđ in ea celetur.qđ uolumus esse occultum,græci hãc apothecã dicũt,in qua res æsculẽtæ,& poculentæ reponũtur.quãuis,pprie apotheca cella uinaria sit,capit̃ tñ abusiue cella pro omni loco,ĩ quo quid reponitur.Vir.Fauoꝝ cauernas,cœllas appellauit.Distẽdũt nectare cœllas.Itẽ loca quædã in domibus,in q̃bus lauamur,aut ungimur,cœllæ dicũtur,ut inferius ostendemus.& cœllarium similiter,qđ sic differt a penu,qđ cœllariũ est paucorũ dierũ.penus uero tp̃is longi.qcquid enim lõgæ usionis gratia recõdit̃,ex eo,qđ nõ in prõptu est,sed intus & penitus habet̃,& locus ipse dicit̃ penus.Penitus enim,pprie intrinsecus significat.Vnde penitior dicit̃ interior,& penitissimus intimus.Vnde fit penetrare,quasi penitus intrare,a quo penetrabilis,qui facile penetrat.Vir.Penetrabile telũ,& penetrabile frigus.item qui facile penetrat̃.Liuius.Et in asperis locis silex sæpe impenetrabilis ferro occurrebat.& penetrabile substãtiuũ,quod significat id.quod est in intimis partibus.unde penetrale sacrificiũ dicebatur,qđ in penetrali,hoc ẽ in intima parte domus fieri solebat.Item penates,ꝙ penes nos nati sunt.Penit⁹ a penes dedu

ctum est.id enim penes nos maxime uidet́ esse,quod est penitus recōditū.ponit́ aliqñ penit⁹ pro lōge.Vir.Penitusq; alias aduexerat oras.aliqñ pro ualde.idem.penitusq; sonātis accestis scopulos. Sūt q̄ uelint in penu thus.cereos.ligna.carbones.aliaq; similia cōtineri,sed,pprie ea sola penui tribuūtur,quæ ad uictū ptinēt.Penuariū significat oē id,qd' in penu reponit́, & ipsum penu,& quod penu est,unde penuaria cælla appellatur.Dicimus autem hic penus,& hæc penus quartæ declinationis.& hoc penus ris.tertiæ .& hoc penum peni secūdæ.A penu(ut q̄dā putāt)penuria deducit́,quasi urēs penu.Significat aūt inopiā oium rex,p̄sertimq; earum, quæ in penu recōdi solēt,quēadmodū inferius latius dicemus.Alii penuriā a pene dictam uolūt,qd' pene urat,uel qd' pene minus sit q̄ necesse est.Item a cælla,siue cællariū deriuatur cællarius,significatq;(ut Vlpianus inquit)eū q ideo p̄positus est, ut rōnes saluæ fiāt. Itē a cælla cællares palūbæ,quæ domi nutriūtur.Itē a cœlo fit cōpositū.occulo.a quo occulto,quod ueteres etiā deculto dixerūt.& occulte aduerbiū.& oculus,qd' cilio⁊,quæ & ipsa a cælādo dicunt́.uñ supcilia, tegminib⁹ oculat́,a quo oculatus pñs.Plautus.Quomō dixit oculata die.i.pñti.Idē. Pluris est oculatus testis unus,q̄ auriti decē.idest q pñs fuit,uideritq;.& oculissimus carissim⁹. Idem.Oculissimū hostiū amicæ.& oculitus,sicut medullitus aīmitus,qd' significat aliqd tā carum esse q̄ oculū.Idem.Qui amāt ancillā meā oculitus.& ocellus ab oculo fit, hoc est paruus oculus.& monoculus,unum oculū habēs.& lanoculus,qui lana tegit oculi uitium.& occo,a quo occatio, quod occulat, hoc est occultat semina.est enim occare,cum rustici satione facta bobus dimissis,grādiores glebas cācellāt,ac ligonibus frāgūt.&,oculeus pspicax, & quasi ex oculis cōstās.Apulei⁹.Perspicaciorē ipso lynce,uel argo.& oculeū totū.& cocles,quasi ocles, qui unū habet oculū.Plau.De coclitū,psapia esse arbitror.Nā hi sunt unoculi.Idē etiā monoculus dicit́,qd' μονον,hoc est solū oculū habeat. Item μονοφθαλμοσ.nam græce οφθαλμοσ oculus dicitur.a quo ophthalmia oculorū ægritudo uocitata est.& triophtalmus. & ægophthalmus lapilli,de quibus inferius dicemus. & ,pcul,quasi porro ab oculis.unde pōt & satis lōge significare,& nō ualde,hoc est p̄oculis.Vir.Est,pcul in pelago saxum,qd' satis longe fuisse intelligi nō pōt,periret enim spectaculi uoluptas.Idem. Serta ,pcul tātū capiti delapsa iacebāt a ,pcul uero,pculos,ac,pculeios cognominatos putāt,q nati sunt patre peregrināte a patria ,pcul.Itē ,pculeio uerbū extēdo,,pmitto.Item cilia a cælādo dicunt́,quasi cælia,q oculos cælēt. Item clam aduerbiū,hoc est occulte,a quo clāculū diminutiuū,& pclā cōpositum,idest ualde occulte.& clādestinus occultus.a quo clādestine aduerbiū occulte.& clādestino dictū inuenitur.Lucilius.Ait.n.dici clādestino tibi,qd' cōmissum fuerit.Itē callim.qd' ueteres pro clā usurparūt.& claudo.& clauis(ut q̄dā putāt). Item a cædo,cudo dictū,qd',pprie est ferio.a quo icus incudis dicit́ instrumētū,in quo aliqd cudimus,hoc est feriēdo formamus. Item a cædo,cædes,hoc est occisio dicta,siue nex,& excido,a quo excidiū,siue excidio,pēptio,& quasi nex urbis,aut,puinciæ,'quæ tñ a cadēdo deducta uideri possunt.Veteres etiā excissatū pro ulnerato, & laniato dixerūt.Plau.Capillo scisso,atq; excissatis aurib⁹.& homicida,qui hominē occidit, a quo homicidiū,& tyrānicida,q tyrānū,a quo tyrrānicidiū,& bouicida,q bouē,a quo bouicidiū.& paricida,pprie qui patrē,a quo paricidiū,& matricida,qui matrē,a quo matricidium. & cestus, qd' ,pprie significat cigulū,a uariis cæsuris,hoc est incisionibus,quibus insigniri cingula solebāt, quāuis sint,qui ἀπὸ τυ κεντειν,hoc ē a uariis punctis appellatū cestum existimēt. κεντειν enim pungere est,a quo cētrū dicit́,idest pūctus,qui est ī medio circuli,a quo oēs lineæ ad circūferentiā ductæ inter se sunt æquales.Quāobrem admirabile illud Veneris cingulum a poetis tantope decātatum,quo Venus Martē,& ab illa mutuata Iuno Iouē sibi cōciliabant, quotiēs in pellices erāt,piores cestum dixere.Martialis.Collo necte puer meros amores, ceston de Veneris sinu calētem.idem.Sume citheriaco medicatū nectare ceston. Visit amatorē baltheus iste iouem,hoc alibi idem poeta nodum acidalium uocauit. Ludit Acidalio,sed nō manus aspa nodo. Quē rapuit collo parue cupido tuo. Nam de cesto ītelligi sequētes uersus ostēdūt.Vt martis reuocet́ amor,summiq; tonantis, A te iuno petat ceston & ipsa uenus, Ab hoc cesto cesticillus dictus ē, quasi paruū cingulū.circulus ille,quē quasi corollam capiti supponūt,qui aliquid oneris supra caput imposituri sunt,qd' facere in primis mulieres consueuerūt.Item cestus quartæ cōiugationis instrumētum illud,quo palæstritæ,ac pugiles utebant́. Nihil enim aliud erat apud uetustissimos q̄ lorū ex corio bubulo manib⁹ circūuolutum,quo & ictum minus ipsæ sentirēt,& aduersarium grauius ferirēt. Home. ζωμα δε οι πρωτον παρακαμβαλεν,αυταρ επειτα,δωκεν ιμαντασ ευδμητους βοοσ αγραυλοιο.primum inqt subligar ei adhibuit,deide lora dedit apta bouis agrestis.Quintus εστηκει περι χερσιν εχων βοοσ ιφι δαμεντοσ ρινουσ αζαλεασ,hoc est stabat manibus tenēs bouis ualidi mactati sicca tergora. Idem. ωσ των αζαλεῃσι περικτυπεοντο γενειαι ρινοισ.idest sic eo⁊ maxillæ aridis obstrepebāt tergorib⁹ idem.των δεασυμενωσ θεραποντεσ ρινουσ αιματοεντασ αφαρ αθεναρων ἀπὸ χειρων λυσαν.quod est his certati famuli tergora sanguinolēta stati a ualidis manib⁹ soluerūt. Valerius Flaccus,

Aspice

Aſpice & hæc crudis durata uolumina tauris. Sed poſtea huiuſmodi loris, hoc eſt uoluminibus corioꝝ. ut ē auida ſemp̱ nouaꝝ reꝝ mortalitas, īſuere magni pōderis plūbeas maſſas cœpere, ferro etiā addito, qbus inter ſe pugiles magno diſcrimine, imo certa morte dimicabant, hi ſunt memorabiles illi ceſtus, quos latini dūtaxat poetæ decātant, nā in græcis nihil legitur p̃ter lora fuiſſe, magnæ qdē molis, & nō niſi fortiſſimis uiris tētatæ. Vir. in mediū gemios immani pōdere ceſtus, piecit. qb⁹ acer Eryx in p̄lia ſuetus, ferre manū, duroq; ītēdere brachia tergo. Obſtupuere animi tātoꝝ ingētia ſeptē terga boū plūbo inſuto, ferroq; rigebāt. Papinius. Ac dū nigrātia plūbo, tegmina cruda boū, nō mollior ipſe lacertis, Induit. Itē a cædo, cæſaries dicta, qđ comā ſignificat, quæ cædi ſolet. Viroꝝ. n. dūtaxat cæſaries eſt, nō mulierū, uñ cæſariati, comati dicūtur. Itē Cæſar, nō ꝙ cū cæſarie natus ſit (ut ſtulte Pōpeius affirmat) uel ꝙ elephātū in Africa occiderit (ut ait Seruius) Afri. n. elephātū cæſam uocāt, ſed ꝙ cæſo matris utero, platus ſit, hoc natiuitatis genus a ueterib⁹ auſpicacius putabat. Sic natū tradūt Scipionem Africanū priorē. q̧ppterea primus oīum Cæſar appellat⁹ eſt. Qui ita naſcūtur, cæſones a ueteribus dicti. A cæſare cæſareus dicit, hoc eſt impatorius, qm̄ impatores oēs, q poſt Iuliū cæſarē fuerūt, cæſares dicti ſunt. Item cæſarianus. unde cæſariani milites, dicti ſunt milites cæſaris. & Cæſaria urbs paleſtinæ, & altera Philippi, a Philippo fratre Herodis, in honorem Cæſaris cōdita, & tertia Cappadociæ, & quarta Mauritaniæ. Itē cæſar auguſta urbs Hiſpaniæ taraconenſis a Iuba mauroꝝ rege ædificata. Item a cædo cæſim aduerbiū, quod ſignificat cædēdo, ſicut pūcti pūgēdo. unde cæſim, ac pūctim ferire hoſtē docebant tirones. & cædua ſilua, quæ habet in eū uſum, ut ex ea materia cædat. Item cæſitium lintheolū purū, ac cādidū, uel ꝙ cædendo ad candorē pueniat, uel ꝙ oras circūciſas habeat. Plau. Linteolū cæſitiū. & cæſa gallicū telum. Varro. Qui gladiis cincti ſine ſcutis, cū binis cæſis eēnt, hæc & galloꝝ lingua gæſa dicūtur. uñ & uiros fortes galli gæſos uocāt. Vir. Alpina coruſcat geſa manu. & cæſa particulæ orōnis, q̄ græci κομματα uocāt. Differūtq; a mēbris, quæ græci uocāt κωλα. Mēbrū enim eſt pars orōnis ex pluribus uerbis abſolute aliqd ſignificās hoc modo. Et ſi uereor iudices, ne turpe ſit pro fortiſſimo uiro dicere incipiētem timere. cæſum aūt pars orōnis nōdū ex duobus, aut ex pluribus uerbis quicq̄ abſolute ſignificās, hoc mō. Et ſi uereor iudices, ne turpe ſit. Interdū tñ cæſam dicimus orōnē, cū non efficiunt mēbra ex cōnexione uerborū. ſed ſingula uerba aliquid ſignificātia, pferunt, hoc mō. Quis ē iſte Gelius armiger Catilinæ, ſtipator tui corporis, cōcitator tabernarioꝝ. latrator fori. depopulator curiæ? Eadē & inciſa dicūtur. unde fit aduerbiū inciſim. Cice. Hæc qdem duo binis pedibus inciſim, deinde mēbratim dicere ſolebas. & cæſura a cædenda uoce, quæ definit decora terminatio uocū, in medio uerſuū notata, ut qñ poſt duos primos pedes ſupans ſyllaba inuenit. quæ dictionē terminet, cæſura ē, quæ pētimemeris dicit, ut Arma uirūq; cano. Cū uero id poſt tres pedes fit, ē cæſura heptimeris, ut Arma uirūq; cano, troiæ. hic enim uerſus utrāq; cæſurā habet. Item cæſpes, qđ eſt terra, cū herba ī modum lateris cæſa, uel frutex reciſus, ab trūcatus, qđ pedē cædat. Ab hoc fit cæſpito uerbū. cæſpitare aūt dicimur, cū pede aliqd pcutiētes, quaſi ruere cogimur. dictū cæſpitare, quaſi cæſpitē offendere, uel in cæſpitē ferri. Vnde cæſpitatores equi dicunt, qui ſæpe in cæſpitē, aut lapidē, aut aliud offendiculū, pedē impingunt. Item a cædo cudo, qđ eſt pcutio, a quo incus dicta, īſtrumētū fabri ferrarii, ſupra qđ ferrū cudit. Itē alioꝝ metallorū. A cudo fit cōpoſitū excudo. per metaphorā tñ pro inuenio uſurpat. Vir. Vt uarias uſus meditādo excuderet artes. Item a cudo, recudo, quod eſt iterū cudo. Varro. ut ii ſolēt, qui uetera metalla recudūt. & pcudo, cudendo dilato. Vir. Durū pcudit arator uomeris obtuſi dētem. Item a cædo cæcus dicit, qđ ſit oculis cōciſus, q̈uis alii cæcū, quaſi oculis captū, alii quaſi carētē oculis appellatū uelint. eſt aūt cæcus, q caret lumine. Itē inſidioſus. occulte malus. latens. tacitus. qui uideri nō pōt. Vir. Cæca regens filo ueſtigia. A quo cæcū uallū dicimus, in quo p̄acuti pali terræ affixi herbis, uel frōdibus occulūtur. & cæci dolores uocātur a medicis, quoꝝ cauſa ignorat, cū mox ueniāt, abeātq;. transfertur etiā ad animū. unde cæcos cōſules improuidos dicimus. Ab hoc fit cæco uerbū, & obcæco, & excæco, quæ ſignificāt luminibus priuo. & cæcitas tam corpis q̄ animi orbitas. & cæcutio uerbū, qđ pprie ſignificat parū uideo. & cæcutiētes dicūtur, quaſi ſemicæci. Varro. Vtꝝ oculi mihi cæcutiūt, an ego uidi ſeruos in armis cōtra dominos. & cæculus diminutiuū. & cæcultor, obtuſam aciem habeo, & quaſi cæco ſum ſimilis. Plau. Num nā mihi oculi cæcultant Eſt ne hic noſter Hermio? Cæculus etiā nomē pprium fuit eius, qui condidit præneſte. a quo Cæcilios ortos putant, quoꝝ familia Romæ nobiliſſima fuit. Cæcū inteſtinū eſt, qđ a dextra parte incipiēs, in ſiniſteriorem puiū, & lōgū eſt, ī dexteriorē nō eſt. ideoq; dicit cæcū. nā id, qđ puiū eſt, late fuſum, ac ſinuatū, minuſq; q̄ ſuperiora inteſtina neruoſum, ab utraq; pte huc, atq; illuc uolutū, magis tamē ſiniſteriores, inferioreſq; partes tenēs, & iecur, ac uētriculum contingens, ac deinde cum qbuſdā mēbranulis a ſiniſtro rene uenītibus iunctum, atq; hinc dextra recuruatū, qa in imo, qua excernit, dirigitur, rectū appellat. Ieiuniū uero inteſtinū eſt, qđ ab ea

iũctura est incipiẽs, quã græci πυλορον uocãt, nõ ita implicitũ est, dictũ ieiunum, quod nunq̃ qđ accipit, cõtinet, sed ꝓtinus in inferiores partes trãsmittit. Inde tenue intestinũ est, in sinus uehemẽter implicitũ, cui id qđ diximus, cæcũ adhæret. oia hæc cõtegit omẽtum ex interiore parte lene, & strictũ ex supiore mollius. Item cæci smaragdi dicunt, qui sunt obscuriores. Itẽ a cædo cæmẽtũ. Sunt enim cæmẽta cæsi lapides parui apti ad ædificãdũ. Liuius. Nec erat difficile murũ subruere, qđ cæmẽta nõ calce durata erãt, sed interlita luto. Varro. Nõ te pudet Mani cũ domi tuæ uides cõmilitonũ tuoꝝ cohortes seruis tuis ministrare cæmẽta? Aliqñ cæmẽtũ ponit pro ipso opere cæmẽtario, hoc est ædificio, qđ structo lapide erigit. Ply. Pallidus lapis ĩ cæmẽto raro utilis. licet enim cõtra iniurias fortis ad structurã, tamẽ ĩfidelis est, nisi multa suffrenatione deuinct⁹. Hinc cæmẽtarii dicũtur ædificioꝝ, quæ ex lapidibus fiũt, structores, quos aliqui fabros murarios uocãt. Item ab hoc cædo cæsius color. de quo inferius dicemus, ꝙ q̃si cæsus, atq; apt⁹. Vnde cæsuliæ dicti sunt, qui cæsios oculos habẽt. Quidã tñ cæsium a cœlo dictum uolũt, quasi cæliũ. ꝑterea ab eodẽ cõposita fiũt circũcido. unde iudæi circũcisi dicunt, ꝙ pelliculã illã circa glãdẽ, quæ ꝑputiũ uocat, cæsam habeãt. Intercido. reseco. siue interseco. decido penultima longa, qđ ꝓprie est amputo. per metaphorã tñ capit pro determio. quasi amputãdo supflua, qđ integrũ est ostẽdo. unde decidere dubia, decidere qõnẽ dicimus. & decisione iuris, hoc est determinationẽ. excido. exseco. cædo. Cicero. Excidãt Clodii fluẽta. ab hoc excisso frequẽtatiuum, qđ est dilanio. Plau. Capillo scisso, atq; excissatis auribus. Præcido, qđ ꝓprie est antecædo, hoc est immolo. unde ꝑcidanea agna uocabat, quæ ante alias cædebatur & ꝑcidanea porca, quæ mactabat Cereri ab eo, qui mortuo iusta nõ fecisset, quod facere mos erat, priusq̃ nouas fruges gustarẽt. ꝑcidere etiam capit pro re turpi, marẽ ĩtra podicẽ coeũdo labefactare, quẽadmodũ pædicare est puerũ inter fœmina fœdare. Martialis. Præcidi gaudes. ꝑcisus Neuole ploras. & ꝑcisum uocat pars carnis uiscerũ, hoc est circa quod uiscera inuoluta sunt, ꝙ oras circũ cæsas habeat. Lucillius. Illi ꝑciso, atq; epulis capiuntur opimis. nã omasum appellamus intestinũ pingue. Ply. Sociũ laboris, agriq; culturæ habemus bouem tanta apud priores cura, ut sit inter exẽpla a ꝑtore dãnatus, Romæ die dicta, qui cõcubino ꝓcaci ruri omasum edisse se negãti occiderat bouẽ. actusq; in exiliũ est, tanq̃ colono suo interẽpto. incido. cædo. scindo. sculpo. unde incisas lr̃as in marmore dicimus. Ab hoc fit, qđ oratores uocant incisum, hoc est sensu nõ expleto numero cõclusum. qđ pleriq; uidet esse pars mẽbri. & ĩcisim ad uerbiũ, qđ significat minutatim. Cice. Hæ qdẽ duo binis pedibus incisim. deinde mẽbratim dicere solebas. & incile locus depressus (ut Vlpianus inquit) ad latus fluminis ex eo dictus, qđ incidit. Scindit enim uel lapis, uel terra. unde primum aqua ex flumine agi possit, quẽadmodum in pistrinis frumẽtariis fieri uidemus. qđ aũt ad incile opponit aquæ deriuãdæ, cõpellẽdæue ex flumine causa, qđ uulgo clausa dicit, eodẽ Vlpiano teste latine septũ appellat, siue id ligneũ sit, siue lapideũ, siue ex qualibet alia materia ad cõtinẽdã, trãsmittẽdãq; aquã excogitatũ. Itẽ ex quocũq; riuo aqua irrigãdi causa deducat Incile dicit. locus per qđ primũ deducit. Incilare uero ueteres dicebant increpare, uel improbare. Accius. Qui me ĩcilãt ꝓbris, sermone indecorãt. Plau. Melius est tñ ita uiuere, ne quis nr̃a incilet facta. & recisamẽtũ paruũ frustum & quasi ramẽtum ex aliquo recisum. Ply. Ocyssime uero eruginẽ cõtrahit æs coronariũ, recisamẽtis in acetũ additis. Succido, qđ significat post cædo, sicut ꝑcido. antecædo. hinc succidaneæ hostiæ uocabãtur, quæ secũdo loco cædebant. Apud ueteres. n. si primis hostiis litatũ nõ fuerat, aliæ post easdẽ ductæ hostiæ cædebant duæ, quæ prioribus iam cæsis luẽdi piaculi gratia subdebant. Item a cædo succisiuũ tẽpus dicit, qđ subtrahit a rebus necessariis, ut ad aliquẽ usum accõmodemus. Gellius. Quãtum aũt uitæ mihi deinceps deũ uolũtate erit, q̃tũq; a cura & a re familiari, ꝓcurãdoq; cultu liberoꝝ meoꝝ dabitur ocii, oĩa succisiua, & subsecũdaria tẽpora ad colligẽdas huiuscemodi memoriarũ delectatiũculas cõferam. Ply. Hoĩes enĩ sumus, & occupati officiis, succisiuisq; tẽporibus ista curamus, idest nocturnis, ne qđ nr̃is putetis cessatũ horis. dies uobis impẽdimus, cũ somno ualitudinẽ cõputamus. & succida lana a succidẽdo, qđ talis sit, q̃lis succisa est, hoc ẽ plena sordib⁹, ĩpura. nõ lota. Quod si lẽto igni ĩ æneo uase sufferueat. deinde refrigeret, & pingue illud qđ supnatat ĩ uas fictile colligat. rursusq; priore materia decocta, utraq; pinguitudo frigida aqua abluat, & in linteo siccet, ac torreat sole, donec cãdescat, & trãslucida fiat, post hac in stãnea pixide reponat fit cœsyppũ, qđ ĩ numeris medicinæ usibus adhibet, ꝑsertimq; ulceribus genitaliũ cũ adipe anserino, hoc Galenus medicus, & alii quidã autores æsopũ succidũ uocãt. Varro tñ succidã lanã a sudore uocatam existimat, qđ cũ tũdet, sudare oues incipiãt. A succidẽdo etiã succidia deducit. est aũt succidia caro salita, & in necessariũ usum seruata, quæ quotiẽs opus est, succidit. Cicero, Iam hortũ ipsi agricolæ succidiã alterã appellãt. Succidiũ quoq; lardũ uocãt. Varro succidiã, non a succidendo, sed a suibus edẽdis nominatã putat, quod pecus primũ occidere cœperũt domini, & ut seruarent salire. Vnde succerdã quoq; a sue deductã opinat, quæ est stercus suillũ. Titinnius. Quid

habes, nisi unā arcā sine claui, eo condis succerdas. A succido quoq; subscudes appellatæ sunt tabellæ, quibus tabulæ inter se configunť, quia quo imittitur, succidiť. Pacuuius. Nec ulla subscus ꝓhibet cōpagē. Intercido, ĩ medio cædo, a quo ĩtercisi dies, de q̄bus supra dixim⁹, appellati. qd' q̄busdā eoꝝ horis ius dicere liceret, q̄busdā nō liceret. & iō cæsi uidereŋť. Recido, reseco. uñ recisos ramos dicim⁹, hoc ē cæsos resecatos. & recidiua post casum restituta. & quodāmodo renascētia ab arboꝝ similitudine, quæ sectæ repullulāt, ac nouæ fiũt. Virg. Et recidiua manu posuissem ꝑgama uictis. Nam rediuia est morbus, cũ circa unguem cutis resoluitur, non sine dolore id patiētis dicta a rediuiēdo. Rediuire enim ueteres pro resoluere usurpabāt, hæc & neutro genere rediuiũ appellať, a græcis dř παρωνυχια, nã παρα ad ꝑpositionē significat ωνυξ diciť unguis. pterygiũ uero ulcusculi genus ē, quod nascitur iuxta ungues. Ply. Lana succida rediuias sanat ex aqua frigida. Idem. Cũ etiã cũ oleo paronichias, & pterygia tollit. Occido penultima longa interficio, a quo ueteres occisitātur dicebāt, pro frequēter occidũtur. quidā occisum, & necatũ ita distingunt, ut occisus cũ ictu, & uulnere sit, necatus etiā sine ictu. Vnde uero necatos, nō occisos dicimus, qui aliter usurpāt, loquũtur improprie. Ab occido fit occisio hoc est cædes, & quo ueteres usi fuere occidiũ. quidā etiā occidionē usurparunt. Occisam etiā rem dicimus desperatā, & perditam. Plautus. Occisa iam est hæc res, hæret hoc negocium. Vnde & occisiorē, & occisissimũ ueteres dixere. Plau. Occisissimus oium, qui uiuũt. cōcido, qd' aliquādo significat minutatim cædo. Ply. Caro eius concisa, ac decocta adhibēda est. aliquando frango. Idem. Et nucleus dētibus cōcisus, supra uulnus imponiť. Ab hoc concisa oratio diciť, quæ non cōtinua, sed ueluti mēbratim cæsa est. Reperiť etiā cedo, prima breui, accētum in ultima habēs, quod modo da, modo dic, significat. Plaut⁹. Cedo hominē. Idem. Quid sit cedo. Sunt qui existimēt Cæsenā quoq; flāminiæ urbē a cædendo appellatā, qd' exiguo ĩtus amne cæsa, hoc est diuisa sit, uel ꝙ ager eius duobus fluminibus Sapi. ac Rubicone sit diuisus. Mirũ uideť adeo maiorũ nr̃oꝝ tēporibus in cōtēptu fuisse, ut Cicero duoꝝ ciuiũ Romanorũ, q̄ designati consules fuerāt indignitatē ostēsurus, ita scripserit, nam isti duo uix sunt digni, quib⁹ alteri Cæsenam, alteri cossutianarũ tabernarũ fundamēta credas. A cæsena, cæsenas deriuať. unde cæsenatem agrum, & cæsenatia uina frequēter legimus, quæ apud maiores nostros ĩter generosa cōnumerabātur. Cæditiæ tabernæ, nō a cædēdo dictæ sunt, sed a domini nomine, qui Cæditius uocabatur, a quo in uia appia ædificatæ sunt. A cædo ancile quoq; dictũ eē manifestum est. Scutũ breue fuit, qd' regnāte Numa Pōpilio, cũ pestilēs annus esset, e cœlo cecidisse fertur. ideo sic appellatũ, quia ex utroq; latere erat recisum, & summũ, ĩfimũq; eius latius medio pateret. Eo tpe una simul uox audita est, oĩum potētissimā fore ciuitatem quādiu id in ea mansisset. Itaq; facta sunt eiusdē generis plura quibus admiscerentur, ne internosci cæleste posset. Probatũ est maxime opus Mamurii Veturii, qui premii loco petiit, ut suum nomen inter carmina salii cātarent. ideo Mamurii Veturii nomē, in cātibus Romani maxime frequentabāt. Circũferebātur aũt ancilia mense martio a duodecim saliis. ita enim Martis sacerdotes appellabantur, uel a Salio samothrace, uel a Salio mātineo, uel potius (ut ego arbitror) a saliēdo siquidē gladiolis ancilia pulsantes, saltare solebāt. Primo Martis, deinde Mamurii laudes canētes. Plutarchus dubitare uidetur an ab an, quod significat circũ ancile dicatur, qd' in orbē esset figuratũ, an ab αγκων, qd' est cubitus, an uero ab ακησ, quod significat remediũ, quoniam pestilētiæ remediũ fuit ancille, CAESAREO. A cæsare ædificato. Amphitheatrũ, de quo loq̄tur, ab Augusto destinatũ fuit, a Vespasiano ædificatũ, a Tito cōsecratũ. id tñ Domitianus ad gloriā suam referebat, iactare in senatu solitus, & patri se, & fratri imperiũ dedisse, & illos sibi reddidisse. Quapropter & opibus oĩbus, quæ post mortē illorum, uel restituit ipse, uel ꝑfecit, suũ dũtaxat titulũ addidit, sine ulla pristini auctoris memoria. AMPHITHEATRO. Amphitheatrũ locus erat spectaculoꝝ gratia, forma rotũda. & ueluti ex duobus cōstans theatris. Vnde amphitheatri nomē impositũ. theatrũ hemicycli specie cōstructũ erat. ἀπὸ του θεωμαι, qd' est uideo, appellatũ. latine dici spectaculũ pōt. Cōsuetudo eius a græcis sumpta est. Nam cum agroꝝ cultores feriatis diebus sacra diuersis numinib⁹ per pagos celebrarēt Atheniēses, hoc in urbanũ spectaculũ trāstulerunt theatrum græco uocabulo appellātes, qd' in eo cōueniens turba a longe sine aliquo impedimēto spectaret. hunc morē postea romani, ut plæraq; alia in urbē transtulerũt. Theatrũ ita dispositum erat, ut a fronte inter duo cornua Scæna esset, dicta ἀπὸ τησ σκηνησ. quod apud græcos tabernaculum significat, ita appellatũ a faciēda umbra, quā græci σκιαν nominãt. unde scænitæ nobiles Arabiæ populi dicti sunt, ꝙ tentoriis utantur, & raras, paruasq; habeãt domos. per diphthōgum scribiť cōsuetudine, potius q̄ rõne. inuēta primo est scæna inumbrationis gratia, in qua incōdita carmina decātabanť, quapropter q̄dā tabernaculũ interꝑtati sunt. unde scænophegia tabernaculoꝝ festa dicũtur. Apud uetustissimos theatralis scæna parietē non habebat, sed frōdibus tm̃ tegebať, postea tabulata cœperũt componere ĩ modũ parietis. unde ꝑmãsit cōsuetudo, ut ab iis, qui theatrales ludos edũt, pægma-

ta componant͛,scæna a Labeone definit͛,quæ ludorum faciēdorū cā quolibet loco,ubi qs cōsistat moueaturq;,spectaculum sui præbiturus,posita sit in publico priuatoq;,uel ī uico,quo tādem loco passim hoīes spectaculi causa admittantur.Hæc aūt uersatilis erat,aut ductilis.Versatilis,quæ subito tota machinis quibusdam uertebat͛,& aliā picturæ faciē ostendebat.Ductilis,quæ cōtractis tabulatis hac atq; illac interiorē picturæ speciē denudabat.Vtrūq; tetigisse uidetur Vir.cū inquit,uel scæna inuersis discedat frondibꝰ.primus Claudius pulcher scænam uarietate colorum adumbrauit,cum antea tabulis pictura uacuis extēta esset.quā totā argēto.G.Antonius.auro petreius.ebore Quin.Catulus prætexuit,uersatilemq; fecerunt locū,quē argētatis corigiis.P.Lentulꝰ spinter adornauit.a scæna fit adiectiuū scænicus,unde scænicos ludos dicimus & scænicas uestes,hoc est histrionicas.Item obscænū secundū Varronē,quod significat turpe.fœdū.quasi obscænā,quia ad scænam turpia perpetrabant͛.Virg.Obscænæq; canes,importunæq; uolucres.Alii tamen a græco potius deducunt κοινω quod est inquino,unde cœnum,hoc est lutum dictū putant.a quo cœnosus sordidus,lutosus.obscænū etiā aliquando ꝓ pernicioso.& uitabili ponitur.Idem obscænāq; famē quæ prima pericula uito.Ab hoc fit obscænitas turpitudo.& obscæne aduerbium turpiter, & obscæno uerbū,quod significat malū omen affero.Nam obscænæ uolucres dicunt͛,quæ canendo aduersa significās.propter quod obscænū quidā ex ob & cantu deductū existimant quasi aduersi,& infausti cantus.plau.sed qd illuc,quod exanimatus currit huc Leonida.metuo quod illic obscænauit me falsæ fallaciæ.ob scænauit inquit,hoc est obscænū & malū omen attulit.Scæna theatri binis,& sepæ pluribꝰ cōtignationibus constabat.deinde erat proscænium pulpitum,scilicet ante scænam ædificatū,ī quo ludi exercebātur.Vir.Et ueteres ineunt proscænia ludi.in medio orchestra,in qua sænatorum sedibus erant loca designata,unde omniū agentiū gestus spectari possent.itē liberarū sociarūq; gentium legatis,quos postea uetuit Augustus in orchestra cōsidere,qđ quosdā libertini generis mitti deprehendisset.Iuuenalis.Quæque reportādis posita est orchestra cathedris scænæ lōgitudo ad orchestræ diametrū duplex erat.Orchestra in cuneos diuisa,ut mediæ uiæ relinquerentur.Dicta orchestra,ꝙ in ea saltationes fieri consueuissent.Nam apud græcos ορχουμαι salto est ορχησισ Saltatio.ορχηστησ Saltator.ορχηστρια Saltatrix.Refert Titus liuius cū ludi circenses Apollini aliquādo celebrarent͛,& Annibal nūciatus esset circa collinā portā urbi ingruere,oēs reptis armis eo cōcurrisse,quos deinde reuersos cū piaculū sese fecisse formidarent iuenisse saltātē in circo senē quēdam,hūc interrogatū dixisse minime a se intermissam eē saltationē.Itaq; ortū exinde esse,puerbiū,salua res ē saltāte sene.In cauea,quæ pars media theatri erat,similiter subsellia equitū erāt,in cuneos eodem modo diuisa.In circūferentia hemicycli erant gradus ita dispositi.ut altiores in ambitu semp excrescerēt,in iis plebs promiscue sedebat.Quibus nō erat sedendi locus.ii stantes in cauea spectabāt.caueæ theatrorū nullis fornicibus obductæ,uelis tegi solebāt.Primus oīum Catullus linteis in theatro umbrā fecit.Primꝰ etiā byssina uela ī theatrū duxit.prīcipio tēporaria fiebāt theatra.primusq;.M.Scaurꝰ in ædilitate sua triginta tantūmō diebus scænicoꝝ ludorū duratorum theatrū extruxit,opus(ut Plyniꝰ inquit)maximū oīum,quæ unq̄ fuere humana māu facta,scænā habuit triplicē.colūnas luculei marmoris trēcētas sexaginta.duodequadraginta pedū altitudine.Signa inter colūnas tria millia.sūmæ colūnæ tabulis erant inauratis.pars scænæ inferior e marmore,media e uitro.cauea ipsa octuagīta hoīum millia capiebat.C.uero Curio theatra duo fecit āplissima e ligno,q̄bus inter sese auersis,ne inuicē obstreperēt scænæ,& repēte circūactis,ac cornibus inter se coeuntibus faciebat amphitheatrū.& gladiatorū spectacula edebat.Mansurū uero theatrū e quadrato lapide primus romæ cōstruxit Pōpeius magnus.ꝓpter qđ Cornelius tacitus incusatum eū fuisse a senioribus scribit.quod mansurā theatri sedē posuisset,cū antea subitariis gradibus & scæna in tēpus structa foret,sed parsimoniæ cōsultū,quod ꝑpetua sedes theatro locata esset potius q̄ īmēso sumptu singulos per annos consurgeret ac strueret͛.Nero princeps nobilibus germanis populi Romani magnitudinē ostēsurus,eos in hoc theatrū populo plenū introduxit.Idē ēt alias insano sumptu inaurauit.ut in eo Tiridatē armeniorū regē exciperet.Amphitheatri uero molē primꝰ in cāpo Martio posuit.C.Iulius Cæsar,quāpaulopost Augustus mausoleū ædificaturꝰ destruxit,hoc aūt amphiteatrū,de quo poeta loquit͛ in parte domꝰ aureæ Neronis ædificatū fuit.quā diui Vespasianus & Titus penitus deleuere,uñ in sequēti Epigrammate īquit.Hic ubi cōspicui uenerabilis amphitheatri,erigitur moles,stagna Neronis erāt.A theatro theatralis deducit͛.& ab amphitehatro Amphitheatralis,unde theatrales,& āphitheatrales ludi dicunt͛.Theatrū figurate aliqñ pro spectaculo ponit͛.Martialis.Quicquid in Orpheo Rodope spectasse theatro dicitur,exibuit Cæsar harena tibi.Item ꝓ multitudine spectante,ut magno theatro hæc acta sunt,idest multis spectātibꝰ.LOQVATVR.prædicet.extollat.Proprie loqui est uerba proferre,& a dicere differt,qđ est eleganter & facunde loqui.Quintilianꝰ Nā mihi ne dicere quidē uidetur,nisi qui disposite.ornate.copiose dicit.Cicero.Vt nō modo

græcarũ litterarum rudes, sed etiam docti aliquãtum se arbitrẽť adeptos & ad dicẽdum, & ad iudicãdum. idest & in oratoria arte, & in philosophia. loquor a loco deductũ est, ꝙ is qui loq̄tur suo loco, quodq; uerbũ sciens ponit. Nam qui primo incipit iam fari, & uocabula, & reliq̃ uerba dicit, anteq̃ suo loco ea ponere possit, hunc Chrysippus affirmat nõ loqui, sed ut loqui. Quapropter ut imago hominis non sit homo, sic in coruis. cornicibus. pueris primitus incipientibus fari uerba, non esse uerba, qđ loqui nõ dicãtur. A loquor fit loquẽtia, qđ in cõpositione dũtaxat usurpatur, ut breuiloquẽtia, & multiloquẽtia, quæ græci βραχυλογιαν μακρολογιαν nominat. Magniloquẽtia. grãdiloquẽtia. stultiloquẽtia. blãdiloquẽtia. & si qua alia sunt huiusmodi. quãuis Valerius ꝓbus grãmaticus illustris illud salustianum sic legendum, & sic ab eo relictum affirmare solitus sit. satis loquẽtiæ, sapiẽtiæ parum. ꝙ loquẽtia nouatori uerborum Salustio maxime congrueret, eloquẽtia cum insipientia minime cõueniret. & loquium quo similiter in cõpositione dũtaxat utimur, ut breuiloquium. multiloquium. stultiloquium a quibus fiunt breuiloquus. multiloquus. grãdiloquus. stultiloquus. blãdiloquus. Itẽ soliloq̃um, qđ significat sermonẽ illius, qui contẽplando solus ipse secũ loquitur. unde & soliloqu⁹ diciť. & anteloquium, primus loquẽdi locus, seu principatus loquẽdi. Macrobius. Hic assensi omnes prætextato anteloquiũ detulerunt. Itẽ a loquor loquax, hoc est uerbosus. garrulus. unde & corui, & aliæ aues, quæ humanã uocem imitãtur, loquaces dicũtur. a quo fit cõparatiuũ loquacior, & superlatiuũ loquacissimus. & loquaciter aduerbium. & loquacitas nomen, quæ est stulta & inanis copia loquẽdi. Cicero. Dũ modo hoc cõstet, neq; infantiam eius, qui rẽ norit, sed eam explicare dicẽdo non queat. neq; inscitiam illius, cui res nõ suppetat, uerba nõ desint esse laudandam, quorum si alterũ sit optandum, malim equidem indisertam prudẽtiam, q̃ stultam loquacitatem. loquacitatis uitium in. M. Celio ĩsectatus est Cato, qui inquit. Nunq̃ tacet, quem morbus tenet loquẽdi, tanq̃ ueternosum uiuẽdi, atq; dormiẽdi. quod si nõ conueniat, tamen cõuocari iubet, ita est cupidus orationis, ut cõducat, qui auscultet. Itaq; auditis nõ auscultatis, tãq̃ pharmacopola. Nã ei⁹ uerba audiũtur, uerũ ei se nemo cõmittat, si æger ẽ. idẽ de eodem Celio. Frusto panis conduci põt, uel uti taceat, uel uti loquať. Ob idẽ uitiũ, Homerus Thersitẽ αμετροεπη ϰαὶ ακριτομυθον, hoc est sine iudicio, & sine mõ loquentẽ appellabat, & uerba illius multa, & ακοσμα. idest incõpta strepentium sine modo graculorum similia esse dicebat. Nihil enim est aliud αμετροεπης εκολωα, hoc est supra modum loquax conturbabat. Eupolis loquacẽ hominem ita describit. λαλειν αριστος, αδυνατωτατος λεγειν, hoc ẽ ad loquẽdum optimus, ad dicẽdum ineptissimus. Quod Salustius noster imitari uolẽs, loquax inquit magis q̃ facũdus. Item a loquor, locutor deducitur. Gellius. Qui sunt leues & futiles, & importuni locutores, quiq; nullo rerũ pondere innixi uerbis humidis, & lapsantibus defluunt, & locutuleius, qđ significat eum, cuius lingua tam ꝓdiga, infrenisq; ẽ, ut teterrima quadã colluuione uerborũ fluat semp, & æstuet. hũc maiores nostri modo a lingua linguacẽ, siue ligulacẽ, seu lingulacam, modo a blacterãdo blacteronẽ dixere. Blatire, & blacterare ueteres dicebant incõdite, & inaniter loqui, factitia uerba sunt a uoce camelorꝝ tracta. Plau. Qui malũ intelligere quisq̃ potis est, ita nugas blactis. Idem. Vbi tu es, quæ blasterauisti iam uicinis oĩbus. Quidam uolũt hoc uerbũ a græcis deductũ apud quos βλαξ appellať, qui sese ĩaniter iactat. & βλακια iactatio dicitur. quapropter. C. litterã addẽtes, blacteronẽ, & blacterare scribẽdũ existimãt. nobis prior sentẽtia magis placet. Qui hac licẽtia loquẽdi utũtur, uocem ex ore mittere dicũtur. Cõtra, Home. Vlyssem sapiẽti facũdia p̃ditum, uocẽ scribit non ex ore, sed ex pectore mittere, quod seruãdum esse sapiẽti existimat, ut nõ tam inanem sonũ uerborũ, q̃ sentẽtiarũ conceptã altitudinẽ ꝓmere uideatur. ideo libertati linguæ uallũ esse oppositũ dẽtium dixit, ut temeritas loquẽdi non modo cordis uigiliis, sed etiã dẽtium excubiis separeť. Aristophanes poeta facetissimus uastã illã, atq; inanẽ hominũ insipiẽtium loquacitatẽ pluribus uocabulis insigniuit. ανθρωπον αγριοποιον. αυθαδοστομον. εχοντα αχαλινον. ακρατες. απυλωτον. στομα περιλαλητον. κομποφακελορημονα, hoc est hominem agresti ferocia. ore temerario. infreni. ꝓdigo. petulãte. loquacem. futilem. & quadã uerborũ congerie, ac fastu ꝓfusum. Hesiodus uitiũ hoc detestãs nõ uulgãdã linguã, sed recõdẽdã eẽ dicit, q̃si thesaurꝝ. magnã qppe ei⁹ gratiã eẽ, si parca & moderata sit γλωσσης τοι θησαυρος εν ανθρωποισιν αριστος φειδωλης, πλειστη δὲ χαρις κατα μετρον ιουσης, quod dici latine põt. Optimus ẽ homini linguæ thesaurus, & ingẽs gratia, quæ parcis mensurat singula uerbis. Lepide etiam epicharmiũ illud se habet ου λεγειν δεινος, αλλα σιγαν αδυνατος, hoc est, non idoneus ad dicẽdũ, sed ad tacẽdum impos. ex quo illud sumptum est, qui cũ loqui non posset, tacere non poterat. De hoc genere hominũ locutus est Euripides cum inquit, αχαλινων στοματων, ανομου τε αφροσυνας, το τελος δυστυχια. hoc est effrenati oris & ĩmoderatæ demẽtiæ finis est ĩfœlicitas. Itẽ a loquor locutio, & loquela, q̃ sermonẽ & uerbũ significat, p̃ter hæc cõposita ab eo fiunt, alloquor, qđ est cõuenio. Cice. Cũ pridie eius diei eum allocutus fuissem. ab hoc allocutio, & alloquiũ deriuãtur. Circũloquor, ꝑ circuitũ, quen-

dam declaro a quo circũlocutio deriuat̃,quã græci περιοδον nominãt,ut si elephanti dentẽ ꝓ ebore dicamus.interloquor,aliquid inter agendũ definio.a quo interlocutoria sententia uocatur,quæ nõ definit controuersiã.ea enim definitiua dicit̃.sed aliquid obiter decernit ad causam ꝑtinens.Obloquor,quod ꝓprie est cõtra loquẽtẽ loquor.Vir.Nec nõ threicius longa cũ ueste sacerdos obloquit̃ numeris.Ponit̃ tamẽ aliqñ ꝓ maledico,unde oblocutores dicuntur maledici.obtrectatores.& oblocutio obtrectatio.eloquor, qđ aliqñ pro loquor ponitur.Vir.Eloquar an sileã.a quo fit elocutõ,quæ ẽ sermonis exꝑssio.unde rhetores,& grãmatici χηματα λεξεωσ figuras locutionis nominant,sicut χηματα διανοιασ figuras sententiaꝝ. Aliquando significat,dico,qđ ꝓpriũ oratoris est.a quo eloquẽtes dicunt̃,qui in dicẽdi ratione perfecti sunt.Et eloquentia dictio ex omni parte ꝑfecta,& eloquẽter aduerbiũ pro facũde.ut.M.Antonius dicere solebat disertos se uidisse multos,eloquẽtem uero neminẽ.Eloquiũ quoq; ab eloquor dictũ.qđ mõ sermonẽ,mõ facũdiã significat.Aliqñ etiã ꝓ elogio ponitur.Est aũt elogiũ testificatio de aliquo siue honoris,siue uituperationis causa.honoris.Cicero.In quẽ illud elogiũ plurimũ cõsentiũt gentes,uirũ esse ciuitatis primarium.uituperationis.Quinti.Si exhæredatum a se filiũ pater testat⁹ fuerit elogio,ꝓpter ꝙ is meretricem amaret.ꝓ simplici autẽ sentẽtiæ suæ testificatiõe.Cicero.Solonis quidẽ sapientis elogiũ est.quo se negat uelle suã mortem dolore amicoꝝ,& lachrymis uacare.De eloquio Plautus,dulci ac blãdo eloquio amicã solatus.Apuleius.Platonis eloquio monitus non nobis solis nos natos esse.Claudianus eloquio dulces quõdã solatus amicos.proloquor.decerno.sñiam fero.a quo ꝓloquiũ ꝓprie dicit̃ sententia.in qua nihil,desiderat̃.ponit̃ etiã ꝓ exordio,& principio.qđ & anteloquiũ,ut diximus.& a præloquor.præloquiũ dicit̃,& a græco λογοσ,prologiũ.Plaut⁹,exanimauit me prologio suo.Differtq; a prologo,quod prologus tantũ est,ubi aut poeta excusat̃,aut fabula cõmendatur.Itẽ ꝓlocutio a ꝓloquor fit,qđ ꝓ ꝓloqo ponit̃.Colloquor simul loquor a quo colloquiũ & collocutio pro cõfabulatione & collocutores qui simul loquũtur.perloquor,quoq; apud aliquos ĩuenit̃ ꝓ ꝑfecte loquor,hoc ẽ sermonẽ ꝑficio.VNVM OPVS.Amphitheatrum scilicet.Vnus aliqñ numeri principiũ est Ouidius.Vnus erat toto naturæ uultus in orbe.Quẽ dixere chaos.Aliqñ pro solo ponit̃.Plau.Vnus tũ domi erã,& fores erãt clausæ.Aliqñ significat præcipuũ ut hoc loco,& apud Virgiliũ.Cadit & ripheus iustissimus unus,qui fuit in teucris,& seruantissimus æqui.illud notandũ est,ꝙ quãdo pro solo accipit̃,cũ genitiuo iungit̃.Ply.Accipẽser unus oĩum,squamis ad os uersis contra aquas natando meat.Ab unus fit unose aduerbiũ quo ueteres usi sunt pro simul,& unitas,& unicus.i.singularis,ut phœnix est unica auis,a quo fit unice aduerbiũ,hoc ẽ singulariter.& Aduno uerbũ,quod est in unũ cõgrego,unde Adunati dicuntur.qui simul cõgregati sunt,& ad unũ aduerbialiter sumptũ,quod significat nemine excepto.Curtius.Oẽs ad unũ periere.Virgi.Iupiter oĩpotens si nondũ exosus ad unũ.& unio uerbũ,qđ ẽ cõiungo,& q̃si unũ facio.uñ uniti aĩ dicunt̃,qñ unius sunt uoluntatis,& unitio ꝓ coniunctione,& iunctura accipitur.& unio nomẽ,qđ aliquãdo concordiam significat.Aurelius.Nam hoc fieri posse in tanta animorũ uniõe qs dubitet? Aliquãdo margaritã,q̃ nullæ duæ margaritæ simul reperiant̃ sed semꝑ discretæ & unæ.Magnus in iis hominũ luxus semper fuit quas indicus maxime Oceanus mittit.Verũtamẽ ẽt Britãnicus,fertilissima earum est Taprobane insula.& perinula indiæ promontorium.In primis aũt laudant̃ circa arabiã in persico sinu maris rubri.cõchæ sũt haud multũ ab ostreaꝝ cõchis diuersæ,quæ margaritiferæ dicunt̃.Hæc ubi genitali libidine stimulant̃,pandũt sese,& quodã roscido cõceptu grauidæ fiunt,deĩde pariunt margaritas ꝓ q̃litate roris accepti.Si purus influxit,candore conspicuæ sunt.si turbidus,sordescit & fœtus.Si tẽpestiue satiant̃,partus grandescunt,si fulgurat cõprimuntur conchæ,& pro ieiunii mõ minuunt̃.Tonitruis pauefactæ,ac repente cõpressæ faciũt,quæ uocant Physemæa a bullarũ similitudine,græci.n.φυσημαια ampullas nominãt,siue q̃s nos dicimus bullas,hæ margaritarũ quidẽ speciẽ habẽt,sed aere inflatæ corpus nõ habent,cõcharum abortus dicunt̃.Sole rubescũt margaritæ,candoremq; perdũt ad similitudinẽ corporis humani flauescunt etiã senecta.ac rugis torpescunt,adhærescunt cõchis,nec ab his nisi lima auelli possunt,que ab una parte rotũdæ sunt,ab altera planæ,a tympanorũ similitudie Tympana noĩantur.Tympanum quippe instrumentũ est ex una parte planum mẽbrana clausum intus uacuũ qđ baculo pulsatur,uti eo solebant in sacrificio matris deũ,a quo fit Tympanites gen⁹ hydropisis,de quo supra diximus,& tympanistria tympana pulsans,& tympanizo tympana pulso,Suetonius de Augusto.Et assensu maximo cõprobauit uersum ĩ scæna ꝓnũciatum de Gallo matris deũ tympanizante.uides ne,ut cynæd⁹ orbẽ digito tẽperet? Est ẽt tympanũ uehiculũ tectũ.Vir.Hinc radios tenuere rotis hinc tympana plaustris.Itẽ tympanũ ĩstrumẽtũ,seu machina ẽ ad hauriẽdã aquã sũma celeritate,qđ hoĩb⁹ calcãtibus uersat̃ ad hortos irrigãdos & salinas utile,cuius alterũ genus dicit̃ tympanũ dẽtatũ,quo similiter adhauriẽdas aquas utunt̃,simile est ei tympano,cuius dẽtes impellendo cogunt fieri molarũ circuitionẽ,& impendẽs ĩ

ea machina infundibulũ subministrat molis frumentũ & eadẽ uersatione farina subigit͛. Præter hæc Fenestella, qui nouissimo tpe Tyberii cæsaris claruit. Tympana scribit se iuuene appellata Patinas & lances. quas antiq Magidas appellauerũt. in aqua molis ẽ unio, exẽptus ꝓtinus durescit. Tradũt huiusmodi conchas q̄si apes examia facere, his duces eẽ, quæ uetustate ac magnitudie ṗcipuæ sũt. Eas urinãtiũ cura peti. quibus captis cæteras palãtes statim retib⁹ ĩcludi, tũ mergi sale in uasis fictilibus, quaꝶ erosa carne. nucleos quosdẽ corporũ, hoc est uniones in ima decidere Atterũtur usu colorẽq; indiligentia mutant. Dos oĩs in cãdore. Magnitudie, orbe. leuore. põdere. Qui colore ṗstãt, exaluminati uocant͛. Sũt ẽt quos Elenchos appellant fastigiata lõgitudie alabastroꝶ figura in pl eniorẽ orbẽ desinentes, hos digitis suspẽdere, & binos ac ternos auribus fœminaꝶ gloria est. Crotalia hæc a sono uocantur, ꝓpter collisionẽ ipsam Margaritaꝶ, Nam crota ĩstrumenta sũt, quæ manu pulsant͛ laminis q̄busdã ex ære rotõdis sonũ ex collisione reddẽtibus, dicta a pulsatiõe κροτον enim græci plausũ uocãt, & κρουειν dicunt pulsare atq; ṗcutere. utebant͛ hoc instrumẽto ægyptii ĩ deoꝶ solẽnitatibus. Vir. Copa syrisca caput graia redimita mitella Crispũ sub crotalo docta mouere latus. Elenchi aũt dicũtur quia græci ελεγχον ꝓprie indicẽ dicũt. etenim quomõ librorũ indices, & pulchritudine ac uarietate colorũ, & magnitudie lr̃aꝶ libros exornãt, & res alias sui indices, ita hi gestãtiũ habitũ illustrare & q̄si indices eorũ uident͛ eẽ. Iuuena. Auribus extẽsis magnos committit elenchos. Magna eorũ stultitia est, q Cylindrũ, & elẽchũ idẽ eẽ affirmãt. Quippe cylindri lapilli sũt teretes, hoc ẽ oblõgi atq; uolubiles, ĩstar ei⁹ columnellæ, qua æquãdis areis utimur. huiusmodi. n. formã Cylindrũ uocamus, ἀπο του κυλιειν hoc est a uoluẽdo. Virg. Area tum primum ingenti est æquãda Cylindro. At qui tali forma nõ reperiunt͛ Margaritæ, quas natura nõ ars facit, etenim si artificiũ addas statim deficit fulgor, in quo oĩs earũ dos cõsistit, cæteri uero lapilli magna ex ṗte fieri teretes possunt, utputa Berylli. smaragdi. & alii similes, quos non auribus suspendere mulieres, sed circundare collo, aut innectere monilibus, siue aliis ornamẽtis cõsueuerũt. Iuuena. Tu nube, atq; tace, donant arcana cylindros. Idẽ. Nil nõ ṗmittit mulier sibi. turpe putat nil dũ uirides gẽmas collo circũdedit. hos antiq Cylindros a forma quẽadmodũ aliarũ figurarũ lapillos gẽmas uocauere a similitudine gẽmarũ, q̄s ĩ uitibus, siue arboribus cernimus. Gẽmæ. n. ꝓprie sunt pupuli, quos prio uites emittũt, & gẽmare uites dicunt͛ dũ gẽmas emittũt. Plyn. de Beryllo, indi mire gaudẽt lõgitudie eorũ, solosq; gẽmarũ eẽ ṗdicãt, q carere auro malit & ob id ṗforatos Elephãtorũ setis religãt, & alios cõuenit nõ oportere ṗforari, q̃m sit absoluta bonitas umbilicis statĩ ex auro capita cõprehẽdẽtib⁹. iõq; Cylindros ex iis facere malũt, q̃ gẽmas, q̃m ẽ sũma cõmẽdatio in lõgitudine. In nr̃o mari reperti sunt aliquando uniones circa Bosporũ thraciũ ruffi ac parui in genere cõcaꝶ, q̄s myias uocant, & in Acarnania, quæ pinna uocat͛ eos gignit. Itaq; nõ ĩ solis margaritis reperiuntur uniones. In britãnia paruos, ac decolores nasci manifestũ, q̃m diuus Iulius thoracẽ, quẽ ueneri genitrici in tẽplo ei⁹ dicauit, ex Britãnicis margaritis factũ eẽ testatus ẽ. lolliã paulinã caii principis cõiugẽ, uulgatũ est habuisse tunicã ex margaritis sestertio tũc q̄drigẽties æstimatã. Duos ãt cõstat fuisse uniões ob eximiã magnitudinẽ toto orbe celeberrimos. Vtrũq; cleopatra ægypti regina possedit, quæ cũ Antonio edixisset una se cœna cẽties sestertiũ absumpturã, idq; fieri posse nequaq̃ putaret Antoni⁹ Additæ sunt spõsiones. Postero itaq; die magnificã cœnã sed quotidianã Antonio apposuit, q̇ cũ eã irrideret, cõputationẽq; expostularet. Corrolariũ id eẽ cleopatra dixit, cõsumpturãq; se in ea cœna q̄tũ ꝓmiserat, cõfirmauit. Inferri itaq; secũdã mẽsam confestim iussit, cũq; ex ṗcepto ei⁹ ministri unũ dũtaxat uasculũ aceti añ eã posuissent. spectante Antonio. qd nã agere uellet, detractũ ex aurib⁹ alterũ unionẽ in uasculũ mersit, ac mox liquefactũ absorbuit, iniecerat alteri manũ, ut idẽ faceret, sed neq̄quã id passus ẽ sponsionis ei⁹ iudex. L. Plancus. uictũq; Antonium ꝓnũciauit. Is postea unio, q supfuit, dissectus ĩ duas ṗtes, in utrisq; ueneris aurib⁹ Romæ in pãtheo positus fuit. Prior hoc idẽ in unionibus fecerat clodius tragœdi Aesopi filius in ãplissimis opib⁹ hæres relictus, singulis unionibus in cœna ad sorbẽdũ cõuiuis appositis. unionis nomẽ maioribus margaritis ĩpositũ tpe iugurtini belli nõnulli ꝓdidere. Margaritã, & margaritũ dicim⁹, eãdẽ generali noĩe uocam⁹ ẽt lapillũ. Nã lapillus & gemmaꝶ & margaritarũ cõe est nomẽ, subintelligiturq; ṗtiosus. Quod si maiusculi fuerint, ṗtiosi lapides dicunt͛. Nam qđ Seruius scribit, gẽmas diuersi coloris eẽ. Margaritas uero albas uel gẽmas ĩtegras, margaritas ṗtusas, plane ridiculũ ẽ. A gẽma fit gemmula diminutiuũ. Sabinus iurisconsultus margaritas scribit lapillorũ noĩe nõ cõtineri, sed hoc falsũ eẽ multorũ exẽplo docet͛. Curtius lapilli auribus pẽdẽt. idẽ pẽdebãt ex aurib⁹ insignes cãdore & magnitudie lapilli. Hora. Nec magis huic ĩtra niueos uiridesq; lapillos. Vbi ꝓfecto de margaritis, & smaragdis ĩtelligit. Itẽ ab un⁹ unedo dicta fruct⁹ ẽ arboris, similis terrestrib⁹ fragis. Arbor ipsa unedo ẽt dicit͛, folio citro similis fruticosa. fruct⁹ anno maturescit, pariterq; subnascẽs floret, prior maturat͛. Pomũ inhonorum est. ideoq; unedo dicit͛, qđ unũ tm̃ mãdi possit, greci Comaron, & memerylon uocant. A nostris

alio noīe Arbutus appellať. Vir. Et quæ nos rara uiridis tegit arbutus umbra. Et poma ipſa arbuta dicunť. Idē dāt arbuta ſiluæ. Sunt q ſcribāt q̄nquagenū ¿ubitoꝝ altitudine in arabia reperiri. fruct⁹ ei⁹ cōcoctioni difficilis. & ſtomacho inutilis ē. putāt ſuccū folioꝝ ſudore excitato peſtilētia laborātib⁹ ꝓdeſſe. Itē ab un⁹ una aduerbiū fit, qđ ſignificat ſimul, & undeuigīti pro decē & nouē, quaſi uno dēpto de uiginti. eodē modo undetriginta, undeq̄draginta, undecētū & undeuigeſimus, undetrigeſimus, undequadrageſimus, undeq̄nquageſimus, undecēteſim⁹ & ſimilia. Et unigenitus filius, q unicus eſt q̄ſi ſolus genitus. ſicut primo genitus, q primo genitus ē. etiā ſi alii nō ſunt geniti. Et unanimis, qui unius aī, uni⁹ ſentētiæ, uni⁹ uolūtatis cū altero eſt, unde & unanimē cōſenſú dicim⁹, cū aīoꝝ cōcordia ē. Ab hoc unanimitas, hoc ē aīoꝝ concordia deriuať, & unicolor uni⁹ coloris. Et unicaulis herba, quæ unū caulē habet, nec in ramulos ſpargiť. Et unicuba mulier, quæ cū uno tm̄ uiro cōcūbit. Et uniuira, quæ unū tm̄ cōiugem habuit. Et unicorn⁹ aīal, qđ græce monoceros uocať. Et uneoculus, q & monoculus dř, q̄ unū tm̄ oculū hēt. Plau. Vneocule ſalue, græci Monophtalmō appellāt. Et uniuocū, cui⁹ & nomē cōe ē, & eadē ſubſtātiæ rō. qđ græce Synonymō dř, ſicut Aequiuocū, cui⁹ nomē tm̄ cōe ē, ſed ſubſtātiæ rō diuerſa. Et a græcis Homonymō appellať, hō & Equ⁹ uniuoca ſūt, qa ſub uno aīalis noīe cōprehenduntť, & eadē ē utriuſq; ſubſtātia, hō uer⁹, & homo pictus æquoca ſunt, q̇a de utroq; aīal p̄dicať, ſed ſubſtātia eorū diuerſa ē. grāmatici Homonyma dicūt eē, quæ uoce nō ſignificatiōe cōueniunt, ut nepos filius filii, uel luxurioſus. Synonyma quæ nō uoce ſed ſignificatione conueniunt ut enſis & gladius. Ab æquoco & uniuoco fiunt uerba Aequocare, & uniuocare, & æquiuocatio & uniuocatio noīa. Et Aequoce & uniuoce aduerbia. Et uncia, qđ una ſit ex duodecim partibus aſſis. Eſt ēt uncia mēſuræ genus exiguæ, a quo q̇ncūcē uocamus uaſculum q̄nq; unciaꝝ capax. Martia. Quincūces puto poſt decē pactas. Et ullus q̄ſi unus aliquis ullus eni idē ē, qđ aliqs. Sed hoc ab eo differt, ꝙ nunquā poniť affirmatiue. Neq;.n. licet dicere. ull⁹ hō currit, ſicut aliqs hō currit, ſed ſemp poniť uel negatiue, ut nō erat ullus q curreret, uel īterrogatiue, ut ē ne ullus q̇ me uocet? uel ſubiūctiue, ut ſi ull⁹ me uocabit, ſtatim adero. Ab hoc fit cōpoſitū nullus q̄ſi nō aliqs, uel ne unus q̇dē, qđ ueteres ēt, ningulū dixere q̄ſi necullū Martius. Nec ningulis mederi queat. Huius ſignificatiōis ē nemo. Neq; eni ueꝝ ē, qđ Seruius affirmat. Nemo idē ſignificare, qđ nullus hō, nā ſi ita eſſet, nō adiungereť hō, ut ſæpe fit. Cice. Vtrū aūt ſit melius, dii īmortales ſciūt. hoīem q̇dem ſcire arbitror nemiē. Salu. Quo nemo uir melior, nec p̄ſtātior. uerū eſt ꝙ nemo de hoībus tantū diciť. Plau. Neminis me miſeret, nā mei miſeret neminē. Et de fœminis. Idē de lanificio mulierē neminē metuo una ætate quæ ſit. Aliq̄n ēt de diis. Vir. Turne qđ optāti diuū ꝓmittere nemo auderet. A nullus fit nullatenus. qđ ſignificat nulla ex parte, nullo mō & nullibi, hoc eſt nullo loco & nōnullus hoc ē aliqs. & quo q̇dā utunť Nulliter, hoc eſt fruſtra. Itē ab un⁹ deduciť uniuerſus. q̄ſi oīs ad unū hoc ē ſine aliqua exceptione. Significat aūt ī ſingulari totus, ut uniuerſus ager, uniuerſa cāpania. uniuerſus exercitus. In plurali uero oēs cōiunctim. aliud eni ē, ſi dicamus, oēs ſibi domiciliū cōſtituerīt. aliud uniuerſi ſibi domiciliū cōſtituerūt, illic ſignificať domiciliū ſibi unūquēq; cōſtituiſſe, hic oēs ſimul unū ſibi pro oībus domiciliū feciſſe. In quā ſignificationē cunctus ēt, & cuncti accipere ſolemus, pp qđ cunctos quaſi coniunctos dici exiſtimant, & uniuerſos q̄ſi ī unū oēs redactos. Ab illo fit cūctor uerbū, qđ ꝓprie ſignificat differo. moror. tractū ab eo, qđ cuncti, hoc ē oēs ſimul ſine difficultate moueri nō pñt. Ennius unus hō nobis cūctando reſtituit rē. ꝓ metaphorā tñ aliq̄n cūctari ꝓ dubitare accipiť. Vir. Cunctantē āplexu molli fouet. aliq̄n ꝓ manere. Idē. Reginā thalamo cūctātē. Idē. Cūctātes glebas ſcribit, ꝓ eo, qđ ē ualidas. magnas. graues. nam quæ grauia & magna ſūt, ita in loco manēt, ut nō niſi cū difficultate īde moueri poſſint. A cūctor fit cūctatō, hoc ē tardatio, mora. dubitatio. & cūctāter aduerbiū, hoc ē cū mora, & tarditate. Et pcūctor, qđ ſignificat diligēter inquiro. Plau. Quid iſtuc in mēte ē tibi ex me mi uir pcūctarier? percunctari hoc eſt quærēdo īmorari, ſiue pcūcta inquirere. Nos tñ nō cūctari, & cūctatio, & percūctari, ſed cōtari & cōtatio, & percōtari cēſemus ſcribi debere, & non a cūctis, ſed a cōto deduci, tractūq; eē a nautis, q̇ altitudinē aquæ cōtis pertentāt, hoc eſt teretibus lignis atq; acutis. q & fuſtes. & ſudes dicunť. itaq; contari eſt īmorari, & q̄ſi cōtis uada rimari. Percontari uero interrogare, q̄uis ꝓprie ad finē coarguēdi, ut Quintilianus teſtať cū inq̇t, q̇d enim tā cōe q̄ interrogare & percōtari? quoꝝ utroq; indifferenter utimur, cū alterū noſcēdi, alterū arguēdi gr̄a adhiberi uideať. Interrogare igiť adhibeť noſcēdi gr̄a. Percōtari uero arguēdi. Vniuerſale diciť qđ ad uniuerſos ꝑtinet. Et uniuerſitas generalitas. Et uniuerſaliter generaliter. Et in uniuerſū ꝓ uniuerſaliter, & qđ græci dicūt καθολου. Quinti. In uniuerſū aūt p̄cipere. i. generaliter & in cōe p̄cipe, qđ ēt generatim dicim⁹. Cicero. Infinitū mihi uideť id dicere, in quo aliq̇d generatim quæreret. Aliq̄n tñ generatim capim⁹ ꝓ eo qđ eſt ꝑ ſingula genera. Vir. Generatim diſcite cultus, ſicut ſūmatim, qđ mō ſignificat ꝑ ſingulas ſūmas. Apulei⁹. Oīa ſūmatī tetigerat. mō breuiter, & oībus q̄ſi ſimul cōprehēſis. Ply. Sed ut de hac re ſūmatim dicam. Cuius ſignifi-

cationis fere est in sũma, & ad sũmã. Perinde.n.est, ac si diceremus, qđ ut sũmatim cõprehẽdã & magis mõ loquẽdi, q̃ significato a sũmatim differũt. Quin. In sũma non recedo, fas est mihi inuitis ẽt parẽtibus pie facere. Cice. Ad sũmã ne agã de singulis cõem totius generis humani societatẽ cõgregationẽ, & cõciliationẽ colere. tueri. conseruare debemus. Differt tñ ad sũmã, & ad sũmũ. Nã ad sũmũ referť ad numeꝶ, & aliquãdo sine ad dř sũmũ qđ ꝑinde est, ac si diceremus ad plus. Cicero. Vnus aut ad summum duo inuenti sũt, qui Milõis causam nõ ꝓbarẽt. i. nõ plures q̃ unꝰ aut duo. Quinti. Hoc mõ dicẽdi uti frequẽter solet per aduerbiũ semel. Deniq; ut semel finiã, sic fere cõponendũ, cũ ꝓnunciabis, erit. Idẽ, & ut semel oĩa cõplectar. Idẽ. Et ut semel qđ est potẽtissimũ dicã secretũ meditãdo perit. i. ĩ sũma dicã. Cuius rei cã ẽ illud semel, ꝙ significat uno, ut ita dicã tpe, uel uno loco ꝓ oĩbus, iõq; accipiť ꝓ ĩmutabiliter, & irreuocabiliter, qa qđ semel tm̃ fit, nõ hẽt regressũ ut rursus fiat. Idẽ. Quid hæc fulgẽtiũ sydeꝶ ueneranda facies, qđ quædã uelut ĩfixa, & cohærentia. perpetua semel quæ capta sede collucent, alia toto sparsa cœlo uagos cursus certis emetiunť erroribꝰ. Vir. Procubuit moriẽs & humũ semel ore momordit. Oui. Nulla reparabilis arte læsa pudicitia deperit illa semel. Lucanꝰ. Dixitq; semel nascẽtibus auctor, Quicqd scire licet. In eundẽ sensũ Quinti. accipit breuiter, & alii qdã p̃clari auctores. Quinti. Breuiter tñ lõge crudelitatis explicãda sæuitia est, ex oĩbus quæ ꝓtuli leuissimũ fuit ꝙ occisus ẽ. Ply. A reliqua uero Gallia, cultu uiroꝶ moꝶ dignatiõe. amplitudine opũ. nulla ei ꝓuinciaꝶ præferenda, breuiterq; Italia uerius q̃ ꝓuincia. Idem de luscinia. Spiritus plenus. grauis. acutus. creber. extẽtꝰ. ubi uisũ ẽ, uibrãs, breuiterq; oĩa tã paruulis ĩ faucibꝰ, quæ tot exq̃sitis tibiaꝶ tormentis ars hoĩum excogitauit. Itẽ ab unus deriuatur uter, qđ significat, quis unus ex duobus. poniturq; uel interrogatiue, ut uter uestrũ hoc fecit? uel indefinite, ut nescio uter uestrũ hoc fecerit. hoc est qs unus uestrũ hoc fecit, uel fecerit. Notandumq; est in hoc nomine, quod uter alterum eleganter dicimus. Plynius. Vter alteri dixerit nescio, & uter utrum similiter Cicero. Vter utri insidias fecerit. Ab hoc fit Vterq;, quod significat ambo, hoc tamẽ inter se hæc duo noĩa differũt, quod cũ utrũq; aliqd fecisse dicimus, & ab hoc, & ab illo separatĩ id factum intelligimus. ut uterq; sibi domũ ædificauit. idest & hic ædificauit sibi domum, & ille. cum uero ambo dicimus fecisse, ab utroq; coniunctim id factum ostendimus, ut ambo sibi monumentũ cõstituerunt, hoc est hic & ille simul unũ sibi cõe monumẽtũ fecere. ꝓpter quod utrunq; alteꝶ uerberasse recte dicimus, hoc est hunc illũ, & illũ hũc uerberasse. Cice. Quorum uterq; suo studio delectatus cõtẽpsit alterũ. Quinti. Cũ enĩ uterq; alteri obiiciat, palam est utrũque fecisse. Eodẽ mõ utrũq; utriq; aliquid fecisse. Terẽ. Quia uterq; utriq; est cordi, Hircius interim dissensione orta inter Achillẽ & Arsinoen cũ uterq; utriq; insidiareť, & sũmã ĩperii ĩpe obtinere uellet, ambos autẽ alterũ uerberasse, uel ambos uerberasse, ambos non recte dicimus. significaretur enim ambos seipsos uerberasse. Quod si recte loqui uelimus, ita dicendũ ẽ, ambo se mutuo uerberarũt. Ambo a græco deductũ ẽ, græci.n. αμφω dicunt. Itẽ ab uter fit utrum aduerbium interrogãtis. Plau. Vtrũ id uerum putas an non? Aliqñ etiã dubitantis. Seneca. Vtrũ id nobis cõueniat, animaduertẽdũ. Itẽ uterlibet, qđ nõ significat uterq;, ut quidam ignari existimãt. sed alter ex duobus hoc est uter quẽ tibi capere libet, sicut uteriuꝰ uter quẽ tu uis. Quod idẽ in quiuis, & quilibet accidit, q̃ nõ sunt uniuersalia. ut multi existimãt. sed particularia. Nihil qppe est aliud quiuis, q̃ unũ quẽ tu uis, & quilibet q̃ unus, q tibi magis libet. hoc.n. differũt uteruis & uterlibet, a quis & q̀libet, qđ illa unũ ex duobus significãt, hæc unũ ex pluribꝰ. Terẽ. Ab quis hoĩe, cũ ẽ opus bñficiũ accipere gaudeas, uerũ enimuero, id demũ iuuat, si quẽ æquũ ẽ facere, is bñ facit. Quinti. Periculosũ & cũ cura ĩtuẽdũ genꝰ. qa si in ꝓponẽdo unum quẽlibet amiserimꝰ cũ risu quoq; tota res soluiť, tutiꝰ, sic ĩterrogare, si hæc actio nõ sit, quæ sit. simul enĩ remouẽtur oĩa, uel cũ duo ponẽť ĩter se cõtraria, quoꝶ tenuisse utrũlibet sufficiet. Ecce in eodẽ loco. Quintilianꝰ utrũlibet, & qđlibet usus. altero ꝓ eo, qđ est unũ de duobꝰ, altero ꝓ eo qđ est unũ de pluribꝰ. Hieronymꝰ. Adduceť ad aarõ, uel ad unũ quẽlibet filiorũ eius, qđ græce ita scribiť προσ ααρον ιερεα η ενα των υιων αυτȣ hoc ẽ ad aarõ sacerdotẽ, seu ad unũ filioꝶ ipsiꝰ, qđ ĩ cæteris quoq; a libet compositis accidit. Etenim quãtalibet statura, quantũlibet spatium non oẽm quantitatẽ staturæ & spacii significat. sed unã quantã tibi cape libuerit. præterea utrobiq; aduerbiũ, qđ significat utroq; loco. Et utrinq; ex utroq; loco. Et utraq; p utrũq; locũ, & utroq; ad utrũq; locũ. p̃terea neuter qđ ẽ uterq; cõtrariũq;, significat, nec hic nec ille. In quo aĩaduertẽdũ ẽ, ꝙ neuter alteꝶ sem̃p dicimꝰ. nõ aũt neuter, neutrũ, sicut uterq; utrunq;. Nã si ita dicamus. Neuter alteꝶ diligit, hoc significamꝰ, neq; ille hũc diligit, neq; hic illũ, qđ si neuter neutrũ diceremus significaremꝰ, ne se qdẽ ipsũ utrũq; diligere. Itẽ ab unꝰ deriuať unusq̃sq; dictio uniuersalis, & unusq̃libet, ac unusquis, quæ idẽ significãt qđ q̀libet. oĩ loco, ex oĩ pte, ex oĩ regiõe & unquã q̃si uno quouis tpe, a quo nunq̃. i. nullo tpe unde deduciť nonnunq̃, qđ significat aliqñ, & nũq̃nõ qđ significat sp. Itẽ usq̃, qđ significat alicubi, q̃si uno quouis loco. Et nusq̃ nullibi, a quo nõnusq̃ alicubi. Et nusq̃nõ, ubicũq;. Et usqueq̃q; hoc ẽ passim, q̃si in unoquoq; loco, siue ĩ uno

quoq; tpe,& usque quasi ad unũ uel locũ uel tp̃s.uel aliud huiusmõi,ut Vspiã qđ significat usquã & uñ q̃si de quo uno loco.a quo Vndeuis & Vndelibet.i.ex uno quouis loco,& usq; quo q̃si ad unũ aliqđ tp̃s,uel locũ.Itẽ ab unus unda deducit̃ qđ una sit,hoc ẽ simul unita & in se coacta.Vnda enim ꝓprie pars aquæ in se collecta appellat̃,& in unã ptẽ tendẽs ut cũ fluctuat mare.unde undosũ pelagus,hoc est fluctuosum dicim⁹,& undabundũ.Gellius.Quibus nihil spirãtibus,undæ tũ factæ diutius tumẽt.& a uẽto qdẽ iãdudũ trãquilla sunt,sed mare ẽ etiã atq; etiã undabũdũ.& undisonum,qđ undis strepat.uñ mare undisonum dicit̃.Et undati,fluctuatim.uel undatim ad similitudinem undaꝶ,& undare fluctuare,hoc ẽ undas facere,a qua similitudine,& aerẽ,& nubes,& fumũ undare dicim⁹,quotiens undarũ instar mouent̃.Ab hoc fit inundo,qđ interdũ absolute ponit̃,& significat cresco.& extra alueũ uersor.Ply.Antequã nil⁹ inundaret.aliqñ actiue & significat abluo.Idẽ.Agros,& sata oĩa inundauit.hinc fit inundatio quæ ꝓ diluuio ponit̃.Seneca.Quidã cõflagrationi,atq; diluuio tp̃s assignãt.Arsura enim terrena cõtendunt,qñ oĩa sydera in cancrum conuenient.ĩundationẽ futurã,cũ eadẽ sydeꝶ turba in capricorno cõsistet.Itẽ abũdo qđ ꝓprie significat affluo,& supra modum aliqd habeo.Vir.Ergo apibus fœtis idẽ atq; examine multo prim⁹ abũdare.tractũ ab amnibus qui quo maioribus.ac crebrioribus ĩmbrib⁹ augent̃ tãto erigunt̃ magis,& iõ abundare dicunt̃.Idẽ p̃serti ĩ certis si mẽsib⁹ amnis abũdãs exiit.ab hoc abũdãter,& abũde aduerbia ꝓ copiose deducũtur.Itẽ.Redũdo,qđ aliqñ ꝓ redeo capit̃.Plau.Hoc facinus in tuũ redũdabit caput.Interdũ ꝓ abũdo.Ply.Redũdant opes,uitia rebellant.Itẽ exundo qđ ẽ alueũ exeo.a quo fit exũdatio.Ab unda fit diminutiuũ undula,& cõpositũ undisonus,hoc ẽ fluctuãdo sonitũ reddẽs.& ũdulata uestis,quæ fit ex hyrcoꝶ,& capraꝶ pilis potius q̃ lanis,ꝙ ad undarũ similitudinẽ picta sit,non ut qdã existimauerũt,qđ pura sit,sic enĩ ab undis undulatæ uestes dicuntur,quõ a scutulis scutulatæ Varro,& a quibusdã dr̃ eẽ imaginis fortunæ simulachꝶ,ab eo ꝙ duab⁹ undulatis togis ẽ optũ,ꝓinde ut olim reges nostri undulatas & prætextas togas soliti sũt habere.Item aliud cõpositũ undiuomus,hoc est aquas uomens.Vnda enim aliqñ pro aqua ponitur,ut pars ꝓ toto.Oui.Et terris miscuit ũdas.Itẽ ab un⁹ unc⁹,ut qdã existimãt,ꝙ unic⁹ sit,cũ duo eẽ uideant̃.Est enim uncus fustis ab uno latere incuruus,ac sese retorquẽs,sed hoc falsũ est,nã uncus a græco fit.græci enĩ ογκουσθαι extuberare & ĩtumescere dicũt,& ογκον tumorẽ,a quo ογκινον uncũ siue uncinũ qđ ubi ĩcuruat̃,quodãmodo tumescere atq; extuberare uidet̃.Ab hoc fit unc⁹ adiectiuũ,hoc est incuruus.a quo aduncus,& uncinatus uncinis armatus.Cicero.Nec ut alæ asperis & leuibus armatis,uncinatisq; cõplusculis cõcreta hæc eẽ dicat.& inunco uerbũ q̃si unco ĩuado.& arripio.Lucilus.Aut qui nũmos.tristis inuncat.Item ab un⁹ deriuat̃ ungo,siue unguo q̃si unũ ago ungendo enĩ cõplanatur caro atq; unit̃.Ab hoc fit unguẽtũ.siue ungentũ qđ nõ est(ut uulg⁹ existimat)tenax illa cõpositio,qua chirurgi utunt̃ ad uulnera curãda,sed cõmixtio diuersoꝶ odoꝶ addito oleo,aut balsamo,aut aliquo pingui ad ungenda corpora,deliciarũ,& luxuriæ cã inuẽta.Qui prim⁹ unguẽtũ inuenerit nõ cõstat.iliacis certe tpib⁹ non erat in usu.Primũ de eo legit̃,qđ castris Darii regis expugnatis inter reliquũ apparatũ Alexãder unguẽtoꝶ scriniũ cepit.Postea uoluptas eius inter laudatissima uitæ bona admissa est,cœperũtque ẽt defunctorũ corpora ungi.unguẽtoꝶ alia a locis in qbus fiũt,cognomĩa habẽt ut delia cũ a delo insula.una cycladũ.mẽdesiũ a mẽdeso Aegypti urbe.panathenaicũ ab athenis.Susinũ a Susis urbe persidis.Aliqñ ab odoris similitudĩe,ut pardalium,qđ pardalis odorẽ reddat.Tradũt enĩ ex oĩbus aĩalibus hãc solã eẽ odoratã,panthera a nr̃is dicit̃.ut ĩferius ostendem⁹.Nõnũq̃ ab iis,apud quos huiusmodi unguẽta in usu sunt,ut regale unguẽtũ,quo parthoꝶ reges utebant̃.Cõstat.myrobalano.costo.amomo.cinamomo.comaco.cardamomo.nardi spica.maro.myrrha.casia.stirace.ladano.opobalsamo.calamo.iunco syrio.oenãthe.malobatro.sericato.cypro.aspalatho,panace.croco.cypero.amaraco.colato melle,uino.Interdum a dignitate,& excellentia sua,ut megalium a magnitudĩe,græci enim μεγα magnum dicunt uñ megalensia,siue megalenses ludi dicti sunt,qui ĩ honorem magnæ matris deum fiebant.Liuius.M.Iunius brutus ædẽ magnæ mr̃is deũ in palatio dedicauit,& ludos ob eandẽ dedicationẽ factos megalẽsia appellauit.frequẽtissime a rebus ex quibus ipsoꝶ unguentoꝶ oleũ cõficitur,ut irinũ qđ oleũ eius ex iride fiat.Irim medici nostri tẽporis magno errore putãt narcissũ esse.Est aũt narcissus lilii genus,radice carnosa.atq; odora.flore purpureo.folia ĩ radice habẽs ad similitudinẽ folioꝶ harundinis,sed aliquãto crassiora.dictus ab adolescẽte eiusdẽ noĩs Cephisi amnis,& Liriopes nymphæ filio,qui in eũ mutatus ẽ florẽ.Nã cũ pulchritudine p̃staret,uenationi indulgens a multis nymphis amatus est.Inter cetæras uero Echo miro amore ĩ eũ exarsit,q̃s oẽs cũ supbe nimiũ cõtẽpsisset,tãdẽ illaꝶ p̃cibus factũ est,ut sua ipsi⁹ pulchritudĩe capert̃.Etenim cũ fessus aliqñ ad ꝓpinquũ fontẽ decubuisset,imaginẽ suã ĩ aqua cõspicatus,ac nymphã existimãs cũ potiri ea nõ posset nimio desyderio cõtabuit.Alii nõ a fabuloso adolescẽte sed a narce,hoc ẽ torpore Narcissum dictũ existimãt.quippe odor ei⁹ maiorẽ ĩmodũ ag-

grauat caput. Græci ναρκην torporē uocant. Hinc narcissites gēma eius coloris appellata ē. Iris autem longe alia herba est, radicem simili modo odoratam habens, & unguētis, ac medicinæ utilē. caulē hēt cubitalē. & rectū, radicē raphano similē, quæ sternutamenta mouet. floret diuersoꝝ coloꝝ spē, q̄si arcus cælestis. a quo nomē hēt. Natura ē feruēs, tractataq; ābusti mō pustulas facit. laudatissima in illyrio est. Irim poetæ, hoc est cælestē arcū deorū nunciā dicūt esse, & fere ad discordiā mitti, ut Mercuriū ad cōcordiā. Huius arcus cā est radius solis cauæ nubi ī missus, qui repulsa acie in solē refringit᷑. nubes enī formā arcus discoloris efficiūt. qa aliæ partes eaꝝ tumidiores sunt. aliæ submissiores, & quædā crassiores, quā ut solē trāsmittāt, aliæ imbecilliores, q̄ ut excludāt. hæc inæqualitas alterius lucē, umbrāq; cōmiscet, & exprimit illā mirabilē arcus uarietatē. est & alia causa arcus tenuis pluuia, solaribus radiis eā intrātibus, ut cū fistula aliquo mō rupta uidemus aquā per tenue foramē elidi, quæ sparsa cōtra solē oblique positū, arcus faciē repræsentat. qđ etiā accidere uidemus, cū fullo os aqua impleuit, & uestimenta tendiculis deducta leniter aspergit. apparet enī in illo aere asperso uarios edi colores, qui quasi fulgere in arcu solēt. Aristoteles noctu aliqn̄ uisum fuisse arcū affirmat, sed id nisi trigesima luna fieri posse. quia tūc plus solet uiriū a sole habere. Nunq̄ plures simul q̄ duo arcus sunt uisi. Itē nardinū, quod fit ex nardo nard⁹, siue nardum frutex est graui & crassa radice, sed breui ac nigra, fragiliq;, q̄uis pingui. aspero sapore. folio paruo, dēsoque. Cacumina in aristas spargūt. Ideo geminā dotē eius spicas, ac folia celebrant, unde unguentū ex eo factū nardinū, & foliatum dicit᷑. Apud gangen dānat᷑, quod uirus oleat, ideoq; ὀζότονοζειν. qđ olere est ozenitis dicitur. Adulterat᷑, & Pseudonardo herba, quæ ubiq; nascit᷑, crassiore, ac latiore folio, & colore languido in candidū uergente. Quod e spica fit, pretiosius putant unguentū esse. quod ex foliis fit, distinguit᷑ amplitudine foliorū. Nardū enim maioribus foliis Nardosphærū uocant, minoribus mesosphæꝝ. Principalis hic frutex est in unguentis. Laudat᷑ maxime nardū syriacū. mox gallicū. Tertio loco creticū, quod aliqui uocāt agrion. Alii phum folio olusatri, caule Cubitali geniculato. in purpura albicante. radice obliqua. uillosaq; imitante auium pedes. Baccarem quoq; nardū rusticū uocāt, de qua alibi diximus. Hæc omnia herbæ sūt, præter indicū nardū. cum gallico nardo semper nascitur herba, quæ a grauitate odoris Hirculus uocatur. Quidam & assarum siluestre Nardū appellauere. est autē hederæ foliis rotūdioribus tantum. molliori busq; flore purpureo. radice gallici nardi similē. acinosum. saporis callidi, ac uinosi, montibus in umbrosis locis bis āno florens. Itē Rhodinū unguētū, quod rosaceo hoc ē rosarū oleo fiat græci ροδινον roseū dicunt. Crocinū. quod oleū eius ex croco. Oenanthinū, qđ ex flore labruscæ. Oenāthe enim uitis labruscæ uua est, quæ cū flore colligitur, cum optime olet, siccatur in umbra substrato linteo. Atq; in cados conditur. dicta quasi οινουανθοσ, hoc est uini flos. Amaricinum siue sansucinū, quod ex amaraco, siue sansuco, herba ē notissima, quā uulgo persam uocāt. Hinc factū ē ꝓuerbiū. Nihil cū amaricino sui, quod illi simile est, nihil cum fidib⁹ asello. Amaracus puer regius fuit unguētarius. qui casu lapsus dum ferret unguēta, fregit alabastrū. deinde cū nimio dolore cōtabuisset, uersus est in sansucū, quæ ex eius noīe Amaracus cœpta est appellari. Virgilius. Vbi mollis Amaracus illum floribus. & dulci aspirās complectitur umbra. Seritur & semine, & ramo. odoris ē iucundissimi, & semen habet copiosissimū, oleū ei⁹ ad excalefaciēdos, ac molliendos neruos mirifice prodest. Melinum, quod e struteo. Cotoneum enim per excellentiā μηλον, hoc ē melū uocam⁹, a quo fit melinū. cotonea græci cydonia uocant e cydone insigni cretæ opido aduecta. Plura eoꝝ genera sunt. alia chrysomela dicunt᷑ incisuris distincta. colore aureo, a nobis mala aurea interpretantur. alia appellant᷑ nostratia, quæ candidiora sunt. minora ex eodē genere strutea odoratius fragrāt. seroq; proueniunt. Præcocia mustea noīantur. Struteis cotonea insita suū genus efficiūt, qđ dicitur meluianum, & hoc solum manditur crudū. Sunt præterea siluestria parua e struteis odoratissima, quæ in sæpibus nascūtur, ex quibus oleum fit, seruaturq; ī cubiculis salutatoriis, odoris gratia. Cyprinum, qđ ex Cypro arbore, hoc est ex eius arboris flore. Cyprus est arbor oliuæ similis folio, semine coriandri. flore candido. & mirum immodum odorato. Coquitur hoc ī oleo, premiturq; postea, quod cyprinum uocatur. Hanc arborem in italia Ligustrum nominant. Nascit᷑ multis in locis sed in Cypro insula odoris suauitate præstat, & iō cyprus appellata est. Cyprus insula est in carpathio mari ab ortu occasuq; siliciæ ac syriæ obiecta quondā nouē regnorū sedes. Antea acanātida uocatā tradunt, & cerastin & aspeliā, & amatusam & macharā, e cui⁹ aduerso, Eleusa insula est. Vrbes in ea præclaræ, paphos. & palepaphos. & salamina. Cōtra quā est insula salamie. A cypro cyprius deducit᷑, hoc ē ex insula Cypro, unde tres paruæ insulæ huic propinquæ & steriles cypriæ nominantur. Et cypricus possessiuum. Cyprium sabini bonum dicunt, unde cyprius uicus romæ appellatus est, quo Sabini ciues additi consederant. sic enim a bono omine uocitandum censuere. A cypro etiā cypria dicta ē Venus, quod eo primū loco templum ei conditum sit. cyprio boui merendam uice prouerbii ueteres dicebant, turpem cœnam ac ui

lem ſignificare uolentes.quoniem in cypro inſula boues humano ſtercore paſcebantur.Itē a cypro cyprianus proprium uiri nomem deriuatᷣ.Magnus eſt Seruii error, q uerſum illū maronis exponēs, Alba liguſtra cadūt.uacinia nigra leguntᷣ,liguſtrū inqt liliū ē albū.uacinium uero flos nigri coloris,q græce hyacinthus dicitᷣ.Nos quid liguſtrū ſit oſtēdimus.ex cuius ligno teſſeræ fiūt aptiſſimæ.Vaciniū ſimili mō arbor eſt,quæ in italia aucupio℞ gr͞a ſeritur,nec niſi in aquoſis locis,ꝓuenit,in gallia uero,ꝓuide ſeritur,qđ ex flore eius tinguntᷣ ſericorum ueſtes.Taceo qđ hyacinthū ſcribit nigrū eſſe,quo nihil pōt dici abſurdius,cū ipſe,quē īterpretatur,Virgilius ſcribit & ſuaue rubēs hyacinthus.Eſt aūt hyacinthus ruber flos ex herba eiuſdē nois naſcēs,a cuius ſimilitudine rubræ ueſtes hyacinthinæ noīantur,hoc eſt hyacintho flore ſimiles.Home.ουλας ηκε ζιχας υακινθινῳ ανθει ομοιας.Perſius.Hic aliqs cui circa humeros hyacinthina læna eſt.Vn̄ inter gēmas,quæ berili dicuntᷣ hyacinthi zontes uocantᷣ,qui ruborē quodā ſuffuſi ſunt,& hyacinthus per ſe gēma eſt Amethiſto ſimilis,& hoc ſolo diſtās,qđ ille emicans.in amethiſto uiolaceus fulgor,dilutus eſt in hyacintho,& ita oculos īplet,ut non ſatiet,citius q̃ floris ſui color euaneſcēs.Hyacinthinus color hyſginus ēt dicitᷣ a genere herbæ,quæ hyſge uocatᷣ.hic uero ſupradicto ſimilis eſt.Cōſtat aūt Hyacinthū,qui in gallia plurimus ꝓuenit,Hyſginū tingere,radicēq; habet bulbaceā,quā mangones iccirco habēt in ꝓtio,qđ pubertatē arcet,nec ſinit pilos erūpere,florē uero(ut dixim⁹)coccinū ita diſcurrētib⁹ qbuſdā uenis,ut græcarū litterarū figurā exhibeāt,de quo duplex extat fabella.Nā & hyacinthū puerū dilectum ab apolline,quē diſco imprudēs interfecit,in hūc florē mutatū tradūt.unde ī eo primæ duæ litteræ inſcriptæ cernūtur αι quæ uox lugubris,hoc eſt dolentis interiectio eſt,ꝓpter qđ Apollo apud Ouidiū dicit.Floſq; nou⁹ ſcripto gemit⁹ imitabere noſtros.Et alibi,ipſe ſuos gemitus floribus inſcribit.Et ai flos habet inſcriptū.Funeſtaq; littera dicta eſt.Et Aiacem in eundem florē cōuerſum affirmāt.dū impatientia prælati ſibi Vlyſſis,ſeipſum interemit.cuius nomen ſimiliter in principio ai litteras habet.Ouidius.Littera cōis medijs pueroq; uiroq; inſcripta eſt foliis,hæc nois illa querelæ.Et Virg.de his floribus loquēs multitudinis nūero uſus ē.Dic quibus in terris inſcripti noīa regū,Naſcuntᷣ flores,& phyllida ſol⁹ habeto.Regum dixit hyacinthi & Aiacis.nō quod ipſi fuerint reges,ſed quia regū filii fuerūt.quēadmodū alibi.magnū Reginæ ſedenim miſeratus amorē.de Ariadne dixit,quæ paſiphaes reginæ filia fuit.Ob hāc cauſam quidā diligētiores primā huius nois ſyllabā,& ſine aſpiratōe & nō per ypſilō,ſed per iota ſcribendā eſſe cenſuere,q̃q̃ ut aliter ſcriberetᷣ uſus obtinuit.Item Telinū,qđ fit ex oleo fœnogræci,qđ alio nomie Siciliā uocāt,alio Buceros.Ply.Quædā cū uirēt,nō olēt,ꝓpter humorē nimiū,ut buceros.qđ ē fœnogræcū,alii Aegoceras,ꝙ ſemen eius corniculis ſimile ſit,alii Carphos.Nā id græci nominăt τηλιν.Cōſtat oleo recenti.cypro.calamo.meliloto.fœnogræco.melle.mello.maro.amaraco.hoc Menādri poetæ ætate celeberrimū fuit.Balaninū qđ ex glande Myrobalani.βαλανον enim græci glandē dicunt.Vn̄ Myrobalanū dixerunt quaſi unguentariam glandē.Solis enim unguentis naſcitᷣ,quæ græci μυρα appellant.unde Myropolas noīant unguētorū uenditores,quos noſtri unguentarios uocitant.A quibus Myropolia officinæ eorū nominantur.Plautus.Quē ſum defeſſus quærere per medicinas.Tōſtrinas.in Gymnaſio.atq; in foro.per myropolia.myron etiam proprium nomen.Sic enim uocatus eſt elegans ſtatuarius.Item myronides ſimiliter proprium nomē.Et myriſtica nux dicitur unguētaria,quam uulgo muſcatam uocant.Myrobalanum.arbor eſt heliotropii foliis.fructus.glādis ſimilis,ad magnitudinem nucis Auelanæ.Vnguētarii tantum cortices premunt.Medici etiā nucleos tundunt.De myrobalano locutus eſt Martialis,cum inqt.Quod nec Virgilius nec carmine dicit Homerus hoc ex unguēto cōſtat,& ex balano.huiuſmodi unguentū ꝓpter gloriā appellatū eſt megaliū,fit ex oleo Balanino.balſamo.calamo.iunco.Xylobalſamo.caſia.Reſina.Ventilatᷣ in coquendo,donec deſinat olere.refrigeratū odorē ſuū recipit.De balſamo multa mētiti ſunt ueteres.Arbuſcula eſt uni terrarū Iudææ quondā conceſſa,& in duob⁹ tantū hortis,utroq; regio.Oſtenderunt hāc primū urbi imperatores Veſpaſiani,quorū tēporibus ſimul cū ea℞ gente ſeruire Romanis,& pendere tributa cœpit.Viti ſimilior eſt quā myrto.ſeritᷣ malleolis.ut uitis & colles īplet uinea℞ modo,ſuſtinens ſeſe ſine adminiculis,ītra tertium annum eſt fructifera.Proceritas intra bina cubita ſubſiſtit.Tria huius arboris genera.Tenui & capillacea coma Anthericeū uocatᷣ.Anthericeſ enim græce ariſte dicuntur.Alterū ſcabro aſpectu incuruum.fruticoſum.odoratius.Cirthacum nominant.κυρτον enim incuruum ſignificat τραχυ ſcabrū.Tertiū.eumeces.quod leui cortice cæteris ſit procerius,græce ευμηκης procerus dicitur,inciditur cortex uitro,lapide,oſſeis ue cultellis.Ferro lædi uitalia odit ſtatim moriens.Libratur manus artifici temperamento,ne quid ultra corticem uiolet.Succus e plaga manat,quem opobalſamum uocitant,quod omnibus odoribus in unguētis præfertᷣ.Iuuena.Hirſuto ſpirant opobalſama collo,tenui autē gutta fluit.uix conchā toto die æſtiuo īplens.Adulteratur multis modis,raroq; ad nos ſincerum affertur.ſarmētū quoq; eius in ꝓtio

est.Xylobalsamũ uocatᷣ,& coquitᷣ in unguẽtis.pro succo id substituere officinæ.corticis ẽt ad medicamẽta pretiũ est,precipua grãtia lachrymæ,secũda semini.Tertia cortici.Summa opobalsami probatio est,ut lac coagulet,& in ueste maculas nõ faciat.Narcissinũ qđ ex flore narcissi fieri solebat,sed statim oblitteratũ fuit.Metopiũ qđ fit ex ãmoniaco.Metopiõ qppe arboré uocãt,quæ in Aethyopiæ subiecta africa nascitᷣ.stillãs in harenis suis lachrymam ueluti resinã,q̃ & ab Ammonis tẽplo,quod iuxta est ãmoniacũ dicitᷣ.genera eiꝰ duo sunt.Trastõ masculi thuris similitudine,qđ maxime ꝓbatur & alterũ pingue ac resinosum qđ pyrama appellant,sunt qui oleũ quoq; Amygdalinũ metopiũ uocẽt qđ in eo cõficiendo ægyptii Galbanum & ammoniacũ addere excogitauerũt.Ex baccaris quoq; radice unguẽtũ fieri solitũ Aristophanes Comicus poeta testatur,baccaricũ id dr.Baccar herba est radicis odoratæ ad Cinamomi similitudinẽ gracili solo nec humido,ꝓuenit hederæ pene foliis rotundioribꝰ,mollioribusq; quidã Nardũ rusticum appellant.Alii Asaron.quod in coronas nõ addatᷣ σαρουν enĩ ornare significat,sed hoc falsum est,ut alibi dicemꝰ.Vnguẽta exotica dicuntᷣ externa & aduẽtitia.quæ a græcis ἐξωτερικα nominantᷣ Plautus.Non oẽs possunt olere unguenta exotica.rege Antiocho deuicto urbis anno quingẽtesimo sexagesimoquinto.P.Liciniũ crassum,& Iuliũ Cæsarẽ cẽsores edixisse cõstat.ne quis unguenta exotica uenderet,L.Plociũ proscriptũ a triumuiris in Salernitana latebra unguẽti odore proditũ tradunt.Diuus Vespasianus adolescentem fragrantem unguento,cũ sibi pro impetrata præfectura gratias ageret,nutu aspernatus uoce etiam grauissima increpuit.Maluissem alliũ oluisses.litterasq; reuocauit.uilissimũ genus unguẽti,quo passim uulgo utebantur a limo(ut quidã putant)epilima dicebatᷣ.Malobratũ uero unguẽti genus erat ex Syria.Horatius,coronatus nitentes Malobatro Syrio capillos,Schoenũ pessimum unguenti genus uocabant,unde meretrices propter eius unguenti usum schoeniculæ sunt appellatæ.Schoenos etiã græca uoce funis est.a quo Schoenobates,qui ꝑ funes discurrit ludẽdo,quasi funiambulo.Itẽ.Schœnos urbs fuit Boetiæ sic dicta,ut Aristarcho placet a Schoeno patre Athlantis.Vnguẽtis omniũ ꝓuinciarũ accõmodatissima est ægyptꝰ.ab ea ꝓpter rosarũ,ac Cytrorũ,& myrti multitudinẽ proxima campania est.Vnguẽta omnia aut succo constant,& hæc stagmata uocantur,quasi distillationes,quippe ςαγων stillã significat aut corpore,& hæc appellantur hedysmata,græci enim ηδυσμα condimentum dicunt.his addi interdum ad gratiam corporis augendam color solebat in quo cinnabari tantũ & ancusa utebãtur.Cinnabaris sanguis est draconis elephantorum morientium pondere elisi.dũ simul pugnant utriusq; animalis cruore permixto,nec ẽ aliꝰ color qui magis proprie sanguinem reddat humanum.antidotis præterea medicamentisq; miscetur.Ancusa uero herba ẽ cuius duo genera sunt.Alterum habet folia pene lactucæ similia.sed acuta,aspera subnigra.spinosa.Radix eius ad digiti crassitudinẽ coloris sanguinei inficit æstate maxime digitos,folia habet supra terram in gyrrum sparsa.Altera est quam pleriq; Alcibiadiõ uocant quod uti ea ad formã conciliandam solitus sit Alcibiades maioribus foliis,& asperioribus radice ruffa.oblõga.nascens præcipue aridis,atq; harenosis locis.Addunt quidam & tertiũ genus simile supradictis,nisi colorem haberet purpureum,quo sentinates mei in pueritia utuntur ad oua tingenda,qbus ludere uerno tempore mos patrius est.Veteres ceram ea tingere solebant ad reddendas similitudines & tabularũ picturam.Vnguẽtorũ feces qbus etiã in pastillos redactis odoris grã uti solebant.Magmata appellãtur hoc est massæ quædam & pastilli ἀπὸ του ματτειν qđ est terere & cõmiscere.At qui ea quæ siccis odoribꝰ cõstãt,ut sunt ii pulueres,quos uulgo nunc Cyprios uocãt,& aliæ huiuscemodi cõpositiões,quæ ex siccis odoribus fiunt sine oleo,aut alio liquore,utputa ex ladano.cinamomo.casia.thure.costo.myrrha.styrace.calamo.iũco.syrio.Xylobalsamo,aliisq; similibus,non unguẽta,sed diapasmata dicuntur ἀπὸ του διαπασσω quod ẽ inspergo,ut dici diapasma imspergimẽ possit.Spargunt enim huiusmodi odores,cũ unguentis linantᷣ corpora uel ꝑfundantᷣ.Martia.Quid quod olet grauius mixtũ diapasmate uirus.Sic ẽt uocari possunt pastilli ex diuersis odoribꝰ facti quos adolere cõsueuimus.Itẽ ii quos in paruas pilas redactos manibus gestare solemus præsertim pestilẽtiæ tpe.Quæ uero nũc unguenta uulgo a latinæ linguæ ignaris appellantᷣ,a doctis græco uocabulo dicuntᷣ emplastra,quæ autem emplastra uulgo nominantur,cataplasmata,siue malagmata uocitantur,a peritis.Constant sane cataplasmata ex floribꝰ fere eorũq; surculis,& axũgia.emplastra pastilliq; magis e qbusdam metallicis.Itẽ malagmata cõtusa abunde mollescũt,nã sup integrã cutẽ iniiciuntur,unᷣ ἀπὸ του μαλασσειν dicta sunt,quod est subigere,& mollire,laboriose uero cõteruntᷣ ea,ex qbus emplastra,pastilliq; fiũt ne lædãt uulnera cũ imposita sunt.inter emplastrũ aũt,& pastillũ hoc interest,quod emplastrũ,utiq; liquati aliquid accipit,in pastillo tantũ arida medicamenta aliquo humore iunguntᷣ.Emplastrũ ĩponitᷣ,pastillus illinitᷣ,aut alicui molliori miscetᷣ.A pane dictus est pastillus,quod parui panis formã habeat,cum sit rotundus,& planus ad rotæ similitudinẽ.ꝑꝑ quod.a græcis trochiscus appellatᷣ,quod dici latine rotula põt.Pastillus etiam

libi genus dicitur rotundi ceratũ nec emplastrũ est proprie nec pastillus, sed plerunq; ex pastillis fit, cõstat ex rebus ſicciorib⁹, & igni appoſitũ molleſcit. Poſtea applicatũ corpori dureſcit, ac pertinacius hæret dictũ a cera, quæ fere oĩbus ceratis adhiberi ſolet, quidã hoc non ceratũ ſed cerotũ appellant a græco, quod ẽ κηρῶτον. Cæterũ quæ uulgo haud quidem ĩeptæ pilulæ dicunť, qđ ſint ueluti exiguæ pilæ, a doctis tam græcis, q̃ latinis catapocia nominantur ἀπὸ τοῦ καταπίνειν quod eſt deuorare, qm̃ neq; eſtur, neq; lingitur id genus, ſed deuorať. Recte tamen & pilulæ dici poſſunt. Siquidem Ply. rotundũ illud, qđ in robore naſciť pilulã uocat, & ex bulbis fieri pilulas tradit. quæ ad cõuulſa cum Silphio danť. Lingere ꝓprie dicimur cum aliquid ĩ ore tenentes paulatim diſtilando ſorbem⁹, & quæ in hunc uſum fiũt dicunť Eclygmata. Ply. E ſemine lini fiunt eclygmata & actus ipſe ligendi diciť lictus. Idem. Multi tuſſim ueterẽ lictu ſalis diſcuſſere, qđ uero per inferiorẽ partẽ purgãdi gratia in uentrem immittitur. Clyſter uocatur ἀπὸ τοῦ κλύζειν, quod abluere eſt. Plyni. Cucurbita infuſa clyſteribus inteſtinorum omnium uitiis medetur. Quod autem in orificio durum poniť ad excrementum prouocandum, & uulgo ſuppoſitoriũ diciť, docti honeſtiori uocabulo a glandis ſimilitudine Balanum dixere. Idem, cœpas ſubditas pro balanis ſcribit Aſchlepiades hæmorroidas tollere. Item ab ungo unctio diciť, & unctura notæ ſignificatiõis, & unguen quod ſignificat omnem ſuccum, ex quo aliquid ungi, põt. Vir. Ideaſq; pices & pĩgues unguina ceras. Ply. Epiphoras bubulo ſeuo cũ oleo cocto illinũt, ceruini cornus cinis ſcabricies eodẽ unguine ſanat. Item axũgia ab axe plauſtrorũ ungendo appellata eſt quãuis greci quoq; hoc uocabulo uſi fuerint. Eſt autẽ axungia adeps ſuillus inueteratus, aut cum ſale, aut ſincerus, qui quanto uetuſtior, tanto utilior eſt & multas uires habere creditur quoniam id animal herbarum radicibus ueſcitur. Apud antiquos religioſus etiam habebatur, ſiquidem nouæ nuptæ domum intrantes ſolẽne habebãt illo poſtes attingere. unde uxores quaſi ũxores dictæ ſunt, quẽadmodũ inferius latius diſſeremus. Vnguis quoq; ut nonnulli putant ab ungo deducitur, quod politus, ac trãſlucidus ſit & quaſi unctus, unde marmorarii planiciem operis ungue experiuntur, & cũ non ſentiũt iũcturas, perfectum id eſſe intelligunt, quapropter ad unguem capimus pro perfecte. Horatius. Ad unguem factus homo, hoc eſt omni ex parte pfectus. Alii unguem ab uno & ago deriuatũ exiſtimant, ꝙ in iis nerui in unum agantur. ſunt enim ungues clauſulæ neruorum ſummæ. Alii a græco deduci, unguis eniſn a græcis ὄνυξ uocatur. Ab ungue fit ungula diminutiuum. & unguicula, ſed hoc inter ſe differunt, quod unguis eſt eorum animalium, quæ digitos habent ſeparatos, penituſq; diſtinctos, ut ſunt homines. ſimiæ. aues. Plynius. Vngues ſimiæ imbricati ſunt, hominibus lati. rapacibus unci. cæteris recti, ut canibus præter eũ, qui a crure pleriſq; dependet. Itẽ de aquila. Vngues quoq; huic generi inuertunť. Vngula uero de iis diciť, quæ digitis carent. Iem de Structiocamelo, qui ex genere uolucrum ẽ. Vngulæ huic ſunt ceruinis ſimiles, quib⁹ dimicãt biſulcæ cõprehẽdẽdis lapidibus utiles, quos in fuga cõtra ſequẽtes ingerunt pedibus. Idẽ in quadrupedibus ſolidas habent ungulas, quæ nõ ſunt cornigera. Igitur ꝓ his telũ ungula eſt illis. Idẽ. Sues in illyrico quibuſdã locis ſolidas habent ungulas. Idẽ uno in loco utrunq; poſuit, & hanc differentiam apertiſſime demonſtrauit, ſic inquiens. Oĩa digitos habent, quæ pedes, excepto elephanto. huic enim informes numero quidẽ quinque, ſed ĩ diuiſi, ac leuiter diſcreti unguliſq; nõ unguib⁹ ſimiles, idem uno uerſu fecit Ouidi⁹, dum Io deſcribit e bouis effigie in primam formã redeuntẽ. Vngula, quæ in q nos delapſa abſumiť ungues. Vnguicula autem de iis tãtum dicitur, quæ ungues habent, unde. A teneris unguiculis dicimus pro eo quod eſt ab infantia, ab ineunte ætate. a pueris. a pueritia. a tenera ætate. ab incunabulis. hæc quippe omnia pene idem ſignificant. Ab ungula Cato ungularios uocauit ungues mágnos, ac ſcabros. quaſi ungulis ſimiliores, q̃ unguibus. Vngulũ oſcorũ lingua ſignificat anulũ, qdã tñ iõ appellatũ ungulũ putant qđ ſicut in digito unguis carne, ita in illo gemma uel ſignũ aliqđ auro claudiť. Vnguis etiam morbus eſt oculorum, quẽ græci pterygiũ uocant. cum mẽbranula neruoſa oriť ſub angulo oculi, & ad pupillã quoq; ꝑuenit, eiq; ſæpenumero officit, aliqñ a nariũ, nõnunq̃ a tꝑorũ parte. Vnus uero ipm̃ a græco deduciť, q̇ppe græci ενα nnũ dicũt. OPVS. Aedificiũ. Opus & opa differũt. Opera eni actio eſt. & diurnũ officiũ. Ci. Nõ male præcipiunt qui ſeruis uti iubẽt ut mercenariis iuſta præbẽda, opam exigendam, hoc eſt laborẽ & operationẽ corpis. Itẽ operæ ipſæ pſonæ laborãtes uocanť. Modeſtin⁹. Operarum noĩe ipſas pſonas, quæ aliquid faciũt ſignificam⁹. Opus uero ẽ finis fructuſq; operæ uñ opera auctorũ dicunť, & opera tã publica q̃ priuata hoc ẽ ædificia. Aliquãdo tñ opus pro opera capi uideť. Vir. Mollibus e ſtratis opera ad ſabrilia ſurgit, quaſi ad opas. Vbi notãdũ ẽ, quod quotiẽs nõ ad laborẽ corporis, ſed ad laborem animi, & ad artem induſtriãq; reſpicimus, magis opus q̃ operã dicimus, ut in opere ruſtico. in opere fabrili. in opere faciũdo. Opus ẽt aliqñ pro neceſſe ſiue neceſſario capiť, ut op⁹ eſt feſſum qeſcere. i. neceſſe ẽ, & nihil mihi op⁹ eſt, hoc ẽ nihil mihi eſt neceſſarium, & ægrotanti opus eſt medico. i. neceſſarius eſt medicus ægrotanti.

quod etiã

Quod etiam per accusatiuum dicit̃. Apuleius. cui eam rem factã opus fuerat. Ab hoc fit oportet, qd' similiter significat necesse est. Paulus. Oportere uerbũ, nõ ad facultatẽ iudicis ptinet, q̃ pót, uel pluris, uel minoris cõdẽnare, sed ad ueritatẽ referr̃. In hoc uerbo notãdũ est, q̃ oportet legere libros, oportet habere quos sequamur in eũdem sensum eleganter dicit̃. In p̃terito aũt secus. nã & fecisse hoc oportuit legit̃. & factũ hoc oportuit sine uerbo aliquo. Cice. Tamen id factũ non oportuit. Idem. Apollinis signũ ablatũ certe nõ oportuit. Idẽ. Totã rem illi integrã seruatã oportuit. Nõ dissimilis huic oratio fit per uerbũ uolo. Idẽ. Liberis cõsultũ uolum⁹ etiã si posthumi futuri sint. Idẽ. Percurrã tñ breui, ut nõ minus hominẽ ipsum, q̃ ius cõe defensum uelitis. Opportunus uero qd' p duplex. pp. scribit̃, nõ ab ope deducit̃, sed ab ob p̃positiõe & portus, qd' nauigãtibus maxime utiles, optatiq; portus sint. Opportunũ qppe eẽ, siue opportune accidere dicimus, qd' pro desyderio nr̃o accidit. a quo fit opportunitas. qd' cõmoditatẽ significat, quẽadmodũ e diuerso ĩportunũ esse. & importune fieri dicimus, quæ sunt fiunt ue, p̃ter rationẽ loci, seu tpis, seu psonarũ. Vir. De auibus, quæ cũ nocte tñ uolare soleãt, die apparent. importunæq; uolucres signa dabãt. Propterea importunũ hoĩem dicimus, pcacem, atq; molestum, a quo importunitas dicta. Ponit̃ etiã aliqñ ĩportunũ pro inqeto, & q̃si portu carente. Idem. Bellum importunũ ciues cũ gẽte deorum. Ab ope opificẽ quoq; dici quidã opinantur, nos ab opa potius deductũ existimamus. Opifex enim artifex est, atq; opator, & (ut ita dicam) laborator nõ modo rerũ, sed etiã uerborũ. Cice. Aduena qdã ignobilis uerborũ opifex ĩsinuasse in antiqua philosophia uidet̃. Vnde etiã coqnarii, & blãdarũ artiũ sectatores opifices appellant̃. Cice. Oẽs aũt opifices in turpi sunt exercitio. Hinc deũ opificẽ, hoc est opatorem oĩum rerũ dicimus. Ouidius. Ille opifex rerũ, cuius opus dicit̃ opificiũ. Opifex etiã crabronis genus est, de quo inferius dicemus. Ops quoq;, quæ terra est, ab ope dicit̃, de qua atq; eius deriuatiuis, inferius disseremus. ab opa fit etiã opula diminutiuũ. Apuleius. Opulas etiam in eã contuli, quas adhuc uegetus saccariã faciẽs merebã. Item opor uerbũ, qd' est in ope aliquo faciundo laboro. a quo opator, & coopator. & opatio. ac coopatio deducũtur. & oparius pro operadum psonam significat. qui græce ἐργαστης, hoc est ergastes uocatur. unde latini ergastulũ uocant locũ in quo lapides, aut metalla fodiũtur. Iuue. Nempe in lucanos, & tusca ergastula mittas. Quoniã uero ad hæc opera dãnati mitti solebãt, qui cathenati foderẽt, factũ est, ut ergastula modo pro ipsis damnatis, serui siue fodiẽtibus, modo pro carcere usurpemus. Varro. Misitq; mox eo nũcium, qui tota ergastula donaret libertate. Põponius. quiue domi erant uincti, que in ergastulo custodiebantur. Ergastuli uero masculino genere, custodes carceris, eosq;, qui dãnati fodiũt, uocamus. Cice. Sed nos miramur ergastulorũ, non eadẽ emolumẽta esse, quæ imperatorũ. Ply. Coli rura ergastulis pessimũ est, ut quicqd agitur a desperãtibus. Hæc autem oĩa a græca uoce deducũtur ἐργον, quæ opus significat. a quo ἐργαζομαι operor. ἐργασια opatio. ἐργαλεια ferramẽta. ἐργαστηριον officina. ἐργασιμος fabricabilis. ἐργαστηριαρχης tabernari⁹ opifex. ἐργαστικος operarius. Item energia, quæ dici latine efficacia pót. & energiticus efficax. est etiam energia figura, qua res gestæ non tam narrari, q̃ sub oculis subiici uidentur dicimus. Itẽ aliquãdo oparium, qd' ĩdustria, atq; ope fit. Ply. Quæ ĩter uina oparia numerãtur. Aliquando tñ opari pro sacrificare ponitur, & operatio pro sacrificio. Vir. Sacra refer Cereri, lætis opatus in herbis. Plau. Vt istæc opatio crimen expiet. Item opam dare, opam impẽdere, operã nauare dicimus ad aliquam rem agẽdam incũbere, & studiũ laborẽq; impẽdere. Cice. Da operam, ut ualeas. idest cura. enitere. elabora. ut ualeas. Idem. Iam mihi uideor nauasse operã, qd' huc uenerim. hinc dedita opera dicimus de industria, quasi cura adhibita, & labore impẽso, & qm̃ nihil, uel gratius, uel dignius est, q̃ ut pro labore pretiũ, hoc est merces debita persoluatur, factum est, ut operæpretiũ pro fructuoso usurpet̃. & ad rem ptinẽte, uel q̃a decens, uel quia utile uel quia gloriosum, uel q̃a iocũdum. Liuius. Facturus ne sim opæpretiũ, si a primordio urbis res Po. Ro. perscripserim. Cice. Opæpretiũ erat, ludẽtes intueri. Ply. Id uero audire pretiũ operefuit. Iuue. Est opæpretium penitus cognoscere toto, Quid faciãt, agitẽtq; die. PRAECVNCTIS. Añ cũcta. hoc est ante oĩa simul collata, ut sit sensus plus laudis mereri unũ Amphitheatrum, q̃ cætera totius orbis opera si simul cõferantur. Nam quid cũcta significet, superius ostẽdimus. PRAE. ante. Aliquãdo enim hæc p̃positio significat, ppter. Teren. Præ amore hunc exclusisti foras. Apuleius. præ luxuria cuncta, pfuderat. Aliqñ ad cõparationẽ præ illis nugæ omnia erãt, hoc est ad cõparationẽ illorum. Terẽ. Præ huius rabies, quæ dabit, hoc est ad cõparationẽ eorũ, quæ huius rabies dabit. Nõnunq̃ añ, ut hoc loco. & apud Terẽ. i præsequar. Interdum in cõpositione super, ut p̃ses. p̃sidiũ. p̃fectus. interdũ ualde, ut p̃maturus. p̃ualidus. Aliqñ tamen p̃maturũ dicitur, non q̃ ualde maturũ est, sed q̃ maturuit ante tẽpus. Lucanus. ad p̃maturas segetum ieiuna rapinas. Iuue. Non p̃maturi cineres. A præ deriuatũ est præter, quomodo a sub subter, quæ aliquãdo p̃positio excipiẽdi uim habet, & semp regit accusatiuũ, ut nullum amas p̃ter me, hoc est me excepto. Aliquãdo significat ultra. Quint. Multa erãt, p̃ter hæc,

quæ obiici merito potuiſſent. Ab hoc fit præterea aduerbium, qđ ſignificat ultra ea quæ dicta ſunt. Virg. Si duo p̃terea tales idea tuliſſet Terra uiros, & p̃terq̃ quod ſemp reqrit p̃cedẽtẽ caſum, quia idem uerbũ ſubintelligit̃, ut nemo id dixit, p̃terq̃ Cicero. Nullius id intereſt, p̃terq̃ patris. Nulli id placuit, p̃terq̃ Cæſari. neminẽ p̃terq̃ cõſulem timeo. a nemine, p̃terq̃ a p̃ceptore meo id audiui. o uos oẽs, p̃terq̃ Cicero. & p̃terq̃ꝙ, quã unã dictionẽ eẽ nõnulli exiſtimãt. ſignificatq; niſi quod. Ply. Oĩa nobis ex uoto ſucceſſerũt. præterq̃quod in itinere defunctã matrem audiuimus. Item præterpropter, quæ ſimiliter una dictio eſt, ſignificatq; præterq̃ propter hoc eſt, ꝓpter aliam cauſam q̃ ꝓpter eam de qua loq̃mur, ut præterpropter uitã uiuitur, hoc eſt ꝓpter aliam cauſam uiuit̃, q̃ ut uiuat̃, utputa ꝓpter laudem. ꝓpter uirtutem. ꝓpter gloriã. Ennius. Ocio qui neſcit uti, plus negocii habet, q̃ cum eſt negociũ in negocio. Nam cui q̇d agat inſtitutum eſt, nullo negocio id agit. ſtudet ibi. mentẽq;, animũq; delectat ſuum. Ocioſo initio animus neſcit quid uelit. Hoc Idẽ eſt enim, neq; domi nunc nos, nec militiæ ſumus. Imus huc, hinc illuc, cum illuc uentum eſt, ire illinc libet. incerte errat animus, præterpropter uitã uiuit̃.

AD DOMITIANVM EPIGRAMMA SECVNDVM,

h

IC VBI SYDEREVS. Laudat Domitianum, qđ ex una Neronis domo plura ædificia publica in ſolatium populi conſtruxerat. INVIDIOSA ATRIA. Odioſa. q̇a totam urbẽ occupare Neroniana domus uidebat̃, & ad eam ædificãdam, ut ſpatia quædam circa eam haberet, urbẽ Nero incenderat, quinetiam horreaquædam ꝓpinqua, quod ſaxeo muro cõſtructa erant bellicis machinis apte fuerat demolitꝰ, & incẽdium ipſe e turre mecœnatiana, ꝓſpectans, ac flammæ pulchritudine lætus, Haloſin ilii ſcænico habitu decãtauerat. Inuidere ꝓprie eſt ex alicuius rebus ſecũdis dolore affici, tractũ a nimis uidendo. quod nimis intuemur fortuam illius, de cuius fœlicitate ſumꝰ ſolliciti. quapropter minus fortaſſe uſitare, ſed præclare Accius accuſatiuo cõiunxit. Quis nam florẽ liberum inuidit meũ. ut enim uidere, ſic inuidere, florem rectius q̃ flori dicitur. Nos cõſuetudine (ut Cicero inquit), ꝓhibemur. Poeta ius ſuũ tenuit, & dicit audacius. Ab hoc fit paſſiuum inuideor, a quo inuiſus, hoc eſt odio habitus. Cice. Diis hominibuſq; inuiſus. Item inuidia, & inuidentia. quæ inter ſe differũt, ut ebrietas, & ebrioſitas. Quippe inuidia eſt, cũ inuidetur, hoc eſt actus ipſe inuidendi. Inuidentia uero eſt ægritudo animi, quæ ꝓpter res ſecũdas alterius ſuſcipitur, quæ nullã iacturã afferant inuidenti. Nã ſi quis doleret eius rebus, a quo ipſe lederetur, non recte diceretur inuidia. Item inuidus, & inuidioſus, quæ eo mõ inter ſe differũt, quo ebrius, & ebrioſus. inuidus enim dicitur, qui actu alicui inuidet. inuidioſus, qui morbo inuidẽtiæ laborat. Ouidius. Tempus edax rerũ, tuq; inuidioſa uetuſtas, Oĩa deſtruitis. interdum tamen inuidioſus paſſiue capit̃ pro eo, cui habetur inuidia. idem. Pactolonq; petit q̃q̃ non aureus illo tempore, nec caris erat inuidioſus harenis. Eſt etiam quãdo inuidia pro odio capit̃. Quint. Ne ei tot ſcelerũ cõmemoratione concitarem inuidiam. Teren. Ita ut ſine inuidia laudem inuenias, & amicos pares. Liuius. Nactus ſuperbũ ingeniũ, immodicãq; linguã, quam irritando agitãdoq; in eas cõpelleret uoces, quæ ei inuidiæ eſſent, hoc eſt odiũ cõcitarent. Hinc inuidioſum pro inuiſo, atq; odioſo accipit̃, ut hoc loco. & inuidioſa res dicitur, quæ atrocitatem facti auget, ut maius cõcitet odium. Aliq̃n etiam inuidioſus actiue accipitur pro odio flagrãs. Ouidius. Ante iouẽ paſſis ſtetit inuidioſa capillis. idem. Et iam cõtigerãt portã, ſaturnia cuius, dẽꝓſerat oppoſitas inuidioſa feras. inuide facere dicit̃, qui per inuidiã aliq̃d agit. inuidioſe uero, uel qui per inuidiã, uel qui in aliquem excitat odium, eũq; inuiſum facit. A. Gellius uſus eſt cõparatiuo inuidius, pro inuidioſius, hoc eſt cõcitatioris odii in aliquẽ. Fortius, atq; inuidius potuiſſe dici nõ uidentur. Ab inuidia fit diminutiuũ inuidiola. Cice. Cum neſcio quid inter eos inuidiolæ exortum fuiſſet. Odium uero ab odi deducitur anomalo uerbo, qđ ſignificat odio habeo. a quo oſus, & peroſus dicitur, qui odio habet̃. Plau. inimicos ſemp oſa ſum optarier, & oſor, qui aliquem odit. & odioſus, modo qui odio habet̃. Cice. O rem grauem, & oĩbus odioſam. a quo odioſe aduerbiũ, cum odio. modo moleſtus. Teren. Si porro eſſe odioſi ꝑgitis. Nã & odium a ueteribus pro moleſtia accipiebat̃. In oſus terminata nomina, partim a nomĩe deſcendũt, partim a uerbo, partim ab utroq;. Et ea quidẽ, quæ deſcẽdũt a nomine, habitudinem ſiue uehemẽtiam. copiãue, aut affectionẽ ſignificant, ut animoſus. ingenioſus. lacertoſus. neruoſus. ſaxoſus. aquoſus. quod habẽt in ſe uehemẽtiam, ſiue copiã ſaxorũ. neuorũ. lacertorum. ingenii animi. uinoſus. libidinoſus. mulieroſus. ſeditioſus. factioſus. quod amant uinũ. libidines. mulieres. ſeditiones. factiones. Rurſus quæ a uerbo ſunt, partim actionẽ ſignificãt, partim paſſionẽ, partim utrũq;. Studioſus. faſtidioſus. ſtomachoſus. iniurioſus. contumelioſus. curioſus. qui operam dat ſtudio. qui faſtidit. qui ſtomachatur. qui iniuriam. cõtumeliãue facit, qui nimis curat. Odioſus. inuidioſus paſſiue accipiunt̃ (ut diximus) quãdo a uerbo deſcẽdũt. quãdo uero a nomine ueniũt, ſignificãt actionẽ. formidoloſus. laborioſus. operoſus actiue, & paſſiue capi poſſunt. Voluptuoſus. religioſus, licet a uerbo nõ ueniãt, iſtis tamẽ ſimilia ſũt, & affe

ctionem

ctionẽ significant, siue habitudinẽ, siue plenitudinẽ, simulqꝫ actiue accipiũtur, & passiue uoluptuosus homo, qui uoluptatẽ amat, uoluptuosa res, quæ plena est uoluptatis, qua homo delectat̃. ille recipit. hæc recipit̃. ita religiosus homo. religiosa sepulchra. gloriosus. famosus. imperiosus. licet ĩterdũ significẽt eũ, qui plenus sit gloria. fama. ĩperiũqꝫ possideat, tñ sæpius gloriosum hoĩem dicimus affectãtẽ gloriã. famosum. infamẽ. & turpẽ. ĩperiosum, ostentatorẽ ĩperii in exercẽda sæuitia. Quæstuosus. sumptuosus. ab affectione magis, q̃ ab habitudine, siue plenitudine dicũtur, & ad hoĩes magis ꝑtinẽt, q̃ ad rem. Luctuosus uero magis ad rẽ, ut res luctuosa, quæ luctu plena est. Morosus a more, hoc est a nimia diligẽtia, & securitate, sicut curiosus a nimia cura, siue ꝑuersa cura. & cerebrosus, a peruerso cerebro. Hora. Donec cerebrosus prosilit unus. idest insanus, & peruersi cerebri. Cerebrũ, cuius diminutiuũ est cerebellũ, uiscerũ oĩum excelsissimũ est, ꝓximũqꝫ cœlo capitis, sine carne, sine cruore, sine sordibꝰ. hic homo sensuum arcem habet. huc uenarum uis omnis a corde tendit. hic desinit. hic culmen altissimũ. hic mẽtis est regimen. ab eo ꝓficiscitur somnus. quæ cerebrũ non habent, non dormiũt. homo portione maximũ, atqꝫ humidissimum habet, oĩumqꝫ uiscerũ frigidissimum, duabusqꝫ supra, subterqꝫ mẽbranis uelatum, quarũ alterutram rũpi mortiferum est. Aliud esse q̃ medullam ex eo percipit̃, quod coquẽdo durescat. insunt medio ossicula parua. uni hominũ in infantia palpitat. nec roboratur ante primũ sermonis exordium. Pãnosus dicit̃, qui crasso pãno, ac uili optus est. ATRIA. Prima pars domus, pluralis pro singulari. Atriũ prima pars domus appellat̃, quæ cõtinet mediam areã, in quam collecta ex omni tecto pluuia descendit. Dictũ atrium, uel quia id genus ædificii Atriæ primũ in Etruria sit institutũ, uel ꝙ a terra oriatur, quasi aterariũ, uel ꝙ atrum ex fumo esset ꝓpter culinam. in atrio enim tria habitacula erant. Vestibulum locus sportularũ, qui & ipse Sportula dicebat̃, ubi ꝓponebãt̃ eo die, quæ dono danda erãt. & culina, q̃q̃ uestibulum ꝓprie locus sit ante ædes, quẽadmodum inferius ostẽdemus. Atrũ ꝓprie nigrũ significat, unde atritas a ueteribus nigredo dicebat̃. Vir. Quinquaginta atris ĩmanis hiatibus hydra. Idem. Hic piscibus atram improbus illuuiẽ. Ex hoc atramẽtum deducitur, cuius duo genera sunt. Atramẽtũ scriptorum, quod & librariũ dicit̃. & a tectoriis tectoriũ, quo inscribẽdo, ac pingẽdo utimur. & atramentum sutorium, quod inficiẽdis pellibus sutores usurpant. Græci a quadã similitudine æris uocant chalcanthũ. q̃ppe apud eos æs dicit̃ χαλκον. uulgo hoc a uitri similitudine uitriolum nominãt. fit multis in locis. præcipueqꝫ in hispania a puteis stagnisqꝫ habẽtibus, id genus aquæ decoq̃tur, ea admixta pari mensura dulcis aquæ, & in piscinas ligneas fundit̃. Immobilibus super has transtris depẽdẽt restes lapillis extentæ, q̃bus adhærens limus uitreis acinis imaginẽ quãdam uuæ reddit, exẽptum triginta diebus siccat̃. Color est ceruleus spectabili nitore. uitrũqꝫ esse creditur. diluẽdo fit atramẽtum tingẽdis aptũ coriis. & hoc factitium uocant. Est & aliud genus, qđ fossile dicitur uariis medicinæ usibus adhibet̃. præsertimqꝫ in astringẽdo. in quo tanta est uis eius, ut si ursorum, & leonũ ora eo aspergantur, mordere non possint. Hinc etiam atra bilis dicit̃, quã græci melancholiã uocant. nam bilis cholera est. unde biliosi dicũtur cholerici. Aphri tamẽ bilim uocãt semen humanum humi ꝓiectum. & bilutes ueteres dixere bestiis similes, quasi bellutos. Item olus atrum, siue in cõpositione olisatrum, alio nomine hipposelinũ dictũ, qđ folia habeat subnigriora, ꝓpter qđ Columella pullũ olus appellat, atqꝫ oleris pulli radix. quidã etiam smyrniũ uocãt, a smyrna. i. myrrha, qđ lachryma caudicis sui myrrha fit, quidã petroselinon, quod inter petras, & iuxta maceriã seri a ueteribus cõsueuerit. Gal. ονομαζουσι δε εν ρωμη νυν ηδη παντεσ ου σμυρνιον, αλλ᾽ ολισατρον το πετροσελινον, hoc est, uocãt iam omnes in urbe Roma nõ smyrniũ, sed olisatrum herbam hãc, quæ petroselinũ dicit̃. radicem myrrhæ similẽ odore, habet etiam libanotis, quã alio nomine rosmarinũ uocamus. Ply. Libanotis radicẽ habet olisatri, nihil a thure differentẽ. Sunt qui atriplex quoqꝫ ab atro dictũ putent, ꝙ homines pallidos faciat. Pythagoras hãc herbã accusat tanq̃ faciẽtem hydropicos, & morbos regios, & pallorẽ, ac ne in hortis quidem aliquid circa id nisi languidũ nasci affirmat. Veteres hanc atreplexũ dixere. Item ab atro atritatẽ pro immanitate dictã cõstat. & atratũ lugubri habitu ĩdutũ, & atrocẽ, hoc est asperum. crudelẽ. qđ qui atro uultu sunt, asperitatẽ, ac sæuitiã præ se ferũt. alii tñ atrocẽ a græco potius appellatũ cẽsent. quod græci ατρωκια appellãt, quæ cruda sunt. uel ab eo qđ atroces nihil de se timent. τρειν enim timere est. ab atrox fit atrocia, & atrocitas. & aduerbiũ atrociter. Atraces populi sunt Aetoliæ, quibus nomen dedit Atrax Aetoliæ filius. Aliqñ etiã atrum pro funesto accipitur. unde atros dies supra diximus eos appellari, qui alio nomine cõmunes, & uulgo ægyptiaci dicũtur. Ab atterẽdo aũt atrũ dictũ est, quoniã quæ atteruntur, liuorẽ cõtrahũt. atrium græci uocant αυλην, propter quod poetæ quoqꝫ nostri aliqñ aulã pro atrio usurpant. Item aulæ principũ domus, hoc est regiæ dicunt̃. Seneca. Notissima uox est eius, qui in cultu regum consenuerat, cum quidã illum interrogaret, quo modo rarissimã rem in aula consecutus esset senectutem, iniurias ĩquit accipiẽdo, & gratias sæpe agendo. Ab hac aulæa dicta sunt

uela,& ornamenta,quibus parietes & aulæ tegunť,quæ parapetaſmata,& periſtromata nominantur.ſicut tapetes,ſiue tapeta,ſeu tapetia dicũtur,quibus equi. menſæ,ſiue pauimẽta ſternũtur.Plau.Vt ne periſtromata quidẽ æque ſint cãpanica,neq; Alexãdrina belluata conſuta tapetia.Vir.Inſtratos oſtro alipedes,pictiſq; tapetis.Varro.Et minute pictis tapetibus capiũt ſomnos.Ideo autem ab aula aulæa dicta exiſtimãt,qđ primũ in aula Attali regis aſiæ inuenta ſunt cui ſucceſſit populus Romanus.Genus etiã ueſtimẽti eſt,de quo inferius dicemus.Item adulor uerbũ,quod eſt uoce,uel geſtu fauorẽ capio.de quo iferius dicemus, quaſi adaulor, quod hoc in aulis maxime fieri ſoleat.quidam tamẽ a græco potius hoc deriuatũ exiſtimant,hoc ẽ ἀπὸ τοῦ δουλεύειν,quod eſt inſeruire.Veteres aulas dicebant,quas nos dicimus ollas,unde aulicocia uocantur exta,quæ ĩ ollis coquũtur,hoc eſt elixa.& Plautus fabulam ſuam ab aula,hoc eſt olla inuẽta aulularia̅m nominauit.Aulula aulæ diminutiuũ eſt,& interdũ uocatur auxilla. Eoſdem pecuniam quoq; in atrio tenere ſolitos legimus.unde honoratiores ſerui liminũ cuſtodiæ adhibebantur ab Atrio atrienſes.FERI.Crudelis,quẽadmodũ ſupradiximus,hoc aũt Neronis epitheton eſt,qui oĩum,quos terra ſuſtulit crudeliſſimus fuit,cuius rei illa eius uox ĩſigne teſtimonium eſt.Nam cum qdã in ſermone cõmuni(ut fieri ſolet)dixiſſet ἐμοῦ θανόντος γαῖα μιχθήτω πυρί,hoc eſt me moriente,terra miſceať igni.immo inquit ἐμοῦ ζῶντος,hoc eſt me uiuẽte,hinc ꝓprium nomen in appellatiuũ cõmutatum eſt,& nerones nunc crudeles dicimus,& neroniores,crudeliores.REGIS.Domini.rex ꝓprie diciť,ꝗ regnũ poſſidet.regna autẽ dicũtur integræ regiones,quæ ab uno principe,hoc eſt rege poſſidenť,ut Gallia regnum eſt, & qui galliã poſſidet,rex galliæ diciť.Sic enim diſtictus erat olim orbis terrarũ,ut ſingulæ feré regiones,regna dicerenť,& reges ꝓprios haberẽt,a quibus & ipſæ regiões appellatæ,quos ad faſtigium maieſtatis non ambitio popularis,ſed uirtus & ſpectata inter bonos moderatio ꝓuehebat,populi nullis legibus cohercebantur,arbitria regum pro legibus erant. regna. nationes ipſæ.& morum,ac linguæ ſimilitudo definiebãt.Sic Aſſyrioꝝ rex primus Ninus fuit, ſic ægypti Vizores,ſic ſyriæ Tanaus,ſic aliaꝝ nationũ alii reges fuere,quibus prĩcipio mos fuit,fines imperii tueri,magis ꝙ ꝓferre.Poſtea uero gerere inter ſe bella cœperũt.ſeq; inuicem regnis ſpoliare.Sic pluriũ,ac diuerſoꝝ regnorũ,unus aliqñ rex fuit.Quod ſi non in unius regis, ſed in alicuius populi imperiũ regnũ ꝑuenit,fit ex regno ꝓuincia,qđ nomẽ inde tractũ eſt, qđ porro.i.longe uinci uideať.Prouinciæ enim ꝓprie dictæ ſunt lõge ab italia bello acqſitæ, a qbus ꝓuinciales uocati,qui ex ꝓuinciis ſunt,ſiue(ut Vlpianus inquit)qui in ꝓuincia domiciliũ habent.& ꝓuinciatim aduerbium per ſingulas ꝓuincias.Et quoniã p̃tores ad eas gubernandas mitti ſolebant,factũ eſt etiã,ut ipſi magiſtratus,& omne onus nobis impoſitũ,ꝓuincia appelletur.Terẽ.O Geta,ꝓuinciã cepiſti durã.aliquando etiam diuiſa ſunt regna.& pars una ſubiecta alicuius imperio.Is nõ rex,ſed regulus dictus eſt,quaſi paruus rex.a quo principes, q hac etiam ætate urbes aliquas,aut oppida poſſidẽt,reguli,ſiue generali uocabulo domini, aut prĩcipes dicunť.quãuis ꝓprie reguli ſint filii,aut nepotes regum.Dici tñ reges poſſunt,etiã ſi unius tm̃ urbis imperiũ habeant.ſic principio reges Romanoꝝ dicti ſunt, qbus imperium urbis ꝑmittebatur.hinc regnum dictũ tam ipſa regio ſubiecta,ꝙ ipſe dominatus. Vnde interregnũ ꝓprie appellatur id tẽpus,quo regnum uacat rege,hoc ẽ anteꝗ in demortui locum nouus rex præficiatur. & interrex,qui interea regis locũ tenet.per metaphorã tamẽ interregnũ eſt dictũ, cum loco magiſtratus interrex creatur.Liuius.Cum ſine curruli magiſtratu res pu.eſſet, patritii coiere,& interregem creauere,contẽtio cõſules ne.an tribuni militum crearentur in interregno,rem cõplures dies tenuit.Aliqñ rex poniť pro domino,etiam ſi per tyrãnidem occupauerit imperiũ,ut hoc loco.Eſt etiã qñ rex capitur pro potẽtiore,& eo quem nobis ueluti in patronum eligimus,quẽ ſequamur.Martialis.Qui rex eſt,regem maxime nõ habeat.Columella.An honeſtius duxerim mercenarii ſalutatoris mẽdaciſſimũ aucupiũ circũuolutãtis limina potẽtiorum,ſomniũq; regis ſui rumoribus aucupãtis.neq; enim roganti quid agatur ĩtus reſpondere ſerui dignãtur.Item rex aliquãdo pro diuite accipiť.Teren. Regem me eſſe oportuit,& alibi.Quia ſolæ utuntur his reginæ.A rege regina dicitur regis uxor,uel quæ poſſidet regnum,etiam ſi uirũ nunꝗ habuerit.utpote ad quam regnũ ex ſucceſſiõe peruenit. & regno uerbum,quod eſt dominor,& regnum poſſideo.& regia domiciliũ,& aula regis.& regius,ac regalis,qui rege dignus eſt.quãuis regiũ ꝓprie dicať,qđ ẽ regis,ut regiꝰ equus. regia iuſſa. hic Regiũ appellatũ ciſalpinæ galliæ oppidũ,a Lepido ædificatũ,& ob pulchritudinẽ,atq; amœnitatẽ loci Regiũ noĩatum.Item lepidũ,a qbuſdã etiã regiũ lepidũ.Eſt tñ & aliud rhegyũ in ultimo Calabriæ,ſeu brutiorum ſinu,quo loco ſicilia ab italia dirupta eſt,ſed hoc cũ aſpiratione,atq;.y.græca lr̃a ſcribitur.ἀπὸ τοῦ ῥηγνύω dictum,quod eſt dirũpo.ab illo rhegyenſes appellati.ab hoc rhegyni ſicuti,Cumani a cumis oppido cãpaniæ.Comenſes a como oppido galliæ.& Albani ab alba oppido latii.& Albẽſes ab alba oppido iuxta lacũ fucinũ.Item regilla ueſtis,qua reges utebanť.Plau.Baſilicã an regillã tunicã induã.& regius morbus,qđ mulſo,qđ

genus potionis in regũ delitiis erat, curaret(ut Varro sentit)ut alii, q̃a eo morbo affectos, & lecto & conclaui cultiore, & ludis, & lasciuia uti putile est, per quæ mẽs ægrotãtis exhilaret. Idẽ Morbus aurigo antea dicebat a colore auri, quẽ bilis p totũ corpus diffusa rep̃sentat. & morbus arquatus, quod cælestis arcus concolor sit de uirore, uel ꝙ ita stringat humana corpora ut in arcũ ducat. Græci ictericũ nominãt(ut quidam putãt) ἀπὸ του ικτερου, hoc ẽ a miluo, ꝙ oculi bile suffusi miluinis oculis similes uident. Alii scribũt auem icterũ esse, quæ si spectetur, sanari morbũ regiũ, & auem mori, hanc latine uocari galgulũ. & regalia exta, quæ potentibus, iperium pollicebant. humilioribus, hæreditates. filiofamilias, donationem. & regiesco, quod ueteres usurparũt pro cresco. & regie, ac regaliter aduerbia, pro splẽdide, & munifice. & regifugium sacrum, quo die Tarquinius fugit ex urbe Roma. & regale unguẽtum, de quo supra diximus, quo parthoꝝ reges utebant. & regulus, quæ iter oẽs fere aues minima est. a quibusdam regaliolus credit esse. Suetonius. Pridie aũt easdẽ idus auẽ regaliolũ cum laureo ramo Põpeianæ curiæ se inferentẽ, uolucres uarii generis e ꝓximo nemore p̱secutæ, ibidẽ discerpserũt. Rex a rego deriuat, quod est guberno. rego aũt dictũ, quasi remago Ab hoc fit regula, de qua supra diximus. a quo regulo uerbũ, qd' est dirigo. & regulare, qd' secũdum regulã est. uel ꝙ in regulã trahi põt. Vnde æs regulare dictũ est, qd' a caldario, & coronario ære differt. Coronarium est. qd' tenuat in laminas, taurorũq; felle tinctũ, speciẽ auri prebet in histrionũ coronis. Caldarium, qd' fundit tñ. maleis fragile est. regulare, qd' obsequitur maleis. & ab aliis ductile appellatur. sed & in cæteris metallis regulare dicitur, qd' excoctũ igni diligẽtius est, uitiisq; purgatũ. Item a rego fit regio, ꝙ priusq̃ ꝓuinciæ fierẽt, regiones sub regibus erãt, atq; ab iis regebant. postea maiores in urbe partes regiones appellari cœptæ. unde fit aduerbiũ regionatim, hoc est per singulas, regiones. & e regione, hoc est aduerso, qd' ueteres etiam conregione dixerũt. Eius præterea uerbi passiuum est regor, a quo rectum dicit, modo qd' regitur, sicut rector, qui regit, modo quod stat, atq; erectum est. a quo rectæ appellatæ sunt uestimẽta uirilia, quæ a stãtibus, & ab imo in altũ texũtur. modo ꝙ nullã in partẽ flectitur. cuius cõtrarium est obliquũ. unde per metaphorã recti hoĩes dicũtur iusti. & rectũ, iustũ. Item p̱fectũ officiũ, qd' græci uocãt κατορθωμα. nam ορθον rectũ græce dicit. a quo orthopnoea. & orthopnoeci, de quibus alibi dicemus. & orthographia, recta scriptura. & orthopeia, emẽdata(ut Quintilian⁹ definit) cum suauitate expositio. & orthochorybantii populi Scythiæ, quæ est in Asia. & rectitas, siue rectitudo iustitia. & recte. bene. iuste. & recta aduerbiũ. Ply. Cum domũ recta ꝓficisceretur. Vir. Non assis faciũt. eũtq; recta. & apud grãmaticos rectus primus casus. qui tamẽ ĩproprie dicit casus, cũ noĩatiuus a nullo flectatur. cæteri casus ab eo flectantur, & cadãt, atq; ideo nũcupentur casus. Rego etiam aliqñ capit pro rectũ teneo. Cornelius. Cũ nimio dolore regere caput non posset, hoc est rectum tenere. Ab hoc uerbo cõposita fiunt arrigo, ꝓprie de uirili membro dicit. Martial. Arrigis ad uetulas. Verũtamen ad alia quoq; transfertur. Teren. Arrige aures pãphile, hoc est erige. eleua. nam & erigo ex e p̃positione, & rego cõponitur. Itẽ surgo, a sursum & rego, qd' ꝓprie significat erigor. Teren. Vt triduo hoc ppetuo e lecto nequeat surgere. hinc surgere uenti dicũtur, cum ueluti se erigẽtes flare incipiũt. Vir. Et fando surgentes demoror austros. Idem. Cõtinuo uentis surgẽtibus, aut freta ponti incipiũt agitata tumescere. sicut e cõtrario qñ flare desinũt ponere, & residere dicũtur. Idem. Cum uẽti posuere, oĩsque repente resedit flatus. Aliqñ etiam surgo per metaphoram pro cresco usurpatur. Idem. Quis sine, nec potuere seri, nec surgere messes. Idem. Ascaniũ surgentem, & spes hæredis Iuli. Respice, ueteres surrego pro surgo, & surregit pro surgit scripsere. Ab hoc surrectio deriuat. Item cõposita ab eo fiũt assurgo, quod est erigor, requiritq; datiuum. fitq; in alicuius honorẽ officii, aut beniuolentiæ gratia. Assurgũt enim sani, ut stent, aut obuiam eant. asurgũt ægroti, ut sedeant, hinc aduenięti magistro omnes assurgimus. & pater cũ iaceret in lecto, redeunti e militia filio assurrexit, optatissimum illud caput amplexurus. Virg. Vtq; uiro phœbi chorus assurrexerit oĩs, hoc est honorem fecerit. Exurgo, e lecto surgo. Cice. Excitamini oẽs, atq; exurgite. Præsurgo, ante surgo. Insurgo, in aliquẽ insilio. Resurgo, rursus surgo. unde qui reuixerũt, resurrexisse dicũtur. & ab hoc fit resurrectio, quæ ꝓprie dicit de defunctis. Consurgo, simul surgo. Salu. Cõsurrexere oẽs, simulq; in eum impetum fecerũt. Item surrigo, eiusdẽ significationis est. Vir. Tot surrigit aures. Item dirigo, qd' ꝓprie est obliquũ emendo. Ply. Tum regis dirigẽdus, ne ullã in partem inclinet. Plau. Dirigere aliqñ capitur pro dissedere. Corrigo emendo, a quo corrector, emendator. & correcte, emendate. Corgo uero ueteres pro eo, qd' ẽ ꝓfecto usi fuere. Irrigo aũt, nõ a regẽdo, sed a rigãdo deductũ ẽ. Rigare. n. madefacere ẽ. Seuerinus. Et ueris elegi fletibus ora rigãt. unde irrigare dicimus adaquare, & quasi riuuos ĩ agrũ aut hortũ deducere. a quo irriguus dicit, & q̇ irrigat. Varro. Ager, q ẽ irriguus, & qui irrigat. Vir. Irriguũq; bibãt uiolaria fontẽ, hinc riuus dictus, q̃si riguus. Est aũt riuus(ut Vlpian⁹ inqt) locus dep̃ssus p lõgitudinẽ, quo aqua decurrit. a quo fit deriuo uerbũ, & passiuũ eius deriuor,

qđ est deduco,& deducor.& deriuatio,deductio.& deriuatiuū,qđ ab alio deducitur.Item riuo,& corriuo,qđ ꝓprie de brutis dicit̃,cū potādi gr̃a ad eūdē riuū cōueniūt. unde riuales,& corriuales dicti,q duo,aut plures eādē amicā habēt,uel ꝙ ad eūdē riuū accedere uideant̃. uel ꝙ inuicē cōtēdāt,ut fere quæ ex eodē riuo haustū petūt.Terē.Militē ego riualē recipiēdū censeo.Rigo a græco deductū est,qm̄ ea,quæ irrigamus,frigefacere uidemur.Apud græcos aūt ϱιγω algeo est.unde ριγοσ dicit̃ frigus.Ab hoc fit rigeo,qđ ꝓprie est frigeo.a quo rigesco.p metaphorā tn̄.qm̄ quæ frigēt,horrēt,& durescūt.rigere,& rigescere pro indurari usurpamus. Vir.Vestesq; rigescūt indutæ,cædūtq; securibus humida uina.Hinc rigor,non modo pro frigore,sed etiā pro duritie capit̃.Idem & ferri rigor.& rigidus modo frigidū significat.Vir.Tellurē borea rigidā spirāte moueri.modo durū.unde rigidus homo dicit̃ asper.& rigiditas,asperitas.aliqn̄ etiā erectū,qđ nō nisi ex duritie accidit.Idē.Tum rigidas motare cacumīa quercus.& rigide aduerbiū dure,atq; aspere.& obrigere,frigore contrahi,& quasi obdurescere. Seneca.Ita mēbra frigore obriguerāt,ut seminecem putaremus.RADIABANT.Fulgebāt,propter magnitudinē atrii aerē undiq; admittētis,uel allusit ad nomen domus Neronianæ,quæ aurea dicta est.Radiare,fulgere est,dictū a radio,qui ꝓprie est splēdor a sole micans.Varro.O summe sol,qui totam hāc mūdi cōpagem tuis radiis illustras.Trāsfert̃ etiā ad fulgorē oculorum.Ply.Cuius ex oculis radii nocte micātes cernūtur.Gellius.Stoici causas esse uidendi dicunt radioꝝ ex oculis in ea,quæ uideri queūt emissionē.Item radius dicit̃ uirga philosophorum,qua geometræ lineas indicāt.Vir.Descripsit radio totū qui gētibus orbē.Item īstrumētum textoris,qđ uulgo druellā nomināt.Vir.Excussi manibus radii,reuolutaq; pensa.Radii ēt rotarū dicūtur.Idē.Hinc radios triuere rotis.& instrumētū ē,quo radūtur mēsuræ,qđ alio noīe dicit̃ hostorium.Plau.Dii,deæq; oēs tātam nobis lætitiā,tot gaudia sine radio,cumuletis.Item oliuæ genus oblongæ.Vir.Nec pingues unā in faciē nascunt̃ oliuæ orchades,& radii,& amara pausia bacca.A radio fit cōpositū irradio,qđ est illustro,& quasi ītus radio.Plau. Faciūt,qđ cōsueuerūt,irradiāt salib⁹ mēsam,oīs ad risum ꝓuocāt.HIC.ī hoc loco.etenī hic.illic.istic.hinc.illinc.istic.hac.illac.istac huc.illuc.istuc.horsū.illorsum.istorsum.aduerbia localia modo demōstratiua sunt,modo relatiua,sicut ꝓnomina,a quibus deducūtur,quæ sunt hic.ille.iste.hæc enim aliquādo demōstrādi uim habent.Terē.Viden tu illum Thais.Vir.Sic Iupiter ille monebat. Aliqn̄ referēdi.Seneca.Et qui hoc facit,sane prudēs appellādus ē. & tūc hic eādem significationē habet,quā is.& in noīatiuo pluralis numeri,ac masculino,& fœminino genere sola scriptura mutuo distinguitur,hi enim,& hæ cum aspiratione,& una uocali,ab eo,qđ est hic,& hæc,descēdūt.ii uero,& eæ cum duabus uocalib⁹,& sine aspiratiōe,ab is,& ea deducūtur.hoc autem inter hæc tria,uel ꝓnomina,uel aduerbia īterest,qđ hic significat rē,siue locū loq̄nti ꝓximū. Cicero.Nihil hic noui est,qđ ad te possim scribere.iste uero.siue istic rem,aut locū ꝓximum ei,cum quo loqmur.Idem.Tu istis faucibus.istis lateribus.ista gladiatoria totius corporis firmitate tātū uini exhauseras,ut tibi necesse esset in conspectu populi uomere postridie.Ille,uel illic locum,aut rem remotā ab utroq;.Plau.Quis est,quē uidemus ueniētem pānosum,ac squalidum.ille ne est noster Syrus? Ply.Hæc oīa ad uos ex illa ꝓuīcia cōportātur.illinc succi.illinc odores.illinc extremo orbe quæsitæ luxuriæ opes.Aliqn̄ tn̄ iste accipit̃ pro hic.Cice.Cum isto tpe stent cum gladiis armati.Quin.Iuuenis iste,de quo summa in rebus humanis monstra fingūtur.Nōnunq̄ etiam ille per dignitatem quādam,aut eminentiam ponitur,ut Architas ille tarentinus.Cato ille cēsorinus.Alexāder ille magnus.Aliquando maiorē dūtaxat expressionē significat.Vir.Ille ego,qui quondā gracili modulatus auena, Carmen.Interdū ille ponitur pro is Horatius. Qui didicit patriæ quid debeat,& qd amicis. Quo sit amore parens,quo frater amandus,& hospes.Quod sit cōscripti,qđ iudicis officium,quæ partes in bellū missi ducis.Ille ꝑfecto reddere ꝑsonæ scit cōuenientia cuiq;.Hieronym⁹. Non qui seipsum cōmēdat,ille ꝓbatus est,sed quē dn̄s cōmēdat.Hic & is alio etiam modo ab auctoribus usurpari solet,ut Alexāder paruis copiis fretus supauit Dariū cum infinito exercitu,& in adolescentia.Item hoc modo pauca uestis,& ea detrita,ac sordida.Hic aliqn̄ accipitur pro talis.Et qn̄ aduerbium ē pro tali loco.Virg.Hic pietatis honos? sic nos in septra reponis? Idem.Hunc ego te Euriale aspicio? Plau.Hic ne esse oportuit,qui frugi essent? hoc ē in tali loco,& tam sordido.Hæc in plurali numero,& genere neutro.aliqn̄ de fœminis dicitur.Mos enim ueterum fuit,ut neutra iūgerent fœmininis.Vir.Hæc quoq; non cura nobis leuiore tuēdæ,cum de capris loquat̃.Teren.Hæc adornant ut lauent,cum sermo sit de ancillis.ꝙ si componatur cum ꝑpositione ad,significat præterea.Salustius.Cognouerā paruis copiis bella gesta cum opulentis regibus.Adhæc sciētia belli gallos ante romanos fuisse.Ab hic tam pronomine,q̄ aduerbio.Hicce,& hiccine fiūt.illud eiusdē cū hic significatiōis ē.Hoc semp īterrogatiue ponit̃,quasi hic ne? Itē ab eius genitiuo fit cōpositū huiusmodi,& huiuscemodi.nā ab is,isce fit,sicut ab hic,hicce. Ab is deriuat̃ idē,qđ accipit̃ p is demū.Aliqn̄ tn̄ poni solet pro etiā.

Cicero.

Cicero. Et huic cõiuncta beneficentia, quã eãdem uel benignitatẽ, uel liberalitatem appellare licet, ideſt quã etiã. Quinti. Si cauſam ueneficii dicat adultera, non Marci Gatonis damnata iudicio uidet̃, qui nullã adulterã non eandem eſſe uenefica dixit. Ab idem fit itidẽ, quaſi itẽ Idẽ. quod ſignificat ſimiliter, eodẽ modo, & idẽtidem, qđ eſt frequẽter eodẽ modo. Ply. Cẽtũmillia nũmoꝝ pro domo eius, idẽtidem ꝓmittens. Idem. ſtupeo patres cõſcripti. nec dum ſatis, aut oculis meis, aut auribus credo, atq; idẽtidem me an audierim interrogo. Item ab is deriuatur ibi aduerbiũ, qđ dicitur, dũ locus ſemel demõſtratur. a quo ibidẽ, dũ locus ſæpius demonſtratur. & inibi, qđ aliqñ ſignificat in eodẽ loco, aliqñ ſic. nõnunq̃ etiã mox. Apuleius. Multa inibi dicta ſunt, quæ cõmemorare nõ eſt opus. Cecilius. Liber ne es? Non ſum. Verũ inibi eſt. Plau. Nos domũ ꝓperamus, uos inibi adeſte, & nullibi, qđ ſignificat in nullo loco. & ideo, & iccirco, quæ ſignificãt ob eandẽ cãm. Veteres in accuſatiuo pro eũ dixere, & ĩde ex ea parte ſeu loco, a quo indidẽ ex eadẽ parte, ſiue ex eodẽ loco. Plautus. Indidẽ unde orit̃ facito uti facias ſtultitiã ſepelibilẽ. Item em pro eam, & eũ pro eoꝝ. Is etiã urbs fuit a Babylone diſtans itinere dieꝝ octo. apud quã eſt Is fluuius, quo bitumẽ totius Babylonis ſubminiſtrabat̃. Iſmenius uero fluuius eſt Boetiæ ab Iſmeno filio pelaſgi cognominatus. VBI. In quo loco. Vbi enim aliquãdo aduerbiũ loci eſt, ut hoc loco, aliqñ tpis. & tũc ſignificat poſtq̃. Cice. Vbi id audiuimus ſtatim ꝓfecti ſumus. Quãdo aũt ubi ẽ aduerbiũ loci, aliqñ interrogatiuũ ẽ. Plau. Vbi id audiſti? Aliqñ relatiuũ. Vir. Vbi Eacidæ telo iacet Hector, ubi ingẽs Sarpedon. Ab hoc fiunt, alicubi, hoc eſt in aliquo loco. Necubi, in nullo loco. Vbiuis, & ubilibet, in quolibet loco. ubicũq;, in quocũq; loco. Vbinã interrogatiuũ, ĩ quo loco. COLOSSVS. Statua ænea Domitiani ingens equeſtris, quã poſt uictoriã germanicã ſupra ingẽtem molẽ colũnaꝝ pulcherrimis marmoribus cõſtructã ſibi dicauit in foro, de qua Papinius. Quæ ſup impoſito moles gẽmata coloſſo, Stat latium cõplexa forũ. & Martialis alibi. Inde ſacro uenerãda petes palatia cliuo. Plurima qua ſummi fulget imago ducis. Coloſſi dicũtur ſtatuarum moles turribꝰ pares, uel a Colaſſe artifice, qui ſolis coloſſum, qui Rhodi fuit, tradit̃ feciſſe, uel ut q̇dam putant ἀπὸ του κολαζειν, quod cruciare ẽ, quia δια το μεγεθος καταπληκτικος ων ουκ ην ερασμιος ουτος, ουδε σεβασμιος δια το αφιλοχρηματον θαυμασθην, hoc ẽ ꝓpter magnitudinem toruus aſpeſtu inamabilis erat, nec cultu, ac ueneratiõe dignus, ob ſumptꝰ magnitudinẽ. Talis fuit ĩ capitolio Apollo trãſlatus a Lucullo ex Apollonia ponti urbe triginta cubitorũ. talis in cãpo Martio iuppiter a Claudio cæſare dicatus, q̃ a uicinitate theatri põpeianus dicebat̃, talis & Tarenti factus a Lyſippo quadraginta cubitoꝝ ſcribit Plynius. Ante oĩs alios in admiratione fuiſſe ſolis coloſſum Rhodi a Colaſſe Lyſippi diſcipulo factũ ſeptuaginta cubitoꝝ altitudinis, poſt quinquageſimum ſextum annũ terræmotu ꝓſtratum, qui iacens quoq; miraculo eſt. Pauci pollicẽ eiꝰ amplectũtur. maiores ſunt digiti q̃ plæræq; ſtatuæ. Duodecim annos ꝑfectũ fuiſſe tradũt, trecẽtorum pretio talẽtorum. Viſus & Romæ ẽ Apollinis coloſſus in bibliotheca tẽpli Auguſti quinquaginta pedum a pollice, non minus pulchritudine, q̃ ære ſpectabilis. & Sp. Seruiliꝰ iouem fecit, qui erat in capitolio uictis ſamnitibus, e pectoralibus eoꝝ ocreiſq; & galeis tãta amplitudine, ut a latiario ioue cõſpiceretur. Reliquiiſq; limæ ſuam ſtatuam fecit, quæ ante pedes eius ſimulachri cõſpiciebatur. Nero ſibi coloſſum a Zenodoro fieri fecit, centũ decem pedum longitudine, q̃ poſtea dãnatis ſceleribus, & ſæuitia eius principis. uenerationi ſolis dicatꝰ fuit. Dignũ memoria uidet̃ fuiſſe Rhodi præter eum, quẽ diximus centum alios coloſſos miores quidem, uerũtamen tales, ut ſinguli per ſe eum locũ nobilitare potuiſſent. SYDEREVS. Altꝰ quẽadmodum ſupra diximus. PROPIVS. Magis ex ꝓpinquo. Prope modo ſignificat iuxta, dum præpoſitio eſt. Curtius. Cum ꝓpe id oppidum copiæ cõſtitiſſent, modo ex ꝓpinquo, ut hoc loco. Cũ uero eſt aduerbium ſignificat fere. Plynius. Et in foribus templi ꝓpe collapſus expauit. A ꝓpe fit deprope, qđ ſignificat ex ꝓpinquo, & ꝓpior cõparatiuum, hoc eſt ꝓpinquior. & ꝓximus ꝓpinquiſſimus, ac nobis adhærens etiam ſi ſolus ſit. Veteres tamen nõ ſolum ꝓpinquũ, & nobis hærentẽ ꝓximum dicebant, uerũetiam longe remotum, ſi tamen inter duo diſcreta nihil medium extitiſſet. Virg. Proximus huic lõgo ſed ꝓximus interuallo. Paulus iuriſcõſultus ꝓximum dicit eſſe eum, quẽ nemo antecedit. Supremũ uero quem nemo ſequitur. Aliqñ ꝓximus pro maxime ꝓpitio accipitur. & ꝓpior pro magis ꝓpitio. Varro. Gradiuum teſtor, qui deus eſt nobis omnium ꝓximus. Martia. Nec ꝓpior, quã phœbus amet. Item ꝓximꝰ aliqñ non habet uim ſuperlatiui, ſed ꝓpinquũ ſignificat, quapropter cõparatiuũ facit ꝓximior, quod eſt idem quod ꝓpinquior. & ab eo fit ꝓximitas, & ꝓxime aduerbium. Veteres ꝓximi tertiæ declinationis dixerũt pro ꝓximo. Cato. Die ꝓximi hoc dixit. Eadẽ declinatione & craſtini, & priſtini uſi ſunt. Item a ꝓpe fit ꝓpinquus. & ꝓpinquior. & ꝓpinquiſſimus. & ꝓpinq̃tas. & ꝓpinque. ꝓpinqui non modo ii dicũtur, qui iuxta nos ſunt. ſed interdũ etiam affines. Vnde & ꝓpinquitas pro affinitate accipitur. & ꝓpinquo uerbum. & appropinquo, quo ſignificat ꝓximior fio. A quo appropinquatio. & ꝓprium. quod ſignificat peculiare. & id quod uniuſ

cuiusq; est, hoc enim maxime ꝓpe est, qđ ꝓprium est. Vir. Nūc mihi da ꝓpriū uirgo sata noctē laborē. A quo ꝓprietas notæ significationis. & ꝓprie aduerbiū peculiariter. Quorū contraria sunt impropriū. improprietas. improprie. Aliqñ tñ ꝓpriū pro diurno ponit̃. Sisenna. At qui metu & suspitione ꝓpriá habere quietē non poterat. Aliqñ pro ꝑpetuo. Plau. Atq; illum amatorē tibi ꝓpriū futurū in uita. Vir. Da ꝓpriá tymbræe domū. Idē. Propria hæc si dona fuissent. Terē. Ego uitā deoꝝ ꝓpterea sempiternā eē arbitror, ꝙ uoluptates eoꝝ ꝓpriæ sunt. & ꝓpediē, quasi ꝓpe est dies, quo hoc futurū est. & ꝓpemodum, quasi iuxta mēsuram. Idem enim significat, qđ fere. & ꝓpter, qđ modo idem significat, qđ ꝓpe. Vir. Et uiridi in cápo tēplū de marmore ponā ꝓpter aquam, modo causalis p̄positio est. Idem. Te ꝓpter libyæ gentes, numidúq; tyráni odere, hoc est tua causa. ab hoc fit ꝓpterea aduerbium, qđ significat ob eā causam. & quapropter, hoc est ꝓpter quam causam. Item a ꝓpe & ito itas fit ꝓpitium, qđ significat placidum. fauens. etenim qui nobis fauent, ꝓpe nos ire cōsueuerūt. Ab hoc fit ꝓpitio, siue ꝓpitior, quod est placo, & ꝓpitium reddo. & ꝓpitiabile, ad propitiádum aptum. Vnde ꝓpitiabilis hostia dicitur, & ꝓpitialis. Item ꝓpitiabile, qđ facile flectitur, ut ꝓpitiabile numen. Item ꝓpitiatio, hoc est sacrificiū. Nec me latet esse nōnullos, qui ꝓpitium dictū uolūt, quasi ꝓrsus pium, hoc ē ualde piū. Porro enim aliqñ ualde significat. Terē. Dehinc ut quiescāt porro moneo, & desinant maledicere, maledicta ne noscant sua. Proprie tñ porro eo modo ponit̃, quo uero, & aūt, quæ collocātur frequēter in oratione dūtaxat. ut sentētiam a sentētia distinguant. sed hoc ab illis differt ꝙ illæ nunq̄ in fronte sentētiæ collocātur. Porro uero sæpius. Quinti. Porro, qui consensum defendit, nō absolutionē sceleris petit, sed licētiā ꝑ illa dicerem⁹, q uero, uel ꝙ aūt cōsensum defendit. Apud aliquos aūt, præsertimq; apud poetas porro pro longe. certe. postea. ultra accipitur. Vir. Hinc maxima porro accepit Roma, & patriū seruauit honorem, idest postea. uel post lōgum interuallū. & est aduerbiū tp̄is. Item a prope secūdum quosdā fit ꝓpero, quod est festino. nam qui in aliquem ꝓperat id agit, ut illi ꝓpinquior sit. Ab hoc fit ꝓperatio, & ꝓperátia, & quo ueteres usi sunt ꝓperitas. Item aduerbia propere. & ꝓperatim. & ꝓperiter. & quo pleriq; utūtur properāter. Salustius, Tum ꝓpere cōsul educit exercitū. Cecilius. Properatim in tenebris istuc cōfectum est opus. Accius. Remisq; nixi properāter nauim in fugā tradūt. Catullus. Animula miserrima ꝓperiter abit. properus etiam ab eodē deducitur, hoc ē celer, cuius cōparatiuū ꝓperior, & suplatiuum ꝓperrimus ueteres usurparūt. Plau. Properam uideo ancillā uenietem. Propare, & festinare antiqui distinxerūt. Cato. Qui unū quod naturæ transigit, properat, qui multa simul incipit nec perficit, festinat. Alii dicūt ꝓperare eē animi studiose ad aliquā rem cōtendētis. festinare corporis necessitati obsequētis. Virg. Et mediis properas aquilonibus ire per altū. Idem. Festinate uiri. nam quæ tam sera morat̃ segnicies? Nos tamē ꝓpero a præparo cōpositum existimamus. ut inferius dicemus. VIDET. Aspicit. cernit. Video enim idem significat quod cerno. Virgi. Quæq; ipse miserrima uidi, & quoꝝ pars magna fui. Interdum tráffertur ad animū. Ouidius. Video meliora ꝓboq;, deteriora sequor. Nōnunq̄ etiam pro curo accipit̃. Plau. Tu domi uidebis, hoc est parabis. Idem. intus para. cura. uide quid opus sit, quod idem fit ĩ tueor. A quo æditiuus dictus, qui ædes curat sacras. Ab hoc fit frequētatiuum uiso. & ab eo aliud frequentatiuum uisito. uisere, & uisitare, ꝓprie ad officiū pertinent. & eiusdē fere sunt significationis. Hinc fit uisitatio, & reuiso, quod proprie significat reuertor, ut iterum uideā. Terē. Reuiso quid agat pāphilus. Video facit passiuū uideor. a quo uisus, & uisio pro ipso uidendi actu, sicut gustus pro actu gustandi. odoratus pro actu odorandi. auditus pro actu audiendi. tactus pro actu tangēdi. Virgi. Horrēdum uisu. & uisum pro eo quod uidemus. Apuleius. Quo non modo uisa a nobis, sed etiam ab aliis audita referrē. Hinc uisa somnia dicūtur. & nocturna siue etiam diurna phantasmata, quæ etiam uigilantibus apparent. Vir. Hoc uisum nulli, non ipsi effata sorori est. Visiones etiā phantasiæ dicūtur. Quintilianus. Quas phantasias græci uocant, nos sane uisiones appellamus. per quas imagines rerum absentiū ita repræsentantur animo, ut eas cernere oculis, ac præsentes habere uideamur. has quisquis bene cōceperit, is erit in affectibus potentissimus, quale est apud Virgiliū. Excussi manibus raddii reuolutaq; pensa. Hinc etiam euidētia, quam alio noīe illustrationem. græci ενεργιαν uocāt alii υποτυπωσιν. ꝓposita quædā forma rerū ita expressa uerbis. ut cerni potius uideat̃ q̄ audiri. & euidēter aduerbiū, hoc est clare dilucide. expresse. A uideo cōposita fiunt trāsuideo, qđ est uideo aliq̄d per corpus aliqđ ꝑspicuū. Præuideo, ante uideo. Ply. Id nos futurum p̄uideram⁹. Prouideo similiter futuꝝ aliquid uideo anteq̄ factū sit. Idem. Hoc enim sapientis est, oīa quæ uētura sunt ꝓuidere. Quoniā uero ea quæ prouidemus, si mala sunt, aut uitamus. aut emendamus factum est, ut ꝓuidere modo uitare, seu cauere sit. Teren. Que si nō astu ꝓuident̃, mō remediū p̄bere. Cice. Satis iam oībus, quæ necessaria erāt, ꝓuisum putabát. Hinc prudētia, & ꝓuidentia dicunt̃. Idē. Id. n. sapiētis est ꝓuidere, ex quo sapiētia appellata ē ꝓuidētia. idem. Quid plura? Sic mihi ꝑsuasi, sic sentio, cū tāta celeritas aīoꝝ sit, tāta memoria

p̄teritorū,

p̃teritorũ,futurorũq; prudẽtia. Quidam prudẽtiam a ꝓuidẽtia ita distingunt,ut prudentiam dicãt in rebus humanis,ꝓuidẽtiam in diuinis. Alii prudẽtiã definiũt rerũ bonarũ, & malarũ, & utrarũq; sciẽtiã. prouidẽtiã uero,per quã futurũ aliqd uidet᷑,anteq̃ factũ sit. unde ꝓuidentiã aliqñ pro deo ponimus. Quin. Nullã ego res humanas despicere ꝓuidẽtiã reor. Idẽ de Cicerone. Dono quodã prouidẽtiæ genitus,in quo oẽs uires suas eloquẽtia expiret᷑. Item a prouideo fit prouidus,hoc ẽ añ uidẽs,uel solers. diligẽs. & ꝓuide aduerbiũ solerter. diligẽter. & prudens,quasi prouidens,quod interdũ significat sapiẽs. interdũ sciens. Vnde iurisprudẽtes dicũtur,qui ius sciũt. & iurisprudentia,iuris scientia. & prudens feci,idest sciens me hoc facere feci. quẽadmodum ecõtrario imprudens hoc feci. idest non putaui me hoc facere quod feci. hoc tñ inter se differũt prudens & sciẽs,ꝙ prudẽs est,qui intelligẽtia sua aliqd cognoscit. sciens,q alterius indicio rem ꝑcipit,hoc est prudẽs per se,sciens per alios. Item prudẽter aduerbiũ, qđ modo sciẽter significat,modo sapiẽter. & imprudẽtia pro inscitia. & insipiẽtia,siue stultitia. & imprudẽter pro insipiẽter,& stulte. Item a uideo fit euideo,hoc est clare & exp̃sse uideo. a quo euidẽs clarus. & euidenter clare. Item inuideo,de quo una cũ ab eo deriuatis late superi⁹ disseruimus. A uideo etiã fit uisibile,qđ uideri põt & inuisibile,qđ non põt uideri. & uidelicet aduerbium cõfirmandi,quasi uidere licet. Terẽ. Videlicet de psaltria hac audiuit,hoc est certe audiuit. sicut scilicet,quasi scire licet. Vir. Scilicet his sup̃is labor est,ea cura quietos sollicitat. & ilicet,quasi ire licet,ueluti iam finis rei sit. Plau. Ilicet hoc curato Samio. ilicet etiã pro statĩ accipit᷑. Vir. Ilicet ignis edax summa ad fastigia tecti uoluit᷑. Item a uideo uideor deponẽs,ut uideor tibi bonus. uisus mihi fuit imprudẽs. in quo notãdũ ẽ rustice quosdã ita loqui. uidet᷑ tibi ꝙ recte faciã,& mihi non uidet᷑ ꝙ recte loquaris. & uobis uidet᷑ ꝙ male faciamus. sic enim dicendũ ẽ,si latine loqui uelimus. Videor tibi recte facere,& nõ uideris mihi recte loqui. & uidemur uobis male facere,& alia huiusmodi similiter. Sũt etiã q auidũ,a nõ uidendo dictũ putant. Auidus enim ꝓprie dicit᷑,q ꝓpter nimiã cupiditatẽ non uidet quid agat. A quo auide aduerbiũ cupide. & auiditas,cupiditas. & aueo,cupio. de quo auarus,q nimium cupidus ẽ pecuniæ. & auaritia,habẽdi cupiditas. & auare aduerbiũ tenaciter. & cõparatiua,& sup̃latiua eorũ auarior. auarissimus,auarius. auarissime. Quidã etiã auarũ,quasi auidũ æris dictũ putãt. & ab auido ita distingunt,ut auarus semp̃ in malã partẽ accipiat᷑, Auidus aũt,etiã rerꝶ honestarꝶ dicat᷑. Salu. Laudis auidi,pecuniæ liberales erãt. Auara terra dr̃,cũ id qđ ĩ se recipit ampliore fœnore nõ reddit. Auere etiã a nimia cupiditate pro gaudere accipit᷑. Vnde salutãtes quoq; aue dicimus,hoc est gaude. lætare. ET. Atq;. & cõiũctio aliqñ copulatiua ẽ. Plau. Collaudato formã,& faciẽ,& uirtutes cõmemorato. Aliqñ ponit᷑ pro idest. Idem. Annos natus iam sexaginta,& senex. nõnunq̃ pro quia. Virgilius. Audieras,& fama fuit. Mart. ꝙ minimos cernis mitti nos credis amice,Falleris & nũmos ista tabella rogat. Quinti. Has primũ audiat puer, harũ uerba effingere imitando conabit᷑,& natura tenacissimi sumus eorũ,quæ rudibus animis ꝑcipimus. Interdũ uenustatis gratia duplicat᷑. estq; cõpletiua cõiũctio. Vir. Multũ ille & terris iactatus,& alto. Plærũq; sentẽtiarũ initiis cõpetit. Quinti. Et finitæ qdem sunt partes duæ, quas hæc ꝓfessio pollicet᷑. Est etiã qñ seruit affectui,& quasi interrogãdi uim habet. Cice. Et sunt,q de uia appia loquãtur,taceãt de curia. Idem. Et ad eũ legatos de pace mittemus,qui pacis nuncios repudiauit. Et postea miramur,quare id moleste ferat populus romanus. Sæpe etiã ponitur pro quãuis. Idem. Defendi legem Voconiã magna uoce,boni sq; lateribus, & uidetis annos meos. ac si dixisset,quãuis sum ita senex. item pro etiã. qđ tñ apud Ciceronẽ nunq̃ reperitur. Quin. Tamẽ si qd aduersus te ipse cõmisit,sit hostis & meus. Cicero dixisset. Sit hostis etiã meus. Vir. Natus & ipsa dea. Quãdoq; etiam tum,& quanq̃,copulatiuæ cõiunctiones pro disiũctiuis ponũtur. Sicut disiũctiuæ pro copulatiuis. Paulus iuriscõ. cõiunctã uel disiũctam orationem accipit ex mente ꝓnũciantis,quãuis nec cõiunctionẽ habeat,nec disiũctionem. Cõiũcta pro disiũctis accipiũtur(ut Labeo asserit)quẽadmodum in illa stipulatiõe. Mihi hærediq; meo,te hæredẽq; tuum. Item disiũcta pro cõiunctis,ut cum dicimus. Super pecunia, tutelaue sua,cum tutor separatim sine pecunia dari non possit,sed dubitãdũ uideri põt,uerba illa quomõ accipiẽda sint,ope & consilio,utrũ ex sentẽtia coniũgẽtium,an separãtiũ, uideturq; melius,quod Labeo scribit,separatim accipiẽda,q̃a aliud factum est eius,qui ope,aliud eius,qui cõsilio furtum fecit. Sic enim alii condici põt,alii non põt. Et sane post ueterũ auctoritatem conuentum est,ut nemo uideatur furtũ fecisse,nisi & cõsiliũ malignũ habuerit,nec cõsiliũ habuisse nocẽdi,nisi & factũ secutum fuerit. Ab et cõposita fiũt etsi,& tametsi,quæ significant quãuis. Ply. Dedit enim quãtum maximũ potuit,daturus amplius si potuisset. tametsi quid huiusmodi dari potest maius q̃ gloria,laus,& æternitas? Quintilian⁹. Etsi iudices in hac asperrima conditione fragilitatis humanæ hæc oĩbus natura est,ut sua cuiq; calamitas præcipue misera atq; intoleranda uideatur. Item etiã ex et,& iã,qđ significat quoq;. Plau. Tu ne etiam id rescisti miser? & etiamnum eiusdem significationis. Plynius. Quod eo magis miror si etiãnum Home-

to ꝓdente ægyptus non erat. Item enim, quod significat quia. & hoc solum differt ab enim. quod enim nunq̃ primũ locum sortitur in oratione. Suetonius. Par enim utriusq; arrogãtia fuit. etenim uero aliquando primũ, aliquãdo secũdum locum obtinet. Plynius. Etenim multa de hac magi tradiderunt, quæ non sunt a nobis cõmemoranda. Seneca. Quis etenim inter tot corporis cruciatus fœlicem esse quenq̃ posse existimat? PEGMATA. Moles. pluratiuus numerus pro singulari. eam enim molem intelligit, super qua impositus erat colossus Domitiani. Pegma græcum uocabulum est. etenim ἀπὸ του πηγω, quod est figo, πηγμα dicitur. significatq; machinam, in qua statuæ collocantur, & quasi figũtur ad illas sustinẽdas. siue aliud quicq̃ eiusmodi. Interdum pegmata cum ludicris producebãtur in scænam pueris, etiam cõsidentibus ex lignis & tabulis, quæ constabant uario picturæ genere. Iuuenalis. Et pegma, & pueros inde ad uelaria raptos. Claudium tradũt obiecisse aliquãdo bestiis, qui pegma in scænam parum fœliciter produxissent. Scribit Plynius Caium principem in circum pegma duxisse, in quo fuere argenti pondo centum uigintiquatuor. CELSA. Alta. sublimia. de quo supra diximus. MEDIA VIA. hoc est quod Papinius inquit. Stat latium complexa forum. Viã definiunt esse dimidium actum, qua potest ire uehiculum. Paulus iurisconsultus uiam constitui inquit, uel latiorem octo pedibus, uel angustiorem posse, ut tamen eam latitudinem habeat qua uehiculum ire possit. alioquin iter esse, non uiam. Abusiue tamen usurpamus uiam pro omni loco, per quem habere iter omnibus licet. Plynius. Cum te de uia uocassem. Aliquãdo accipitur pro itinere, hoc est pro ipso actu ambulandi. Cicero. Cũq; de uia lãguerem. & mihimet displicerem. Interdum pro ratione. Vir. Inueni germana uiam gratare sorori, Quæ mihi reddat eum. nõnunq̃ pro consuetudine. Teren. Sed uia peruulgata patrum quotidie accusabam, hinc uiatores dicti, qui magistratibus parebant, hominesq; ex agris ad magistratus frequenter euocabant. Cicero. A uilla in senatum accersebãtur, & Curius, & cæteri senes, ex quo qui eos accersebant, uiatores nominati sunt. Item a uia auium, & inuium dicitur, per quod iri non potest. Vnde auem quoq; quidam appellatam putant, quasi sine uia, ut inferius dicemus. & peruium, per quod facile transitur. & præuium, quod antecedit. Cicero. Præuius auroræ, solis, noctisq; satelles. Item Biuium, quod duas uias habet. triuium, quod tres. quadriuiũ, quod quatuor. Vnde Dianam triuiam appellatam superius ostendimus. & triuialis scientia grãmatice dicta, quia in triuiis docebatur. Triuialis uero lingua uulgaris, qua in triuiis pueri grãmaticam discentes utebãtur. Item deuium, quod a uia remotum est. & deuiare, a uia recta recedere. abusiue tamen pro deflectere ponitur. & deuius, qui a uia recedit. & dubius, quasi duas uias uidens, & utram eligat nesciens. de quo & eius deriuatiuis inferius dicemus. Et uiaticum, quicquid iter agenti necessarium est. unde est illud ꝓuerbium. Suam cuiq; artem pro uiatico esse. Veteres tamen aliquãdo uiaticum pro facultate, siue apparatu posuere. Qu. Claudius in annalibus. simul forma. factis. eloquentia. dignitate. acrimonia. confidẽtia. pariter præcellebat, ut facile intelligeretur magnum uiaticum, hoc est magna facultas. magnus apparatus. hoc modo græci ἐφοδιον, quod ꝓprie uiaticum, hoc est sumptũ uiæ significat, ad aliarũ quoq; rerum apparatus traducunt, ac sæpe ἐφοδιαζε dicunt pro eo, quod est institue. instrue. aggredere. & obuio, quasi ad uiam eo. a quo obuius, qui alicui occurrit. & obuiam eo, idem qđ obuio, quasi ad uiam eo. & uiatorium, quod ad uiam attinet. Vnde uiatorium uas, quo iter agentes, ferendi potus gratia utimur. Plynius. Vasa uiatoria ex taxo uinis in gallia facta mortifera fuisse compertum est. Viare quoq; ueteres pro iter facere dixerunt. Via ab eũdo deducit̃, quasi ia, quod per eam eatur, quãuis aliqui uiam quasi ue iam dictam uelint a uehendo, quod per eam fructus ad uillam uehantur. iter a uia differt, ꝙ arctius est q̃ uia, nec uehiculum capit. significatq; etiam ipsum actum eundi, & ab eundo dicitur, cuius supinum est itum, siue ab ito, quod frequẽtatiuũ est huius uerbi eo. diciturq; & in mari iter, & in terra. Virg. Hac iter ælisiũ nobis. Terẽ. Ain tu tibi hoc incõmodũ euenisse iter. Nõ hercle Parmeno uerbis dici pȏt q̃tũ re ipsa nauigare ĩcõmodũ ẽ. facit ĩ genitiuo iteris. Neui⁹. ignoti iteris sum⁹. Tu te scis. Acci⁹. Præsto adsum, exprome qd fers. Nã te lõgo itere cerno uadere. Veteres ẽt itiner dicebant, cui⁹ noiatiuus nũc ĩ usu nõ ẽ. obliq̃s aũt utimur, cũ obliqui hui⁹ noĩs iter, ab usu discesserit. Varro. Expectãt itiner lõgũ sermone leuare. Plau. Quin tu ergo itiner seq meũ me sines. iter facere, & iter hẽre dicimus. Iter facere, ire, ꝓficisci. Ply. Cũ p eã regionẽ iter facturi eẽnt, qđ ẽt iter tenere dicimus. Vir. Quib⁹ aut uenistis ab horis. quoue tenetis iter. hẽre uero iter, idẽ est, qđ iturũ eẽ, ut iter hẽo ad Cæsarẽ, hoc ẽ oportet me ire ad Cæsarẽ, uel iturus sum ad Cæsarẽ. Cice. Hẽbat iter ad Deiotarũ regẽ. At uiã facere, nõ ẽ iter facere, sed locũ ubi nõ erat uia, & trãsitus apire, sicut uiã munire ẽ reficere repurgare, ĩterdũ lapidib⁹ sternere, qđ ꝓprie sternere uiã dicimus. Cic. iõ ne appius ille cæcus uiã muniuit, nõ q̃ populus uteret̃, sed qua posteri sui latrocinarent̃. Quo uerbo etiã per trãslationẽ utimur de corporeis ad incorporea. Quintilia. Propterea quod plurimi auctores, quãuis eodẽ tẽderẽt, diuersas tñ uias munierũt, & in suã q̃sq; induxit sequẽtes.

Quemadmodum aūt munire uiam dicimus, ita munire ripam. munire alueū. munire aditū. cum illa uel reficimus, uel paramus. Ab iter fit itero uerbū, quod est rursus aliqd ago, & quasi ꝑ iter factū reuertor. Et iterū quod est rursus. & itineror uerbū, hoc ē iter facio, quo Apuleius, & quidā recētiores usi sunt. Et itinerariū uiatoriū, unde itineraria a quibusdā uocanť commētarii earum rerum, quæ in itinere acciderūt. Et itidem, atq; item quæ significāt similiter, quasi iterum idem. & obiter qđ nō est, ut Valla & alii qdā existimarunt, specialiter, sed qđ uulgo diciť incidēter, hoc est præter propositū, quasi ĩ itinere occurrēs. Iuuenalis. Atq; obiter leget. Plyn. Ego plane meis adiici posse multa cōfiteor, nec his solis, sed & oībꝰ quæ edidi ut obiter caueā istos Homeromasticas. VNAQVE IAM TOTA STABAT IN VRBE DOMVS. Inuidiosa oratio est quasi uelit significare ea ratione incēsam urbē a Nerone, ut unam domum ædificaret. Allusitq; ad distichō illud de ea factū. Roma domus fiet Veios migrate quirites. Si nō & Veios occupat ista domus. Plynius quoq; de ea sic scribit. Vidimus urbem nostram claudi duabus domibus Caii & Neronis principū. Tradūt hanc a palatio ad Esquilias usq; ꝓtensam fuisse, in uestibulo eius colossus erat erectus. Tāta erat latitudo eius, ut porticus miliarias haberet, & stagnū maris instar circūseptū ædificiis ad urbis similitudinem. Rura præterea aruis uinetis, pascuis, siluis ornata cū multitudine oīs generis ferarꝝ. Reliqua pars auro picta erat, gemmisq;, & unionū cōchis distincta, cœnatiōes eburneis tabulis laqueatæ uersatilibꝰ, ut flores, & unguēta desup spargerenť. Præcipua cœnationū rotūda die noctuq; istar mundi circumagebať. balneæ marinis, & albulis aquis fluebāt. Cū eā ꝑfecisset dixit (ut Suetoniꝰ refert) se iam ꝗsi hoīem habitare cœpisse. Hāc luxuriā notat poeta in laudē Domitiani. Mos enī ueterū fuit, ĩ laudatiōe uiuentium principū defunctos iā principes dānare quo uiui admonerenť, nullum locū, nullū esse tempus quo defunctorꝝ pricipū manes, si mali fuissent, a posterorꝝ execratiōibus cōquiescerēt, sicq; a uitiis ipsi retraherenť. Merito præterea laudari uidenť uiuētes principes, si pariter mortui reprehendanť. Nā cū de malo principe posteri tacent manifestū ē timeri ꝑsentē, qđ eadē faciat. Ad hæc dānare priores principes nihil aliud est, quā hortari ꝑsentē, ut corruptos longa cōsuetudine, ac deprauatos mores, reformet & corrigat postremo (ut iquit Plynius) Nihil nō parū grate sine cōparatione laudať. DOMVS. Neronis scilicet. Domus ꝓprie diciť ædificiū ad habitandū factū, quod ex tecto atq; pariete cōstat poniť tñ. ꝓ habitaculo quocūq; unde & tēpla & auiū nidos domos appellamus. Virg. Hostia nāq; domus patuere ingentia cētū spōte sua. idem. Antiquasq; domos auiū cū stirpibus imis Eruit. Sed hoc notādū ꝙ domus duos genitiuos habet unū secūdæ declinationis domi, & alterū quartæ domꝰ. datiuū semp quartæ. accusatiuū indifferētē, uocatiuū quartæ. datiuū & ablatiuū secūdæ, sed cū utimur domi, locus significatur, in quo quis manet. cū uero utimur domꝰ, significať corpus ipm atq; ædificiū quod ex parietibus cōstat, & tecto, ut domi maneo nō domus, & partem domus domolitus sum, siue superiora domus ascēdi nō domi. Aliquādo domꝰ ꝓ familia capiť continens pro cōtēto. ut domus meæ ĩperiū habeo. domi, & in domo eiusdem plane significatiōis sunt. Quintilianus, in domo furtū factū ab eo, qui domi fuit. Quidā dicūt domi aduerbia esse, ut cū dicimus sum domi, & similiter alios casus, ut domū propero, seu domo uenio, sed nomen potius eē pronomina indicant, quæ cum hac uoce iūguntur, quæ sunt mea. tua. sua. nr̃a uestra & aliena, ut eram domi meæ. tu eras domi tuæ. Ille uiuit domi suæ. Nos sumus domi nostræ. uos eratis domi uestræ. Cicero. Qui cum ista ætate & forma alienæ domi nolo dicere.

Quod si quando hæc pronomina supprimanť tñ subintelliguntť, ut domi ero, idest meæ. domi eritis. idest uestræ. & domi eris, idest tuæ. domi erimꝰ, idest nostræ. domi erit, idest suæ. domus a græco deriuať, græci enī δωμα tectum appellant. a domo fit domesticū qđ mō significat quicquid ad domū ꝑtinet, ut domesticæ curæ. domestici labores. domestica negocia. Modo mansuetū & mite. Ply. Mite aīal, atq; domesticū. Itē domestici dicunť, qui ex eadē domo sunt, & nobiscū habitāt, hinc fit domesticatim, qđ significat per uarias domos. Itē a domo Domiciliū qđ habitationē significat lōgi tēporis. Vnde mutare domiciliū dicunť qui migrāt, ut aliam urbē habitēt, & domūcula parua domus, quæ & domuscula uocať, & domūcio. Apuleius iam deniq; nec larē reqro, nec domūcionē paro. & domo, qđ ꝓprie significat mansuefacio, & ꝗsi domesticū reddo, unde equorꝝ domitores dicunť, & domiti, atq; idomiti equi, & domitura equorꝝ, siue aliorꝝ aīaliū, ꝓ ipso actu domandi. Plyn Domitura boū intrimatu optima, & indomitæ gentes, hoc ē feroces, domitor etiā domator dicitur. Per metaphorā tamē capimꝰ pro uincere. superare, a quo domitos hostes dicimus uictos, & domitos populos in potestatē redactos. Item a domo dominus deduciť, qui domui præest. is enim ꝓprie dominus appellatur, qui domus ĩperiū habet, & cui oīs familia paret. ex quo factū est, ut dominus, & seruus relatiua sint. & domini appellatio ad oīs eos propagata fit, qui alicuius rei ꝓprietatē habēt. etiam si usus fructus alienus sit. Abusiue tamē & filii familias, & cæteri liberi, qui in ꝑtāte sunt, & usufructuarii domini dicunť. Itē dominus diciť, cui populi subsunt. Vir. Romanos rerū dn̄os, gē

téq; togatá.Hinc etiáDomn⁹dictus a poetis.Lucretius. At cũ mẽbra domn⁹ præſentit frigida ſeruis.Itẽ dubenus.Pacuui⁹.Tũ dubenus ligatos ſeruos peſſume uerberat.Hinc dñm ꝓ ṗpio. & principatu accipitur,& dominor,hoc eſt imperium gero,& dominatio imperiũ,& dominatus principatus.Itẽ dominus,qui cõuiuiũ exhibet. Varro. Aut dominũ conuiuii,aut uinũ,aut aliudqd laudato.Plautus .Dũ cœnitát alii,ego foris eſurio dominus.unde & domina,conuiua noiat̃. Lucilius.Primũ domina,atq; ſodalitia oia tollant̃.dñs etiã amans uocat̃,& domina amica.Ouidius.Hæc tibi ſub domino eſt Pyrrhe puella ſuo,Idẽ.Nã furor in dominã temeraria brachia mouit.Flet mea ueſana læſa puella manu.Itẽ domin⁹ pro marito accipit̃.Virgi. cõnubia noſtra Reppulit.& dominũ Aeneã in regna recepit.Dominos quoq; & dominas deos,& deas dicim⁹.Idẽ.Et uincti currũ dominæ ſubiere leones.Ouidi⁹,& domino ſoluere uota Ioui.Hinc&dies dominic⁹dictus,q antea dies ſolis dicebat̃,qđ deo ſacer ſit.Domitius quoq; & domitianus a domo deriuari uident̃.Itẽ a domo fit cõpoſitũ domiporta,quã græci a ferenda domo φερεοικον uocát,de qua inferius dicemus.IAM.Iam aduerbium tẽporis eſt.& idẽ pene ſignificat quod tũc.Cicero.ipſa uerba cõpone & quaſi coagmenta,qđ ne græci quidem factitauerũt,iã nẽminẽ antepones Catoni. Aliquãdo feſtinãtis ẽ.Teren.Ego iã proſpiciã mihi. Aliqñ hortãtis & ueluti morã increpãtis. Vir.iã diua ꝑcor.interdũ ponit̃ pro modo ſiue nũc. Idẽ.At puer aſcanius mediis in uallibus acri gaudet equo,iamq; hos curſu,iã ꝑterit illos. Nõnunq̃ ſignificat ꝑterea,& q̃ſi nodus eſt qdã cõiũgens ſentẽtias.idẽ iã maris imenſi ꝓlem,& genus omne natãtũ.iã uarias pelagi uolucres.& idẽ efficit coniunctũ cũ uero. Cicero.iam uero urbib⁹ cõſtitutis.Eſt quãdo geminat̃,& ſignificat mox.repẽte.ut iãiã aderit Et cũ ꝑſenti ponitur,licet ad futurũ reſoluat̃ Virg.iãiamq; manu tenet & ꝑmit haſta,q̃ſi mox tenebit & nũc uidet̃ tenere.Plerunq; figurate per indignationẽ accipit̃.Idẽ.iamiam nec maxima Iuno,nec Saturnius hæc oculis pater aſpicit æquis.Et ꝓmiſerationem.Saluſtius.iãiam aio meo cariſſime frater quãq̃ tibi imaturo,& uñ minĩe decuit uita erepta ẽ,tñ lætãdũ magis q̃ dolẽdum puto caſum tuũ.Et ꝑ exhortationẽ.Quintil.iamiã cõmilito quicũq; caſus manet,etiã ſi iperator damnaturus eſt,habes ſolatiũ,ſati⁹ eſt q̃ a patre occidi. A iã cõpoſita fiunt iandudũ,& iãdiu,& iãpridẽ de qbus ſupra diſſeruimus,& iã olim,qđ mõ ſignificat iãdudũ.Cicero iamoli a pricipio id ſtatuerã,mõ aliquãdo, Vir. At iam olim feras poſuit cũ uinea frõdes.& olimiã pro iãpridem. Quintilianus.Olimiã iperator inter fulgentes uirtutes tuas liuor locũ quærit,hoc ẽ a lõgo tẽpore.Et iãtũ,qđ ſignificat ex eo tẽpore.Plautus.iãtũ occepit uirginẽ amare. Veteres ẽt iatum pro tãtũ uſi fuere,& iam pro tã.itẽ a iã cõpoſita fiunt etiam & etiãnum,de quibus ſuperius diximus. STABAT.Erecta erat.permanebat,qđ iuidioſe dictũ eſt,ut ſignificaret cæteras domos urbis cõflagratas,ac dirutas eẽ.ſtare aliquando conſiſtere eſt.Virg.Stare loco neſcit .& Apelles interrogatus,cur fortunã ſedentẽ pinxiſſet,qm̃ inquit ſtare nõ poteſt.Stare permanere.durare ut hoc loco.Cicero facere ꝓmiſſa.ſtare cõuẽtis.reddere depoſitũ. Virg.Et bene apud memores ueteris ſtat gratia facti.Stare erectũ eẽ.Seneca. Alios ſtantes.alios genibus flexos uidiſſes,ſedentẽ,aut cubantẽ,neminẽ. Vir.Obſtupui,ſteterũtq; comæ,& uox faucibus hæſit.Stare horrere.Cecilius.Stat ager ſentibus.Vir.iam puluere cælũ ſtare uidẽt.Stare ꝓminere. Lucillius.Hic corpus ſolidũ iuuenis.hic ſtare papillis.Pectore marmoreo.Stare præſtitutũ eẽ. Virg. Stat ſua cuiq; dies.ſtare i aio eẽ.Idẽ.Stat cõferre manũ Aeneæ & alibi,ſtat caſus renouat̃ oẽs. Stare poſitũ eẽ.idẽ.ſtãt manibus aræ.idẽ.Ois in Aſcanio cari ſtat cura parẽtis.Stare conſtare in pretio eſſe.Seneca.Tanto ei ſtetit improuiſa urbanitas.Gellius.Magno ei ſtetit ea nocte abſentẽ fuiſſe.Stare qeſcere.Plau.Stabat i portu nauis. Apuleius.Dũ forte ſtarẽt in taberna ludẽtes.Stare firmũ,ẽ nõ moueri,ſed cõſtantẽ eẽ.Liuius.Reſiſtis aũt aduerſus famã rumoreſq; hominũ,ſi ſtatis firmus ſteteris.hinc ſtatio dicta locus(ut Vlpianus inquit)in quo naues tuto ſtare poſſunt.Quidã ſtationẽ a portu ita diſtingunt,ut ſtatio ſit ubi naues ad tẽpus ſtare,port⁹ubi hyemare poſſunt.Statio ẽt dicit̃ qcũq; locus,in quo frequẽter cõſiſtit̃. Vnde & locus i quo caſtrametat̃ exercitus,ſtatio uocat̃.Curtius,cognitũ id ꝑ exploratores,qui ſtationes hoſtiũ fuerant ingreſſi.Et locus ad cuſtodiã aſſignatus .Ouidius.Dent tibi cæleſtes.quos tu cæleſtibus annos,ꝓq; tua maneãt in ſtatiõe domo. Vir. Vigiles ſimul excitat illi ſuccedũt. Sternuntq; uices ſtatiõe relicta,ipſe comes Niſo gradit̃.Hinc Stationarii milites dicũt̃,qb⁹cuſtodiæ,aut ꝑſidii gratia ſtatio aſſignata ẽ. itẽ qui in urbibus aut prouinciis tenent̃ ad populoꝝ quietẽ tuẽdã & officina,in quã multi cõueniũt,ut de aliqua re decernat̃,& ius ibi dicat̃.Gelli⁹,in plæriſq; urbis ſtatiõib⁹ius publice dicẽtiũ.itẽ ſtabulũ a ſtando dicit̃,ſignificatq; ꝓprie nõ præſepe,ut uulgus putat.hoc ẽ locũ in quo eq.muli.iumẽta.aſini.boues.aliaq; huiuſmõi aĩalia domi tenent̃ paſcũturq; ſed hoĩum diuerſoriũ ſiue hoſpitiũ.Petronius.Sed nec uiã diligẽter tenebã,qa nec quo ſtabulũ eſſet ſciebã.idẽ.Cũ errarẽ inquit ꝑ totã ciuitatẽ,nec inuenirẽ quo loco ſtabulum reliquiſſem.idẽ.Ego ſum ancilla Quartillæ,cur uos ſacrã ante criptã turbatis? Ecce ipſa uenit ad ſtabulũ,petitq; ut uobiſcũ loq liceat.Hinc ſtabula dicunt̃ loca in qb⁹ armẽta gregeſq; conſi-

ſtūt ī agris & ſubdiuo,ueluti quædā ſtationes huiuſmōi aīalium.Ouidius.In ſtabula alta trahit.Vir.Mōtano flumine torrēs cū ſtabulis armēta tulit.Idē.Quattuor a ſtabulis præſtāti corpore tauros,Auertit.Idē interea cū iā ſtabulis ſaturata moueret Amphitriōiades armenta,abitūq; pararet.Ab hoc fit ſtabulo ſiue ſtabulor,qđ ē ſto,diuerto.cōmoror,& q̄ſi ſtationē habeo.Idē.Centauri in foribus ſtabulāt,Gellius.Tubero in hiſtoriis ſcriptū reliquit bello primo punico,Attiliū regulū Cōſulē in africa caſtris apud Bragadā flumē poſitis prœliū grande feciſſe aduerſus ſerpentē unū in illis locis ſtabulantē inuſitatæ magnitudinis,eūq; magna toti⁹ exercitus cōflictatione baliſtis,& catapultis diu oppugnatū,occiſūq;,eiuſq; īterfecti lōgū corium pedes centū,& uiginti Romā miſiſſe.Hinc ſtabulatio māſio in ſtabulo.& ſtabularii a ueterib⁹ dicti ſunt hoſpites.Plau.Palliū ſtabulario dedit.Apuleius.Et ne inquit in merito ſtabularios hos oēs hoſpites deteſtanť.nā iſte curioſus dū īportune irrūpit,credo ſtudio rapiēdi aliquid clamore uaſto marcidus alioqn me altiſſimo ſomno excuſſit.Idē.Sumo ſarcinulam,& pretio māſionis ſtabulario ꝑſoluto capeſſimus uiā.Pōt tamen & ipſum præſepe in hoſpitiis ſtabulū dici.Apulei⁹.Duriſſimo caſui meo ſeruiēs ad equū illū uectorē meū,ꝓbiſſimū in ſtabulū cōcedo,ubi aliū ēt Milonis quōdā hoſpitis mei aſinū ſtabulātē in ueni .Stabulantē inqt q̄ſi hoſpitantē.Nā qđ Varro inqt.Equinū pecus paſcēdū in pratis potiſſimū herba,in ſtabulis ac præſepibus arido fœno.ꝓfecto ſtabulū,ꝓ ſtatiōe q̄cūq; .ꝑſepe pro ſeptis,quæ domi fiunt.ſtabulū ēt ꝓ q̄cūq; habitatiōe,& loco ubi qs ſtare cōſueuit accipiť.Vir.Sauci⁹at q̄drupes nota intra tecta refugit.Succeſſitq; gemēs ſtabulis.Idē.Ardua tecta petit ſtabuli,& de culmine ſūmo paſtorale canit ſignū.Hinc ēt ueſtibulū,qđ nō ē prima pars domus hoc ē atriū,ut aliq̄ putant,Sed locus ante ianuā domus uacuus,per quē a uia ad ædes itur.Nā qui domos amplas antiquit⁹ faciebāt locū ante ianuā relinquebāt,qui inter fores domus,& uiā medius eēt in eo loco,q dominum eius domus ſalutatū uenerāt,priuſq̄ admitterenť,cōſiſtebāt,& neq; in uia ſtabāt neq; intra ædes erāt.Ab illa ergo cōſtitione,& q̄ſi q̄dā ſtabulatione ueſtibulū ē appellatū.Nā ue modo ītenſionē ſignificat,ut uetus.uehemēs,quoꝝ alteꝝ ab ætatis magnitudine cōpoſitū ē,alterū a mētis ui atq; īpetu dictū,mō minutionē,ueſcū Lucilli⁹appellat cū edēdi faſtidio.q̄uis Lucretius ueſcū ſalē dicat ex edēdi ītēſione qđ eſt ex ue & eſca cōpoſitū.Serui⁹.Veſtibulū nō ab intentiua ſed a priuatiua ſignificatiōe dictū exiſtimat,qđ per eū locū trāſeāt,& nemo ſtet,ut ſicut Veſanus nō ſan⁹,ita ueſtibulū nō ſtabulū dicať Alii ꝙ ianuā ueſtiat.Nōnulli qđ ueſte cōſecratū ſit ſicut limen,& ueſta ip̄a a ui ſtādo noīata ē,qđ terra ui ſua ſtet.Ouidius.Stat ui terra ſua,a ui ſtādo ueſta uocauit.Itē a ſto ſtatus diciť,qđ mō cōditionē ſignificat.Cicero.Qui ſtat⁹ rerū quæ cōditio tēporū,mō qđ Rhetores id in quo cā maxime uertiť,uñ qdā teſtē dictū uolūt,q̄ſi tuētē ſtatū,qđ cauſæ ſtatū tueať.ego potius teſtē q̄ſi anteſtē hoc eſt añ ſtātē,noīatū opinor.Idē.Status ē in quo primo īſiſtit q̄ſi ad repugnādū cōgreſſa defenſio.Statū qdā conſtitutionē uocāt.alii quæſtionē.alii qđ ex quæſtiōe appareat.Theodorus caput hoc ē,κεφαλαιον γενικωτατον ad qđ oia referanť.Græci σασιν uocāt.Quod nomen alii ab Eucrate Socratis diſcipulo repertū tradūt,alii a Zopyro clazomenio quā q̄ uideť Eſchines quoq; cōtra cteſiphontem uti hoc uerbo,cū a iudicibus petit ne Demoſthenē pmittāt uagari,ſed eū dicere de ipſo cauſæ ſtatu cogāt,quæ appellatio diciť deducta,uel ex eo qđ ibi fit primus cāæ cōgreſſus,uel qđ in hoc cā cōſiſtat.Hinc genus illud philoſophiæ ασυσατον dictū,qđ latine inſtabile uel incōſtās poſſumus dicere.Vt enim nihil ſciendū ſit,aliquid ſciri neceſſe ē.nā ſi oino nihil ſcias,id ipſū ſciri nihil poſſe tolleť.Ita qui hæc ueluti ſententiæ loco,ꝓnūciat.nihil ſciri tanq̄ ꝑceptū,ꝓfiteť & cognitum.ergo aliqd ſciri pōt.In aſyſtati generis exēplū,& illud afferri ſolet.ſōniaſſe quēdā ne ſomniis crederet.ſi enim crediderit tamen ſequeť,ut nō ſit credēdū.Si autē nō crediderit tñ ſequeť ut credēdū ſit.Proprie aūt σασισ a nobis diciť,& qđ ab eo cōponiť κατασασισ.Vnde cataſtā quoq; noſtri appellant machinā ligneā,qua ſerui uincti teneñť.Perſius Cappadocas rigida pingues plauſiſſe cataſta.Tibullus.Parua loquor regnū ille tenet,quē ſæpe coegit Barbara luxatos ferre cataſta pedes.Marti.Non de plebe damus nec auaræ uerna cataſtæ.Plyn.Tandem in cataſta uidere Chriſogonū Syllæ.hāc,& lōgā,& magnā.cōpedē uocant.Iuue.Squallidus in magna faſtidit cōpede foſſor.Apuleius Et longæ compedis diuturno ſqualore fœdati caldariū quærūt.itē a ſto ſtatua qđ ſtet hoc eſt,ꝓmineat.ꝓprie enim ſtatua ab imagine hoc differt,qđ ſtatua ē quæ nō mō ſupficiē,ſed ſolidū corpus,atq; ꝑfectū reddit.imago uero quæ ſupficiē tātū refert eius rei cuius ē imago.Vñ pictores imagines faciūt coloꝝ diuerſitate,& lineamētis qbuſdā ſimilitudinē reddentes.Statuas uero ii qui dicunť ſtatuarii effigies rerū ligneis uel marmorib⁹uel ebore uel metallis exprimētes,quoꝝ ars ſtatuaria uocať.Solebāt āt ſtatuæ hominū exprimi,qū ob aliquā illuſtrē cauſam perpetuitatē mereri uidebanť,& primo ſacroꝝ certaminū uictoria maxieq; olympiæ,ubi oīum,qui uiciſſent,ſtatuas dicari mos erat.eorū uero,qui ter ibi ſupauiſſent,ex mēbris ipſorum ſimilitudine expreſſa,quas econas uocabant,primū oīum Athenienſes Armodio,& Ariſtogitoni Tyrānicidis publice ſtatuas poſuerūt.Exce

pta inde res ẽ a toto orbe terraꝝ, ut memoria hoĩum prorogaret̃, quoꝝ noĩa basibus inscribi solebãt. Togata effigie apud Romanos statuæ dicebant̃. Græci nudas hastã tenẽtes faciebãt ab Epheboꝝ gymnicis exẽplarib⁹, q̃s uocãt Achilleas. Erantq; & eq̃stres & pedestres statuæ. .L. Acciũ poetã tradũt in camœnaꝝ æde maxima forma statuã sibi posuisse, cũ ipẽ admodum paru⁹ eẽt. Transierũt deinde & ad deos statuæ, & ad bruta ẽt aĩalia. Imago tamen aliquãdo ponitur ꝓ quacũq; similitudine. Vir. O mihi sola mei sup Astianactis imago. Idẽ. Atq; ipsius umbra Creusæ uisa mihi ante oculos, & nota maior imago. Vnde aliquãdo etiã ꝓ uagina accipitur, qđ uelut imago sit eius rei, quã claudit. Idẽ. Curuã seruãs sub imagine falcem. Ab imago fit imaginor uerbũ, quod ꝓprie ẽ alicuius rei similitudinẽ mente cõprehẽdo, a quo imaginariũ dicim⁹, quod re nõ ẽ, sed tantũ cogitatiõe cõprehẽdit̃, & imaginatio actus ipse. Item a sto statuo, qđ ẽ decerno, significatq; (ut Vlpian⁹ ĩquit) rẽ pfectam, & consumatã, & ideo hæc uerba quod statuerit, qui iurisdictioni præest, cũ effectu accipimus, nõ uerbo tenus. Nam si cũ uellet statuere prohibitus sit, neq; effectũ decretũ habuerit, cessat edictũ. Ab hoc cõposita fiunt destituo, qđ mõ significat dissoluo. Neuius. Multo nauẽ iubet destitui anchoris, mõ derelinquo, desero. Plau. Sola in littore destituta. interdũ statuo. Cecilius. Destituit oẽs seruos ad mensam ante se. Prostituo meretricãdã præbeo, unde prostibulũ appellat̃ locus, in quo stabulant, ac se prostituũt meretrices. Quãuis aliq ꝓstibulũ dictũ uelint, qđ meretricum stationes añ stabula hoc ẽ hospitia eẽ solebãt pp concursum aduenaꝝ. pp qđ & meretrices ipsæ Prostibulæ uocantur. & hoc inter se differũt, qđ meretrix ꝓprie est, quæ honestius quæstũ capit copiã sui secretius faciens noctu tantũ. Prostibula uero quæ ante stabulũ stat, quæstus diurni ac nocturni gratia. Plau. Intro ad bonã meretricẽ. Astare in uia solam ꝓstibulæ est. Præstituo, præscribo. p̃destino. Ouidius. Dii summũ p̃stituere diem. Instituo quod aliquãdo significat ĩcipio. Ply. Priusq̃ id opus instituerẽ. Aliquãdo instruo. doceo. Seneca, sunt enim nõ mõ litteris, sed etiã bonis morib⁹ ĩstituẽdi adolescẽtes. Nõñq̃ statuo. decerno. Apulei⁹ scilicet Solon aut Lycurgus instituit, hinc instituta & institutiones dictæ, ĩstituta aliqñ principia dicunt̃. Ply. Hæc sunt rerũ principia & instituta naturæ. Aliquãdo mores boni, cõsilio & ratione sumpti. Quintilia. Nã is quãq̃ nutricibus triẽniũ dederit, tamen iam tũ formari optimis institutis mentẽ infantiũ iudicat. cur aũt ad litteras nõ pertineat ætas, quæ ad mores iam pertinet. Interdum decreta legũ, atq; sanctiones. Vnde diuus Iustinianus opus suũ instituta inscripsit. institutiones uero sunt præcepta, quibus instituunt̃ homines, atq; docent̃, a quo Quintilianus opus suũ inscripsit de institutiõe oratoria. institutio aũt actũ ipsum hoc ẽ instructionem significat. Substituo subrogo. Liuius, in cuius locũ substitut⁹ centurio ẽ. Restituo modo reddo. Terenti⁹. Gnatũ ei restituit, mõ in pristinũ statũ reduco. Iustinus, hunc regno a patre priuatum filius restituerat. Hinc restitutio ipsa repositio dicit̃. Caius iuriscõsultus restituere inquit plus ẽ q̃ exhibere. Nã exhibere est præsentiã corporis p̃bere. Restituere uero ẽ etiã possessorem facere fructusq; reddere. Ab hoc restibilis ager dicit̃, qui quotãnis restituit̃ de quo ĩferius dicemus. Cõstituo qđ aliquãdo est dispono. Vir. Qui teneãt nam inculta uidet homines ne feræ ne, quærere cõstituit. Aliquãdo moderor. guberno. Cicero. ineuntis enim ætatis inscitia, senũ cõstituenda & regẽda prudentia est, interdũ instituo. decerno, a quo cõstitutiones decreta, atq; ĩstituta dicuntur. Nõnunq̃ etiã cõstituo pro paro accipit̃. Idem. Tametsi erat ignarus quantum sibi ac liberis suis iam tum mali cõstitueretur. Item a sto sisto deriuat̃. Quod est stare facio. Vnde sistere gradũ. sistere fugam. sistere lachrymas. quasi retinere dicimus, atq; comprimere. huius supinum est statũ, a quo stator dicit̃ qui aliquẽ sistit, ob idq; Iuppiter stator est uocatus, quod Romulũ p̃cantem ut fugã suoꝝ sisteret, audiuit. Sisto etiam aliquando pro repræsento capimus, & quasi p̃sentiam corporis exhibeo. dictũ ab eo ꝙ nõ tãtum cõparere quis debet, sed etiã manere, unde de iudicio sisti hoc est de sistendo aliquẽ in iudicio dicim⁹. Cicero. Des operam id quod mihi affirmasti, ut te ante calendas ianuarias ubicũq; erimus sistas. Idem. Vas factus ẽ alter eius sistendi, ut si ille nõ reuertisset moriendũ esset sibi. Vir. Et patrio te limine sistam. Hinc stator dictus nũcius, seu tabellarius cõsulis, aut alterius ius dicẽtis. Et status, siue statutus dies iudicii gratia constitutus, & stata sacrificia quæ cõstitutis, ac certis diebus fiebant. Cato. Sacra stata. solẽnia sancta seruasti. Vir. Annua, quæ differre nefas. Cato ita scripsit. Quod si uadimonium capite obuoluto stitisses. quẽ locũ quidam deprauarunt ꝓ stitisses scribẽtes stetisses. Ennius, modicã & modestã formam mulieris statã uocauit. Bias cũ rogatus esset a quodã deberet ne uxorẽ ducere, an uitã uiuere cœlibẽ ητοι ĩquit καλην ἑξεισ η αισχραν. καὶ ει καλην, ἑξεισ κοινην. ει δὲ αισχραν, ἑξεις ποινην. εκατερον, δὲ ουκ αγαθον. ου ληπτεον αρα. Aut pulchram ĩquit duces, aut deformẽ. Si pulchram, habebis cõmunem, si turpem habebis dolorẽ. Neutrũ autẽ bonũ. non est igitur ducẽda uxor. Omisit Bias tertiũ genus inter duo ista, quæ disiungunt̃, quippe inter pulcherrimã fœminã & deformissimã, media quædam formã ẽ, quæ a nimiæ pulchritudinis periculo, & a summo deformitatis odio uacat. Ennius igitur eas fœminas incolumi pu

dicitia esse scribit, quæ stata forma forent. Veꝝ hoc non a sisto deducitur, sed a sto cum ꝓ quiesco accipit. Sed Cato eleganter stitisses scripsit quoniā sisteret uadimoniū, nō staretur. A sisto cōposita fiunt assisto, quod significat asto alicui, opis & præsidii gratia, ut medicꝰ assistit ægroto. Circūsisto, qđ mō circūdo est, Cæsar & mercatores in oppidis uulgus circūsistit, qbusq; ex regionibus ueniāt, quasq; ibi res cognouerint, ꝓnunciare cogit. Aliquādo pro īuado, & irruo capit & q̄si cū terrore aggredior. Vir. At fessi tandē ciues infanda furētē Armati circūsistunt. Nōnunq̄ accipit pro faueo & cōsolor. Cæsar. Si qs grauiori uulnere accepto deciderat, circūsistebāt. Obsisto. obsto. cōtrasto. Persisto. duro, ꝑseuero. Apul. Cū me rogasset an iꝑposito psistere. Absisto desino, Claudianus, absiste rogari. Desisto eiusdē significationis. Plyn. iā id desistit quærere. Desistere etiā (ut inqt Vlpianus) est a negocio abstinere, qđ calūniādi aīo instituerat. inde destitisse is uidet, nō qui distulit, sed qui liti renūciauit in totū. Plane si quis cognita rei ueritate negociū suū deseruerit nolens in litē improbā perseuerare, quā calūniæ cā nō instituerat, is destitisse nō uidet. Existo. emineo. ꝓdo. exurgo. Cicero. Submersus equus uoraginibꝰ nō existit. Idē. Existit hoc loco quæstio subdifficilis. Existo etiā pro sum usurpatū aliqñ inuenit. Præsisto. antesisto. insisto, urgeo. Ply. Frequensq;, ut id agerē insistebat. Subsisto. substo. sistor. Apuleius. Ad hæc ille stupore quodā affectus subsistit. Resisto. repugno. aduersor. Cicero. Cū resistere eiꝰ īprobitati nō possem. Cōsisto mō sto. firmor. Virgilius. Hic primū paribus nitens Cyllenius alis constitit. a quo Consistoriū nouū qdē, sed elegans uocabulū pro loco, in quo patres cū pontifice maximo cōsultādi gratia cōsistūt. Itē pro ipsa cōsistentiū multitudine, ueteres cōstitutū hominū dixere, mō erigor. Idē. Constitit ī digitos. itē a sto deducitur manifestū, hoc ē clarū. aptū. q̄si ad manus foris stās. a quo manifesto uerbū, & passiuū eius manifestor. & manifeste aduerbiū, hoc ē clare apte. & manifestarius, q uulgo notarius dicit. Plau. Capio fustē. obtrūco gallū furē manifestariū. Itē a sto stagnū deducit, q̄ ē aq̄ stās. a quo fit stagno uerbū. hoc ē stagnū facio, & aquā cōtineo. Notādū tamē qđ & stagnare aquā dicimus, cū nō effluit, neq; sorbet. Ply. Vbi marini fluctus effusi stagnare solēt & stagnare terrā q̄ nō absorbet sed cōtinet aquā. Idē. Agris humidis atq; stagnātibus. Virg. Stagnū ꝓ parte maris ꝓfundissima posuit qđ ea minime moueat semperq; stet, hoc est quiescat. Emissāq; hyemē sensit Neptūnus & imis stagna refusa uadis. stannum quoq; metallū a stando dictū uideri pōt qđ in fornacibus primū fluat. ac per se stet. Est aūt stānū plūbū albū. Duo sunt qppe plūbi genera nigꝝ. & cādidū. quod græci cassiteꝝ appellāt. Homerus. χαλκον δεν πυρι βαλλεν ατειρεα κασσιτεροντε. Ex albo plūbo nō fit argentū cū fiat ex nigro. Iūgi inter se plūbū nigrū sine albo nō pōt, nec hoc ei sine oleo, ac ne albū quidē secū sine nigro. Plūbi nigri duplex origo est, aut enim sua spōte nascitur uena, nec qcq̄ aliud ex se parit, aut nascitur cum argēto, mixtisq; uenis cōflatur. Primus liquor, q̄ in fornacibus fluit, albū plūbū est, & stānū uocat. Secūdus argētū, qđ remāsit. galona dicit. plūbi, & argēti uena cōmunis, quæ & molibdena uocat. & latine dicitur plūbago. Hæc rursus cōflata dat nigrū plūbū, stānū illitū æreis uasis saporē gratiorē facit, & tollit eruginis uirus, mirūq; qđ pondus nō auget. Specula olim ex eo laudatissima brūdusii fiebāt. Postea uti argenteis cœperunt. Si albi plūbi, nigriq; singulæ libræ misceant, fit stānum, qđ argentariū uocant. & tertiariū nominant, ī quo duæ nigri portiones sunt & tertia albi. India neq; æs, neq; plūbum habet, gēmisq; suis, ac margaritis hæc ꝑmutat. Aqua nō liquescūt uasa e plūbo. Sed si in eadē aqua calculus, aut æreus quadrans addat, uasa uruntur. Plumbi laminis lumborū, & renū parti adalligatis ob frigidiorem naturā impetus ueneris cohibetur. Caluus orator uisa inquiete uenerea sponte naturæ erumpentia usq; ī morbi genus, his laminis tradit repressisse, & uires corporis studiorum labore custodisse. Nero lamina plumbi pectori imposita uocē alebat. Fit e plūbo spōdium, sicut ex ære, quod deraditur ex parietibus fornacū mixtis scintillis, aliquādo etiam carbonibus. Scoria tam in plumbo, q̄ in argēto. ære. & cæteris metallis dicitur quicqd subsidet, & quasi fex est metalloꝝ, sicut spuma, quæ ex feruescēte materia tollitur. Itē e plūbo fit psimmythiū, quod nos cerusam nominamus, uel per se ī plūbariis officinis, uel ramentis plūbi tenuissimis, super uas aceti asperrimi īpositis, atq; ita distillantibus, quod ex eo in acetum cecidit, arefactū mollitur, & cribratur, iterūq; aceto mixto diuiditur in pastillos, & æstate in sole siccatur. Potus eius lætalis est, sicut spuma argēti. ad cādorē tñ fœminarū adhibet. quæ ex eo dicunt cerusatæ. Cerusa ipsa si coquat, ruffescit. A stāno stanneū dicit, quicqd ex stāno ē, unde stānea uasa sicut plūbea & argētea dicimꝰ. Itē plūbeū nigrū appellamus. Martia. Plūbea selibra. Plautus. Plumbeum hominē liuidū uocat. A plūbo plūbatio deducitur, hoc ē ferruminatio. & plūbare. ferruminare ē. Ply. Neq; argētū ex stāno plūbat, quoniā prius liquescit argētū. Et plūbata genus teli, hoc est plūbatæ pilæ, quas ueteres peregrino uocabulo manobarbulos uocabāt a quo & milites ipsi, q his utebātur, quinos manobarbulos insertos singulis scutis gestantes manobarbuli sunt uocati. hos postea Diuus Maximianus, quod se fortiter, strenueq; in illyrio gessissent Iouinianos. & Herculanos appellari uo

luit.Legionéq; eorum cæteris legionibus prætulit. A plumbo etiam plumbago dicitur,de q̃ diximus,quéadmodum græci ἀπὸ τȣ μολιβδȣ,quod plumbum est,uocant molibdenā.& plumbatura,quod mō ferruminatiōem significat,mō quácūq; cōiūcturā plumbo factā.græce μολιβδωσισ,appellatur.& plumbarius,qui opera facit ex plumbo,& μολιβδȣργοσ nomiminatur.p metaphorā quoq; plumbeū ĩgenium dicitur obtusum,& quod penetrare cogitādo nō pōt.Itē a sto statura dicit᷑,quæ proprie corporis quātitatē significat. Suetonius, statura fuit eminenti.colore pallido.Idē de Nerone,statura fuit ꝓpe iusta.corpore maculoso. & fœtido .Idē de Otone.Fuisse enim & modicæ staturæ.& male pedatus,caluusq; tradit᷑.Itē Statilinus & statanus dii p̄sides,q̃si nobis astantes.hoꝝ noĩa habebāt scripta pontifices.sicuti fabolini dei,cui sacrificare solebāt,cū primo fari ĩcipiebāt infantes.Itē a sto indusiū dictū q̃si intustiū q̃si intus stet.genus est uestis,de quo inferius dicemus.Itē statim aduerbiū,qđ proprie significat pseueranter,& cōtinue,q̃si insistēdo.Terentius.Bina talēta capiebā statim.Plau. Nec recedit loco,quin statim remigret.unde,p mox usurpat᷑,qđ ea,quæ mox fiunt cōtinenter fieri uideantur.Per me,aut te,aut illū,aut aliqd aliud stare dicit᷑,cū nos aut aliquid aliud cā sumus ne quid fiat.Ply.Oĩa iā parata erant,nisi per eū stetisset.Quintil.Non per me stetit,sed per illa.A sto cōposita fiūt asto,quod uerbū significat sto. Vir.Arrectisq; auribus astant.interdū,sum,cū de rebus loquimur,quæ cadere nō possunt,ut cū dicimus terrā astare. Veteres astassent,p statuerent scripsere.Ab asto hasta dicta,ideoq; cū aspiratiōe scribitur,ut a prima psona imperatiui huius uerbi differat.Hæc apud ueteres subiici solebat rebus,quas publice uenundabant.iō astare id signū dicebat᷑ .erat & belli signū,quéadmodum inferius dicemus.Ab hac hastati milites uocant᷑.& astula diminutiuū.Antesto,excello.Gellius,qui & uiribus & magnitudine,& adolescētia,simulq; uirtute cæteris antestabat.Ab hoc fit antistes,qui in aliqua re excellit.Vt si dicamus.Seruius sulpitius ciuilis,ac pontificii iuris antistes.Circūsto,circūdo.Virg.Circunstāt animæ dextra,leuaq; frequētes.a quo circunstantiæ dictæ,quæ in unaquaq; cōtrouersia quæri solent,& quasi quæstioné circunstāt,de quibus inferius dicemus.Contrasto aduersor. Neuius contrastat semp,nec me sinit loquier.Intersto,inter aliquid sto.intercedo.a quo ĩterstitiū,p distātia & interuallo.itē pro interstātia,unde interstitiū lunæ dicit᷑ ĩterluniū.Apuleı⁹, difficultas itineris,& gloriosi syderis interstitiū.Higinius.Quod ab eo sydere paruo interstitio differt.Obsto.aduersor.impedio.unde obstaculū impedimentū.Item contra sto.Curti⁹, obstāt oppido gemini colles.Hinc obstetrix mulier,quæ parturientiū curā habet,quod cōtra parienté stet.Et obstino uerbū,quod significat obfirmo.unde obstĩatis animis hoc est obfirmatis.& obstinatio hoc ē firmitas animorū.& obstinate aduerbiū firme.Obstitū ueteres mō pro uiolatū,mō pro obliquū usurparūt.Persto,permaneo.pseuero.Gellius.Hoc mō pdius,p noxq; perstabat.Exsto emineo.supersum.Vir.Stāt circūfusa pruinis corpora magna boū,cōfertoq; agmine cerui torpēt mole noua,& sūmis uix cornib⁹ extāt.Hinc extare libros.extare opera dicimus,quæ nō perierūt.Cicero.quæ(Vt scis)extat oratio.Nā ut de homĩe,qui adhuc uiuit,dicimus supest,quasi nō est sub terra humatus.ita de rebus,extant quasi extra stāt,& nō intra, atq; in tenebris latēt.Ab hoc exta dicta sūt,quæ ex uiscerib⁹ sacrificant᷑ diis,& ex quibus haruspices futura prænoscūt.dicta,quod ad hunc usum præsecent᷑,quæ maxĩe extāt,eminētq; ꝓpter quod cor olim non solebat inter exta numerari.postea pinguitudo illa,quæ in summo corde ē,læta exta fecit.Ab extis inspiciēdis extispices dicti sunt haruspices,& extispiciū haruspiciū.Prosto mō āte sto,mō prostituo,de quo supra diximus,mō subdor scortādi gr̃a.Quin. Iubet prostare gladio cinctū.Præsto interdū facio.Cicero.Emptoré indēnem præstare oportet.Interdū beneficiū do.Ply.Plura hic mihi præstitit q̃ parentes.Nonnunq̃ exhibeo.Cicero. Tu talē te præstare debes,ut dignus nostra cōmendatione fuisse uideare.Aliquādo antecello Salustius .Oĩs hoĩes,qui sese student præstare cæteris animātibus.Præstat etiam pro meli⁹,atque utilius ē frequētissime usurpat᷑.Virg.Præstat trinacrii metas lustrare pachini.Hinc quidā præneste dictū uolūt oppidū italiæ urbi uicinū,quod locus in quo cōditū ē,mōtibus præstet Hoc oppidū a Cæcubo Vulcani filio cōditū fuit,ut sensisse uidet᷑ Virgilı⁹.Nec prænestinæ fūdator defuit urbis,Vulcano genitū pecora inter agrestia regē,inuētūq; focis oĩs quē credidit ætas cæcul⁹.Alii hoc oppidū a præneste latini filio,& Vlyssis nepote cōditū malūt.Diciturq; hoc præneste,& hæc prænestis,unde deducit᷑ prænestinus.Itē iurisconsulti atq; oratores præstare accipiūt,p polliceri,ne qd alicui fiat incōmodi,aut si fiat satisfacere.qđ uulgo dicit᷑ cautionem dare.a quo præs prædis dictus,qui populo se obligat,& interrogatus,an præs sit a magistratu,respōdet præs,hoc ē qui,pmittit se siquid incōmodi fiat,plene satisfacturū. Cicero. Cū id qđ ab hoĩe nō potuerit præstari euenerit.Præsto ēt aduerbiū ē,nec fere cū alio uerbo iungitur,q̃ cū sum.& apud poetas cū adsum.Proprie aūt præsto sum idē qđ p̄sens sum.Cice.Quib⁹ quidē omissis tu etiā Brute præsto fuisti.Per metaphorā tamē aliqñ capit᷑,p uiuo.Faueo. defēdo.Idē ius ciuile didicit.multū uigilauit.laborauit.præsto multis fuit.Aliquādo,p aduenio.

Idē.Hirundines æstiuo tēpore præsto sunt,hyeme pulsæ,recedūt.idem.Stator tuus cum litteris mihi præsto fuit.Eādē plane significationē habet adsum,de quo paulopost dicem⁹.A præsto fit præstans,hoc ē excellens.Vir.Sūt mihi bis septē præstanti corpore nymphæ.idē.O præstans animi iuuenis.A quo præstantia hoc ē excellētia,& præstes antistes.Sic enim antiq̄ præstites,ut nūc antistites.Præstanter quoq; ꝓ excellenter inuenit̄.& præstabilis,hoc est prestans. Aliqn̄ prestabile dicit̄,quod p̄stari pōt,& p̄stolor uerbū.p̄stolari enim is dicitur,qui ante stando ibi moram trahit,quo uult uenturum excipere.Donatus uero præstolari inquit est præsto esse,& parere,hoc ē obsequi.Teren.Quem præstolare hic parmeno? Additq; noue dixisse Terentium quem pro cui.Verum superior opinio magis mihi placet.Reperiturq; frequēter præstolor cum accusatiuo iunctū.Plautus.Dū eū domi præstolor,adolescens aduenit. Apuleius. Equidē magno gaudio eū præstolabar,cum hic rumor increbruit.Itē a sto fit cōpositum isto quod est īsisto.urgeo.Plautus.poscit.instat.urget.hominem nō sinit quiescere,unde instans momētum tēporis dicimus quod iminet.& instanter,sedulo.& instantia,sedulitas.& īstar,qđ significat ad similitudinē status,aut conditionis,aut ad æquiparationē.Vir.instar mōtis equū diuina palladis arte Aedificant.a quo fit uerbū instauro,quod ꝓprie est renouo,& quasi instar alterius facio.unde instauraticus dies dictus,qui additus est circēsibus ad ꝓpitiādū Iouē iratū & restauratio,reditegratio uel renouatio.Quidā ex recētiorib⁹,ut Solinus,Apuleius,Aurelius,ad instar dixere.Solinus mesopotamiā opimet ānuæ īundationis excessibus ad instar amnis ægyptii terris sup̄fusus inuecta soli fœcūditate.Primus aūt Serenus Lyricus ad instar scripsisse memorat̄,item ab insto īstitor ex eo(ut Vlpianus inquit)qđ negocio gerēdo instet.Institor enī dicit̄ cuicūq; negociationi p̄positus.unde nō multū facit tabernæ sit p̄positus,an cuilibet alii negocio,cū interdū etiā ad hoīes honestos afferāt merces,& ibi uendāt.Nec mutat cām actionis locus emendi uendēdiue,quibus uestiarii,uel lintearii,hoc est uestiū,linteorūq; uēditores dāt uestē circūferēdā,ac distrahēdā,quos uulgo circuitores appellamus,ēt institores uocat.Itē muliones.Itē si tabernarius seruū suū peregre mitteret ad merces cōparandas,sibiq; mittēdas loco institoris esse putat̄.Ouidius.Institor ad dominā ueniet discinctus emacē Iuuenalis institor hibernæ tegetis,niueiq; cadurci.Ab institor institoria actio dicit̄,qua dn̄s institorem,cōuenit,uel pro institore cōuenit̄.& enī siqs aliquē ædificio p̄posuerit,uel frumento coemēdo,uel pecuniis fœnerandis,uel agris colēdis,uel mercaturis,redēpturisq; faciēdis ī solidū teneri,Labeo scribit.Itē siqs in mēsa seruū præpositū habuit noīe ei⁹ tenet̄.Si libitinari⁹ Polinctorē habuerit,isq; mortuū spoliauerit,dādā in eū institoriā actionē,q̄uis & furti & iniuriarū actio cōpeteret.Plau.Ancillā quoq; ꝓ dn̄a negociātē institricē uocat. Vergiliarū quoq; sydus īstitor uestis dicit̄,quod mēse nouēbri,cū earū occasus ē,ex hoc sydere cōiecturam hyemis faciūt.nā si nubilus fuerit Vergiliarū occasus,pluuiosam hyemē denūciat.iōq; negociatores statim augēt lacernarū pretia,quo genere uestiū pluuio tp̄e utimur.Si uero sereno tp̄e ociderint asperitas hyemis denūciat̄.iccirco reliquarū uestiū p̄tia accēdūt.Sic institor uestis uidet̄ hoc sydus esse,qđ,ut pluris minorisue uendat̄ uestis efficiat.Vergiliæ aūt uocant̄,qđ uere exoriant̄.est enī circa æquinoctiū earū ortus matutin⁹.hæ a græcis pliades uocant̄ a pluralitate. πλειονες enī græca lingua plures dicunt̄.Plures autē simul apparere manifestū ē. Pherecides tradit septē sorores fuisse Lycurgi filias ex naxo insula,& quia liberū educauerūt,a Ioue inter sydera fuisse relatas.Harū noīa putant̄.electra.alcione.celeno,merope.asterope. taigete. Maia.quarū septima(ut ait Aratus)uix cerni pōt,ꝓpterea quidā existimāt eā timore Orionis fugisse.Alii solē hāc persecutū existimāt,uocatāq; electrā.Sunt qui pudore occultasse se dixerint,ꝙ cū aliæ diis nupsissent,sola electra nupserit mortali.Alii quod electra nō tuletit spectar̄ ruinas Troiæ,manūq; ante oculos opposuerit.Ouidius,pliades īcipiūt humeros releuare paternos.Quæ septē dici sex tamē esse solēt.Seu quod in amplexū sex hinc uenere deorū. Nam sterope marti cōcubuisse ferūt.Neptūno alcionē,& te formosa celeno Maia,& electram taigetēq; Ioui.Septima mortali merope tibi Sisyphe nupsit,pœnitet & facti sola pudore latet.Siue quod Electra troiæ spectare ruinas,nō tulit,āte oculos opposuitq; manū.Alii has Atlantis filias esse dixere,ex plione nympha genitas.unde sint pliades appellatæ.Itē a sto fit substo,hoc ē subsisto.A quo substātia,quæ ꝓprie est quæ p se stat nullis adminiculis fulta.uel quæ accidenti seu qualitate substat,atq; subsistit,& quasi illi subiaceat,siue quia illā cōtineat.Aliquando tn̄ substātia ponit̄ ꝓ materia,& quasi essentia,& soliditate,ac neruis cuiusq; rei.Ply. Substātia oīs orationis fuit cohortatio eius ad pacē.Cicero.In his aūt causis,ubi aliq̄d recte factū defendit̄ cū ē facti substātia ratio.Quin.prima apud rhetorē elemēta,& quæ de ip̄a rhetoricæ substātia quærunt̄ tractabim⁹.Idē illa aūt de qua loq̄mur rhetorice,talis est,qualis eloquētia.Nā ip̄am uolum⁹ significare substātiā.Grāmatici quoq; hāc duplicē significationē distinguere uident̄ cū aiūt nominū quædā eē substantiua,quædā adiectiua.Rursus nomē ipsum definiūt qđ significat substātiā,uel q̄litatē ꝓpriā,uel cōem cū casu.Atq; hoc nomē q̄litas,& īfinita hmōi nō

ſignificãt ſubſtãtiã,& tñ ſubſtantiua ſunt. Ab hac fit ſubſtantiale nomẽ,& ſubſtãtialiter aduerbiũ. Subſtantia etiã ꝓ facultatibus ponit̃. Quinti. Vt plus ſubſtãtiæ filio relinquerẽ & in ſacris litteris de filio legimus. Qui cõſumpſit oẽm ſubſtãtiã, Græci hác nõ υποςασιν, modo ουσιαν uocant. Vtrũq; eni latini interpretant̃ ſubſtãtiã, q̃uis ſint qui υποςασιν ſubſtantiam, ουσιαν eſſentiã uocẽt. Hæc uocabula raro in uſu apud ueteres fuerũt. nũc paſſim omnes uſurpãt, quod in plæriſq; aliis cõtingit. Cicero. Beatitas & beatitudo dura eſſe iudicauit, tamẽ ea putauit uſu fieri poſſe molliora,& beatitas magis latinũ eſſe ſenſit, q̃ beatitudo, tamẽ beatitas repudiata ẽ. Beatitudo recepta in uſum. Reatũ primus meſſalla dixit. munerariũ Auguſtus. piraticã, ut muſicã,& fabricã Quintiliani tp̃e uix qſq̃ uſurpare audebat. fauorẽ & urbanũ Cicero noua eſſe teſtat̃. In epiſtola qppe ad Brutũ. eũ inquit amorẽ,& eũ (ut hoc uerbo utar) fauorẽ in conſiliũ aduocabo. Et ad Appiũ pulchrũ. Te hominẽ nõ ſolũ ſapiẽtẽ, uerũ ẽt (ut nũc loquimur) Vrbanũ idem putat a Terentio primũ dictũ obſequiũ. Ceruicẽ ſi Varroni credimus primus hortenſius dixit. Veteres pluraliter tantũ proferebant, ex quo apparet falſum eſſe, qđ ſeruius ſcripſit, cum Ceruix numero ſingulari dicitur, collũ ſignificat. ſi plurali uero ſuperbiã oſtendimus. Sic etiã multa, quæ olim in uſu erãt nũc repudiãtur. ut expectorat, quod ita olim in uſu erãt, ut nũc exanimat, ſignificabatq; expectorare extra pectꝰ eiicere, quo tamẽ ego utẽdũ cẽſeo, quandoqdẽ uſus eſt Cicero. Accius. Incuſant ultro fortuna, opibuſq; oĩbus deſertũ. abiectũ. afflictũ.& aio expectorãt. Item Antigerio, quo ueteres pro ualde utebant̃,& morſicatim. Plau. Qui ſuis libellis morſicatim ludũt. Propter qđ præcipiũt qdã ita uerbis utẽdũ eſſe, ut nũmis, publicaq; moneta. Quod ſenſiſſe Cæſar uidet̃, qui ſcripſit, tãq̃ ſcopulũ uitandũ eſſe inauditũ atq; inſolẽs uerbũ.& Hora. cũ inqt, ut ſiluæ foliis pronos mutant̃ in annos, prima cadũt, ſic uerborũ uetus interit ætas. Et iuuenũ ritu florẽt mõ nata, uigẽtq;. Multa renaſcentur quæ iã cecidere, cadentq; Quæ nũc ſunt in honore uocabula, ſi uolet uſus. Quẽ penes arbitriũ ẽ.& uis,& norma loquẽdi. Equidẽ ita iudico nouorũ optima eſſe, quæ maxime uetera ſũt.& ueterũ quæ maxĩe noua. Audendũq; tamẽ aliquid cẽſeo eruditis,& uocabula ſi nõ noua ponẽda deriuãda ſaltẽ, flectẽda. iungenda, ne ſermonis paũptate laboremus, ſed latina lingua indies locupletior fiat. Itẽ a ſto ſuperſto, qđ mõ ſignificat ſupra aliquid ſto. Gellius. Cũ ſedenti aquila ſuꝑſtaret. mõ ſuperſum. Vñ ſuꝑſtites dicunt̃ qui mortuis ſuꝑſunt. Quintilianus. Vnicus patri meo ſuꝑſtes. Idem defuncta uxore liberis tamẽ ſuꝑſtitibus oblectabar. Hinc ſuꝑſtites per metaphorã antiqui dixerunt ſanos, atq; ĩcolumes. Terentiꝰ. Deos quæſo ut ſit ſuꝑſtes. Ab hoc fit ſuꝑſtito uerbum, quo ueteres uſi fuere pro ſaluo,& incolumẽ reddo. Ennius. Regnũq; noſtrũ ut ſoſpitent ſuꝑſtitentq;. Suꝑſtitionẽ quoq; a ſuꝑſtõ deduci quidã opinant̃, quod ſuꝑſtitioſi ſit ſuꝑſtare. Atq; ĩmorari ſacrificiis. hoc eni differt religio a ſuꝑſtitione, qđ religio nihil aliud ẽ q̃ dei cultus. hic uero ſi nimius ſit, ut timeant̃ potius dii q̃ colant̃, nõ religio, ſed ſuperſtitio eſt. Nos uero a ſuꝑſtite potius ſuꝑſtitionẽ dici Cicerone auctore didicimꝰ. Non ſolũ philoſophi inqt, uerũ etiam maiores noſtri ſuꝑſtitionẽ a religione ſeparauerũt. Nã qui totos dies ꝑcabant̃ inqt,& ĩmolabant, ut ſibi ſui liberi ſuꝑſtites eſſent, ſuꝑſtitioſi fũt appellati, uel ſuꝑſtitio dicit̃ (ut Lucretiꝰ refert) qđ ſit ſuꝑſtantiũ rerũ. i. cæleſtiũ & diuinarũ, quæ ſuꝑ nos ſtant inanis & ſuperfluus timor. Aliqñ ẽt ſuꝑſtes ꝓ ꝑſenti accipit̃. Plau. Suꝑſtitẽ utrũq; monui ne iniuſſi abeãt. Itẽ. Diſto qđ eſt differo. Iuuenalis, diſtat enim quæ ſydera te excipiant. mõ primos incipiẽtẽ edere uagitꝰ. Aliquãdo abſum Ply. Quod circiter qnq; milia paſſuũ diſtat ab urbe. Hinc fit diſtãtia, qđ mõ differentiã, modo interuallũ ſignificat. Reſto quod aliquãdo eſt ſuꝑſum. Terentius. reſtat Chremes, qui mihi exorãdus eſt. Cicero. Nec cũ æqualibus ſolũ, qui pauci admodũ reſtãt, ſed cum ueſtra etiã ætate. Virgilius. Aut quid iã miſero mihi deniq; reſtat. Aliqñ, reſiſto. Cicero. Nullã quærẽtes uoluptatẽ ſtoici reſtãt. Quidã illud uirgilii. Cui me moribundã deſeris hoſpes Hoc ſolũ nomẽ qm̃ de cõiuge reſtat. ita exponũt, ut de duobꝰ noibꝰ, mariti ſcilicet & hoſpitis unũ tantũ hoſpitis, hoc eſt de cõiuge reſiſtit. hoc ẽ repugnat,& cõtrariũ ẽ, cũ fidẽ nõ ſerues, quã hoſpes hoſpiti debet. Cicero ꝑ dextrã iſtã, quã hoſpes hoſpiti porrexiſti. Ennius. Reſtat uſus. fuit ꝓ diſtat,& remotũ ẽ. Sũt qui a reſto reſtes dictas exiſtiment, qđ auræ uẽtiſq; reſiſtãt, uel quod quæcunq; ligata ſtare faciãt. Reſtes enĩ funes ſunt. unde nauticæ reſtes dicunt̃ funes nauium. Apuleius, reſtim q̃ grabatulus erat intextus aggredior expedire. Idem. Vt põderis deductu reſtis ad ingluuiẽ aſtricta ſpiritus officia diſcluderet. Cõſto quod interdũ ſignificat cõpactus, ſiue cõpoſitus ſum. Cicero. Vt hæc elemẽta ex quibus oĩa cõſtãt. interdũ ſimul ſto Saluſtiꝰ. Multitudinẽ ꝓcul hoſtiũ cõſtare uiderũt. Aliqñ ſto, ualeo. Cicero. Quod mihi cõſtat carius, q̃ ſi i foro emiſſem. Nõnunq̃ etiã cõſtare accipit̃ ꝓ cõuenire. Idẽ. Adhuc quæ dicta ſunt arbitror mihi conſtare cũ cæteris artiũ ſcriptoribus.& ꝓ manifeſtũ eſſe. idem. Hoc mihi atq; aduerſariis conſtat. Plerũq; etiã pro ſuppeditare. Iuuenalis. Quis ferat uxorẽ, cui cõſtent omnia? Item ꝓ conſiſtere,& firmum eſſe, ut cõſtat pedibus. cõſtat animo. conſtat mente. Ab hoc fit Conſtans hoc eſt firmus, ac tenax propoſiti. A quo Conſtantia animi firmitudo. Horum contraria ſunt, in

cōstans, hoc ē leuis, atq; instabilis. & incōstantia instabilitas. leuitas. Itē ab eodem cōstanter atque incōstanter aduerbia, & ꝓpria nomina cōstás. Constantius Cōstantinus & muliebre unū Cōstantia. a Constantino, Constantinopolis dicta, quæ olim byzantiū uocabať. antea lygos noīata inter ponti ac ꝓpontidis angustias liberæ conditionis, chalcedoniæ quondam opposito littore ædificata. Sunt etiam qui postulo a porro & sto deductum existiment, q̄si ualde sto quod postulare sit rē debitā ac iustā petendo instare. Curtius. Postulabat aūt magis q̄ petebat, Hinc fit expostulo quod ē cū querela apud amicos insto, & quasi officium amicitiæ ī alio desydero. Teren. Quā ipsi fecerūt ultro iniuriam, expostulant, hoc ē de iniuria conqueruntˀ. sed frequēter post se habet ablatiuū cū præpositiōe cum ut. Quid habes quod mecū expostules? idest conqueris. Hinc expostulatio pro querela accipitur. Quidā peto. postulo & posco ita distinguunt, ut petere precario sit. poscere īperio. postulare iure. Ponitˀ tñ aliqñ postulare, ꝓ uelle. Plau. Hos tibi mores esse. hanc uitam postularē. Item postulare (ut Vlpian⁹ inquit) est desiderium suū, uel amici sui in iure apud eū, qui iurisdictioni præest, exponere. uel alterius iudici contradicere. Postulatio & expostulatio differunt. nam expostulatio apud eum fit, qui fecit iniuriā. Postulatio est querela de altero apud alterū. Itē postilena a post & stando diciť. qđ stet a parte posteriori. Est enim postilena incuruum lignū, qđ sub asini aut iumenti cauda ponitur. Plau. ita te a gerunda curuū aqua faciā, ut postilena possit ex te fieri. Destino quoq; a de & sto cōpositū uideť, qđ est delibero. assigno. deputo. addico quasi stare facio. Virg. Compositā rūpit uocē, & me destinat aræ. Iuuenalis Laudo tamē uacuis quod sedē figere Cumis destinet. Hinc destinatio fit, hoc ē deliberatio. additio. deputatio. Vnde prædestinationē theologi nr̄i uocant, ꝓuidentiā dei in malā ptē. cū in bonā ptē prouidētiæ uocabulo, semp utanť. Destinať ēt aliqñ pro emere usurpať. Lucillius. Facio ab lenone tribus ut libertatē milib⁹ destinet. idē significat, & ab eodē deduciť perstino. Apuleius. Et percunctato pretio qđ centū nūmis indicaret aspernatus, uiginti denariis perstinaui. Posticū quoq; a post stando uocatū existimāt, hostium est in posteriori pte ædiū. Veteres tamē etiā uicinū habitantē ad posteriorē ptē ædium sic appellarunt. item hostiū ipsum postica fœminino genere diciť. A quo fit diminutiuū posticula. Apuleius. Per quādā breuē posticulā intro uocat me. Postica etiam pars cœli est, de qua supra diximus. itē postica linea in agris diuidendis. quæ ab oriēte ad occidentē spectat. Oīa deniq;, quæ post nos sunt, postica dicunť. sicut quæ ante nos sunt appellanť antica. itē postes qđ post hostia stent dictos arbitranť. sunt aūt ualuæ hostiorū. Vir. Belliferratos rupit saturnia postes. itē a stando & sole fit aliud cōpositū solstitiū, q̄si solis statio, de quo inferius dicemus, & a iure & stando iustitiū quasi iuris statio, qñ uel ꝓpter supplicationē populi, uel propter aliquā īminētē reipub. necessitatē ius nō diciť, sed claudiť forum. Liuius. iustitiū edicit, claudi tabernas tota urbe iubet, uetat quēq̄ priuatæ quicq̄d rei agere. IN. hæc præpositio in aliquādo significat in loco, & poniť ꝓ επι græca præpositione, tūcq; requirit ablatiuū, Cicero. Cū ꝓconsul in Asia esset. Aliquādo significat ad locū, & poniť pro εισ, requiritq; accusatiuū. Vir. Quo te Mœri pedes, an quo uia ducit, in urbē? Nōnūq̄ significat cōtra, qđ græci dicunt κατα. Idem. Quid meus Aeneas in te cōmittere tantū, quid troes potuere? Modo erga. siue pro. idē. Accipit īteucros animū, mētēq; benignā, interdū ad. idem impulit in latus. Lucanus, in puppim rediere rates. Quādoq; ītra. Plau. īduc ista in domum. Plærūq; usq; ad. Martia. in lucē semp acerra bibit, hoc est usq; ad lucē. illud notandū ꝙ in re tua est significat pro utilitate tua, sicut ab re tua contra utilitatem tuā. itē in marmore incisæ sunt litteræ dicimus. in gēma. in lapide. in ligno, nō aūt in marmor. in gēmā. in lapidē. in lignū. Ecōtrario in æs nō in ære. ita enim usos fere auctores inuenimus. Liuius. Priusq̄ urbē ingrederentur leges decēuiriales, qb⁹ duodecī tabulis ē nomen in æs incisas in publico ꝓposuerunt. itē in cōpositione in, aliquando priuatiua est, ut inductus. impurus. iniustus. impius. Modo intentiua, ut imprimo. irrūpo. impugno. irrideo. Aliquādo simplicis sui significationē seruat. & significat in loco, ut insum. impono. Aliquando ad locū, ut infero. importo. Aliqñ intra uel intro, ut induco. ingredior. Aliquādo cōtra, ut insulto. īpugno. Ab ī deducitur inde, ut īde hæc omnia mala fluxerūt. A quo deīde idest postea, & perinde quod aliqñ significat ita, quādo scilicet post se habet ac, uel acsi, uel atq;, uel atquesi, ut fac perinde ac si tua res esset, idest quasi uel ita, & aliquādo tantū, cū negatio adest. Suetoni⁹. Nulla tamē re perinde motus, quā responso mathematici. Quod si nec acsi uel atquesi uel negatio sequať significat ita, quod est multū, idem. Quare aduentus eius nō perinde gratus fuit. Et proinde quod significat ideo uel quapropter. Semper enī dependet a supiore sententia, & subinde quod aliquando pro deinde, uel statim post usurpatur. Curtius. Hinc subinde armatus in mediū prosilit. Hora, Si ratione dicet. primū gaudere subinde præceptū auriculis hoc īstillare memento. Frequentissime tamen subinde accipiť pro identidē, hoc est crebro, cū quodam interuallo. Ply. Tales tum etiā uiatores erant, quibus idipsum nomen inditū ē. subīde ex agris senatū, ducesq; accersentibus. At nunc eadē illa uincti pedes, dānatæ manus. īscripti uul-

tus exercét.Item ab in fit dein pro deinde,ſicut proin & ſubin,pro proinde & ſubinde.a quo deinceps quod aliquãdo capiť pro deinde.Proprie tamen ſignificat gradatim,quaſi per ſingula capita.Vnde ueteres deincipẽ proximũ queq; capitũ dicebãt queadmodũ principẽ primũ capitum.Cicero.Sed tamen tres fratres ſũmo loco natos,prõptos non indiſertos,quos uideo deinceps tribunos plebis per triẽniũ fore,te nolo habere iratos.Idẽ.Rhodium quẽdam morientem ſex æquales noiaſſe & dixiſſe,qui primus eorũ,qui ſecũdus,qui deinde,q deinceps moriturus eſſet.Exinde quoq;,& Exin ab eodẽ deducunť & ſignificant deinde.Sũt tñ q inde non ab in,ſed ab is pronomine deductũ exiſtiment.Item ab in fit aduerbiũ intus,qđ in loco ſignificat.Plau.Quis intus eſt? A quo induſiũ ueſtis genus,quaſi intuſiũ,de quo inferius differemus.& intro qđ ad locũ.Teren.Vos iſtæc intro auferte,& inter quod ſignificat.μεταξυ,Gellius,iter os & offam multa interuenire poſſunt.aliquando tamen pro ,ppter accipitur.Vir.Hunc inter fluuiũ tyberinus amœno.Ab hoc fiunt inter hæc,& interea,& interim aduerbia eiuſdẽ ſignificationis.Interim tamen nõnunq̃ accipitur pro aliquando.Quintilianus.Prima barbariſmi ac ſolœciſmi fœditas abſit,ſed quia interim excuſanť hæc uitia,aut conſuetudine,aut auctoritate,aut uetuſtate,aut deniq; uicinitate uirtutũ acriter ſe in illud tenue diſcrimen grãmaticus intendat.Idem.Et quod alias uitioſum eſt,interim rectũ eſt.Infinita præterea ab inter compoſita fiunt,ut internũcius.intercapedo.interuallũ.interpres & ſimilia.Item ab in deriuatur intra Lucanus,intra caſtrorũ timuit tẽtoria ductor.intra diem mortis ut aliquid fiat,ſiqs dixerit,ipſe quoq; dies(ut inquit Vlpianus)in quo quis mortuus fuerit,numerať.intra.citra.ultra.qbus uocibus certi locoꝝ fines demõſtranť ſingularibus ſyllabis apud ueteres,pferebanť,in cis.uls,qbus pticulis,quoniã exiguo ſonitu obſcurius,pmebanť,addita eſt eadẽ ſyllaba tra,diciq; cœptũ eſt infra.citra.ultra.Itaq; intra idẽ ſignificat quod in,ut intra oppidũ.intra cubiculum.ĩtra tẽtoriũ ſignificat in oppido.in cubiculo.in tẽtorio.intra calendas.intra ferias.hoc eſt in calendis.ĩ feriis.Sed cõſuetudo obtinuit,ut ĩtra ſignificet ĩterdum id qđ citra & ante.Cicero.Sed tñ quoniã effugi ei⁹ occaſionẽ,qui fortaſſe arbitrareť me hãc rẽpub.nõ putare,ſi ppetuo tacerem,modice hoc faciã,aut ẽt ĩtra modũ,ut & illi⁹ uolũtati,& meis ſtudiis ſeruiã.Modice inqt hoc ẽ cũ mõ.intra modũ.i.citra modũ,hoc eſt minus q̃ modice.Ab intra deriuať Intrinſecus aduerbiũ ſicut ab extra extrinſecus.Itẽ ab intra antiqui interos dicebãt,ſicut nũc ab extra dicim⁹ exteros.Ab illo fit interior cõparatiuũ.& intimus ſuplatiuũ,& interius atq; intime aduerbia.Ab hoc exterior.extimus.exterius.Extime.Itẽ ab intra.iternus,& interraneus,& interne.Ab extra externus & exterraneus,& externe.Illa ſignificãt,quæ intus ſunt,& ſecreta,hæc quæ foris & palam ſunt.Itẽ externi,& exterranei dicunť aduenæ,quaſi ex aliena terra,ſicut cõterranei,qui ſũt ex eadẽ terra.Ply.Vt obiicere moliar Catullũ cõterraneũ meũ.Itẽ ab intra introrſum,ab extra extrorſum,quæ ſignificãt ĩtra uerſus,uel extra uerſus.Itẽ ab intra,ĩtraneus.ab extra extraneus.Poſtremo ab intra intro intras.ab extra extro extras.Afranius,ſimul limen intrabo,illi extrabunt illico,hoc eſt exibunt.Ab his intrarii dicunť,qui intimi ſũt.Plau.Caros mihi atq; intrarios amicos,extrarii alieni.Afranius,ut me eſſe in hac re ductat abſte extrariũ.Põpeius extrariũ,ab extraneo ita diſtinguit,ut extrarius ſit,qui extra focũ,ſacramẽtũ,iuſq; eſt,extraneus ex altera terra,quaſi exterraneus.Exterraneus tamẽ ẽt is uocať,qui ante tempus natus,uel potius eiectus eſt,dictus exterraneus,qđ eũ mater exterrita eiecerit.Ab extra quoq; extremus deriuať.Significat aũt extremũ mõ initiũ alicuius rei.Plau.Ab extremo narrare ĩcipiã,hoc eſt a prĩcipio.Sic Vir.Et tu ſanguinis ultimus auctor.i.prim⁹,mõ finẽ.Idẽ.Extremũ hũc arethuſa mihi cõcede laborẽ.Idẽ.Triſtis ad extremi ſacrũ caput aſtitit amnis.Poniť ẽt aliquando pro ſæuo.peſſimo.Idẽ.Illã terra parens ira irritata deoꝝ,extremã(ut perhibent)Cœo,Enceladoq; ſororem progenuit.Extremã inquit,hoc eſt peſſimã,qđ nõ ſine rõne eſſe uideť.quãdoquidẽ medici affirmãt deteriores eſſe,qui ultimi naſcunť.Ab intra quoq; inteſtinus dicimus,qđ ſignificat intimũ a quo ĩteſtina ilia dicunť,qđ interiori corporis pte claudãtur.Itẽ inteſtinũ odiũ,uel occultum uel magnũ,hoc eſt cor & animũ pmẽs.Itẽ induſtriũ,qđ ueteres ĩduſtruũ dicebãt,qđ quicquid ageret intro ſtrueret & ſtuderet domi.Eſt enĩ ĩduſtrius,ſtudioſus.uigilans.callid⁹.A quo induſtria.ſtudiũ.uigilantia.calliditas.Itẽ induſiũ ueſtis genus.de quo inferius dicemus.A quo induſiatus diciť,qui huiuſmodi ueſtẽ indutus eſt.Præterea ab in fit infra.a quo inferus cui⁹ cõparatiuũ,inferior & ſuplatiuũ,infimus.Teren.Ego te eſſe infra oẽs infimos puto.Item aduerbia inferius,& infime.Hinc inferi dicti quibus nihil eſt inferius.Et infernus adiectiuũ,q ĩfra ẽ,ſicut ſupernus,qui ſupra.A quo inferne aduerbiũ,& infernas infernatis,ſicut ſupernas ſupernatis.Ply.& ideo Romæ infernas abies ſupnati pferť.Et infernus inferoꝝ locus.A quo infernalis,& infernales furiæ,& inferiæ ſacra mortuoꝝ,quæ inferis ſoluunť,& ĩferũ mare tyrrhenũ,ſicut ſupum Adriaticũ,qđ ex urbe Roma uerſus Adriaticũ eũtes fere ſemp aſcẽdũt,quouſq; trãſierint Apenninũ,& cõtra ad urbẽ,& mare tuſcũ uenientes deſcẽdũt.Sunt qui ĩſulã quoq; ab infra dictã putãt,ppter uittas quæ ex ea inferi⁹ pẽdẽt.Eſt aũt inſula in modũ diadematis a qua

uittæ ab utraq; pte depēdēt. VRBE. Roma ſcilicet Vrbē cū dicimus, per Antonomaſiā intelligimus Romā, nā proprie hæc urbs dicta ē, cætera hac una excepta oppida ſunt uocitata, uel ab ope, quod opis cā mœnibus cingant̃, uel ab opere, qđ opus ſunt ad uitā gerendā, uel ab opponendo ſe hoſtibus, uel ab opibus. huius enim rei gratia mœnia cōſtituta ſunt, ut homines opes ſuas eo cōferrēt, ubi nullū eſſet hoſtiū piculū. Ab oppido oppidani dicti ſunt incolæ oppidorū, & oppidatim aduerbiū, qđ ſignificat per uaria oppida. item aliud aduerbium oppido, qđ ſignificat ualde multū. Plau. Oppido interii obſecro hercle. quantus, quā ualidus eſt, ex eo originē habet hoc uerbū. ruſtici inter ſe cōfabulantes, quātū quiſq; frumēti faceret, quotiens copiā atq; abūdātiā eius ſignificare uolebāt, dicere ſoliti erāt, quātū oppido ſatis eſſet. Hinc uenit in cōſuetudinē, ut de quacūq; re loquētes, oppido pro ualde multū capiamꝰ. Aliqñ cū ꝗ iūgitur, ſicut præpoſitio per. Gellius. Oppidoꝗ libens id feci. Cæſar. Quibus rebꝰ oppidoꝗ pauci ſub pellibus acqeſcebāt. oppidū locus quoq; in circo erat, unde quadrigæ emittebant̃. Vrbs aūt ab uruo dicta eſt, quod antiqui etruſco ritu iūctis bobus tauro, & uacca īteriore aratro circūagebant ſulcū, intra quē urbē ædificarēt. hoc faciebāt religiōis gratia die auſpicato, ut urbs foſſa, muroq; munita eſſet, & locū unde terrā fodiſſent foſſam uocabāt. & introrſū factū muꝝ. Alii ab orbe & uruo appellatā urbē opinant̃, qđ ſulcus in orbē duceret̃, uruū aratri curuatura dicit̃ a quo Vrinare tractū, ſiue urinari, qđ nō eſt urinā facere, ut falſo ignaꝝ uulgus exiſtimat, ſed in aquā mergi. & natādo emergere. nam & Vruū ita flexū deorſū eſt, ut redeat ſurſum. Vrinare ergo dictū ꝗ̄ſi ad ſimilitudinem urui nare, hoc eſt natare. Plyn. Caniculaꝝ multitudo circa eas urinantes graui periculo īfeſtat. Hinc urinatores appellati teſte Calliſtrato, qui merces e mari extrahūt leuādi nauigii gratia iactatas. & urna dicta, qđ in aqua haurienda urinat, quemadmodū urinator facit, hoc eſt mergit̃ atq; emergit̃. uas quippe aquariū ē, cuius diminutiuū, urnula, a quo urnariū uocat̃ menſa quadrata, in qua urnæ cū aꝗ ponunt̃, & urceus (ut Paulus iuriſcōſultꝰ affirmat) uas, quo aqua in aenum infundit̃. cuius diminutiū eſt urceolus. Vrina uero quid ſit, & unde dicat̃ inferius dicemus. Vrbs a ciuitate ita diſtinguit̃, qđ urbs mœnia ipſa ſignificat. Vir. Vrbs antiqua fuit, tyrii tenuere coloni Carthago. ciuitas colonos, q ciues dicuntur. Apuleius, Quod oīs ciuitas approbauit. Itē ius ciuiū. Cicero. Qui ciuitate donatus eſt. Aliquādo tñ hæc cōfundunt̃, & mō cōtētū ꝓ continente ponit̃. Seneca. Cū plæraſq; ciuitates uiderimus terræmotu funditꝰ collapſas. mō cōtinēs pro cōtēto. Vir. inuadūt urbē ſōno, uinoq; ſepultā. Ciuitas a ciuibus appellata eſt, ꝗ̄ſi ciuiū multitudo. Ciues aūt dicti a coeundo, ꝙ uinculo quodā ſocietatis in unū coeāt cœtū, & ſub legibus uiuāt. Ab hoc fit ciuile, qđ ad ciues pertinet. Vnde ciuile odiū, ciuiles diſcordias. & ius ciuile dicimꝰ, & aduerbiū ciuiliter, & ciuilitas nomen ꝗ̄ſi ciuilis mos, & ciuicus ad ciues ſpectās, a quo ciuica corona, quā ciuis ciui a quo ſeruatꝰ fuiſſet in prælio teſtē uitæ, ſalutiſq; pceptæ dare ſolebat ex fronde querna. quoniā cibus uictuſque antiquiſſimus e quercu capi cōſueuerat. Itē a ciue cōciuis dictꝰ eſt, q ex eadē, qua ego, ciuitate eſt. Sicut cōterraneus, qui ex eadē, qua ego terra, uel territorio eſt. Terra enim maior eſt, ꝗ̄ urbs, oppidūq;, cuius habitatores uocant̃ ciues, poniturq; ꝓ territorio, & ꝓ regione, ſiue prouincia, ut ſupra diximus. Ab urbe ſuburbia dicūtur dūtaxat plurali numero frequētes extra urbē domus inſtar uici urbani. Vicus ꝓprie pars urbis eſt, quippe Vrbs in uicos, quaſi in minora mēbra diuidit̃. ut ſunt ſuburra carinæ, eſquiliæ. Nam regiones in urbe Roma circa uiginti fuerūt quarū hodie tredecim dūtaxat ſeruāt noīa dictæ regiones a ſimilitudine eaꝝ regionū, in quas orbis diuidit̃, de quibus ſupra diximus. Vicus appellatus, ꝙ uias circū haberet. uici & olim & nūc ſupra mille. Extra urbē ergo frequētes uillæ, ac frequētes domꝰ īſtar uici urbani ſuburbia appellant̃ Itē uici. Liuius, incēdiis deinde nō uillaꝝ mō, ſed ēt uicorū, quibꝰ frequēter habitabāt ſabini exciti. A ſuburbio fit ſuburbanū, qđ ſignificat prædiū in ſuburbiis, & ſuburbanū meum, & ſuburbana mea, ſi plura ſunt. Talia ſūt cū dicimꝰ in cumano meo. ī Thuſculano prædio tuo. in Pōpeiano agro Varronis. dicit̃ etiā Vicus paganus, ſi plures ſimul uillæ, quæ & pagi dicunt̃ hoc eſt plures ruſticanæ domus cōiūctæ ſint, & aliquo ſpatio remotæ ab urbe, dūmodo nō ſint clauſæ mœnibꝰ. Nā ſi mœnibus clauſæ fuerīt caſtella uocant̃ a Caſtro, qđ ſignificat locū muris munitū, & caſtello maius ē, minus oppido, ꝗ̄uis caſtellū aquæ cōceptaculū dicit̃, qđ locis opportunis fit, ut ſi aquæ exhauſtæ ſolis ardoribꝰ fuerīt, aut uenas ſitiēs terra cōſumpſerit nihilominus de receptaculis, hoc eſt caſtellis aqua miniſtret̃. Frōtinus. Oē plūbū, & oēs īpēſæ ad aquæ ductus, & caſtella, & lacus ptinentes inde erogant̃. caſtrū a caſa deducit̃, qđ ſit coniunctio quædā caſarū. Nā in plurali caſtra locꝰ eſt, ubi milites tētoria figūt. a caſtri ſimilitudīe, qđ foſſa, ualloq; quaſi muro circūdari ſolēt, a quo caſtrēſe dicit̃ qcqđ ad caſtra ptinet. unde caſtrēſis labor. caſtrenſes curiæ. caſtrenſes uigiliæ. caſtrenſe priuilegiū. Hinc caſtrenſe peculium uocat Marcellus iuriſconſultus. quod a parentibus uel cognatis in militia agenti donatum eſt, uel quod filiuſſamilias, in militia acquiſiuit, quod niſi militaret, acquiſiturus non fuiſſet, & ꝗ̄ſi caſtrenſia bona dicunt̃, quæ licet in militia a filiofamilias non acꝗrant̃. ita tamen fiunt illiꝰ, ac

ſi acquiſita in militia fuiſſent,ut ſunt ea,quæ ex officiis acquirunt̃.Itẽ a caſtro ſiue caſtris proceſtria dicta ſunt munimenta quædã,quæ fiunt ante mœnia caſtrorũ,ſiue ante caſtra.Quidã etiã proceſtria aditum & ueluti portam caſtroꝝ appellauerũt.a caſtello dicunt̃ Caſtellani,ſicut ab oppido oppidani.Item a uico uicini,nõ tam hi qui eundẽ incolunt locũ,q̃ qui prope domum noſtram habitant.Hinc uicinia deducitur,& cõuiciniũ ubi plures inter ſe uicini ſunt.& uicinitas pro ꝑpinquitate uicinorũ,nõnunq̃ pro uicinorum multitudine,ut laudanda eſt uel potius amãda uicinitas.Itẽ uicatim per uarios uicos.hæc enĩ fere oĩa,quæ in tim deſinũt huiuſmodi ſignificationẽ hñt,ut oppidatĩ ꝑ uaria oppida. cateruatim.Gregatim. Manipulatim. turmatim.ꝑ diuerſas cateruas.diuerſos greges.diuerſos mãipulos.diuerſas turmas.Domeſticatim regionatim. Municipatim.prouinciatim,per uarias domos.uarias urbis Romæ regiones.uaria municipia .uarias prouincias.Noĩatim ꝑ noĩa ſingulorũ,q̃uis & de uno dicat̃.Plau.Noĩatim quis fuerit exprome,quẽadmodũ uiritim ꝑ ſingula capita uiroꝝ.ut Graccus diuidebat uiritim ſemodia frumẽti.& aliqñ de uno dicimus.curtius.Si qs uiritim dimicare uellet,ꝓuocauit.Guttatim ꝑ ſingulas guttas.Plau.Aedepol cor miſerũ meũ qdẽ guttatim cõtabeſcit,q̃ſi in aquã ĩdideris ſalẽ.nã gutta minima ꝑs aquæ dicit̃,aut alterius liquoris,hoc ẽ ſtilla.Vñ gutturniũ dr̃ uas,ex quo aqua in manus datur,ab eo qđ ꝑꝑ anguſtias guttatĩ fluat.& guttũ uaſculũ,ĩ quo odorifera unguẽta ſeruant̃,qđ inde guttatim ſumant̃ unguẽta.genus etiam poculi guttus erat,quo in ſacrificiis utebant̃.A gutta fit guttula diminutiuũ.& a guttus guttulꝰ.Plau.Vt guttulã hauriret ex guttulo.Mẽbratim per membra.Cæſim per inciſionẽ gladii.Punctim per punctiones,infixioneſq; gladii,ſiue incidendo,& pũgendo.Strictim ſingula ſtringendo.carptim hinc atq; illinc ſine aliquo ordine decerpendo.Tractim trahendo,ut ſeries nõ interrumpatur.Generatim per ſingula genera.Virgilius.Generatim diſcite cultus.Speciatim per ſingulas ſpecies,differũt a generaliter,& ſpecialiter,quæ ſignificãt oĩa ſimul ſub uno gener̃,aut una ſpecie cõplectẽdo .Sũmatim per ſingulas ſũmas.Aliquãdo tamẽ dicimus generatim,& ſummatim,& ſpeciatim nõ per ſingulas ſummas,& ſingula genera,& ſingulas ſpecies,ſed per unã unũue,ut dicam de hac re ſummatim.Cicero.infinitũ mihi uidet̃ id dicere,in quo aliquid generatim quæreret̃,hoc mõ expetẽda ne eſſet eloquẽtia,expetendi honores.Aliquando tamẽ huiuſmodi aduerbia nihil ab aliis aduerbis differũt,ut priuatim nihil differt a priuate,nec ſeparatim a ſeparate,nec properatim a properanter,nec diſſimulatim a diſſimulanter,nec ubertim a copioſe,nec affatim ab abundanter,ſiue abunde,nec raptim a feſtinãter,nec curſim a currendo.Vrbiũ ſiue oppidorũ aliæ ſui iuris ſũt,nec quicq̃ cõmune cũ aliis habẽt,aliæ coloniæ.aliæ municipia.ſui iuris ſũt.ut Roma. Carthago.thebæ.athenæ.coloniæ dicuntur,quæ non ueniunt extrinſecus in ciuitatem,nec propriis radicibus nituntur,ſed quaſi ex ciuitate propagatæ,iura,inſtitutaq; populi Romani,nõ proprii arbitrii habẽt,ut bononia.Feſulæ coloniæ ſunt,q̃ cõditio licet magis obnoxia,& minus libera uideat̃ q̃ cæteroꝝ oppidoꝝ,potior tamẽ ac præſtabilior exiſtimatur,propter amplitudinẽ,maieſtatẽq; populi Romani,cuiꝰ huiuſmodi coloniæ quaſi effigies paruæ,& ueluti quædam ſimulacra eſſe uident̃,unde a colendo coloniæ uocitatæ,qđ populũ Romanũ colerẽt,uel quod ad eas colẽdas Romani proficiſcerẽtur. Municipia autẽ uocabant̃,quæ aliunde ueniebant in ciuitatẽ,& cũ ſuo iure uiuerẽt,muneribꝰ tamen populi Romani,honoribuſq; fungebant̃.a quo munere capeſſendo nomẽ ſibi uendicauere,nullis aliis neceſſitatibus,neq; populi Romani legibus aſtricta.Eorũ ĩcolæ municipes uocati ſunt.Primos aũt municipes ſiue ſuffragii iure cærites factos fuiſſe cõſtat,cõceſſũq; illis,ut ciuitatis quidẽ Romanæ honorem caperẽt,ſed negociis oneribuſq; uacarẽt,ꝓ ſacris bello gallico receptis,ac cuſtoditis.Hinc tabulæ cærites appellatæ,in quas Cẽſores referri iubebãt,quos nota cauſa ſuffragiis priuabant.Quidã etiã cærimonias ab his putãt appellatas,q̃uis alii a carendo dictas malint,quemadmodum inferius dicemus.De his ſtrabo ita ſcribit,cærites capta urbe Roma redeũtes gallos in ſabinis,aggreſſi prælio armiſq; fuderũt.& ſpolia,quæ a Romanis ſpõte offerentibus acceperãt ab inuitis ipſi eripuere.Præterea eos q̃ ad ſe urbe capta cõfugerãt beneficiis affectos benigne exceperũt,ſimulq; æternũ atq; in extinctũ ignem ſacerdoteſq; ueſtales ſũmo ſtudio ꝓtexere,cuius beneficii Romani ſane parũ memores uident̃ fuiſſe. Nã cũ eos ciuitate donaſſent,ſuffragioꝝ tñ iure fungi noluerũt,quos aliqua cã ſuffragiis priuabãt,ad cæritũ tabulas iubebãt referri.hũc locũ q̃ inepte in latinũ uerterit ſtrabonis ĩterpres,operæpretiũ eſt uidere.Cære oppidum fuit thuſciæ non longe a tarquinis,quondã agilla nominabatur,quæ a pelaſgis e Theſſalia profectis condita fertur.Verũ cum Lydis quos poſtea tyrrhenos uocauere,aduerſus Agillinos bellũ gerentibus,quidã murũ ſubiens urbis nomẽ ꝑcõtatꝰ fuiſſet,reſponſum eſt a quodam Theſſalo e muro χαιρε,quod ſignificat ſalue,quo ueluti bono omine a tuſcis accepto.captam urbẽ mutato priori nomine cære uocauere,a quo Cærites dicti,& cæritiana balnea.Cæretũ uero Vmbriæ oppidũ eſt inter ſpoletũ ac nurſiã,a quo cæretani appellant̃,totũ orbẽ uano quodã,ac turpi ſuperſtitionis genere ludificãtes,ob quã cãm

fere

fere cõtinue peregrinant̃.familia,atq; uxoribus domi relictis. Municipioꝝ iura iá penitus oblitterata sunt. Municipẽ (ut Vlpian⁹ inquit) facit aut ciuitas, aut manumissio, aut adoptio. qm̃ municipes, & qui liber in municipio natus ẽ dicit̃, & qui in municipio a seruitute se liberauit, & qui in ciuitatẽ quácũq; ascitus est. ꝓprie tamen municipes dicunt̃, qui in ciuitatẽ Romaná recepti munerũ participes fiunt. Sed abusiue nunc municipes dicimus suæ cuiusq; ciuitatis ciues, utputa. cápanos. puteolanos. Neapolitanos. a quo municipale ius dicit̃, priuatũ ius uniuscuiusq; ciuitatis. Item Municipalia sacra uocabantur, quæ ante urbẽ cõditá colebant̃, & municipale urbanũ, & a municipe municipaliter dicim⁹, quẽadmodũ a ciue ciuiliter. Ab urbe fit suburbiũ, de quo postea dicemus. Et urbicus. urbica. urbicũ. qđ significat quicquid ad urbẽ ꝑtinet, sicut rusticus rustica rusticũ, qđ pertinet ad rus, unde rusticũ poetá, & urbicũ poetá dicimus, rusticá domũ, & urbicá domũ. Martia. Quod nõ optimus urbicus poeta. Cellius. Si qđ aũt posset remediũ esse ut ne tá assidue domus Romæ arderẽt, ucnũ hercle dedissem res rusticas, & urbicas emissem. Itẽ urbanus urbana urbanũ, qđ mõ eandẽ significationẽ habet quam Vrbicus, Vnde urbanas tribus appellabát, in quas urbs a seruio Tullo Romanorum rege dispartita fuerat, ut suburra. pallatina. exquilina. collina. & alia huiusmodi. quáuis a prĩcipio in tris tátũ tribus diuisa urbs fuerit, ut postea docebim⁹. Itẽ prædia urbana. mores urbani. curiæ urbanæ, & similia, Vnde suburbanũ & anteurbanũ deriuant̃, de quibus inferius dicemus, mõ urbanũ dicimus cultũ atq; disertũ, hoc ẽ cũ, qui in uerbis & sono. & usu ꝓpriũ quẽdam præ se fert urbis gestum & sumptá ex cõuersatione doctorũ tacitá eruditionẽ. deniq; cui cõtrarius ẽ rusticus, hoc est inepte, & barbare loquẽs, & hoc differt a dicaci, qđ dicax est cuius sermo cũ risu aliquẽ incessit, ideo demosthenẽ urbanũ fuisse dicũt, dicacẽ negát. A dicace dicacul⁹ deducitur, a quo aduerbiũ dicacule. Apuleius. Eadẽ amatoris sui uxorẽ, quod in eam dicacule probrũ dixerat perpetua prægnatione dánauit. Quẽadmodũ autẽ urbanũ & dicacẽ hominẽ dicim⁹, ita urbanũ, & dicacẽ sermonẽ, unde urbanitas & dicacitas tá de homine ꝗ de oratõe dr̃. eodem modo uenustus homo. & uenusta oratio. lepidus homo, & lepida oratio. falsus hõ. & falsa oratio. insulsus homo, & ĩsulsa oratio. facetus hõ, & faceta oratio. iocosus homo, & iocosa oratio. & uenustas. lepor. sales. insulsitas. facetiæ. ioci. tá de hoĩe ꝗ de oratione dicunt̃. Hæc aũt ita inter se differũt, quod uenustũ uocamus, qđ cũ gratia ꝗdá & uenere dicit̃. Lepidum qđ rotũditate quadá. & breuitate, & quasi celeritate, atq; acumine uerborũ uenustũ est. Quapropter Lælius uir doctrina excellens quẽadmodũ id aĩal qđ lepus uocat̃, a leuitate pedũ dictũ existimat, ita eni leporẽ i orone a pedũ suorũ leuitate putat appellatũ. habet enim oro quoq; suos pedes siue soluta siue numerosa sit. A lepido fit lepidior lepidissim⁹ lepide illepidus illepidior illepidissimus. illepide. lepiditas illepiditas. Salsũ ĩcõsuetudine pro ridiculo tátũ capimus, quáuis nõ utiq; hoc sit licet ridicula oporteat esse salsa, nam Cicero. Omne qđ salsum ẽ, ait eẽ atticorũ, nõ qa sunt maxime cõpositi. & Catullus cum dicit, Nulla in tá magno est corpore mica salis, hoc dicit nihil in corpore eius esse ridiculũ. Salsum ergo erit, quicqd non erit ĩsulsũ uelut quoddá simplex oronis cõdimẽtũ, qđ latẽte iudicio ueluti palato sentit̃ excitatq; & a tædio defendit orone. facetũ nõ tátũ circa ridicula cõsistit, cũ dicat Hroati⁹ facetũ Catoni gen⁹ natura cõcessũ eẽ. Virgilio decẽs, sed excultæ cuiusdá elegátiæ hæc appellatio ẽ Itaq; in epistolis Cicero hæc bruti uerba refert. Nec ulli sũt pedes faceti ac delitiis ĩgrediẽdi molli⁹. iocũ uocam⁹ qđ est cõtrariũ serio. Nam & fingere & terrere & ꝓmittere, aliqñ iocus est. Ab Vrbano urbane aduerbiũ deducit̃, hoc est culte. elegáter. & urbanatĩ pro urbane. modeste. Pomponius. Ego rusticatim tágam, urbanatim nescio. Cæterum quam nos urbem uocamus græci πολιν appellant. Quáuis πολισ nõ modo urbẽ, sed etiá ciuitatẽ significet. Vnde politicus ciuilis dicit̃, & Cõstátinopolis Cõstátini urbs. Neapolis noua urbs. metropolis mater urbs, hoc est cæteraꝝ urbiũ caput. Itẽ polio uerbo qđ ẽ colo. orno, & ꝗsi urbano & politico more, q rustico contrarius est, cõpono. Hinc politũ dicim⁹. cultũ. ornatũ, & ad nitorẽ deductũ. & polite culte. ornate. & politior, Politissimus. politius. politissime. & politule diminutiuum, quo utitur Plautus. Et politiones agroꝝ cultus diligẽtes, sicut politiones uestimẽtoꝝ hoc ẽ munditiæ, & cultus, & polimẽta testiculi porcorũ, cũ castrant̃, qđ ad similitudinẽ uestium poliant̃. & depolio cõpositũ, qđ mõ polio significat, mõ ꝑficio, unde depolitũ perfectũ dicimus, quoniá oẽs ꝑfectiones átiq politiões appellabát. Polit tamẽ aliquádo ueteres scripsere pro eo, qđ ẽ pila ludit. Atq; ut cætera ad urbẽ ptinẽtia obiter dicant̃, mœnia sũt ꝓprie quæ urbẽ cigũt. Vir. Et mœnia pádimus urbis. Significát tñ & alia ædificia. Plautus. Prohibẽtq; mœnia alia. unde ego fungar mea, & a muniẽdo dicta sũt mœnia, quasi munia. Veteres eni œ & u indifferenter ponebát. Vnde. Pœnio pro punio dixere. & mœrus, pro murus. Virg. Atq; ipsis ꝓlia miscent aggeribus mœrorũ. A mœnibus súmeniũ quasi submeniũ dictũ, qđ sub mœnib⁹ urbis cẽt. a quo Súmenianũ de quibus alibi dicemus. Meniana uero nõ a mœnib⁹ dicta, sed a menio quodam, qui primus id genus ædificii inuenit extẽsis tignis ultra colũnas, quo supiora ampliarẽt

uerſo ſiue latere, ut fratres, & ſorores, liberiq; eo℞. A gradus fit gradatim aduerbiũ, qđ ſignificat p gradus, & ordinate, & lẽte. Itẽ apud rhetores gradatio, quã græci ἐπιπλοκὴν uocãt, cum ex prima ſnĩa ſecũda orit̃, ex ſecũda tertia, atq; ita deinceps cõplures. Nã queadmodũ in cathena multi inter ſe circuli cõiũcti uinciunt̃, ſic in hoc ſchemate cõplures ſnĩæ inter ſe cõnexæ cõtinent̃. Lyſias. Cõſtat igit̃ iudices Simonẽ domo ſua a ſuis diis penatib⁹ ui cũ ſumma iniuria eſſe exturbatũ. Nã Cheremenes cũ hoĩbus armatis ad eũ uenit. cũ ueniſſet, ſine ulla religione domũ eius expugnauit. ui domo familiã abſtraxit. abſtractã tormẽtis oĩbus excruciauit. cruciatã uinxit. uinctã in publicũ, piecit, ne ſuũ maleficiũ tacitũ lateret, ſed cũ p̃tereũtes pſtratam familiã uiderẽt, & ab iis rẽ geſtã audirẽt, ſimul & oculis, & aurib⁹ ſcelus illius aĩaduerterũt. Itẽ a gradu ſiue gradior grallatores appellati ſũt pãtomimi, qui ut ſaltatione imitarẽt̃ ægipanas adiectis pticis furculas habẽtib⁹, atq; in his ſupſtãtes ad ſimilitudinẽ cru℞ eius generis gradiebant̃, utiq; ppter difficultatẽ cõſiſtẽdi. Plau. Vinceretis curſu ceruas, & grallatorẽ gradu. Gradiuũq; a gradiẽdo dictũ qdã exiſtimãt, qđ in bello ultro citroq; gradiat̃. Eſt.n. gradiu⁹ Mars, belli deus. Iouis filius ex iunone, uel (ut qdã ſentiũt) Iunonis filius ſine patre. nã cũ Iuno aĩaduertiſſet Iouẽ maritũ pcuſſo capite ſine muliere emiſiſſe Mineruã armatã, uerſus Oceanũ pfecta eſt, ut ſcrutaret̃, quo pacto & ipſa parere poſſit ſine uiro. Sed cum itinere fatigata ante oſtiũ deæ Floræ uxoris Zephyri cõſediſſet, interrogata ab ea dicit̃, quã ob cãm ad oceanum pergeret, qua cognita facturã ſe uoti cõpotẽ deam pollicita eſt, ſi id Iuno Iouem cælaret. Quod cũ facturã ſe Iuno iureiurando affirmaſſet, mox illam Flora monuit in campis oleniis florẽ eſſe, quo tacto repente ſine uiro cõciperet. Id experta Iuno Martem cõcepit, deinde pepit. Quapropter Flora apud Ouidiũ loquitur. Mars quoq; ſi neſcis per noſtras editus artes Iupiter hoc, & adhuc neſciat uſq; p̃cor. Hinc gradiuũ qdam nõ a gradiẽdo, ſed a gramine dictũ uolũt, quod herbã ſignificat, qa gramine ſit ortus. unde & graminea corona in re militari maximæ eſt dignitatis. Alii a uibratione haſtæ dictũ gradiuũ uolũt, quoniã græci κραδαίνειν uibrare dicũt. Sunt qui gradiuũ, nec græcũ eſſe, nec latinũ uocabulum uelint, ſed thrax, ſignificareq; bellicoſum & fortem. Mars uero ideo uocitatus eſt, qđ maribus in bello p̃ſit, ſiue qđ a ſabinis accept⁹ eſt, apud quos Mamers uocat̃, unde mamertus prænomẽ eſt. a quo mamertini in ſicilia dicti, qui meſſanam habitabant. Veteres etiam marſpitrem, hoc eſt martẽ patrẽ appellauerũt, a poetis mauors quoq; uocatur. Ouidius. Sic ego, ſic poſita dixit mihi caſſide mauors. Hic martius ſiue mauortius dicit̃, qđ aliqñ ſignificat quicquid ad martẽ ptinet, ut martia auis. Idem. Martia picus auis gemino pro ſtipite pugnat. & martia ter ſenos ples adoleuerat annos. Hinc martius mẽſis dictus eſt primus anni menſis, qm̃ Romulus primũ anni mẽſem genitori ſuo marti dicauit. Idem. A te principiũ romano dicimus anno. Primus de patrio nomine menſis erit. & martius cãpus, qđ Marti cõſecratus ſit. Liuius. Ager tarqniorũ, qui ĩter urbẽ, & tyberim erat conſecratus Marti. martius deinde cãpus fuit. Ab hoc martialis cãpus, in celio monte appellatus eſt, qđ in eo equiria ſolebãt fieri, ſi quãdo aquæ tyberis cãpum martiũ occupaſſent. Aliqñ martius bellicum ſignificat, ut martius furor, martia arma. Aliqñ bellicoſum, ut martiæ gentes. martius populus. Si q̃dem & mars pro bello ponitur. Ouid. Sæuo cõtendere marte. Liuius. Aliquãdiu ibi marte incerto uaria uictoria pugnatũ fuit. Martius etiã aliqñ pprium nomẽ eſt, ut in Qu. Martio, qui iuſſus a ſenatu aquarũ ductus anienis reficere nouam a nomine ſuo aquam martiã appellatam cuniculis per montem actis intra præturæ ſuæ tẽpus adduxit. Martialis quoq; a marte deducitur, & modo natum ſub martis ſtella ſignificat, modo uiri cognomen eſt, ob id præci pue fœlix, quod ab hoc, quẽ interp̃tamur, poeta illuſtratum eſt, cuius cauſa fit, fietq; indies latina lingua locupletior. A gradior etiã gramẽ deriuat̃ herba uulgatiſſima, ita appellata, qđ geniculatis ĩternodiis mirifice ſerpat, crebroq; ab iis, & ex acumĩe nouas ſpargit radices. Nõ eſt herba gratior iumẽtis, ſiue uiridis ſit, ſiue in fœno ſiccata. Gramen capiti circũdatũ ſanguinis e naribus fluxiones ſiſtit. Eſt genus eius aculeatũ qđ dactylon uocant, eo ꝙ digitis medeat̃. & paronychias, ac pterygia unguiũ, carnẽq;, quæ unguibus excreuerit, tollat. Gramẽ tñ generali uocabulo quãcũq; herbã uocant, unde graminea corona dicta eſt, quæ ab uniuerſo exercitu ſeruato ſeruatori dat̃, hoc eſt a milite impatori, quæ & a liberatis obſidione caſtris obſidionalis appellatur. Dabat̃ hæc uiridi e gramine decerpto, inde, ubi obſeſſos aliqs ſeruaſſet, quodcũq; id genus herbæ foret. Ply. Nullæ ergo herbæ fuere, certe in hoc honore. Sed quæcũq; fuerãt in piculi ſede. q̃uis ignobiles ignotæq; honorẽ nobilẽ faciebãt. Itẽ a gradior graſſor deducit̃ uerbũ frequẽtatiuũ. Eſt aũt graſſari aliqñ gradi. ambulare. Neui⁹. Sæpe hac eadem graſſatus uia. Afrani⁹. Cõſimili graſſant̃ uia, a qb⁹ hic ẽ oĩs cult⁹. a quo oggraſſari ſimili mõ pro gradi uſurpamus. Plau. Niſi cũ pedicis didiciſtis oggraſſari gradu, Graſſari ẽt ẽ gradiẽdo ſæuire. Cæſar graſſari ĩ hoſtes uetat. Hinc latrones quoq; uias obſidẽtes graſſari dicunt̃, a quo graſſatores dicti, q hoſtiliter gradiunt̃. Calliſtrat⁹. Graſſatores ſi p̃dæ cã id faciunt pximi latronibus habentur. A gradior cõpoſita fiũt tardigradus, qui tarde graditur. Vnde te

ſtudiné tardigradá dicimus. & ſpiſſigradus, q frequẽti paſſuũ motu in ambulãdo utit᷑, a quo ſpiſſigradior, & ſpiſſigradiſſim⁹. Plau. Hoies ſpiſſigradiſſimos tardiores ꝙ corbitæ ſint ĩ trãqllo mari. Spiſſum. n. (ut ĩferi⁹ dicem⁹) ueteres aliqñ pro tarde uſurparũt. Aggredior, qđ ꝓprie eſt ĩſulto. ĩuado. Iuſtinus. quos ex ĩprouiſo aggreſſus facile fugit. Vir. Talib⁹ aggredit᷑ uenerẽ ſaturnia dictis. Enni⁹. Aggretus fari ſcripſit pro eo, qđ ẽ aggreſſus fari. Trãſgredior, trãſeo. hic apud rhetores trãſgreſſio dr̃, cũ ab ea ſnĩa, quã ꝓpoſuimus, cõuertimus ſermonẽ ad aliquã pſonã, aut rẽ, aut fortunã, & tanꝙ pñtẽ appellamus. Mycon. Hæc mulier nup fuit locuples, & potẽs in amore, atq; delitiis neceſſarioꝝ. ornat⁹ eius opib⁹ abũdat, magnus ancillarũ, quæ ſequebant᷑, comitat⁹ appellabat᷑. Nũc cõtra ſubito, & graui caſu afflicta, uix mediocris ancillulæ dignitatẽ retinet. O fortuna ꝙ ueheméter te reꝝ uarietas oblectat, & ꝙ magno odio eſt tibi beatæ uitæ ꝑpetuus, & cõſtãs fructus. Egredior exeo. a quo egreſſus, & egreſſio deriuátur. Progredior, ꝓcedo. unde ꝓgreſſus pro ꝓceſſu accipit᷑. Interdũ ꝓ̃gredior, hoc ẽ antecedo. Pacu. Extremũ intra carcerẽ ipm ꝓgredit᷑ parthenopæũ Prætergredior, ꝑ̃tereo. Apuleius. Cũq; ſtabulũ ꝑ̃tergreſſus fuiſſem, re cognita cœpi retrocedere. Ingredior, mõ ĩtro, qđ & introgredior dicimus. Cice. Cũ paulo ante roſtra ingreſſus cõſediſſet, mõ gradior, eo. Vir. Cõtinuo pecoris generoſi pullus in aruis altius ingredit᷑, & mollia crura reponit. Cice. ſi dormis expgiſcere. ſi ſtas. ingredere. ſi ingrederis, curre. ſi curris, aduola. Supgredior, ſupius eo. ſubtergredior, ſubtereo Digredior, diſcedo. a quo digreſſio pro diſceſſu. regredior, reuertor. a quo regreſſus, & regreſſio pro redditu. Cõgredior, manus cõſero, dimico. Gelius. Qui ter cũ hoſte congreſſus uictor rediit. A quo cõgreſſus pro pugna accipit᷑. Salu. Multi in eo cõgreſſu ꝑierũt. Interdum ſimul gradior. Varro. Oẽſq; in unã domum cõgreſſi ſimul diſcubuere. Præterea a gradior tardigradus, qui tarde ambulat. Pacu. de teſtudine. Quadrupes tardigrada. agreſtis. humilis. aſpa. capite breui. ceruice anguinea aſpectu truci. euiſcerata in aĩa cũ aĩali ſono. Feneſtræ quoq; in ædibus ſunt. aliæ amplæ, aliæ mĩores, ꝑtim ad lucẽ reddẽdã factæ. & ἀπὸ τοῦ φαίνειν, qđ eſt lucere, nomẽ habẽtes ꝑtim, ut ueniẽtes auras accipiãt, trãſmittãtq;, ne aere pigro & manẽte locus ingraueſcat. Ab hoc fit feneſtro uerbũ, qđ ẽ apio. ꝑforo, & ueluti feneſtras facio. Plau. Nulla ẽ feneſtratior domus. Ab hac feneſtella, & feneſtricula p diminutionẽ deducũt᷑, & p detractionẽ mediæ ſyllabæ, Feſtra, qđ ẽ hoſtiũ minuſculũ in ſacrario. Itẽ latrinæ, de q̃bus ſupra diximus, quæ ita cõſtitui ĩ domib⁹ debẽt, ſpiraculis etiã qbuſdã adhibitis, ut fœtorẽ reddere nõ poſſint Itẽ lauatrinæ, in q̃s lotura ꝓiicit᷑, ꝙ & aq̃ria, & aq̃riola dicunt᷑, ne in culina tãtum, ſed ĩ tricliniis quoq; & cubiculis, & cœnationib⁹ cũ dignitate & elegãtia fiũt. Ad hæc in pietibus ædiũ armaria inferunt᷑. & armamẽtaria nõ minus utiliter ꝙ elegãter. Armaria ꝓprie ſunt, in qbus libri reponunt᷑. Armamẽtaria, in qb⁹ arma bellica & naualia, ac cætera domus inſtrumẽta. illa ab armis dicũtur, hæc ab armẽtis. Ply. Laudat⁹ & Cteſipho gnoſius æde epheſiæ dianæ mirabiliter fabricata. & Philon athenis armamẽtario mille nauiũ. Arma qdã affirmãt ꝓprie dici bellica ĩſtrumẽta, nec oĩa, ſed ea tm̃, ꝙ ab humeris depẽdẽt, hoc ẽ armis, ut ſcutũ. gladius. pugio. ſica. ea uero qb⁹ ꝓcul ꝓ̃liat᷑ tela eẽ nõ arma. cuius ſnĩæ eſt Põpeius. Seruius uero arma dicit eẽ, quæ armos tegũt, qđ ſane uidet᷑ abſurdũ, q̃ſi ocreæ. caligæ. lãceæ. ſcorpiones. baliſtæ. cæteraq; huiuſmodi bellica inſtrumẽta arma nõ ſint. At Varro arma uocari exiſtimat oĩa bellica ĩſtrumẽta qbus arceri hoſtes poſſint, ideoq; nõ ab armis, ſed ab arcẽdo hoſte appellata. quapropter & fuſtes, & lapides, & alia huiuſmodi arma eſſe. Caius iuriſcõſult⁹ affirmat, quotiẽs his ad hoſtes arcẽdos utimur. Nos arma dici putamus, nõ tãtũ bellica, ſed oĩum generũ inſtrumẽta. Quapropter Virgilius nõ ita ſimpliciter ſcripſit. Arma uirũq; cano, ſed hoc mõ ſcriptũ reliquit. At nũc horrẽtia Martis arma, uirũq; cano. Quãuis priores uerſus, ab his qui emẽdare opus impfectũ uoluerũt ꝓpter humilitatem principii detracti fuerint. Erũt ergo martis arma inſtrumẽta oĩa, q̃bus in bello utimur. unde fraudes quoq; & cõſilia inſidiãtis, arma uocant᷑. Vir. Et quærere cõſcius arma. Arma uero ruſticoꝝ. raſtra. ligones. qualli. crates. fiſcinæ. & alia huiuſmodi uillatica inſtrumẽta. Idem. Cerealiaq; arma. & alibi. Colligere arma iubet. Itẽ alibi, dicẽdum, & quæ ſint duris agreſtibus arma. Arma coq̃naria. lebes. patella. tripus. olla. ueru. & ſimilia. Plau. Quã elegãter inſtructũ coq̃nariis armis. arma ſtudioſoꝝ. ſtilus. pugillares. calami. libri. lucerna. cæteraq; huiuſmodi. Ply. Cuius arma erãt, nõ uenabulũ, & lãcea, ſed ſtilus, & pugillares. Dicta aũt arma exiſtimam⁹, nõ ab arcẽdo (ut Varro ſentit) ſed ab armis (ut Põpeius & Seruius) nõ q̃a ab armis depẽdeãt, aut armos tegãt (ut ipſi affirmãt) ſed qđ armis oneri ſint dũ gerunt᷑, ſic oĩa inſtrumẽta arma dici iure optimo pñt. qn etiã ipſa cõſilia. cũ p trãſlationẽ humeros ẽt ad cogitationes & cõſilia referamus. Hora. Sumite materiã ueſtris, q ſcribitis æquã uiribus, & uerſate diu q̃d ferre recuſent, quid ualeãt humeri. hinc laurẽtũ legib⁹ ſancitũ erat, ne pomũ ex alieno legat᷑ ĩ armũ, ideſt ꝙ humeri onus ſit, & armata uirgo dicebat᷑ ſacrificans, cui lacinia toga reiecta in humeꝝ erat, & armillæ uocitatæ ſunt, q̃s uiri militares ex auro ab impatoribus donati gerũt, qđ antiq humeros cũ brachiis armos appellabãt. & armillũ uas uinariũ in

facris,qđ armo,ideſt humero deportet̃. Ab arma aũt deriuat̃ armo uerbũ,qđ eſt armis iſtruo. Sal. Armati fores obſidebãt. Vir. Tũc quoq; fas nobis graios armare fuiſſet. Ab hoc armamēta dicunt̃,quæ ad īſtruēdũ aliqd ptinēt,ut in nauib⁹ armamēta ſunt,nō ſolũ arma,ſed remi uela.antēnæ.rudētes.clauus.& alia huiuſmodi.Itē ab arma armipotēs dicit̃.& armiger,q in p̃lio arma dñi ſui gerit.& armitenēs,q arma tenet.& inermis,mō q armatus nō ē,mō q ſupplex erat,qđ ex hiſtoria tractũ eſt,qa qui ſe dedũt inermes ſupplicãt,& armiluſtriũ feſtũ apud romanos,quo res diuinas armati faciebãt,& ſacrificãtes canebãt tubis.Item locus,in quo huiuſmodi ludi fiebãt. Varro tñ nō ab armis,ſed ab ambitu luſtri armiluſtriũ dictũ exiſtimat, qđ ibi circũ metas fert̃ pōpa,& equi currũt.Itē ab arma armētũ deducit̃,qđ armis aptũ,atq; idoneũ ſit, etenim equi p̃liis interſunt,boues,ac maiora aĩalia armãt ex coriis. Armēta qppe ꝓprie maiorum aĩaliũ cõgregationes dicunt̃,utputa camelorũ.boum.equoꝝ.aſinoꝝ.ſicut greges minorũ.ut ouiũ.porcoꝝ.capraꝝ. Oui. Mille greges illi,totidēq; armēta per herbas Paſcebãt. Vir. Hæc ſatis armētis,ſupat pars altera curæ Lanigeros agitare greges,hirtaſq; capellas. Quidam tñ armēta nō ab armis,ſed ab arãdo dicta affirmãt,quaſi aramēta,& de bob⁹ tñ dici ꝓprie uolũt. Virgilius de ceruis dixit armētũ. Hos tota armēta ſequũtur,ut nō ſit mirãdũ gregē quoq; de bobus eũdem dixiſſe. Aut aliquã in magno ſeqt̃ grege. tñ ad diſtinctionē addidit magno, ſicut Hora. adiecit mugiētiũ. Aut in reducta ualle mugiētiũ ꝓſpectat errantes greges,q̃li grex generalius nomē ſit. Armētũ uero ſpecialius.& illud ſine appoſito de pecoribus minutis ītelligat̃,cũ appoſito poſſit etiã ad maiora trãſferri. Cice. Fudit apothecas,cecidit greges armētorum. Ennius fœminino genere armētas dixit. Ab armēto armētarius dicit̃ cuſtos armenti. Illud obiter addēdum eſt armos ab humeris differre. Humeri enim ꝓprie eoꝝ ſunt,qui recti in cælũ ſpectãt,unde ſoli homini inter mortalia humeros eſſe dicimus. Virg. Os humeroſq; deo ſimilis. Armi uero ſunt ꝓprie brutoꝝ,q̃uis & de hoĩbus aliqñ dicant̃. Humeros ab humo deductos exiſtimãt,qa humeri ſicut humus ferendis oneribus apti ſunt. A grege uero fit gregatim,qđ ſignificat p diuerſos greges.& gregarius ex grege uulgaris.unde gregarius miles dicitur non electus,ſed tumultuarie undecũq; collectus.& egregiũ excellēs,quaſi ex toto grege electũ.& egregie aduerbiũ excellēter,quãuis aliqñ ponit̃ pro ualde nimis. Teren. Horũ ille nihil egregie præter cætera ſtudebat. Veteres etiã egregie dixere.& aggrego,qđ eſt addo.adiũgo,& quaſi in gregē duco,dicimuſq; aggrego te in noſtrũ ordinē.uel in noſtrum numerum. Abgrego abmoueo,& quaſi ab grege duco. Diſgrego.ſeparo.diſiũgo.ſegrego ſimiliter,cui⁹ cõtrariũ eſt cõgrego,hoc eſt cõiungo.unio. A quibus diſgregatio.ſegregatio.& cõgregatio deriuantur. Item murũ parietes,cingũt,diuidũtq;,quēadmodũ urbē,ſiue oppidũ muri. A pariete parietine dicũtur muri ueteres,ac ſemicõſumpti. Ply. Aſtericũ herba eſt folio ſimilis ozimo,nigrior tantũ,naſcens in tegulis,parietiniſq;.& parietaria a pariete deriuat̃ herba alia, de qua ſupra diximus. Item in ædibus ſunt pauimēta,hoc eſt ipſa ſolidamenta domoꝝ dicta a feriēdo,qđ dum fiũt pauimēta,pluribus ſimul diebus feriũtur,hoc eſt pcutiunt̃ uirgis,ſeu marculis,ut ſolidiora ſint,nec rimas faciãt. Veteres qppe pauire pro ferire dicebãt, qđ a græcis ſũptũ ē,q παιειν dicũt pcutere. Ab hoc depuuire tractũ ē,hoc ē cædere. Lucil. Palmiſq; miſellam depuuit me,hoc ē uerberauit. Itē oppuuire,unde oppuuia uerbera dicunt̃. Afra. Oppuuis pueri coercent̃.& pauſia oliuæ genus,qđ nō niſi pauiēdo,hoc eſt tũdēdo oleũ emittat. Pauſa uero dr̃ reqes alicuius rei. Accius. Sed iã eũ huc uadere cerno,& nobis dat̃ pauſa loquēdi. Lucil. Hæc ubi dicta dedit tibi pauſã ore loquēdi. Ab hoc pauſo uerbũ qeſco.a quo repauſo, qđ ē reqetē capio. Deducunt̃ aũt a græco παυομαι,qđ ſignificat deſiſto ab ope, reqeſco. A pauio ēt tripudia ſoliſtima dicebant̃ auguria,q̃ fiebãt quotiēs offa,quæ pullis dabat̃,aliquo mō cadebat in ſolũ,ita enim a ſolo ſoliſtimũ,ut a medio mediaſtimũ dicimus. Solebãt qppe in auſpiciis apud ueteres adhiberi nō paſſim oēs,ſed hi tãtũ qui eēnt piti. Peritos.n.oportebat eē eos, q qd ſilētiũ foret ītelligerēt.ſilētiũ id ĩ auſpiciis dicebat̃,qđ oĩ uitio careret.rogabat hunc augur,an adhuc ſilētiũ eſſet. Rñdebat ſtatim ſilentiũ ſibi eſſe uideri. Tũ ille ſi paſcerent̃ petebat, aut ubi,nō ꝙ ad auſpicia ptineret utrũ paſcerent̃,necne pulli,quos pullarius attuliſſet (ita enĩ noĩabãt eũ,qui pullos in caueã ferebat) ſed qa,cũ paſcebãtur,neceſſe erat aliqd ex ore decidere,& terrã pauire,ex hoc terripauiũ primo,poſt terripudiũ,deinde tripudiũ eſt dictum. Cũ igitur offa iam ex ore pulli ceciderat,tũ auſpicãti tripudiũ ſoliſtimũ nũciabat̃. Extabat decretum collegii uet⁹ oēm auē tripudiũ facere poſſe.deriſit hũc augurãdi modũ flamini⁹. Nã cũ tripudio auſpicaret̃ pullarius,diēq; cõmittēdi prælii ꝓpterea differret. Tũ Flaminius ex eo quæſiuit,ſi ne poſtea qdē pulli paſcerent̃.quid faciēdũ cenſeret.cũ ille quieſcēdũ cēſeret. p̃clara uero inquit flaminius auſpicia,ſi eſuriētibus pullis res geri poterit,ſaturis nihil geret̃. itaq; ſigna cõuelli,& ſe ſequi iuſſit. Tripudiũ etiã ſaltatio dicit̃,ſimiliter a pauiēda terra,qđ.ſ.ſaltãdo terra pauit̃. Liuius. Ferre,ac p urbē ire cũ tripudiis,ſolēniq; ſaltatu iuſſit. A pauimētũ fit pauimento uerbũ.& paſſiuũ eius pauimētor. A quo pauimētata loca dicunt̃,ĩ qb⁹ ſtrata ſunt pauimē.

ta.Ply.Ergo pauimētādū ubi sata sit cēsent,ut lachryma non absorbeat̃.Apud ueteres primo facta sunt pauimēta,quæ barbarica,siue subtegulanea uocant̃ ex testis tusis.rudere,& calce.In italia uero festucæ subiiciebant̃,ꝓpter qđ cānea uocitata.Inuēta deinde sunt a græcis elaborata arte picturæ,quæ asarota dicta sunt,qđ uerri non debeāt ἀπὸ του α priuatiua particula, & σαρω,qđ est uerro.Solebāt qppe purgamēta cœnarū,quæ analecta uocant̃,in pauimēto quoq; euerri,dū subtegulanea pauimēta in usu erant.Postea uero asarotis īuētis cessauit usus scoparū,& manib⁹ colligi purgamēta cœperūt,pauimēta uero spōgiis mūdari.Mar.In ꝑtio scopas testat̃ palma fuisse.Ocia sed scopis nūc analecta dabūt.testat̃ hoc Lucili⁹ poeta.Arte pauimento,atq; emblemate uermiculato.Hoc pauimēti genus laudat Papinius in uilla Tyburtina mālii uopisci.Calcabā nec opimus opes.nā splēdor ab alto defluus.&nitidū referētes aera testæ, Mōstrauere solū,uarias ubi picta ꝑ artes,Gaudet humus,supatq; nouis asarota figuris.Clarissimus in hoc pauimenti genere Zenodorus fuit,q ꝑgami strauit asarotū paruis erestulis tinctis ī uarios colores.ubi mirabilis colūba bibebat aquā umbra capitis īfuscās,alia sibi escā arripiēte.Scalpturata etiā pauimēta fuerūt,in qbus picturæ radēdo fiebāt,quo mō nūc scalpturata albaria ī exteriori ꝑte parietū,ac muroꝝ facimus.Inuenere & alia pauimēta græci,quæ,quoniā sub dio sūt,subdialia nūcupant̃,his domos cōtegebāt facilib⁹locis,atq; tepētib⁹,qđ nūc Neapoli,& ꝑ oēm cāpaniā faciūt.Fallax genus,ac minime durabile ubicūq; ībres gelāt.Huiusmodi pauimēta maxime idonea faciēda sunt,qđ cōtignatiōes humore crescētes,aut siccitate decrescētes,seu pādationib⁹ sedētes mouēdo se,faciūt uitia pauimētis.Præterea gelicidia,& pruinæ nō patiunt̃ītegra ꝑmanere.Itaq; si necessitas coegerit,ut minime uitiosa fiāt,sic erit faciūdū.primū obseruādū ē,ut æq̄lis,& solida cōtignatio fiat,ne grad⁹ ambulātiū tremor fabricæ titubātis excutiat.deīde ut axes q̄rnæ cū esculeis nō misceant̃.Nā q̄rcus humore cōcepto,cū se cœpit siccare,torquet̃,& rimas ī pauimēto facit.Esculus uero sine uitio durat.Sed si quercu suppetēte esculus desit,subtiliter q̄rcus secet̃,& binæ ꝑ diuersum coaxatiōes substernant̃,capita eaꝝ ꝓfigant̃ frequētib⁹ clauis,ne possint torq̄ri.De cerro,aut fago diutissime tabulata durabūt,si stratis desup paleis,uel silice humor calcis nusq̄ ad tabulati corpus accedat.Postq̄ coaxatū fuerit ruderi nouo tertia ꝑs testæ tusæ addat̃,deinde rudus in quo duæ qntæ calcis misceātur pedali crassitudie festucet̃.Tūc nucleo crasso sex digitos struat̃.fastigiū uero seruet̃ ī duos pedes,& sescūcē,& cote diligēter despumet̃.Quod si nigrū facere pauimētū uoles,solo festucato iniiciat̃ rudus,aut testaceū pauimētū sabulo.calce.ac fauilla mixta carbonib⁹,spisse calcatis crassitudine semipedali,tum cote depoliat̃.Hoc pauimētū græcanicū dr̃,qđ & nigrū est.& si qua ex poculis fundūtur,uelociter rapta desugit.Alio quoq; genere pauimēti uti Romani sub Sylla cœpe.Lithostratū uocāt,q̄le ꝑneste fuisse in fortunæ delubro memorat̃.Paruulis id crustis constat,ideoq; Lithostratū appellat̃,hoc a nr̃is dicit̃ sectile.λιθος enim lapis dr̃. ϛέωτον aūt stratū.Cæsarē tradūt in expeditionib⁹,tessellata etiā pauimēta circūtulisse,de qb⁹ inferius dicemus.Marmoreis etiā tabulis sterni domus cœpe.A quo pœnica pauimēta dicta sunt numidico marmore strata,deinde etiā lateribus.pauimēta uero,quæ lithostrata dicebantur humo pulsa in cameras trāsiere.Cameræ testudines dicūtur,q̄si camuræ,hoc ē curuæ.Camurum enim curuū significat.Vir.Et camuris hyrtæ sub cornibus aures.unde Camerinū piceni urbs ꝑclara a curuitate situs ita appellata.ab ea uero camertes dicti,quos Liuius scribit,Publio quōdā Scipioni,ī armāda classe,quā ī Africā duxit,cohortē unā sexcētoꝝ militū armatoꝝ ꝓbuisse.Hinc etiā cōcamerata loca dicimus testudinea,hoc ē quæ fornicib⁹ cōstāt.huiusmōi pauimēta lapideis siue figulinis crustis cōstāt uitro tectis,atq; encausto pictis,inuentū Agrippæ in thermis,q̄s Romæ ædificauit.Vulgo id opus nūc musaicū uocāt.Museacū aūt dici debet,qm̄ pumices,hoc ē lapides leues mire erosos in ædificiis musea uocāt.depēdētia(ut Plyni⁹ īquit) ad imaginē specus arte reddēdā.Itē in ædib⁹ andron est spatiū illud,qđ ē īter duos pietes,in qđ pluuia descēdit.Ply.Tā alti,abditiq; secreti illa rō ē ꝙ īteriacēs andron pietē cubiculi,hortiq; distinguit.Atq; ita oēm sonū medii inanitate cōsumit.Sūt ēt plærūq; ī domib⁹fontes,uel uiuis aq̄s ibi scaturiētib⁹,uel ꝑ tubos,aut fistulas aliūde deductis.Fons a fundēdo dict⁹ ē.un̄ e terra fundit̃ aq̄ uiua a quo ēt fistula dicta ē,ꝑ quā fusa aqua deducit̃,sicut tubi,seu ꝑ diminutionē tubuli a tumore.& cānales a cāna,qđ ad eaꝝ similitudinē facti sint. A fonte fontana aqua dicit̃,quæ ex fonte ē.Ply.Fōtanæ aquæ cyathos duos.& fontanalia fontiū sacra dicūtur.& fōtinalis porta urbis Romæ ob ꝓpinq̄tatē scaturiētiū fontiū,eadē(ut qdā putant)capena uocabat̃.Iuue.Substitit ad ueteres arcus,madidāq; capenā.Liuius.Cēsores uiā sternēdā a porta capena ad Martis ædē locauerūt.Idē.Aediles alterā porticū ad portā fontinalē ad Martis aram qua ī cāpos iter eēt,ꝑduxere.Romulus ī cōstructiōe urbis tris tātū portas statuisse dr̃.Carmentalē primā appellatā a Carmēta matre Euādri,quæ ibi prius habitauerat,eratq; ei id nomen a carminibus,quibus dabat responsa,cum ꝓprie nicostrata uocaret̃.Vir.Et carmētalem romano noie portam.Postea uero scelerata uocata est,ꝙ per eā sex & trecēti fabii cū cliētib⁹ qnque

milibus egressi aduersus etruscos ad amnē cremerā oēs interfecti sunt. Ouid. Carmentis portæ dextro est uia ꝓxima Iano. Ire p hāc noli, quisquis es, omē habet. illa fama refert fabios exisse trecētos, Porta uacat culpa, sed tamē omen habet. Sic sceleratus cāpus Romæ appellatꝰ est, ꝓxime portā collinā, in quo uirgines uestales, quæ incæstū fecerāt defossæ sunt. & sceleratꝰ uicus Romæ, in quo cū Tarqnius supbus interficiēdū curasset Seruiū regē socerū suū, corpus eiꝰ iacēs filia carpēto supuecta est, ꝓperans in possessionē domus paternæ. hæc oīa scelerata dicta sunt, hoc est polluta. etenim scelerare polluere est. Vir. Parce pias scelerare manus. Interdū tn̄ sceleratū capiť pro nocēte. Idē. At sceleratū exqrere frigus difficile ē. Quidā scelerosum, & sceleratū ita distingūt, ut scelerosus sit auctor sceleris. Sceleratus uero in quo scelus sit cōstitutū. aut cōmissum. Terē. Vbi ego illū scelerosum. hæc a scelus deducunť, qđ significat flagitiū. facinus, a quo scelestus, idem quod sceleratꝰ. & scelerose. scelerate, ac sceleste aduerbia. & scelerator, cōtaminator. A græco aūt hæc deducunť, qppe græci σκελετον scelestū indicāt. Secundā portā instituit pādanā, qđ ad res, quæ in urbē ferebanť, pāderet, eadē & a libertate libera dicebať. Tertiā mugoniā a mugitu, qđ p eā uenale pecus intraret, hæc & trigonia, hoc ē triū anguloꝝ cognomīata. Addita ṗterea ab eodē ītra urbē ianualis porta est, a Iano dicta, & iō ibi positū Iani signū, & īstitutū a Pōpilio, ut eēt clausa semp, nisi cū bellū foret, cuius rei causa hæc ferť Cū bello sabino, qđ uirginū raptaꝝ gr̄a cōmissum ē. Romani portā, quæ sub radicibꝰ collis uiminalis erat, claudere festinarēt, qa hostes in eā irruebāt, postq̄ clausa fuerat, mox spōte patefacta ē, cūq; iterū ac tertio idē cōtigisset, qm̄ claudi nō poterat, armati pro limīe plurimi appositi sunt custodes. cūq; ex alia pte acerrimo ṗlio certareť, subito fama ptulit fusos Tatio romanos. Quā ob cām, q aditū tuebanť, territi ꝓfugerūt. Cūq; Sabini p portā patētē irrupturi essent magna uis torrētiū ex æde p eā portā dī erupisse, multasq; p duelliū cateruas, aut exustas feruēti, aut deuoratas rapida uoragine depiisse. Ob eā rē placitū ē belli tpe, uelut ad urbis auxilium ꝓfecto deo fores reserarētur. Hinc patuleius, & clusinus dictus est Ianus, qa bello portæ eius patēt, pace clauduntť. Dictus est ēt deus geminus, quasi utriusq; ianuæ cœlestis potēs, ꝙ sol sit, & exoriēs apiat diē, occidēs claudat. Vnde & simulacrū eius fingi solebat manu dextera trecētoꝝ, & sinistra sexaginta & quinque numeꝝ tenēs, ad demōstrādū anni dimēsionem. Itē deꝰ bifrons, qđ & ṗterita sciuerit, & futura ꝓuiderit, uel qa superū, atq; iuferū ianitor ē, & Ianus pater, quasi deoꝝ deus, & ianus iunonius, quasi nō solū ianuarii, sed mēsiū oium igressus tenēs. in ditione qppe iunonis sunt oēs calēdæ. unde & Varro scribit, iano duodecim aras pro totidem mēsibus dedicatas. ianus cōsiuius a cōserēdo, hoc est a ꝓpagine humani generis, quæ iano auctore cōseriť, ianus quirinus, q̄si belloꝝ potēs ab hasta, quam sabini curim uocant. Aliæ quoq; deinde diuersis tpibus portæ additæ fuerūt, īter quas celebriores sunt flumētana, quā tyberis urbē ītrās, in sinistra ripæ pte relinqt, dicta, qđ tyberis qn̄q; in eā īfluxerit, qđ in aliā fieri nō poterat. Liuius. Prædicta die ī petilinū lucū extra portā flumētanā. unde cōspectꝰ ī capitoliū nō ē cōciliū populi īdictū. Collatina, q̄ p eūdē circuitū ad sinistrā tyberis ptē ꝓxima ē a collatia appellata oppido ꝓpe Romā. ī qđ aliaꝝ urbiū opes collatæ fuerūt. post eā gabinia, q̄ recta in gabios ducebat. subsequēs quirinalis ita uocata, uel ꝙ ea itur in collē quirinalē, uel ꝙ ꝓxime eā Quirini sacellū erat. Eadē ægonēsis (ut qdā existimāt) uocabať, qđ mons ipse qrinalis prius ægonus cognominatꝰ est. Hinc porta collina ab eodē colle, ad quē alia uia iter erat. huic portæ ꝓpinquū fuit Erycinæ ueneris tēplū. Ouid. Tēpla frequētari collinæ ꝓxīa portæ. Nūc decet, a Siculo noīa rege tenet. eadē nūc salaria uocať, qđ nomē uiæ quoq; ē, in quā exit. Cornelius tacitꝰ tertiū agmē p salariā collinæ portæ appropinq̄bat p eā sal sabini deferebant. iō salaria uocitata. deinde uiminalis, quæ ad uiminalē collē ducebat, appellatū a silua uiminū quæ ibi dī fuisse, eadē numētana a numētana uia, quæ in salariā ītrat, hæc uero a numentano agro, de quo iferius dicemus. Post hæc exqlina, quæ in exqlias ducit. Tyburtina etiā dicta aliqn̄ taurina a capite tauri, qđ illic insculptū erat. Exqliæ sunt gemini in urbe montes, dictæ (ut Varro affirmat) uel ab excubiis regis, uel qđ excultæ a rege Tullo essent, In altero eoꝝ nūc arcus extat, quē lr̄æ īdicāt appositū honori Galeni impatoris fuisse. In altero sūt Dioclitiani thermæ, & duo eq̄ marmorei igētes, cū uiris seminudis lora tenētibꝰ, miro artificio īsignes, quoꝝ unus īscriptū latinis lr̄is hēt. opus Praxitelis. alter, Opus phidiæ. Cōstat hos a Tyridate armenioꝝ rege Romā delatos, quē Nero ut laute excipet theatrū Pōpeii unius diei opa totū īaurauit. Tum neuia a Neuio, qui ea loca tenuit. & cælimōtana a cælio mōte. & latina, qđ in latium duceret. & trigemina, per quā trigemini fratres Horatii exierūt. Sed tertius, qui superstes fuit porta capena rediit. Liuius. Minutius extra portā trigeminā boue aurato donatus est. Eadem ostiensis appellatur, ꝙ per eam iter sit ostiam ꝓficiscentibus. Aurelia ab Aurelio, qui eū tenuit locum. querquetulana, ꝙ quercum ītra muros iuxta se habebat. Lauernalis a Lauerna dea, cuius in obscuro, atq; abdito loco fures prædam. furtaq; inter se partiri soliti erant. & ideo lauerniones uocabanť, qđ sub tutela deæ lauernæ essent, cuius ædes erat iuxta portam lauernalem

raudufcula,qđ ærata effet. Aes raudus a ueteribus dictű.unde in uẽditionib⁹ mancupi fcriptű erat raudufculo librã ferito.Proprie aűt rudus.fiue raudus dicit̃ res rudis afpera,& imperfecta ideo hominem imperitű rudem nominamus. A quo fit erudio,qđ eft doceo.ĩftruo.& eruditio doctrina.& erudite aduerbiű docte.& ruditas imperitia.& obtufitas ingenii.& rudis ĩpolita uirga dicit̃.a quo fit rudiculus diminutiuű.Ply.Nõ eft opus in hoc ufu lanas rudiculis effe curatas.Idem.Vrit̃ aűt in patinis per laminas minutas cum fulphure uerfatű rudibus ferreis, aut ferulaceis,donec liquor mutet̃ in cinerẽ.Quomã aűt gladiatores iam ætate ĩgrauefcẽtes, dű libertate a ꝑtore donabant̃,ne gladiatoriã amplius exercerẽt,uirga donari folebant. factű ẽ,ut pro libertate,& pro fine,rudis aliqñ metaphorice ponat̃.Iuue. Ergo fibi dabit ipfe rudẽ, Hinc nouű rudus,& uetus rudus dicimus.Nouű rudus eft materia pauimẽti,hoc ẽ faxa denouo cõtufa,feu teftæ fractæ ad pauimẽtű faciẽdű.Vetus uero rudus eft,materia ueterű pauimẽtoꝝ,& diruptoꝝ ædificioꝝ,quæ lapidibus,& teftis cõfractis,calceq; harena cõmixta conftat. Ply.Cõplanatæ ueteri rudere erãt uiæ.Hinc ruderatus ager dicit̃,qui ueterű ædificiorum materia fcatet,hoc eft lapidibus cõfractis.harena.calce.Ply.Rofam ficcis locis q̃ humidis odoratiorẽ cõftat nafci.Serẽdam,nec pinguibus:nec argillofis locis cõtentã raris.ꝓprieq; ruderatű agrű amare.de rudere nouo. Vetruuius.Tűc fupftratű duces rudus,hoc eft faxa cõtufa duab⁹ ꝑtibus,& una calcis tẽperãte cõftitues.Rudo uero factitiű uerbű eft,ꝓprieq; de afinis dr̃,ficut hinnio de eqs.Perfius.Findor,ut arcadiæ pecuaria rudere credas.hinc rudẽtes afini dicuntur. Vir.Sera fub nocte rudẽtű.Rudẽtes etiã appellant̃ nautici funes,qm̃ cű uento agitant̃ rudere uidẽtur.Idem.Infeqtur clamorq; uirű,ftridorq; rudẽtű.Item rutumena porta,quæ a noĩe cuiufdã aurigæ cognominata eft ꝓpe eã habitãtis.& catularia,qđ nõ lõge ab ea ad placandű caniculæ fydus inimicű frugib⁹ ruffæ canes imolabant̃,ut fruges ad maturitatem ꝑducerent̃.& triűphalis porta,ꝑ quã triűphãtes iꝑatores põpã agebãt.Erat & ĩ urbe illa porta,q̃ a Roma Romanula dicebat̃,habẽs gradus in naualia ad Volupiæ facellű.Itẽ alia in palatio mutionis appellata a mugitu,qđ ea pecus exigebat̃. A fonte etiã fonticulus deducit̃,hoc eft puus fons. Ply.Vbicűq; moueris humű fontituli fcatẽt.Fõs græce πηγη dicit̃.unde plures fimul domus rufticæ,hoc ẽ plures uillæ,Pagus uocat̃,qđ circa fontes cõdi huiufmodi uillæ confueuerunt. hinc pagani dicti,q̃fi ex eodẽ fonte potãtes, hĩc uillani. hinc paganus uicus.hinc femipagan⁹ q̃fi femiuillanus.lapis in quẽ aqua fcaturiẽs colligit̃.mõ crater.mõ labrű.mõ a guftando guftatoriű appellat̃.Crater a fimilitudine uafis huiufmodi.Eft enim crater,fiue cratera uas rotűdű amplű. Vir.Crateras læti ftatuűt,& uina coronãt.Idẽ.Craterefq; duos ftatuã tibi pinguis oliui.Et alibi.Fufo crateres oliuo.Nã qđ Marcellus ait crateras dici uafa uinaria.Crateres uero uafa olearia,falfum ẽ.magnű atq; amplű effe idẽ Virgilius oftẽdit. Sed magnű metuẽs, fe poft cratera tegebat,græcű uocabulű eft κρατηρ,& a capacitate. hoc ẽ ἀπὸ του κρατεῖν deducit̃, qđ ẽ tenere,cape. Quidã fcribűt tris urnas cõtinere. Vrnã uero quartariű dici manifeftű ẽ, qđ q̃tuor fextarios capiat.ab huius uafis fimilitudine crater in mõte Aetna appellatus eft foramẽ illud,ꝑ qđ ignis,cinifq; euomit̃,qđ cű aliqñ duobus in locis fieri uideat̃.duos eẽ huiufmodi crateres dixere.Strabo.Ipfa uero montis ætnæ,cacumina flagrãtibus incendiis multipliciter mutari manifeftű eft.Nűc qdem in craterẽ collabit̃ ignis.nunc diuifus egredit̃.modo igniti defluűt riui.mõ flãmæ,aut fumus,fuligoue cõfurgűt. Aliqñ ardẽs lapis exundat.Ouidius de raptu ꝓferpinæ.Et ꝓnos currus medio cratere recepit.Exigua fiftula ex ære,fiue marmore,aut alia materia,ex qua aqua exilit e fonte,& ꝓpter figna,quæ fieri in ea folẽt ꝓfona aliquãdo uocatur.ꝓprie fipűculus dicit̃.Ply. Aqua uelut exp̃ffa cubãtiű põdere fipűculus effluit,cauato lapide fufcipit̃,gracili marmore cõtinetur.Item baptifteria in domibus funt,hoc ẽ ueluti lacus qdã ex ligno,aut marmore,alioue genere lapidis ædificati,ĩ qbus lauãdi gratia mergimur dicta,ἀπὸ του βαπτίζειν,qđ mergere eft,hæc ĩ cellis ædificari folẽt,hoc ẽ fecretiorib⁹ locis,ĩ hűc ufum factis,q̃rű aliæ caldariæ funt,in qbus calda lauamur,aliæ frigidariæ in qb⁹ lauamur frigida.Ply.Cella frigidaria,in qua ẽ baptifteriű amplű,& opacű.Sűt etiã pifcinæ in areis,ĩ qb⁹ natari latius poffit.Pifcinæ ab initio dictæ funt,in qbus uiui pifces coercent̃,qđ nomẽ ipfum facile ĩdicat.In his qm̃ natare etiã folebãt,ĩualuit cõfuetudo,ut oẽs ĩ hűc ufum collectæ aquæ fiue frigidæ fint,fiue calidæ,fiue tepidæ pifcinæ dicãt̃.Mar.Pifcinã peto nõ licet natare. Cice. Latiorẽ inqt pifcinã uoluiffem,ubi iactata brachia nõ offẽderent̃.Ply.Si natare lati⁹, aut tepidius uelis ĩ area pifcina ẽ,in ꝓximo puteus ex quo poffis rurfus aftringi.Quinetiã uafa lignea ampliora ad tenẽdã aquã.& ipfa baptifteria aliqñ pifcinæ uocant̃.Idẽ decoqtur in aqua, & in pifcinas ligneas fundit̃.Eadẽ generali uocabulo natatoria,& natationes appellãtur.a pifcina Cicero.Pifcinarios uocat lucullű.Philippű,& Hortẽfiű pifcinas habẽtes.Pifcina a pifce dicit̃, a quo diminitiuű pifciculus.Terentius.Olera,& pifciculos minutos,& pifcor uerbű,qđ eft pifces uenor.a quo expifcor quod ꝓprie eft diligenter.ubi nam pifces lateant,quæro.Metaphorice tamen expifcari pro indagare accipimus.Terentius.Perinde expifcare, quafi non noris.

Item pro lucrifacere. Plau. Tādē q; nescio qd ab eo expiscatus. & adipiscor, qđ significat acquiro. Veteres appiscor dicebāt. Lucillius. Magnā inde appiscatus infamiā. qđ si adipiscor cū psona iūgatur, significat puenio. & in pterito facit adeptus. Cice. Nā medio itinere eū adept⁹ amplexus sum, hoc est cū medio itinere ad eum peruenissem. idem accidit in nanciscor, quod cum similiter acqro significet, si tñ cum hoīe iūgatur, frequētissime capitur pro inuenio. Cice. Eum tu hominē teneto, si quem eris nactus istis mortis, aut exilii minis. Ab hoc ueteres renāciscor dixere pro eo, qđ est reprehendo. & indipiscor, qđ similiter significat assequor. Dicit etiam in actiuo indipisco. Plau. Neq; partem tibi adeo indipisces, neq; furē excipies. Ab indipiscor fit īdeptus. a quo īdepto frequētatiuum. Varro. nec partē aliquā indeptauit hæreditatis. A piscor piscator deducitur, qui piscatur. & piscatus, ac piscatio pro ipso actu piscandi. Plynius. Quos uenatus. aucupia. piscatusq; alebāt. & piscatoriū, qđ ad piscatorē ptinet, ut piscatorius ham⁹. piscatoria scapha. piscatoria fiscina. piscatoriū tugurū. & piscosum, qđ modo significat piscibus plenū, modo in quo piscari facile est, qđ & pisculētū ueteres dixerūt. Cato. Fluuium magnum. pulchrū. pisculētū. piscatorii ludi dicebantur, qui pro quæstu piscātiū fiebant. Itē piscariæ, loca in quibus pisces uēdūtur, & piscarii, qui pisces uēditant. Varro. Nullus in piscaria piscis erat. inter piscarios nemo uendebat. iidem & cetarii dicūtur. quāuis cetarii potius sunt, q magnos pisces, & salsos uēdūt. Cetæ enim maiores pisces in mari sunt, non ouum, sed animal pariētes, quod nulli ex paruis accidit, præterq̄ ranæ. Vir. Immania cetæ. Cetarii etiam piscatores magnorū pisciū dicūtur, utputa tynnorū, & aliorū huiusmodi. Varro. Aduertis cetarios cū uidere uolūt in mari turmas ascendere in malum, alti ut penitus per aquā perspiciāt. Hinc cetariæ dicūtur loca iuxta mare stagnāte lacu, in quibus thynni, & alii huiusmodi pisces capiuntur, & iuxta saliūtur. Ply. Carteiæ in cetariis assuetus polypus exire, atq; ibi salsamenta populari. Idem. Scōbris in aquis sulphureus color, extra, qui cæteris, hispaniæ cetarias, hi replēt thynnis non cōmeantibus. pisces aliquādo a terrestrium animaliū similitudine nomen habent. ut uitulus. scorpius. anguilla. Aliquādo a similitudine auium, ut passer. hyrūdo. Nōnunq̄ ab aliquo inanimato, ut a testa, testudo. ab acu acus, qui & belone dicitur, quod græci βελονην acū nominant. Plynius. Acus, siue belone unus piscium dehiscente. ppter multitudinem uero parit, a partu calescit uulnus, quod & in cæcis serpētibus tradunt. Interdum a colore ut aurata. a colore auri, & mulus a colore muleorum calceorum, quibus primo reges albani. postea patritii usi sunt. erant autem purpurei coloris a milando, hoc est suendo dicti. Vnde millus collare canum uenaticorum cōsutum, factūq; ex corio clauis ferreis eminētibus aduersus impetū luporum. Scipio emilianus ad populum. Nobis īquit, reiq; publicæ præsidio eritis, quasi millus cani. Mullus piscis est marinus maximæ nobilitatis, & gratiæ, magnitudinis modicæ. raro enim binas libras ponderis superat. Martialis. Nolo mihi ponas rhōbum, mullūq; bilibrē Mutianus tamen tradidit. Mullum octuaginta librarum in mari rubro semel captū fuisse. uescitur alga. ostreis. limo. & aliorū pisciū carne barba gemina insignitur inferiori labro. ppter quod Veneti barbonē uulgo nomināt, a græcis trigla dicit, quo noīe in præsentia utūtur romani. Hinc trigles lapillus dictus, quod mulli colorē habet. sicut carcinias, qđ cancri marini. Echites, quod uiperæ. scorpites, quod scorpionis. scarites, quod scari. Vilissimus inter eos est, quem lutarium nominant. Hunc semp comitat sargus alius piscis. & illo cœnū fodiente, hic excitatum pabulū deuorat. Asinius celer Claudio principe mullum unū septem millibus nūmum mercatus traditur. M. Apicius in sociorū garo, de quo alibi dicemus. Mullos necandos putauit. & ex iecore eius alecem excogitauit. Mullū expirātē multiplici quadā colorū uarietate spectare, pceres gulæ pclarum putabāt, præsertim si uitro esset inclusus. Seneca parum uidetur recens mullus, nisi qui in cōuiuæ manu moritur. Vitreis ollis inclusi afferūtur, & obseruat morietium color, quem in multas mutationes mors luctante spiritu uertit. Idē ante illa audiebamus. Nihil est melius saxatili mullo. At nūc audimus nihil est moriēte formosius. Da mihi in manus uas uitreū, in quo exultet, & diu laudatus est. ex illo perlucido uiuario extrahit. Tūc, ut quisq; peritior est, mōstrat. Vide quā exarserit rubor omni acrior minio. Vide quas per latera uenas agat. Ecce sanguineū putes uentrem. q̄ lucidū quidā cæruleū sub ipso tempore effulsit. Iam porrigit, & pallet, & in unū colorē cōponitur, non tempero mihi, quin utar interdum temerarie uerbis, & pprietatis modum excedam. Nō sunt ad popinā dentibus, & uētre, & ore contenti, oculis quoq; gulosi sunt. Mulli nūc præstantissimi capiūtur in mari Tyrrheno iuxta corniculum, & tarquinios. habent enim & pisces sua loca, sicut carpio in benaci lacu. Salmo in rheno, ac rhodano, qui duo pisces omnibus fere marinis præferuntur. Attilus in pado. Zeus, qui & faber appellatur. gadibus, mustellæ, in lacu brigātino retiæ murenis fere similes, & cæteros oēs pisces nostra ætate excedētes pretio, quas alābēdis petris, uulgo nūc lāpetras nominant. Circa ebusum salpa, obscœnus alibi, & q coqui nō pōt, nisi ferula uerberatus. Plerūq; nomē trahūt pisces, ab ingenii, aut morū similitudine, ut canes, siue caniculæ a morsu. hæ enī

graui piculo urinátes infestát,ob id stilos præacutos lineis adnexos habẽt,qa nisi persossæ nõ recedũt.atrox cũ his dimicatio est.Inguina & calces oẽmq; cádorem corporũ appetũt. Salus una ĩ aduersas eũdi,sic enim territæ retrocedũt.pauẽtq; hoĩem æque,ac terrẽt.Verũ ubi ad sumá uẽtũ est,ibi piculũ adẽpta facultate eũdi cõtra dũ conanť emergere,oĩs spes salutis in socis est,nisi p̃celeri ui repẽte rapiát,absumi spectát.Oĩs cura ad speculãdum hoc malũ adhibetur anteq̃ mergať.Certissima ẽ securitas conspexisse ibi planos pisces,qa nunq̃ ubi sunt,caniculæ uersantur.Qua de causa urinãtes sacros eos appellát.Itẽ lupi a uoracitate,unde a græcis hic piscis λαβραξ diciť,hoc est ueheméter edax.λα enim intẽsiua particula est.βαρος edax dicitur, a quo picẽtes mei uarolũ noĩant.Romani uulgo lupũ,laneus siue lanatus lupus diciť a cádore,ac mollicia carnis.Tales enim ĩter eos laudatissimi sunt.Martia.Laneus euganei lupus excipit ora Timaui Aequoreo dulces cũ sale pastus aq̃s.Var.Lupo tyberino palmá tribuit his uerbis.Ad uictũ optima fert ager cãpanus frumentũ.falernũ.uinũ.cassinas oleũ.tusculanus ficũ.mel Tarẽtinus.piscẽ,tyberis. Optimi inter duos põtes lupi capiebanť.,ppter urbis latrinas, & cloacas,quas insectátes maxime pinguescũt.quæ res p̃cipua cá est,ut e mari nátes inter fluminũ hostia meliores sint,utpote piguiores Refert macrobius Lucilliũ acrem & uehemẽtẽ poetam ostẽdere se scire hũc piscẽ egregii saporis esse,qui inter duos põtes captus esset, eũq; quasi liguritorẽ appellare catillonẽ.,pprie aũt catillones dictos gulosos,quasi catillorꝫ liguritores, & p̃cipue eos,qui ad pollutũ herculis ultimi cõueniebãt,qď catillos liguribant.A catino p diminutionẽ catillus dictus.catinũ aũt a capiẽdo putát deductũ,uas est escariæ mẽsæ, ubi pultẽ aut aliqd iurilẽti ponebãt,catillatio graue opprobriũ obiiciebať hoĩbus generosis,si qui,puincias amicas populi romani expoliassent,qď bona eorꝫ ligurisse uiderenť.Lucilli uersus hi sũt. Fingere p̃terea afferri qď quisq; uolebat.Illũ summa ducebãt,atq; altiliũ lanx.Hũc põtes tyberinos inter captus catillo.Caiũ quoq; Titiũ ita scripsisse cõmemorat,quin potius potam⁹ mulsum mixtũ uino græco. edimus turdũ pinguẽ.bonũq; piscẽ.lupũ germanũ,qui ĩter duos põtes captus fuit.Refert Aristoteles mugilẽ,& lupũ ppetuo inter se odio cõflagrare. Nos certe puteolis sæpenumero cõgrũ cũ murena.cũ lupo mullũ acriter pugnátes,Bessarione nostro p̃sente aiaduertimus,mugilẽq; in metu,cũ caput occultasset,totũ se abscõditũ esse existimantẽ, ,ppter qď cephalũ a græcis uocari,uerisimile est.Galenus quoq; excellẽs medicus de eo sic scribit. λαβρακα ου τεθεαμαι γεννομενον εν γλυκεσιν υδασιν.εκ μεντοι τησ θαλασσησ επαναβαινοντα ποταμοισ η λιμναισ εωρακα.διο και μοχθηροσ ολιγακισ ευρισκεται.καθαπερ ο κεφαλος πολλακις.ου φευγει δε ουδε τασ λιμνοθαλασσας και τα στοματα των ποταμων και τιγε πελαγιοσ ων.τουτι γαρ τουνομα τιθενται τοις εις το βαθος αποχορουσιν.Lupũ ĩnqt in dulcibus aquis natũ nõ uidimus,sed ex mari in flumina,ac lacus ascẽdẽtem cõspeximus,,ppter qď parũper limosus inueniť aliqñ,quẽadmodũ cephalus.Nõ fugit aũt stagna salsa,nec ostia fluminũ, quãuis in ,pfundo maris uersari sit solitus.Cõstat aũt a lupo quadrupede aĩali appellatũ hũc piscẽ fuisse,cuius tanta uarietas est,ut cibo alio deficiẽte terra uescať.luporũ uisus crediť hoĩ noxius esse,uocẽq; ei,quẽ priores uiderint,adimere. Vir.Nũc oblita mihi tot carmĩa,uox quoq; mœrim iam fugit ipsa.Lupi mœrim uidere priores.Hinc factũ est ,puerbiũ.Lupus est ĩ fabula, quotiens supueniente eo,de quo sermo erat necesse est tacere.homines in lupos uerti,rursusq; restitui sibi,usq;adeo uulgi aĩs infixũ est,ut hinc uersipellis cõtumeliosum nomẽ ortum puteť. Hi enim dicũtur uersipelles,qui modo unũ,modo aliud ostẽdũt,& quo libet se fraudulenter cõmutant.Lucillius. At libertinus tricorius syrus iste ad mastigias,qui cũ uersipellis fio, & cõmuto oĩa.Plau. Versipellẽ se facit,qñ lubet.Scribit Varro arcadas quosdam sorte ductos stagnũ quoddã eius regionis tranare,uestitu in quercu suspenso,atq; abire in deserta, transfigurariq; in lupos,& cum similibus feris per nouẽ annos uictitare.Quo in tpe si humana carne abstinuerit,rursus ad idem stagnũ reuerti, & cũ tranauerint priorẽ effigiẽ,habitũq; recipe, nouẽ annorꝫ ætate addita.Et qa nullũ tam impudẽs mẽdaciũ est, ut teste careat, noĩatim exprimit. Demenetũ quendam in sacrificio,qď arcades ĩmolato puero facere deo suo lycæo solebant, cum humana exta degustasset,statim in lupũ cõuersum,& anno decimo in figurá pristiná restitutũ.hũc pugillatu sese exercuisse.& olympiaco uicisse certamĩe.Nec ob aliá cãm Varro existimat in arcadia Panẽ lycæũ, & Iouẽ lycæũ noĩatos,q̃ ,ppter hanc hominũ in lupos mutationem.Lupus eium græce λυκοσ diciť,a quo lupi nomen deriuať.& simili modo lycæum arcadiæ montẽ appellatũ,qui pani deo sacer est,qď magis mihi placet,q̃ qď scribit Seruius lycæũ dictũ,qď lupos non sinat in oues sæuire.Lupi caudæ uulgus existimat amatoriũ uirus inesse in exiguo uillo,eũq; qui capiať statim abiicere,nec uim habere uillũ, nisi uiuenti detrahať. A lupo ceruarius lupus diciť aliud animal uulgo notũ,cuius tanta obliuio est,ut maxima etiam in fame mandẽs,si respexerit,nõ recordeť cibi,sed digressus aliũ quærat.Item a lupo lupercal dictũ,locus siue spelũca sub palatino mõte sacrata ab Euandro Pani deo arcadiæ,qui lycæus uocatur,quáuis alii ita appellatũ uelint.uel ꝙ lupa ibi Remũ,& Romulũ nutriuerit,uel ꝙ ibi

per caprũ luebaẽ,hoc eſt ſacrificabaẽ,ut ſit dictio ex tribus orationis partib⁹cõpoſita,hĩc lupcalia ſacra,quæ ĩ eo loco fiebãt,appellata.& lupci a Romanis dicti q̃ſi ex illoꝝ myſterioꝝ ſemie exorti,ſiue(ut Varro putat)quod lupcalib⁹in lupcali ſacra facerent.A lupo ẽt meretrices lupæ appellatæ,qd' ut illi cibi,ita hæ uel libidinis,uel quæſtus appetẽtes ſint.Vñ turpia eaꝝ loca lupanaria uocãẽ.& lupari ſcortari,ac meretricari ẽ.Accius.Qui cũ meretrice ꝑ uias habitu nr̃o lupanẽ.Hinc datũ fabulæ locũ uolũt,ut Remus ac Romulus expoſiti,a lupa nutriti eẽ dicanẽ, quod cum uagientes in ripa tyberis iacerent,a neſcio qua meretrice primum collecti fuiſſe,& primas ei⁹mamillas ſuxiſſe putenẽ,deinde ad Fauſtulũ ꝑueniſſe paſtorẽ.Alii tñ exiſtimãt hãc non fabulam,ſed hiſtoriã eſſe,& geminos infantes a lupa uere fuiſſe nutritos,qd' Marte geniti eſſent,in cuius tutela lupi eſſe dicunẽ,ut ideo lupa paruulis ubera admouiſſe credatur,q̃a filios eẽ dei ſui martis agnouerat.Lupata quoq; genus freni aſperrimi lupinis dentibus nomẽ ſum pſere,quia inæquales ſũt.&,ꝓpterea morſus eoꝝ aſperrimus.Vir.Preſſiq; negabunt uulnera dura pati,& duris parere lupatis.Lupinũ diciẽ quicquid ad lupum ꝑtinet.ut lupini dẽtes.lupini oculi.lupina rabies.Plynius Maſurius palmã lupino adipi dediſſe antiquos tradit.ideo nouas nuptas illo perũgere poſtes ſolitas,ne quid mali medicamẽti ĩferreẽ.Lupinũ quoq; leguminis genus appellamus,qd' nõ minus terrã appetat,uoraxq; illius ſit,q̃ lupus.hoc unum coli nõ uult,ſeriturq; nõ arato,& tellurẽ adeo amat,ut q̃uis frutetoſo ſolo cõiectũ ĩter folia,uepreſque,ad terrã tñ radice ꝑueniat.Quotidie cũ ſole circumagitur,horaſq; agricolis etiam nubilo die demonſtrat.ter floret.ab oĩbus animalibus amaritudine ſua tutum eſt.Maceratum calida aqua in cibo eſt homini.Lupus ẽt ĩſtrumẽtũ eſt adũcũ,quo uaſa,quæ in puteũ forte ceciderĩt, extrahunẽ.Harpax græco uocabulo & Harpago nominaẽ,quod rapax ĩterpretari põt,ἀπὸ του αρπαζειν,quod eſt rapere.Itẽ Lupus genus aranei eſt,de quo ſupra diximus,a græcis λυκος appellatus,& herba quæ aſparagi uice mandi ſolet,quæ & lupus ſalictarius,quod ſalices ad ſimilitudinem uitis aſcendat,& uulgo lupulus diciẽ ex aculentarũ genere.Germani ex ea ceruiſiã faciunt admixta frugibus.Hoc genus potionis,quo pro uino utunẽ,q̃le eſt in ægypto zithum celia,& cerea in hiſpania.hoꝝ oĩum ſpuma cutẽ fœminarũ in facie nutrit.A lycos etiã lyc⁹deducitur propriũ uiri nomẽ.Multi aũt hoc noĩe clari fuerũt.Vnus troianus Virg.Fata lyci.Alius thebanus ignobilis genere,qui cũ a creonte Herculis ſocio in exiliũ miſſus fuiſſet.Hercule deinde cũ pirithoo ad inferos profecto regnũ thebarũ occupauit.Item alius thebaꝝ rex.alius pandionis filius,qui a ſe lyciã noĩauit Itẽ a lycus lycaon Calyſtonis pater Arcadiæ rex,qui cũ ſolitus eſſet hoſpites necare,idq; in Iouẽ hoſpitẽ moliretẽ,in lupũ ab eo cõuerſus eſt.Fuit & ali⁹ hoc noĩe Priami filius,pater pandari.& lycaſtus urbs cretæ a luporũ,quæ ibi eſt,multitudine.& lyciola paſtoris nomẽ.& lycimnius frater aſtioches,& lycinus propriũ nomẽ,& lycomedes creontis filius,& lycopa urbs Aetholiæ.& lycon pythagoricus philoſophus,alius Socraticus.terti⁹ poeta.quartus epigrãmatũ ſcriptor.& lycophron periandri Corinthiorũ tyrrani filius, qui patri quod matrẽ occiderat nunq̃ conciliari potuit.cũq; patris ætate iam graueſcente in ſucceſſionem tyrannidis uocaretur,reſpondit ſe nunq̃ Corinthũ patre uiuente rediturum.& lycopolis urbs ægypti.& lyctus oppidũ cretæ ſub idomenei imperio,a quo idomeneus lyctius eſt dict⁹,& lyctonia ſimiliter urbs cretæ.& lycurgus lacedæmonioꝝ rex,philoſophuſq; clariſſimus,qui lacedæmoniis leges ſanctiſſimas condidit.aſtrictiſq; ciuibus iuramento,qd' tam diu eas intemerate obſeruarẽt,donec ipſe rediret.& e patria nunq̃ rediturus emigrauit.quo leges a ſe editæ ꝑpetuo obſeruarenẽ.Fuit & alius lycurgus nemeæ regiõis rex.Itẽ alius Rex thracum,qui cum Bacchũ deũ eſſe negaret,uitẽ amputare conatus,ſibi crura præcidit.unde eũ tradunt abſtemiũ fuiſſe,& lyciſca nomen habens compoſitũ a lupo & cane,hoc eſt ἀπὸ τȣ λυκου, και σκυλαξ.Eſt enim canis natus ex commixtione canũ luporũq;.Virgi.Multum latrante lyciſca,& lynx,& lycius Apollo.& lux de quibus ĩferius dicemus.Itẽ urticæ dicunẽ,quod uredinẽ tactu excitẽt.Græce hoc genus ακαληφη uocatur,piſcis eſt carnoſæ frõdis.nocte uagaẽ.ueſcitur carne.cõtrahit ſe primo.mox prænatãte piſciculo frondẽ ſuã ſpargit.complectenſq; deuorat.Dũ admoueri ſibi manũ ſentit,mutat colorẽ,& contrahiẽ uis.pruritu mordax.nã tacta uredinẽ mittit inſtar terreſtris herbæ,q̃ ab urendo urtica diciẽ,quod folia eius tacta acerrime urãt quãuis genus urticæ eſt,qd' ononiũ uocant,multo cæteris mitius,& foliis fere nihil mordẽtius.Cõſtat,ſi qs decocto urticæ pedes hyeme lauerit,eo die nõ frigeſcere.Si equæ marem nõ admittant,& urtica infricetur natura,libenter coitũ pati.Phãnias phyſicus utiliſſimã eẽ urticam ſcripſit in cibis coctam,conditamue,lieni.duritiæ uentris.inteſtinoꝝ animalibus.articularibus.& podagricis morbis.arteriæ.tuſſi.uentris diſtillatiõi.ſtomacho.panis.parotidi.ꝑnionibus.Pectus præterea purgare.urinã ciere.ſanguinem narium ſiſtere.calculos rumpere.uuam reprimere.Nõnũq̃ etiã a figura piſces nomẽ accipiunt,ut ſolea,q̃ crepidæ ſimilis eſt,quã ſoleã uocamus ex planorum piſcium genere.& Rhombus commendatus patinis.a ſolea,& paſſere ſitu tantum corporis differens.etenim dexter Rhombo reſupinat⁹ eſt ſoleæ & paſſeri

leuus. Rhombi mentionẽ facit Iuuenalis, quẽ fingit Domitiani tẽporibus ĩcredibili magnitudine captũ fuisse. Cũ iam semianimũ laceraret Flauius orbem Vltimus, & caluo seruiret Roma Neroni, Incidit adriaci spatiũ admirabile rhombi Ante domũ ueneris, quã dorica substinet ancõ. Impleuitq; sinus. Rhõbos tradũt optimos esse Rauẽnæ, sicut lupos inter duos pontes romæ. Rhombus græca uox est, significatq; ꝓprie figurã quadratã solidã, cui⁹ latera oĩa sũt æqualia, anguli uero oẽs obliq hoc mõ <>. Hic Rhõbus si in terra iactet̃, uoluit̃ ad similitudinẽ fere cylindri. Vtebãtur eo maleficæ mulieres, q̃bus maxime thessalia abundat, ad deducendã lunã. Martialis. Quæ nũc thessalico lunã deducere Rhombo. Idem. Nũerare qs pigri damna possit somni. Dicere quot æra uerberent manus urbis. Cũ secta colco luna uapulat Rhõbo. Solebant quippe ueneficæ mulieres ad deducendã lunã noctu æra ꝑcutere. Ouidi⁹ de anu lunã deducẽte. Themesæaq; cõcutit æra. Themes enĩ antiquũ oppidũ cypri est, in quo repertum primo æs, ab eo sũpsit cognomẽ. Theocrit⁹ in ecgloga, quã pharmaceutriã ĩscripsit, mulierem maleficã inducit amore adolescentis captã inter multa alia, quibus allicere sibi amantẽ conabatur hoc Rhõbo usam fuisse χως δινειθοδε ρομβος οχαλκεοςεξ αφροδιτασ ως κεινος δινοιτο ποθαμετερησι θυρησι. ut Rhomb⁹ iste (inquit) æneus uertitur, ita uertatur meus amans ad me. Est etiã Rhõbus cylindrus, itẽ torques, & instrumẽtũ illud, quo uertendo mulieres nent, utunturq; eo similiter in thessalia mulieres maleficæ ρομβειν græci dicunt uertendo fũdã, lapidem iactare. Quãdoq; nominant̃ ab effectu ut Torpedo, quæ limo mersa occultat sese, & pisces supra natãtes torpẽtes facit. postq̃ uero obtorpuere, deuorat. Et squatina ex planorũ piscium genere, qđ ꝓpter squallorẽ, hoc est aspitatẽ cutis ligna ea, & ebur poliant̃. hæc in aqua mira solertia pinnas exertas mouet, ut Rhõbus, ut specie uermiculoꝝ assultãtes pisciculos attrahat. quos ꝓpe accedẽtes assiliat. Et Echeneis qđ nauẽ retineat εχειν enim tenere est ναυς a græcis dicit̃ nauis. Magnus nostri seculi, & supioris error circa hoc uocabulũ fuit oĩbus, ꝓ echeneis echinus apud Lucanũ legentibus. In mediis echinus aquis. in quo præter sensum etiã uersus ipse corrũpit̃ cũ echinus primã syllabã correptã habeat. Echeneis igit̃ nõ echinus legẽdũ est, hoc modo, Nõ puppim retinens euro tendente rudentes in mediis echeneis aqs, oculiq; draconũ. Est aũt piscis admodum paruus in petris uiuens, qui adhærens carinis naues retardat, ideo εχενηις dictus a græcis. A q̃busdã uero e nostris latinis remora appellatus, qđ naues remoretur. Hunc Plyni⁹ scribit ob eã cãm amatoriis ueneficiis infamẽ esse, tũ propter iudiciorũ ac litiũ moram. Sed hæc crimina una laude cõpensat, qđ fluxus grauidaꝝ utero sistit, partusq; ad puerperium cõtinet, ĩ cibos tamẽ nõ admittit̃. Pedes eũ habere arbitrat̃ Aristoteles. Mutian⁹ muricẽ eẽ latiorem purpura, neq; aspero, neq; rotundo ore, neq; in angulos prodeunte rostro, sed simplici cõcha utroq; latere sese colligente, q̃bus adhærẽtibus plenã uẽtis stetisse nauẽ portantẽ nuncios a Periandro, ut nobiles pueri castrarẽt̃. Alii pedalẽ esse tradiderũt, & crassitudine q̃nque digitoꝝ naues morari. Plynius de hoc elegãtissime scribit in hũc modũ. Quid uiolentius mari, uentisue? & turbinib⁹? procellis? quo maiore hoĩum ingenio in nulla sui parte adiuta est, q̃ uelis, remisq;. Addat̃ his & reciproci æst⁹ inenarrabilis uis, uersũq; totum mare in flumẽ. Tamẽ oĩa hæc pariterq; eodẽ ĩpellẽtia, unus ac paruus admodũ pisciculus echeneis appellat⁹ in se tenet. Ruãt uẽti licet, & sæuiãt ꝓcellæ, ĩperat furori, uiresq; tãtas compescit. & cogit stare nauigia qđ nõ uincula ulla. nõ anchoræ irreuocabili põdere faciũt. Infrenat ĩpetus. & domat mũdi rabiẽ, nullo suo labore. nõ retinẽdo, aut alio mõ, q̃ hærendo. Hæc tãtilla est satis cõtra tot ĩpet⁹, ut uetet ire nauigia. Sed armatæ classes ĩponũt sibi turriũ ꝓpugnacula, ut in mari quoq; pugnetur uelut e muris. Heu uanitas humana cũ rostra illa ære ferroq; ad ict⁹ armata semipedalis inhibere possit, ac tenere deuincta pisciculus. Fertur actiaco Marte tenuisse prætoriã naui Antonii ꝓperantis circumire & exhortari suos, donec trãsiret ĩ aliã. ideoq; cæsariana classis ĩpetu maiore ꝓtinus uenit. Tenuit & caii prĩcipis ab astura antiũ remigãtis, ut res ẽ etiã, auspicalis pisciculus. Si quidẽ nouissime tñ in urbẽ reuersus ille ĩperator suis telis cõfossus est. Nec lõga fuit illius moræ admiratio, statĩ causa intellecta, cũ e tota classe quinq; remis sola nõ ꝓficeret, & exiliẽtibus ꝓtinus q̃ id quærerent, circa nauim inuenere adhærentẽ gubernaculo, ostenderuntq; caio indignãti hoc fuisse, qđ se reuocaret, quadringentorũq; remigũ obsequio cõtra se ĩtercederet. Cõstat ẽt peculiariter miratũ quomodo adhærens tenuisset, nec idẽ polleret in nauigiũ receptus, qui tũc posteaq̃ uidere eũ, limaci magnæ similẽ esse dicũt Quidã e græcis auctorib⁹, hũc alio noĩe odinolyontẽ appellauere ἀπὸ του λυειν τὰς ωδινας, hoc est a partu soluẽdo. Quippe sale asseruatũ, & alligatum grauidis partum soluere prodiderũt. Echinus uero piscis est calicẽ habẽs echinatũ instar castaneæ, ꝓpter quod echinus est dictus, græci enim εχινον hirtum uocant, spinas pro pedibus habet. ingredi huic est ĩ orbẽ uolui. itaq; detritis sæpe aculeis ĩuenit̃. Ex hoc genere echinometræ appellantur, quorũ spinæ longissimæ. calices minimi, nec oĩbus idẽ ruffus, & uitreus color. Circa turonẽ cãdidi nascunt̃. sæuitiã maris præsagientes operiunt sese, ut mobilitatem stabiliant pondere, ne nimia uolutatione atterãt spinas, qđ aspiciẽtes nau

tæ pluribus mox anchoris nauigia firmant, oua oĩum amara sũt q̃na numero. ora ĩ medio corpore interrã uersa. Vidi ego & sæpe piscat⁹ sũ piscẽ hũc ĩ scopulis qbusdã maris nostri aqua cõtectis apud Antii reliqas, & iuxta Baias purpureo colore, cæruleo, ac uiridi mixto. usque adeo grata oculis ea uarietate, ut si colores durarẽt nulla esset cũ gemmis cõparatio, sed mortuo pisce colores tabescunt. scinditur leui percussu hirta testudo, in duasq; partes diuiditur. abiicit altera, altera uero leuiter aqua abluit. decidũt sordes, quæ in iis pro uiscerib⁹ sunt remanẽt quinq̃partita oua subruffa, ad stellæ imaginẽ formata hæc cruda sumunt sapore nõ iniocũdo, quãuis nescio q̃d amaritudinis habeãt. præstãt q Miseni nascunt. Horatius. Ostrea circeis miseni oriunt echini. Sæpe etiã a uitæ consuetudine uocantur. unde mullũ lutariũ dicimus qd' in luto uerset, & terrestrẽ testudinẽ chersinã, quod χερσοσ apud græcos dicit continens Martialis. Fœmineã nobis cherson si credis inesse, Deciperis, pelagi mascula turba sumus. Sæpe etiã ab ipsorũ pisciũ specie, ut nautilus qd' nauigantis effigiẽ habeat ναυτιλλομαι enĩ apud græcos significat nauigo. hic piscis est, qui ab aliis Pompilus noĩatur, supinus in summa æquorũ puenit. ita se paulatĩ subrigens, ut emissa omni per fistulã aqua uelut exoneratus, sentina facile nauiget, postea prima duo brachia retorquẽs mẽbranã ĩter illa miræ tenuitatis extendit, qua uelificante in auras cæteris brachiis subremigãs media se cauda, ut gubernaculo dirigit. ita per altũ uadit liburnicarũ imagine ludẽs, & si q̃d pauoris interueniat, hausta aqua se mergens. Itẽ Polypus a pedũ multitudine quasi multipes. piscis est ex molliũ genere multos habens pedes quos mõ brachia, modo crines uocamus. itẽ caudã quæ bisulca est & acuta. fistulã præterea in dorso q̃ mare trãsmittit, eãdẽq; modo in dextrã, mõ in sinistrã partem transfert. natat obliqu⁹ in caput. per brachia uelut acceptabula q̃dã dispersa habet, q̃bus haurit quodammodo, cui adhæsit. & ita tenet, ut neq̃at diuelli. comprehẽsum hominẽ in terrã deiicit. exit in siccũ dũtaxat asperũ. leuia odio habet. colorem mutat ad similitudinẽ loci. Captus olĩ fuit in hispania tãtæ magnitudinis, ut caput eius lucullo ostẽsum quindecim amphorarum capax fuerit. crines qui uix utroq; brachio cõplecti possent, acceptabula siue caliculi instar peluiũ urnã æquauerit. Reliquæ eius miraculo asseruatæ septingenta pondo pependerint. Ex polyporũ genere ẽ omnigena dicta graui capitis odore, ꝓpter qd' murenæ maxime eã consectant. Polypi semper fere tabe pereũt. fœminæ celerius auidissimi sunt choncarũ. illæ ad tactũ cõprimunt brachia eorũ præcidentes, ultroq; escam ex prædatore capiũt. carẽt choncæ uisu omniq; alio sensu, q̃ cibi & periculi. insidiant Polypi apertis, impositoq; lapillo extra corpus, ne palpitatus eiiciatur, securi prædã faciunt, & deuorant carnes. illæ se cõtrahẽdo discuneant. Negant aliqui ullũ esse atrocius animal ad conficiendũ hominẽ in aqua. In naufragos, urinãtisue maiorẽ ĩmodũ ĩpetũ facit. Ab huius similitudine Polypus etiã nariũ morbus dicit. a quo eũ morbũ patiẽtes dicũtur Polyposi. Martialis. Nasutũ uolo, nolo polyposum. Crescit caruncula modo alba, modo subrubra, q̃ nariũ ossi inhæret, & modo ad labra pendẽs narẽ ĩplet, modo retro p id foramen, quo spirit⁹ a naribus ad fauces descendit, ita crescit, ut post uuã cõspici possit. strangulat hoĩem, austro præsertĩ atq; euro flãtibus, ferro in modũ spathæ facto ab osse resoluit, adhibita diligẽtia, ne cartilago lædat, ĩ qua difficilis curatio est. Est ẽt quãdo pisces noĩa habeãt, quorũ nulla ratio reddi possit, ut torsio piscis delphinorũ similitudinẽ habẽs, nisi q͏̃ tristior est, caretq; illa lasciuia, rostris caniculæ similis. & Attilus piscis grãdis satis, qui in pado ĩertia piguescẽs ad mille aliquãdo libras captus est cathẽato hamo, nec nisi boum iugis extract⁹. & carpio piscis not⁹, qui capit in benacho. Piscis quoq; cæleste signũ est. Duo hoc pisces cõstituũt, alter noti⁹, alter Boreus appellat. Boreus ĩter æquinoctialẽ, & æstiuũ circulũ sub Andromedæ brachio collocat⁹, & arcticũ polũ spectãs constituit, notius in zodiaco circulo posit⁹ est spectãs ad occasum. Tradũt uenerẽ aliquãdo cũ cupidine filio in Syriã ad flumẽ euphraten uenisse, eodẽ repẽte superuenisse unũ ex gigãtibus nomine typhona, cuius aspectu territã uenerẽ sese cum filio in flumen proiecisse, & in pisciũ figurã esse mutatos, ita demũ periculo liberatos fuisse. Quapropter Syros ea loca incolentes ab esu & captu pisciũ postea destitisse, ne numina sua lædere uiderẽt uel edendo, uel capiendo. Hos pisces in ꝓpriã deinde effigiẽ reuersos, eã imaginẽ in cœlo collocasse. Fuere etiã qui lacus & stagna in domibus habuerit, ut Nero princeps, qui marias, atq; albulas aquas domi habuit. Itẽ stagnũ maris instar circũseptũ ædificiis adurbiũ speciẽ. Quid stagnũ sit diximus superius. Lacus uero a stagno (ut Vlpianus inqt) ita differt qd' lacus est, qui ꝑpetuã habet aquã. Stagnũ uero, quod temporalem aquam habet ibidem stagnantẽ, quæ plerunq; hyeme colligi solet, æstate siccari. In stagnis hyeme cygni. Anseres. anates. onocrotali. grues. fulicæ. aliæq; aquaticæ aues mira uoluptate spectant, & uariis aucupiorũ generibus capiuntur. Est etiã lacus fontiũ, siue fluuiorũ receptaculũ. Vir. iãq; domũ mirãs genitricis, & hũida regna, speluncisq; lacus clausos. Item uas in quo uua calcat, ac mustũ defluit. Plynius ipse uindemias colligo. si tamẽ colligere est nõnunquã decerpere uuã. torculum inuisere. gustare de lacu mustum. Tibullus. Nec spes destituat, sed frugũ semper aceruos præbeat & pleno pin-

guia musta lacu. Lacus etiam trabs est in ædificiis plana, a quo fit diminutiuum lacunar, a quo lacunarium & per antistichon, laquear. & laquearium. Virgilius. Dependent lychni laquearibus aureis. Iuuenalis. Doct⁹ spectare lacunar. Item a lacu, aquæ qñ receptaculum significat, deriuatur lacuna, quæ aquæ collectio est, quam alii Lamam, alii lustrum nominant. Virgili⁹ præsertim in certis si mensibus amnis abundans exit, & obducto late tenet omnia limo. Vnde cauæ tepido sudãt humore lacunæ. Lacuna etiam dicitur fossa ad siccandos agros parata. Idem Et totæ solidam in glaciem uertere lacunæ. Lacus a græco sumpsit nomẽ, græci enĩ λακκον lacum nominant. Piscis græce υχθυσ dicitur, a quo ichthiophagi dicti sũt populi mõtanas regiones. idorũ habitantes. quos subactos Alexander magnus iussit a piscibus abstinere, cũ antea solis piscibus alerentur, a quibus habent nomen ιχθυς enim piscis est φαγω edo. Sunt præterea in ædib⁹ Sphæristeria loca rotunda, uariis lusibus, & uariis exercitationum generibus apta. Item exedræ loca spatiosa quasi triclinia. quæ quasi fere ad occidẽtem uersæ esse solebãt Cicero. Tũc dedita opera quiescentib⁹ aliis, in eam iam exedrã uenisse, in qua Crassus posito lectulo requieuisset. Sunt œci in quibus dũtaxat matressfamilias cum lanificis sedent. Qui locus etiam gynœcium dicit, & gynœconitis. Aemilius Paulus, materfamilias apud Romanos primum locum tenet ædium, atq; in celebritate uersatur. quod multo aliter fit in græcia. Nã neq; in conuiuium adhibet, nisi ꝓpinquorum, nec sedet, nisi in interiore parte ædium, quæ Gynœconitis appellatur, hæc autem ἀπὸ του οικω deducuntur. quod significat habito. unde οικος domus dicitur, a quo œconomus administrator rei familiaris, & œconomica, quæ ad rem domesticam ac familiarem pertinẽt. & œconomia administratio rei domesticæ. & œconomus uillicus. & œconomo uillicor, & διοικω, quod significat administro, a quo διοικησισ, hoc ẽ Diocesis, administratio dicta. hinc pontificum Dioceses dicuntur, in quas administrãdi officium suũ liberam habent potestatem, propter quod a quibusdam nouo quidem, sed nõ inepto uocabulo Diocesani uocantur. œcumenicus autem uniuersalis dicitur, & ad totum orbem pertinens, unde œcumenicum concilium dicimus. nam græci οικȣμενην orbem terrarũ appellant. Et a ξενοσ quod significat hospes, hospitalia ipsa xenodochia dicũtur quasi hospitum receptacula. Item ab eodem proxeneta deducitur, quod proprie significat eũ, qui inter aliquos est cõciliator & medius, ut qui in uendendo aliquid, aut emendo medius est. Item xenodot⁹ nomẽ proprium. fuit hoc nomine excellens apud græcos historic⁹, patria Trœzenus. & xenocrates uir calcedonius agathonis filius platonis auditor, qui in academia speusippo successit, scholã tenuit uigintiquinque annis, obiit secũdo & octogesimo ætatis suæ anno. cum forte in sartaginem offendisset. & xenophães uir colophonius (ut Apollodorus refert) octomenis filius, q cum esset uiginti annorum, patria pulsus fuit, scripsit elegias contra Hesiodum, & Homerũ, fuit & alter xenophanes lesbius poeta lãbici carminis scriptor. xenophon philosophus, & dux insignis patria atheniensis, Grilli filius, Socratis discipulus, Platonis æmulus. qui omniũ philosophorum scripsit historiam, & ex ultimis babyloniæ finibus exercitum asperis itineribus ĩ patriam reduxit. Septem fuisse xenophontes leguntur. Primus & secundus athenienses philosophi. tertius cous. quartus qui Hãnibalis historiam scripsit. quintus qui prodigiosa quædam & fabulosa cõmentus est. sextus Paphius sculptor egregius. septimus antiquæ comœdiæ scriptor. Græcorum ædes præter hæc quæ diximus etiam hospitalia habẽt, hoc est domunculas quasdam dextra ac sinistra constitutas, quæ proprias ianuas. triclinia. & cubicula habẽt. Item cum penu cellas. Mos enim græcorum erat primo die ad cœnã hospites inuitare, postero mittebant pullos. oua. olera. poma. reliquasq; res agrestes. Ideo pictores ea, quæ mittebant hospitibus, pictura imitantes xenia appellauerunt. nam ξενος græce hospes uocatur. hinc Martialis tertiumdecimũ librũ operis sui, in quo eiusmodi munera distichis describit, xenia nominauit qd' uersus ipsos pro xeniis mitteret. Hĩc per diminutionẽ xeniola dicuntur. Apuleius. Cõmo dũ meridies accesserat, & mittit mihi xeniola porcũ optimũ. & q̇nque gallinulas, & uini cadũ iam ætate pretiosi. Omnis in hoc gracili xeniorũ turba libello, Constabit nũmis quatuor empta tibi. Quatuor est nimium. poterit constare duobus, & faciet lucrum bibliopola Triphon. Hæc licet hospitibus pro munere disticha mittas. Si tibi tam rarus q̃ mihi nũmus erit. Inter hospitalia & porticus, siue peristilia ædiũ itinera sũt, quæ mesauli hoc est μεσαυλοι dicunt a græcis, quod inter duas aulas, hoc est inter duo atria sint interposita. nostri andronas appellãt. nec græco nec latino uocabulo, græci enim andronas uocant loca, in quibus bina triclinia ponũtur, & uirilia conuiuia fiunt, quod in his mulieres non interessent. Post hæc in ædib⁹ sunt Horti. horũ alii in solo sunt, alii pensiles hoc est supra ædificia constituti. quales a te Federice princeps supra regiæ tuæ amplissima præsepia ædificati sunt. tanto artificio. decore. sumptu. ut stuporem potius q̃ admirationem spectantibus afferant. In inferioribus hortis diætæ sunt modo paruæ, modo maiusculæ, in quib⁹ etiam cubicula fiunt. Sunt stibadia, hoc est paruæ cœnationes, in quibus scriptum esse solebat, quot cõuiuas cœnatio caperet. Martialis. stibadiũ. Ac-

cipe lunata scriptũ testudine signum Octo capit.ueniat quisquis amicus erit.Plynius.In capite stibadium candido marmore uite protegitur.Fiebant ẽt stibadia e tabulis,quæ ebore atq; auro ornabant̃,transferebãturq; de loco ad locum prout libido animi ferebat,de hoc locutꝰ est Martialis,cum ĩquit.Et testudineum mẽsus quater hexaclinon,ingemuit atrio nõ satis eẽ suo.Hexaclinum uocat stibadium sex capiens conuiuas.Sũt Hippodromi,hoc ẽ loca ad cursus equorum disposita,quæ statim intrãtiũ oculis tota simul offerunt̃,hinc atq; hic platanos,aut buxos,aut cupressos,aut alias arbores perpetuo uirentes habẽtia,& a cursu equoꝝ appellata.Græci enim ιπ πον equum uocant,δρομον cursum.sunt xysti,hoc est loca exercitatiõi corporis accõmodata.quas græci paradromidas uocant.a latinis etiam ambulationes dicuntur.Plynius.Ante cryptoporticum xystus est uiolis odoratus.Cicero.Sed tamen nihil ei restabat præter balnearia,& ambulationem,& auiarium.Idẽ.Qua basis uillæ erat,qua inter columnia ambulationis,ambulacra etiã appellantur.Plynius.Tum fora,Atq; Gymnasia,& pro suis extenta porticibꝰ ambulacra miremur.Græci tamẽ xystũ uocant porticum ampla latitudine,in qua athletæ per hiberna tẽpora exercentur Xenophõ εν τω ξυισω περιπατειν,a quo xystici dicuntur athletæ in xystis pugnantes,Suetonius.Nec tamẽ eo minus aut xysticorũ certatiões,aut gladiatorũ pugnas seuerissime semper exegit,significat enim ξυσοσ Spiculum,hastã.telũ.Item adiectiuum est,& dicitur ornatus.tersus.politus.Et sedilia in hortis uariis locis disposita sunt,quæ ambulatione fessos ut cubiculũ ipsum iuuãt,a sedendo sedilia appellata,hæc maxima in hyppodromo,xystoq; constituunt̃.Sũt præterea in hortis topiaria,hoc est opera ex arboribus,aut fruticibus,aut herbis facta ad decorem,ut sũt testudines.cameræ.naues.colũnæ.auiculæ.aliaq; huiusmodi,quæ ex sansuco.libanotide.hedera.buxo aliisq; herbis atq; arboribus fieri conspicimus,dicta ἀπὸ ?ων τοπων,hoc est a locis,quæ in his uaria constituũtur Cicero.Topiarium laudaui,ita omnia cõuestiuit hedera.Plynius.Accidit in topiario opere lauri genus,quæ taxa dicitur excrescente in medio folio paruula ueluti lacinia.Idem.Ramos spargit a radice topiarii ac coronarii operis.hinc topiarii dicuntur,qui topiaria faciunt,sicut coronarii qui faciunt coronas.Idem.Satiuæ myrthi genera topiarii faciunt.Tarẽtinam folio minuto.nostratẽ patulo. exoticam densissimo senis foliorum uersibus.item ars ipsa faciẽdi huiusmodi operis topiaria uocatur.Cicero.Vt deniq; illi topiariam facere uideantur,& hederã uendere.Extra urbem uero Ager est dictus,ut Varro existimat,quod in eo aliquid agat̃.quãuis aliqui a græco potius deriuatum uelint quod est αγρος.Est autem ager modo territoriũ,quod urbi circumpositũ est,ut ager romanus.ager leõtinus.modo locus in rure,quẽ colimꝰ,siue arando,siue conserendo,& is qui seritur frumentis,ab arando dicitur Aruũ.Primus ager plurali caret,dum tantũ loquimur de singularũ urbiũ territoriis,& cõplectitur nemora.saltꝰ.pascua.montes.lacus.flumina.cæteraq; huiusmodi.Quod si dicamus romanos agros.Campanos.leontinos.priuatim ciuium agros intelligimus.in quibus hæc includũtur.Si uero romanũ cãpanũ.ac leontinũ agros,prorsus territoria significamꝰ,ideoq; omnia illa complectimur.Ab agro fit agricola,hoc est cultor agrorũ,& agrestis,qui siluestrẽ uitã agit,ac ferã,sicut apud græcos αγριοσ dr̃ Ferus,uñ in compositiõe onager dictus est asinus ferus de quo alibi dicemꝰ.Itẽ agreste,quod ad agrũ attinet.unde agreste uocamus,quod in agris,nõ in hortis nascit̃,aut fit.Sicut campestre,qđ in cãpis,ut agreste olus agreste opus,& similia,& agricultor,q agrũ colit,& a colẽdo etiã colonus dicitur Et peragro,quod est inquirẽdo circũeo.Virg.illa fuga siluas,saltusq; peragrat.a quo fit peregrinus,idest aduena,& aliena loca peragrans,& peregrinatio itio per alienas terras.& peregrinor uerbum,qđ est per aliena loca proficiscor,unde peregrina sacra dicta sunt,quæ ex aliis urbibus religionis gratia sunt aduecta,& peregre aduerbium.hoc est peregrinando.Terentius.Peregre profectus.in hoc enim differt peregrinus ab hospite,qđ peregrinus simpliciter eum significat,qui in sua ciuitate nõ est.Hospes uero eũ qui in aliena ciuitate est.Hospites ergo uocantur qui,siue in priuato,siue in publico hospitio sunt,& tam qui recipiunt,q̃ qui recipiuntur.Ouidius.Non hospes ab hospite tutꝰ.Cicero.Per dextram istam,quam hospes hospiti porrexisti.Sed proprie hospes dicitur.qui priuati & amicitiæ causa uel recipit,uel recipitur,unde & pro amico externo capitur.& hospitium pro amicitia.Idem fuit mihi cũ illo uetus hospitiũ,hoc est amicitia,uel familiaritas,uel me hospitante apud illum uel illo apud me contracta.Hospitium etiam diuersorium significat.Idem.Ex hac uita discedo tanq̃ ex hospitio,nõ tanq̃ ex domo. Commorãdi enim natura diuersorium,nõ habitandi dedit.Ab hospes deriuatur hospitor,qđ est stabulor,diuerto,& hospitium,de quo diximus.& hospitale.hospitium.domꝰ,de qua superius diximꝰ & hospitalis adiectiuũ quod modo significat liberalẽ,& facile suscipientẽ hospitio,aptumq; ad seruiẽdum hospiti,mõ ad hospitẽ pertinentẽ,ut hospitalis lex,& hospitalitas,ipsa facilitas&(ut ita dicam) benignitas ĩ recipiendo.& hospitaliter aduerbiũ benigne.faciliter.& hospita,quæ facile suscipiunt,unde hospitã terrã dicimꝰ,in q̃ facile suscipimur,& hospita æquora,siue hospita flumĩa p̃ q̃ nauiga-

ri aut trāſiri pōt. Virg. Puppibus illa prius patulis nūc hoſpita plauſtris. Aliquādo ēt hoſpita, ꝑ eo qđ eſt uicina accipimus, quia nihil nobis hoſpitio uicinius eſſe pōt. Inter agrū. fundū. aruū prædiū & poſſeſſionē hanc eſſe differentiā tradūt. Ager eſt (ut diximus) locus in rure, quē colimus. Aruū, ea pars agri, quæ ſementi dat̃. Saluſtius. Quia numidæ pabulo pecoris magis, quā aruo ſtudent. Quintilian⁹. Pauper & diues in agro uicini erant iunctis hortulis, ſed ex oī parte circūuectus diuitis ager, uix tenuē ad greſſus meos ſemitā dabat. Quid agimus? Vndiq; uallo diuitiarū clauſi ſumus. Hinc horti locupletis. hinc arua. inde uineta. hinc ſaltus. Ab aruo arua les fratres dicti ſacerdotes, quos Romulus primus inſtituit, ſeq; inter illos duodecimū Fratrē appellauit, ut arua fruges ferrent, eiq; ſacerdotio Acca larētia, quæ poſtea populū romanū hæredem īſtituit, Romuli nutrix, tribuit albas infulas, & ſpiceam coronam pro religioſiſſimo inſigni, quæ prima apud romanos corona fuit, & hic honor nō niſi uita finitur. Exuleſq; & captos comitat̃. Fundus etiam pars agri eſt. Singula enim prata. ſingulæ uineæ. ſinguli horti. ſingula olíueta. pomaria. arbuſta. paſcua ſalicta. nemora aucupatoria. uenatoria. piſcatoria loca, ſiue uillā atq; ædificiū, ſiue piſcinā, ſiue uiuaria habeāt, ſiue nō habeant ſinguli fundi ſunt, & hoc in agro dūtaxat. Nā in urbe oppido. uico. caſtello. quicqd tale eſt, prædiū dicit̃, a præſtando, ſicut prædes (ut Varro uult) ut alii, a prius dādo, ſiue ualde dādo. Sunt tamē prædia etiā in agro. Itaq; definire poſſum⁹ fundū eē ruſticā poſſeſſionē. Prædium uero & ruſticam & urbanā unde anteurbana prædia uocabant̃, quæ urbi erant propinqua. Poſſeſſiones generale nomen eſt, nā & tabernæ & hoſpitia, & horrea in urbe poſſeſſiōes dicunt̃, & ſimpliciter oīa bona, quæ uulgo uocant̃ īmobilia. Cicero. Poſſeſſiones notabat, & urbanas & ruſticas. Idem. Etenim iſti callidi æſtimatores prata, & agros magis æſtimant, quod ei generi poſſeſſionū minime noceri poteſt. Dicitur tamē etiā poſſeſſio, non ipſa ꝓprietas ſed uſus, & actio poſſidēdi. Modeſtinus Quicquid enim apprehendimus, cuius ꝓprietas ad nos non pertinet, aut nec pōt ptinere, hoc poſſeſſionē appellamus. Fundū a funda dictū quidā exiſtimāt. Vnde extant ridiculi uerſus Ciceronis. Fundum uero uocat, quo poſſit mittere funda, Ni lapis exciderit qua caua funda patet. Alii a fundo, qđ eſt ima pars uniuſcuiuſq; rei qđ. ſ. fundus ſit ac fundamētū pecudū, atq; pecuniæ, uel qđ fundit quotquot annis multa, uel qđ ſit planus ad ſimilitudinē fundi uaſorum. Cāpus obiter ē planicies terræ ampla, & grādis, ideoq; ſpecioſæ plateæ ſiue areæ campi uocitātur, ut Romæ cāpus Martius. diciturq; a capiēdo, qđ animaliū, ſeu rerū multitudinē facile capiat. ſiue, qđ ueteres principio ex agro tantū plano fructus capiebant. Collis eſt exiguus monticulus, ſiue per ſe ſit a monte ſeparatus, ſiue pars mōtis ita uocat⁹, quia colles poſt campos cœperunt colere. Ab hoc Collatina dea, quæ colib⁹ præeſt. Hinc urbs Roma ſepticollis dicta, qđ ſeptē habeat colles Palatinū. Quirinalē. auentinū. cœliū. uiminalem. exquilinum. & ianiculārem. Iugū ipſa montis procliuitas, & (ut ita dicam) prona ſupinitas, qualis eſt in colle Cliu⁹, q̄uis cliuus ponitur etiā ꝓ colle mitiore, uel cliuus capitolinus. Cliuus qui ducit ad Ianiculum, quos in urbe ſcimus colles eſſe, ꝓpter quod dicit̃ ſepticollis, & apud ueteres feſtā quædā fiebāt ſeptimontialia. Liuius. Quātū in altitudinē egrediebant̃ magis magiſq; ſilueſtria, & pleraq; īuia loca excipiebāt, ut uero iugis apropīquabat, qđ rarū in aliis eſſet, adeo omnia contēta nebula, ut haud ſecus q̄ nocturno itinere īpedirent̃. Dictus autē cliuus a clino, quod eſt īclino, & iugū a iungendo, qđ iungat̃, & in acutū arctet̃. Ab hoc iugantinus Deus, qui præeſt iugis, & iugoſum dicit̃. qđ in iugū acuit̃, & decliuis inclinatus, atq; incuruus. & accliuis. erectus. & inclīuiū acuminatus. A quo accliuitas. Cæſar. Ab eo flumine pari accliuitate collis naſcebat̃. Item cliuium ueteres difficile dicebāt. Vnde cliuia auſpicia uocabāt̃, quæ aliqd fieri ꝓhibebāt. Mōtes definiunt eē terrarū tumores altiſſimos. Diminutiuū montis eſt monticulus, hoc eſt paru⁹ mons. Sicut colliculus paru⁹ collis, cū ꝑ dupex. ll ſcribit̃. Nā ſi per ſimplex. l. ſcribat̃ colis, ſignificat exiguū ac tenerū braſſicæ caulē. Diuiditur aūt mons in radices. latera. iugū. uerticem pro qualitate locoꝝ. Interdūq; mons pro ſaxo ponit̃ Virg. prēſantemq; uncis manibus capita aſpera montis, ferro inuaſiſſet. ſicut aliquando ſaxū pro monte. Idē ſaxi de uertice paſtor. A mōte deriuat̃ montanus, ut mōtani ībres. montanæ nebulæ. & montoſus. & montoſa regio. mōtoſa loca. & montiuagus, qui per montes uagatur, & montigena, qui in montibus genit⁹ ē, & ſeptimontiū locus ſeptē montes habēs. Vnde ſeptimōtialia dicta. Ab eminēdo quidā montē appellatū exiſtimāt, quaſi eminētē, propter qđ omne, qđ eminet dici mons poteſt. Vir. Præruptus aquæ mons. Promontoriū quaſi præeminēs mons dictū. Significat enim mōtē in mari prominentē. Plynius promōtoria aperiunt̃ mari, & rerū natura agitur in planū. Idē. Adiūctaque inſula Euboea, & excurrente uelut in altū ꝓmōtorio attica terra. Vallis dicit̃ id ſpatiū concauū, quod eſt inter duos montes uel colles, ſiue quaſcunq; rupes altiores, qđ hinc atq; hīc uallata ſit. Cuius diminutiuū eſt uallicula. A ualle uallonia dea, quæ uallibus præeſt. Item conuallis, quæ noſtra ſententia eſt arcta uallis, & quaſi coniuncta, quales ſunt, quas metaphorice Fauces appellam⁹, quāuis ab aliis dicat̃ eē planities ex omni parte cōprehēſa montibus, uallibuſue

Vnde cõuallis appellat̃ ſciſſio terræ manu facta ad deducẽdam aquã.Ply.Flumina ad lauãdã hanc materiã iugis mõtiũ duxere.Corrogos uocãt a corriuatiõe.Præcepiſſe libramẽto oportet,ut fruaris quando influat.Itaq; altiſſimis partibꝰ ducit̃ cõuallis,& interualla ſubſtructis canalibus iungunt̃.Vallare firmare eſt,atq; munire,& quaſi uallũ facere.A quo fit circũuallare. Vallũ ẽ munitio caſtroꝝ,qđ ex uallis fiat.Vallus ſudis ẽ,ſiue palus, cui uitis alligat̃.Vir.Et uallos primus ſub tecta referto.Solebãt aũt milites ſudes ſecũ geſtare,q̇bus caſtra muniebãt.Idẽ Quadrifidaſq; ſudes & acuto robore uallos.A uallo ueteres ualleſſit ꝓ perierit dixere,qđ qui uallo eiiciunt̃,ꝓ ꝑditis habent̃.Itẽ a uallus interuallũ,hoc ẽ ſpatiũ qđ inter palos ẽ. Vallũ caſtrenſe conſtituẽtes,a quo omne ſpatiũ interuallũ ẽ nuncupatũ.A uallũ uero uallaris corona. qua donari ſolebat,qui primus uallũ hoſtiũ fuiſſet ingreſſus. Vallus etiã per diminutionẽ fit ab eo,quod eſt Vãnus. Cereale hoc cribrum eſt.dictum(ut Varro putat) a uolatu,qđ inde dũ iactat̃,leuia uolent.Virg.Et myſtica uãnus hyacchi.in hoc etiã ob capacitatẽ coloni frugũ primitias cõgerere ſolebãt,ut libero ſacrificarent.Ideo poeta myſtica dixit.Quippe myſticũ græci dicunt omne id,quod in arcanis deorum ſacris utimur,qualia erant bacchi orgia, quæ noctu clã a ſolis mulieribus celebrabant̃.& myſteria arcana ſacra appellabant̃, hinc non ſine myſterio fieri dicimus,quod occulta aliqua quaſi ſacrorum ratione perficitur.A uãnus fit uerbum uãno.A quo euanno,qđ eſt uentilo.moueo.Cuius paſſiuũ eſt euannor,ſicut uãnor a uanno. Lucilliꝰ.Nunc molere illa,aut ut frumẽtum euannet̃ uis.Varro de re ruſtica.Vt qđ leuiſſimũ ẽ in ea,atq; appellat̃ acus,ac palea,uãnat̃ foras extra areã.Euadne Martis filia fuit ex Thebe uxore Aſopi,uxorq; Capanei,quæ cũ maritũ apud Thebas raptũ audiuiſſet,in mortis ſtuporẽ diriguit,deinde cũ funus eius celebraret̃,ſe in rogũ proiecit.Ouidius.Accipe me capaneu,cineres miſcebimus inq̃t.Rupes ſunt præruptæ partes terræ,ꝓpter altitudinẽ,ac ꝓcliuitatẽ inacceſſæ. Hinc a rumpendo dictas exiſtimant,quales ſunt,quæ ui torrentiũ fiunt.Vnde fluminũ quoq; altiores,atq; inacceſſas(ut ita dicam)Ripas,rupes appellamus.Nam ripæ planæ ſunt. quas Vlpianus definit eſſe,quæ flumẽ continent naturalem curſus ſui rigorem tenens.Vnde ripariæ hirũdines dictæ,quæ in ripis nidos faciunt.Nam littus maris proprie dicitur,definiturq; a celſo quouſq; maximus fluctus a mari ꝑuenit,idq;.M.Tulliũ aiunt primũ conſtituiſſe,cum arbiter fuiſſet electus.Poetæ litus aliquãdo capiũt pro terra mari uicina. Vir.Cui littus arandum. Interdũ etiã pro ripa litus uſurpant.Eſt præterea litus locus circa aram pedes duodecim a litando dictũ,quãuis lito primã ſyllabã correptã habeat.A litore litoreũ,& litorale deducitur, ut litorea arena,litoralis plaga,& a linẽdo dicitur litus,quod fluctibus oblinatur.Sylua ꝓprie dicitur,quæ cædua eſt,hoc eſt quæ habet̃ ĩ eum uſum,ut ex ea materia cædatur.Quod ſi ſucciſa ſit nihilominꝰ ſylua dicitur,quoniã rurſus ex ſtirpibus aut radicibus renaſcitur.Sylua a græco dicitur υλη,qđ ſignificat materiã.Quapropter materia denotat omne lignum,cũ tigna dicantur dũtaxat ea materia,quæ edificiis apta eſt.a quo contignatio deducitur,hoc eſt ſtrues e lignis ĩ domo habitandi gratia facta,unde ſuperior contignatio, & inferior cõtignatio dicitur.Hinc Materiariꝰ faber hoc eſt lignarius dicit̃,& materiaria fabrica ligãria,& materiari lignari. Hinc etiã ſyluã uocant ſubitũ illud ſcribendi genus,qđ quadã feſtinandi uoluptate defluit,eſtq; uelut prima materia,quale ſũt Papinii ſyluæ,de q̇bus ipſe ſic ſcribit.An hos libellos q mihi ſubito calore,& quadã feſtinãdi uoluptate fluxerũt,cũ ſinguli de ſinu meo prodiſſent,cõgregatos ipſe dimitterẽ.Quinti.Diuerſum eſt huic eoꝝ uitiũ,qui primo decurrere per materiam ſtilo q̃ uelociſſimo uolũt,& ſequẽtes calorẽ atq; impetũ ex tempoꝛ̃ ſcribũt,hãc ſyluã uocãt.Repetũt deinde & componũt,quæ effuderãt,ſed uerba emendant̃,& numeri.manet in rebꝰ temere cõtextis,quæ fuit leuitas.Materiã quidam exiſtimãt a matre dictã eſſe. eſt enim materia ex q̃ aliquid fit,ut materia libri eſt mẽbrana,& atramentũ.Item materia libri ipſa hypotheſis. Horatiꝰ Sumite materiã ueſtris,qui ſcribitis,æquam uiribus materia domus,Calx.cementa. tigna.tegulæ.Quapropter non ĩmerito materiæ appellatione ligna cõprehẽdunt̃,ſiue qđ ex his diuerſa ædificia fiant,ſeu qđ græci υλην pariter & ſyluã,& materiã uocent. Ab hoc fit materiale.qđ materiæ eſt,& materialiter aduerbium.Materialiter enim ſumi aliq̄d dicit̃,cum non forma rei ſed materia ſignificat̃.A ſylua Sylueſtrem,& ſyluaticũ dicimus incultũ moribꝰ atq; aſpeꝝ,& ſyluanũ ſyluarũ deũ,quẽ græci pana uocãt,& ſylueculã,ac ſyluulã ꝑuã ſyluã,& ſyluicolã ſyluarũ habitatorẽ,& ſyluiũ qđ in ſylua ortus fuerit.Lucus nequaq̃ cæduus eſt,ut ſylua,quin potius manu cõſitus religioſuſq;,ac alicui deo,uel alicuius hominis cineribus cõſecratus. ideoq; aut circa delubra deum,aut circa ſepulchra poſitꝰ eſt,& a luce ſacrificiorũ,lucus appellatꝰ, ſaltus ſylua eſt nõ facile ꝑuia,ideo a ſaltãdo dictus.ĩ quo paſci & æſtiuare pecudes ſolẽt.& ſi locꝰ atq; aer patiat̃ hyemare.A quo Saltuarii huiuſmodi ſyluarũ cuſtodes dicuntur,ſicut inſularii inſulaꝝ cuſtodes.Põponius.Dominꝰ ꝓprietatis etiã inuito uſufructuario,fũdũ uero ædes ꝑ ſaltuariũ uel ĩſularũ cuſtodire põt.Nemora uoluptatis cã cõparata ſunt & plena amœnitatis, dicta ἀπὸ του νεμω paſco,quod in his greges atq; armenta depaſci ſoleant.A Nemore nemorale dicitur

qđ nemoris est,ut nemoralis umbra,nemorale frigus.Itẽ.Nemorẽsis.Sueto.Nemorensi regi qđ multos iá annos potiretᷣ sacerdotio,ualidiorẽ aduersarium subornauit.Nem⁹ appellabatᷣ lucus qdá haud lõge ab Aricia ĩ quo lacus est,qđ Speculũ dianæ dicitᷣ.Itẽ nemorẽsis lacus,& nemorensis ager,& nemorense,sicut tusculanũ,& nemorẽsis rex,qui dianæ aricinæ sacrificiis præerat.Suetoni⁹ de Cæsare,uillã in nemorensi a fundamentis incohatá,magnoq; sumptu absolutá,qa nõ tota ad animũ ei responderat,totá diruit.Nunc eo in loco exiguũ oppidũ,qđ incolæ ueteri loci appellatiõe Nem⁹ appellãt.Quidã dumũ a nemorᷣ nõ distigũt.græce δρυμος hoc est dumus dicitur.Hinc dumosum frondosum dicimus,& dumetũ locũ nemorib⁹ cõsitum qui dusmosus locus a ueteribus dicebatᷣ.Interserebant enĩ frequẽter.S.litterá consmittere pro cõmittere dicentes,& casmœnas pro camœnas.Prata sũt ex qbus fœnũ colligitᷣ.Vnde pratũ Vlpianus appellat,in quo ad fructũ percipiendũ falce dũtaxat opus ẽ,ex eo dictũ,ꝙ spõte sua paratum sit ad fructum faciendum,quapropter & fruct⁹ ipse fœnum uocatur a fœnore quoniá idipsum manens quotánis nouũ parit.A quo festuca appellatᷣ,& a fœno fœnisex,qui fœnũ secat,& fœnisectiũ sectio,& ueluti messis fœni & fœnariæ falces,quæ apertæ sunt,sicut arboriæ quæ nõ apertæ,& lumariæ,qbus lumeta,hoc est spinas secamus.Luma enim genus spinæ est,quæ in pratis nascitur.dicta,quod Agricolæ eam e terra luunt,hoc est soluũt.A quo lumeta loca lumis plena,& scirpiculæ,quibus in scirpandis hoc est ligãdis uineis utimur ad amputanda supflua ligamẽtoꝝ.Scirpi fragiles palustresq; sunt,nec in fruticũ,ueprumue,aut cauliũ,siue herbaꝝ genere numerantᷣ,ex his tegũtur domus & tegetes fiũt.Itẽ detracto cortice cãdelaꝝ luminibus & funeribus seruire olim consueuerũt.his uelificant in pado nautici,& ĩ mari piscatores afri præpostero more uela intra malos suspendentes. Mauri quoq; mappalia sua hoc genere tegũt.Hinc factum est prouerbium.Nodum in scirpto quæris,de his qui in rebus claris,atq; apertis difficultatem faciunt. Ab hoc scirpo uerbum deriuatᷣ,quod est uincio.ligo. Hinc scirpita dicũtur dolia quassa,cum alligata sunt.Item scirpea quæ uirgis scirpatur,hoc est colligãdo implicatᷣ,in qua stercus aliudue aliquid simile uehitur iumentis.Sunt etiam præliares falces qbus Cæsar uenetos superauit.Sũt item uineaticæ falces,quibus putantᷣ uites,& Syluaticæ quibus syluæ cædũtᷣ,& rusticariæ quibus passim ad diuersa opera utũtur rustici. A falce falcarii dicuntur,qui falces gestant,hoc ẽ messores,& falciferi falcem ferẽtes,& falcati curr⁹ falcibus instructi.Macrobius.Inducebat etiam currus cum falcibus,& elephantos cũ turrib⁹,& falcariæ cotes,quibus falces acuũtur,siue illæ oleariæ sũt siue aquariæ,& falcatũ quodcunq; in falcis formam arcuatũ est.Plynius.Falcatæ siliquæ sunt,& falcare ac defalcare,quod significat tollere.amputare.& falcones,quoꝝ digiti pollices in pedibus intro sunt curuati ad similitudinem falcis.A quo & falcones aues ex accipitrum genere appellatæ,inter quas præstant ii,quos græci ιεραχας,hoc est sacros uocãt.Apud thuscos ueteres falco,capis uocabatᷣ.unde Capuam urbẽ campaniæ a se conditam capuam uocitauere,qđ uiso falconis augurio eam condidissent.Sunt tamen qui uelint eam a locis campestribus,in quibus sita est appellatam.Ab hac ea regio campania dicta est,a qua campani.nisi maluimus campaniam quoq;,qđ cãpestris regio sit,a campis uocitatam,& falcidia lex,quæ falcat,hoc est amputat legata,quãdo saltẽ quarta pars bonoꝝ non supersit hæredib⁹.Ea est huiusmodi.Quicũq; ciuis romanus post hanc legem rogatá testamentũ faciet quãtã cuiq; romano pecuniã iure publico dare,legareue uolet,ius potestasq; ẽ,dũ ita detᷣ legatũ,ne min⁹ q̃ quartam partẽ hæreditatis eo testamẽto hæredes capiant.eis qbus ita datũ legatũue erit,eam pecuniam sine fraude sua capere licet,isq; hæres q̃ eam pecuniã capere iussus,dánatusq; erit,eam pecuniã iam debeto dare quã dánatus est.Falcẽ a fare dicta supra demonstrauimus.In campania a secãdo secula appellatᷣ.A prato fit pratense,quod prati est,ut pratensis herba.pratẽses fungi.Hortus ẽ siue in urbib⁹,atq; oppidis,siue in uillis,ruriq; locus,in quo arbores & olera oriuntᷣ.Apud ueteres omnis uilla hort⁹ dicebatur,qđ ibi,qui arma capere possent,orirentᷣ.Ea aũt ratione a quibusdã aspiratur,ut differat ab ortus,quando natum,siue natiuitatem significat.Quidam ita distingunt,ut ortus tam in singulari q̃ in plurali hortũ olitorium,hoc est herbariũ significet,cuius diminutiuũ est Hortulus.In plurali uero dũtaxat arborariũ.qui a nostris pomarium,a græcis παραδεισοσ,hoc est paradisus uocatur.Olitor est qui olerũ hortum exercet.Olus enim dicitᷣ omnis herba foliis ĩtubo similis,cuius foliis & caule in eduliũ utimur.Inde Horti olitorii dicũtᷣ,horti herbaꝝ,& Hostia holitoria hostia hortoꝝ huiusmodi.Ply.Est lactucæ gen⁹ adeo laticaulis,ut hostiola olitoria ex his factitari ꝓdiderint.Theophrastus.Olera enim uocamus,quæ in usu cibario sunt,ut intubum,aphaca.porcellia.senecio,atq; in totũ quæcũq; intubacea sunt propter foliorũ similitudinem Plynius.Gemina betis natura & oleris,& capite ipso exilientis.Idem.Vsus betis & cũ lente ac faba,idẽq; qui oleris.Idem.Olus caulesq; quibus nũc principatus hortoꝝ apud græcos in honore fuisse non reperio.Villa non ager est,sed domus in agro.Plynius.Modus hic ꝓbatur,ut neq; fundus uillam quærat,neq; uilla fundũ.Non ut fecerunt iuxta diuersum eadẽ ætate exẽ-

plum.L.Lucull⁹,&.Quin.Scæuola,cũ uilla ſcæuolæ fundus careret,uilla luculli agro.Hic domus,quæ in urbe eſt,urbana domus dicit᷑.Villa uero hoc eſt domus,quæ ruri eſt.Domus ruſtica,quæ pœnoꝶ lingua Magar appellat᷑,unde uillæ magalia dicũtur.Mapalia uero eadẽ pœnica lingua agreſtes caſæ,& furnorũ ſimiles appellantur.Virgi.Et raris habitata mapalia tectis. Dicta aũt uilla eſt a uehendo,hoc eſt trahendo quaſi uehilla,quod in eam fructus conuehebãt ex agris & euehebant,cũ eos uendebant,ſicut uia,quod per eam uehebant,propter quod a prĩcipio uocabãt Veheã,non uiam,& uellã,non uillã,& q uecturis uiuebãt,uellaturã facere dicebantur.Quidã tñ uiã quaſi iam dictã exiſtimant,ꝙ per eam itur,ut ſupra dixim⁹.A uilla fit uillula diminutiuũ,hoc eſt parua uilla.Item uillicus & uillica,q uillæ præſunt,& uillicari,qđ modo eſt ruſticari.Pomponi⁹.Ego rus eo,ut aliquot diebus uillicer,modo uillæ præeſſe.Item lõge ab urbe uillicare,quo herus rarenter uenit.Non uillicari,ſed dominari mea eſt ſententia.A quo uillicatio ipſa(ut ita dicã)negocia ruſtica,& uillaticũ quod uillæ eſt,unde uillaticæ paſtiones dicuntur alimenta,quæ pertinent ad animalia muta,quæ ruri nutriuntur,utputa,ad pecudes.aues.feras.piſces.Apuleius.Modeſto uero hoſpiti quies uillatica,omniq; deniq; ꝓuinciæ uoluptarii ſeceſſus ſumus.& uillanus,qui in uilla habitat,ſicut paganus qui in pago unde ſemiuillanus,& ſemipaganus dicuntur,hoc eſt ſemiruſticus.Perſius.Ipſe ſemipaganus ad ſacra uatum carmẽ offero noſtrũ.Sunt qui uile quoq; a uilla dictũ uelint una litera abiecta quod omnia in uilla uiliora ſint,hoc eſt minori pretio uendant᷑ q̃ in urbe. Vile enim proprie dicitur,qđ parum ualet,cuius contrarium eſt carũ.L.Piſo Romulũ dicũt ad cœnã uocatũ ibi non multũ bibiſſe,quia poſtridie negocium haberet.ei dicunt Romule,ſi iſtuc omnes homines faciant uinũ uilius ſit.is reſpõdit immo uero carũ.Si quantũ quiſq; uolet,bibat.nã ego bibi quãtũ uolui.Hinc uile etiã pro abũdanti ponitur,quia quicquid nimis abundat,uile eſt,hoc ẽ paruo uẽditur pretio.Virgilius.Vilemq; faſellum. Ab hoc fit uilitas,& uilito,quod eſt uile facio,& uileſco uile fio,& uiliter aduerbium hoc eſt exiguo pretio,& quaſi cum contemptu.Rus locus dr̃ extra urbẽ ubi agri ſũt,& uillæ. dictũ,qđ ĩ agris quotquot ãnis rurſus eadẽ fiãt,ut rurſus capias fructũ.Hinc ruro fit & ruror,& ruſticor eiuſdẽ ſignificationis,hoc eſt ruri dego.Plautus. Dum rurãt homines,quos liguriãt.Varro.Dum in agro ſtudioſos ruror.Plynius.Cum ſimul æſtate ruſticaremur,& ruſticus,qui modo ruris ẽ,ut domus ruſtica,modo,uita,& moribus incultus,quaſi ſemibarbarus.Vnde ueteres ruſtice pro barbare uſurpabant,& ruſticanus adiectiuum.A quo aduerbium ruſticane.Item ruſticatim pro ruſtice.Pomponius.Ego ruſticatim tãgam.Vrbanatim neſcio,& ruſticitas contraria urbanitati. Eſt aũt urbanitas,qua ſignificamus propriũ quẽdam,ut ſupra diximus,geſtũ urbis.& ſumptã ex cõuerſatione doctoꝶ tacitam eruditionẽ,& ruſtica uinalia,quæ quartodecimo calẽdas Septẽbris celebrabãtur,quo die primũ in urbem uinũ deferebant,& ruſticula auis perdici ſimilis,niſi quod roſtrũ longius habet.Martialis.Ruſtica ſum perdix,quid tefert ſi ſapor idẽ,carior eſt perdix ſic ſapit illa magis.& rurigena,qui ruri gignitur.& ruricola,qui rus colit.& rureſtris,idem quod ruſticus.Apuleius.Rureſtri uocabulo uulgus indoctum roſas laureas appellat,& ruſci uirgulta. quibus uites ligantur Virgilius.Nec non etiam aſpera ruſci uimina per ſyluã. Frutex eſt,ex quo nũc ſcopæ fiũt Græci χαμαιμυρσινην καὶ οξυμυρσινην nominant,hoc eſt humilẽ myrtũ,& acutã myrtũ,folia quippe myrto ſimilia,ſed acutiora & rigidiora habet,ꝓducitq; baccas ruffas ad cæraſiorũ ſimilitudinem.Itẽ.Ruſpor,qđ eſt diligenter ſcrutor,& q̃ſi rus quoq; perq̃ro.Accius.Vacantes ruſpantur ſyluas.ꝓprie ãt ruſpant᷑ gallinæ,hoc eſt ſcalpũt.Ab hoc fit cõpoſitum corruſpor,qđ ſignificat examino.inquiro.Plautus.Corruſpare tua conſilia in pectore.Agroꝶ diuerſæ ſpecies ſũt, eſt ager cultus a colendo dictus,ſiue(ut Varro ſentit)ager qđ ibi cũ terra ſemina coaleſcant,& incultus.Item ager conſitus,in quo ſatæ arbores ſunt,& inconſitus,ubi nõ ſunt arbores. Ager reſtibilis,q reſtituit᷑ ac reſerit᷑ quotannis Ply.Ordeũ in nauali,& ĩ agro,qđ reſtibile poſſit fieri Idem Vbertatis tamẽ tantæ ſunt,ut ſequẽte anno ſponte reſtibilis fiat ſeges ĩpreſſis ueſtigio ſeminibus.Columella,paſtinũ uocant agricolæ ferramẽtũ bifurcũ,quo ſemina panguntur.Vnde etiam repaſtinari dictæ ſũt uineæ ueteres,quæ refodiebant᷑,hæc enim ꝓpria appellatio reſtibilis uineti erat.Nũc antiq̃tatis imprudens conſuetudo quicquid emoti ſoli uineis p̃parat᷑,repaſtinatiuũ uocat,& ab hoc repaſtinatio dicta.Ager noualis econtrario,q intermittit᷑.ut nouetur.Noualis inq̃t Paulus eſt terra ꝓſciſſa,quæ anno ceſſat.& Plynius.Nouale inq̃t eſt,qđ alternis ſerit᷑.Virgilius.Alternis idẽ tõſas ceſſare nouales,& ſegnẽ patiere ſitu dureſcere cãpũ.Hic & nouatus ager dicit᷑.Cicero.Vt agro non ſemel ſubacto,ſed nouato.Accipit᷑ tamẽ etiã nouale ſiue noualis ager,ſeu noualis fœminino genere,ꝓ aruo primo ꝓſciſſo.Qui.Mox uigẽtib⁹ lacertis humũ fodere.Segnẽ futuris noualib⁹ eruere ſyluã.Hieronymus.Nouale eſt ager nunc primum proſciſſus. Virgilius,impius hæc tam culta noualia miles habebit.Ager aruus dicitur qui aratur.Agri.n.apud ueteres romanos binoꝶ dũtaxat iugeꝶ erant,nulliq; maiorẽ modum Romulus tribuit.Iugeꝶ uocabat᷑ quod uno iugo boum in die exarari potuiſſet.Act⁹ in

quo boues agerentur, cum aratur, uno impetu iuſto. hic erat centũuiginti pedum, duplicatusque in longitudinem iugerum faciebat. in domo ruſtica eædem fere partes eſſe poſſunt, quæ in urbana, ſed in ruſtica loco atrii cors eſt. Sunt aũt cortes uillaꝝ intra maceriam ſpatia. Eſt ẽt in domo ruſtica ædificiũ ꝓpe aream ex una parte apertũ, in qđ nubilo tẽpore reponi tota meſſis poteſt, dum tritura inſtat, quod ex ea parte feneſtras habet, unde cõmodiſſime perflari poſſit, id a nubibus nubularium appellatur. STAGNA NERONIS. Habuit Nero (ut ſupra diximus) in domo ſua ſtagnũ maris inſtar circũſeptũ ædificii ad urbiũ ſpeciem. ERANT. Sum es eſt uerbum eſt ſubſtantiuũ ita dictũ, quia per ſe ſubſtat, nec indiget alio. in ipſum uero cætera uerba reſoluuntur, ut ego lego, ideſt ego ſum qui lego. tu dicebas, ideſt tu es q dicebas. ille ĩtelliget, hoc eſt ille qui intelliget, & in hunc modũ cætera, ꝓpter quod huiuſmodi uerbũ ſæpenumero præpoſitis ꝓnominibus demõſtratiuis, nõ poſitũ intelligiť. Virgilius, Hic Cæſar & omnis iulia ꝓgenies. Idẽ. Tu ne ille Aeneas quẽ dardanio Anchiſæ. Idẽ. Nam polydorus ego. ſæpe etiã demõſtratiuis aduerbiis poſitis non eſt neceſſe huiuſmodi uerbũ ponere. Idẽ ecce tibi Auſoniæ tellus. Itẽ noĩe ſubſtantiæ poſitũ idẽ uerbũ frequẽtiſſime deficit. Lucan⁹. Quis furor o ciues, quæ tanta licẽtia ferri. Virg. Quis tibi tũc Dido cernẽti talia ſenſus? Quos ue dabas gemitus. Qualis quoq; & quãtus ſi addanť in oɼone, deſũt aliqñ uerba ſubſtãtiua. Iuuena. O q̃lis facies, & quali digna tabella. Copulat aũt ſubſtãtiuum uerbum aliquãdo ſimiles caſus. Virgi. Rex erat Aeneas nobis. Aliquãdo genitiuo adiungitur. Idem. Grates perſoluere dignas Nõ opis eſt noſtræ. Nonnunq̃ datiuo. Idem. Sunt mihi bis ſeptẽ præſtãti corpore nymphæ. Interdum ablatiuo uel accuſatiuo cum præpoſitione in, uel ſub, uel apud, uel alia huiuſmodi, ut ius eſt in armis. Oẽs ſub cælo ſumus. Nõ eſt hoc apud perſas, non penes ægyptios. Prætor cũ hæc agerenť, pro tribunali erat. Aliquando etiam ablatiuo ſine p̃poſitione, ut magno animo ſum. Plærũq; duobus datiuis, ut ſum tibi impedimẽto. hoc mihi curæ erit. Sæpe etiã aduerbio. Virgilius. Hic illi⁹ arma, hic currus fuit. itẽ infinitiuo alterius uerbi. ut animi fortitudo eſt aduerſa contẽnere. Interdũ nullũ poſt ſe caſum habet, ut quæ ſunt, quæ fuerint, quæ mox uẽtura trahãtur. Ab huius uerbi infinitiuo, quod eſt eſſe, fit eſſentia, quæ idẽ quod eſſe ſignificat, quando eẽ nominaliter accipitur, quale apud Perſiũ, Et noſtrũ illud uiuere triſte. & alibi. Velle ſuum cuique eſt, nec uoto uiuitur uno. item alibi. Vſq; adeo neſcire tuũ nihil ẽ, niſi te ſcire hoc ſciat alter Quod genus loquẽdi apud græcos frequẽtiſſim⁹ eſt. q infinitiuo tanq̃ nomini apponũt articulũ & præpoſitionẽ. infinitiua nõ plane uerba, ſed uerboꝝ nomina eſſe dicentes. Vt ergo uelle, ip̃m idẽ ẽ, qđ uolũtas, & ſcire ipſum, qđ ſciẽtia, & poſſe ipſum qđ potentia, & uiuere ipſum, qđ uita, ita ipſũ eſſe, qđ eſſentia. a quo eſſentiale dicimus, qđ ipſius eſſentiæ eſt, &. Eſſentialiter aduerbiũ, quo nõnulli utunť ſecũdũ eſſentiã. Aurelius. Sicut. n. ab eo qđ eſt ſapere, uocať ſapientia, ſic ab eo qđ eſt eſſe uocať eſſentia nouo qdẽ nomine, quo uſi ueteres non ſunt latini ſermonis auctores, ſed iam noſtris tẽporibus uſitato, ne deeſſet etiam linguæ noſtræ, quod græci appellãt ουσιαν, hoc. n. uerbũ e uerbo expreſſum eſt, ut diceretur eſſentia. item ab eodẽ Ens, & Entia deducũtur. Præterea compoſita fiunt aſſum, quod non ſignificat præſens ſum, ut q̇dam putant, ſed prope ſum. Propter quod Virgilius, cum præſentẽ ſignificare uellet addidit coram libro primo æneidos. Coram quẽ quæritis aſſum Troius æneas. Hinc ueteres aſſas uocabãt nutrices, quod aſſint iis, quos nutriũt, nec ab eis uel exiguo tp̃e diuellanť, & aſſeclæ ſerui, qđ oĩbus dominoꝝ imperiis aſſint, hoc eſt præſto ſint. huius contrariũ eſt abſum, hoc ẽ longe ſum quod ex ipſa componẽtiũ præpoſitionum ſignificatione ꝑcipiť. Ad enim prope ſignificat. Vnde admouere dicimus aliqd propius facere. Ab uero longe. Vnde ammouere aliquid longius facere. Declarat præterea hoc Cicero. Inter hominẽ & beluam hoc maxime ĩtereſt, quod hæc tantũ quãtũ ſenſu moueť ad id ſolũ quod adeſt, quodq; præſens ẽ ſe accõmodat. Quod adeſt inquit hoc ẽ quod prope ẽ. Alioquĩ non addidiſſet, quod præſens ẽ, hoc idẽ ipſe Cicero declarat mox ſubiungẽs. Paululũ admodũ ſentiẽs præteritũ aut futurũ, ideſt ſentiẽs tantũ quod adeſt, hoc eſt, qđ mox abiit, uel mox futurum eſt. Aſſum ꝑ duplex. ſſ. & nõ per. d. ſcribi debere declarat Plautus, Nilphio aſſum apud te. eccum. Agoraſtocles. At ego elixus ſis uolo. ꝑſum ualde ſum. Gellius Platoni & Socrati ꝑfuit familiaris. Exum extra ſum. Sic enim lictor in quibuſdam ſacris clamitare ſolebat. hoſtis uictus, mulier uirgo exeſto. hoc eſt nõ introito, quia ſcilicet ingredi ea ſacra ꝓhibebãtur. interſum præſens ſum, & quaſi in re ſum, ex in eni & re & ſum componitur, ut ſupra diximus. Obſum quod eſt noceo, quaſi contra & aduerſus te ſum. cuius contrariũ eſt proſum, hoc eſt iuuo, quaſi pro te ſum. Veteres aliquãdo pro oberit obeſſet ſcripſere. aliquando etiam pro eo quod ẽ aderit. Præſum uel ante alios ſum, ut homo cæteris animantibus præeſt, hoc eſt ſuperat, antecedit. uel præfectus ſum. Cicero. Hi q portui faciẽdo præerant, ab eo ſubornati fuere. Ab hoc fit præſens, quod ſignificat non eũ, qui præfectus eſt, ſed q coram, hoc eſt ante nos, & in conſpectu noſtro eſt. A quo præſento uerbum, quod eſt offero, & in mediũ adduco, & repræſento, hoc eſt rurſus præſento, interdum & in mentem reuoco. &

præſentia

Præsentia ipsa(ut ita dicam)interuētio,& duo aduerbia impræsentia. & impræsentiarū, quæ significāt p̄senti tēpore,hoc est,quod uel præsens est,uel præsens fuit,uel præsens erit,ut imp̄sentia disputādum nō est,& cū a Cicerone quæreret̄,quid esset uirtus? Respōdit nō eē imp̄sentia de uirtutis nomine disceptādum.Et siqs difficultatis aliquid obiecerit,differēdum tibi in posterū diē erit,potiusq̄ imp̄sentia respondēdū.Item præsens eodē modo accipit̄, hoc est nō tantū significat,quod huius tēporis est,sed etiā alteri⁹,aut p̄teriti,aut futuri.Cice. Ego incolumitati ciuiū primū,& postea dignitati,ille præsenti potius q̄ futuræ dignitati consulebat. De mortuo loquitur.Ergo non nunc præsenti,sed tunc.Horatius.Plæraq; differat, & præsens in tempus omittat,hoc est in suum tempus.Capitur tamē aliquādo impræsens pro impræsentiarum.Idem.Lætus impræsens animus quod ultra est.O derit curare,& amare lēto temperet risu.nihil est ab omni parte beatum.Præsens quoq; pro subito capitur,& non dilato in alterum tempus. Virgi.Præsentemq; uiris intentant omnia mortem.Iuuenalis.Pœna tamen præsens. & p̄sens ultio.unde præsentaneum uenenū.& præsentissimum dicimus,quod statim occidit uel liberat.Et quoniam ea,quæ præsentem uim,atq; effectum habēt præstantiora,ac potentiora cæteris uidentur.Ideo præsens accipere solemus pro efficax.fortis.potens,ut præsens uirus idest potēs. Vir.Nūc si cui uirtus,animusq; in pectore præsens.Hinc p̄sens etiā pro ꝓpitio accipit̄.Idem.Et uos agrestum præsentia numina fauni.In rem præsentē non tempus, sed locum significat,quasi in locum differentiæ.Cicero.Vt si cōstitueris cuipiā te in rem præsentem esse uēturū,idest ad locū,de quo cōtrouersia est.Liuius.Responderi legatis utriusq; partis placuit missuros se in Africā,qui inter populū carthaginēsem,& regē in re p̄nti disceptarent.Idē. Eodē anno inter populū carthaginēsem,& regem Masinissam in rē p̄ntem disceptatores romani de agro fuerunt. Valerius.Qu.Labeo arbiter a senatu finiū cōstituēdorum īter Nolanos,& Neapolitanos datus,cum in rem p̄ntem uenisset,tum utrosq; nominatim monuit.Veteres p̄sente pro p̄sentibus dixerūt.Pōponius.Qui id apud forum p̄sente testibus mihi uendidit.Nonius.Dona pulchro donare uolumus præsente oībus.Præsum,& p̄sideo differūt.& ab hoc fit p̄ses,sicut ab illo p̄sens.Præsidere enim est dūtaxat ad opem præstādam præesse,quam p̄stant ꝓprie,uel dii p̄cantibus hominibus,uel homines ipsi aliis hominibus iniuriā patientibus,uel in discrimen adductis. Aliquādo tamen indifferenter accipitur.Suetonius de Tyberio.Præsedit & Acciacis ludis,hoc est p̄fuit.Cicero.Noli animos eorum ordinum,qui præsunt,iudicus offendere.Idem. Quāobrem uos dii,& patrii penates,qui huic urbi,atq; imperio præsidetis. Quinti.Nam & beniuolū auditorem inuocatione dearū,quas præsidere uatibus creditū est, & intētum ꝓposita rerum magnitudine,& docilem summa celeriter comprehensa facit. Idē. Quæ præsidentes studiis deæ ꝓpius audirent.Hinc tam dii q̄ homines præsides dicti sunt, illi in suo quisq; numine,suaq; ui.hi uero in sua quisq; ꝓuincia a rege, uel populo sibi commissa. Quinti. Quod omnia sic egerit,ut genitus præside bellorum. Vlpianus.Præses is est,qui maius in ꝓuincia imperium habet,omnibus post principem.Aliquādo tamē præses pro auxiliatore ponitur.Liuius.Dii,deæq;,qui capitolium incolitis siccine nostrū militem, ac p̄sidē sinitis uexari ab inimicis? Hinc præsidiū dictum principale auxilium,ut milites,qui in tutela alicuius oppidi collocati sunt,p̄sidium dicūtur.Subsidium uero,qd' in auxiliū succedit. Quēadmodū aūt a p̄sum fit præsens.& p̄sentia,ita ab absum fit absens, & absentia,dicimusq; absente pro absentibus,sicut præsente pro præsentibus.Plau. Absente nobis id actum est.Afranius,Si hāc absente nobis inuenerit puer. Terentius.Nescio qd profecto absente nobis turbatum est. Desum,deficio.Seneca.Fœlix est cui nihil deest ad bene,beateq; uiuēdum. A quo dextans dicit̄, quia assi deest sextans.quēadmodū deunx,& duodeuiginti.Insum, quod significat in aliqua re sum,ut inest mihi cupiditas,hoc est in me est.In quo notādum quod inest huic rei dicimus, & inest in hac re.Quintilianus. Verum hoc melius faciet natura ipsa duce, sed naturis ipsis ars inerit.Cicero.Illud honestum,quod sæpe diximus,si in alio cernimus,tamen nos mouet,atq; illi,in quo id inesse uidetur,amicos facit.Subsum,quod ꝓprie est infra sum. Plynius. Suberāt tecto abiegnæ trabes.Aliquādo tamen subesse accipimus pro latenter inesse. Virgilius.Quippe solo natura subest.Supersum,quod interdum est affluo abundo. Virgilius. Auxilio urbes italiæ,populiq; supersunt.Interdum resto,reliquus sum.Ennius.Inde sibi memorat unum superesse laborem. Aliquādo superstes sum.M.Asinius pollio ad Ciceroné,Neq; deesse reipub. uolo,neq; superesse.Nōnunq̄ uinco,superior sum.Cicero.Nec uero sciētia iuris maioribus suis.Qu.Lælius Tubero defuit,doctrina etiam superfuit. Virgilius.Florentisq; secāt herbas, fluuiosq; ministrant.Farraq; ne blando nequeāt superesse labori,hoc est uicere,& supare laborē. Quādoq; supfluus,ac supuacuus sum.Gellius.Memini ego prætoris docti hoīs tribunali me forte assistere,atq; ibi aduocatū eum non habere,& cum is,qui uerba faciebat,reclamasset,ego illi supersum respondisse prætorem festiuiter,tu plane superes,nō ades.Superes inquit,hoc est supfluus,supuacaneus es.Plerūq; longius, ac diutius duro. Virgilius.Primus ego in patriam

mecũ,modo uita ſupſit. Aliqñ etiam ſupſum repiť pro nimis,& ſupra neceſſariũ modũ abuſido. Cice. Non grauarer Læli,niſi & hos uelle putarem,& ipſe cuperẽ te quoq; aliquã partẽ huius noſtri ſermonis attingere,præſertim cum heri ipſe dixeris te nobis etiã ſupfuturum, uerũ id quod fieri non poteſt,ne deſis,oẽs te rogamus. Græci in eoſdem fere oẽs ſenſus περιεῖναι accipiũt. Poſſum quoq; a porro,hoc eſt ualde,& ſum cõponitur. Valde enim eſſe uidẽtur,qui ualidi,ac potẽtes ſunt,quãuis aliqui poſſum a potis,& ſum cõpoſitum malint. Ego a poſſum potius deriuatum eſſe potis exiſtimo,quod & pote neutrum habet. ſignificat autem eum qui poteſt. Virgi. At non Euãdrum potis eſt uis ulla tenere. Proptius. Qua pote quiſq; in ea conterat arte diem. Ab hoc fit aliud uerbũ poteſſum. Terẽ. At pol ego amatores audieram mulierum eos eſſe maximos,ſed nihil poteſſe. A poſſum deriuať potẽs,qui põt. cuius contrariũ eſt impotens,hoc eſt inualidus. A qbus potẽtia,& impotẽtia.& potẽter. atq; impotenter aduerbia. Impotens tñ aliqñ pro ualde potẽs uſurpať.& ĩpotẽtia pro potẽtia. Cice. Qui nihil metuãt,nihil agant.nihil cõcupiſcãt,nulla impotẽtia efferanť. Itẽ ptãs,qđ Paulus iuriſcõſultus inquit, plura ſignificat. In pſona magiſtratuũ imperiũ. In perſona liberoꝝ patriã auctoritatẽ. In perſona ſeruoꝝ dominiũ. At cum agimus de noxæ deditione cũ eo,qui ſeruũ non defendit,pñtis corporis copiã,ac facultatẽ. Itẽ ptãtes dicũtur principes potẽtes,quos græci dynaſtas uocãt, & ii qui magiſtratus gerũt,& iudiciis p̃ſunt. unde non inepte nec parũ latine prætores urbiũ uulgo nũc poteſtates appellamus. Ply. Pingue draconis in pelle dorcãdum neruis ceruinis adalligatũ in lacerto,uictoriam iudiciorũ cõferre exiſtimãt,primũ ſpõdylũ aditus poteſtatũ mulcere. Apuleius. Sed iuſſit poteſtas officialẽ ſuũ magna ſeueritudine coerceri,ubi notãdum eſt Officialis quoq; non inelegãs uocabulũ eſſe pro miniſtro magiſtratus. Idem alibi. Iam.n. faxo ſcias,quẽadmodũ ſub meo magiſterio mali debeãt coerceri,& ꝓfuſa in mediũ ſportula iubet officialẽ ſuũ ſup piſces inſcenderc,ac pedib⁹ ſuis totos obterere. Poteſtã quoq; ueteres pro poteſtate uſurparũt. Plau. Neq; deſidiæ in ocio operã dediſſe,neq; poteſtã ſibi fuiſſe, adeo arte cohibitum eſſe a patre. Item a poſſum poſſibile,qđ fieri põt,aut non põt, quibus uerbis uſi ueteres non fuere,nũc aũt paſſim oẽs utũtur. Item impos,qui alicuius rei potis nõ eſt. Compos qui uel habet aliquid,uel ſuo ſtudio aſſecutus eſt. Accipiturq; & in bonam & in malam partẽ. Cicero. Omnium deſyderiorũ ſuorum compos factus. Plau. Cedo manũ,accipe erũnarũ, & miſeriarũ cõpotem,hoc eſt q ſimul tecũ erũnas,ac miſerias habet. ſic.n. cõpotẽ mẽtis. cõpotẽ rationis dicimus,hoc eſt q mẽtẽ & rõnem habet.& impotẽ,qui nõ habet. Cice. Nã quomodo uictores dicimus uoti cõpotes,qui q̃cqd uolũt faciũt,ſic uictos ecõtrario uoti impotes,qui nõ poſſunt facere,qđ uolũt. Item poſſideo,quaſi ĩpoſſe,hoc eſt ĩ poteſtate mea habeo. A quo poſſeſſor,qui poſſidet,cuius fœmininũ eſt poſſeſtrix. Afranius. Poſſeſtrix ita diciť,ita tonſtrix,ita impulſatrix. ita curatrix. ita planctrix. ita aſſeſtrix.& poſſeſſio,qđ modo actũ ipſum poſſidẽdi ſignificat. modo bona,quæ uulgo uocãtur immobilia,quẽadmodũ ſuperius diximus.& poſſeſſorium iudiciũ,qđ nõ ſup re principali,ſed ſup poſſeſſione eſt. Et apud grãmaticos poſſeſſiuum nomẽ,qđ aliqd ſignificat,qđ poſſideť,ut Euãdrius enſis,qui Euãdri eſt.& regiæ ædes, q̃ regis poſſeſſio eſt. Item potior,& potius cõparatiua,hoc eſt melior,& melius,quaſi potentior, & potẽtius,& potiſſimũ ſuplatiuũ pro optimo. Præſtant.n. hoc eſt potẽtiora ſunt,quæ meliora ſunt. Item potius,& potiſſimũ,& quo iuniores quidã utũtur,Potiſſime,aduerbia quæ ſignificant magis & maxime. potius.n. de duobus,potiſſimũ,ſiue potiſſime de plurib⁹ diciť,ut hoc potius q̃ illud elegi.& ex oĩbus hoc potiſſimũ elegi,ideſt magis & maxĩe elegi, & q̃ſi ꝑ meliori atq; optio elegi. Itẽ a pote utpote aduerbium deduciť,qđ cõfirmantis eſt,& quaſi cauſatiuũ. Cice. Me incõmoda ualitudo,qa iam emerſerã,utpote cũ ſine febri laboraſſem, tenuit. Idem. Ea nos utpote,q nihil cõtẽnere ſolemus nõ ptimeſcebamus,qđ perinde eſt,ac ſi dixiſſet, quia uel quoniã,uel quãdoqdem ſine febri laboraſſem.& qa uel quoniã,uel quãdoqdem nihil cõtẽnere ſolemus. Salu. Antonius ꝓcul aberat,utpote qui magno exercitu locis eqoribus expeditus in fugã ſequereť. Aliqñ ſine cum,& ſine relatiuo repitur. Vt Antonius aberat a bello,utpote æger,ac iacẽs. In eadẽ forma repitur & quippe. Quinti. Si alienũ & ignotũ tanq̃ cois omniũ mortaliũ (Quippe ſub uno parẽte naturæ cognatio eſt) hoĩem cibo forte iuuiſſem pœna dignũ uidereť ſeruaſſe periturã aĩam. Titus Liuius. Notã iudici fabulã petiť,q̃ppe apud quem auctorẽ argumẽti peragit. Profecto quoq; & utiq; eodẽ modo affirmant. Sed utiq; nunq̃ fere apud Ciceronẽ,apud poſteriores frequẽter repiť. Quinti. Solẽt huiuſmodi negociatores aliqd ꝓpriũ,ac priuatum ſtipulari. Vtiq; cũ rẽ alienã uẽdãt. ꝑfecto potius ad rñſionẽ adhibeť. Cice. Quis hæc renũciat? is ꝑfecto q ĩterfuit. Quod etiã p certe facimus. Idẽ. Tãtã ſolicitudinem bonoꝝ,tãtũ amorẽ oĩum,in quo meminimus certe in nullo.& per nimirũ. Quint. Demus id quod nullo mõ fieri põt,idem ĩgenii. ſtudii. doctrinæ,peſſimo,atq; optimo uiro uter melior diceť,orator nimirũ,qui homo quoq; melior,& per nẽpe,qđ uſitatius eſt. Cice. Apud quem hæc dico? nẽpe apud eum,qui cum hoc ſciret,me tñ anteq̃ uidit,reipublicæ reddidit. Aliquã-

do sine interrogatione ponit̃ nempe. Horatius. Nẽpe hoc quæsisti. Persius. Nẽpe hoc assidue, iam clarũ mane fenestras intrat. Quinti. Nẽpe. 11. in hoc plurimũ laboris exhausimus, ut rhetoricam ostẽderemus bene dicẽdi sciẽtiã, & utilẽ, & artẽ & uirtutẽ esse. Veteres nem quoq; aliqñ pro nẽpe scripserũt, quãuis & pro nisi etiã qñq; sumpsere. Sane quoq; aliqñ affirmatiua est, ut ita sane. Sane uero nõnunq̃ pro ualde ponit̃, ut homo sane nobilis. iũgiturq; ĩterim suplatiuo Sueto. Bellum sane difficillimũ gessit. qñq; pmissiue accipitur. Quintil. Tulerit sane filius noster merito pœnas, dederit spiritũ supplicio. nihil de p̃teritis loquimur, quasi esto ita sit, ut tu uis. Certe quoq; modo affirmat. modo pro saltẽ accipit̃, ut si nõ tãgere, at certe potero uidere. Adiũgitur aũt illud at, quomodo iungitur sed, cũ tñ alteꝝ eoꝝ sufficeret. q̇ppe at nõnunq̃ idẽ significat, quod saltẽ. Vir. At Messapus erit. Certe cõiũcta cum cõiunctione et, semp affirmat. Cice. Et certe cõtra Cæsarẽ est ingressus armatus. Eodẽ modo sane. Quint. Et sane quis concipiat, uel declamantis habitũ, uel orantis uocem incessum. ꝓnũciationem. illum deniq; animi & corporis motũ? Certe cõiuncta cum scio, & similibus uerbis. e. in. o. solet mutare. Cice. Et si certo scio. Item a potis fit potior uerbum, qđ est modo teneo, quasi in potestate habeo. modo obtineo, & in potestatem uẽdico. In primo significato fere genitiuum semp requirit. Vt Lacedæmonii rerũ diu potiti sunt, idest rerũ imperiũ diu tenuerũt. In secũdo significato frequentius habet ablatiuum, ut potitus sum uictoria. potitus sum amica, idest pugnando, uel laborando obtinui uictoriam, uel amicã. Aliqñ etiã potior pro fruor accipitur. Cice. Quod si his uoluptatibus bona ætas fruitur, libẽtius primũ paruulis fruit̃ rebus (ut diximus) deinde iis, q̇b⁹ senectus etiam si nõ abũde potit̃, nõ oĩno caret. Pro eodẽ posuit fruitur, ac potit̃. hoc uerbũ nõ modo quartæ, sed etiã tertiæ cõiugationis repit̃. Ouidius. Tuq; tuis armis, nos te poteremur Achille. A potens quoq; fit oĩpotens, a quo oĩpotẽtia. & armipotens. & bellipotens, qui armis & bello potens est. & uiripotens mulier, quæ coire iam cũ uiro per ætatem põt. & uniuersipotens dicit̃ deus, ꝙ uniuersa possit. a quo uniuersipotẽtia deriuatur. Possum qñ caret apposito, modo accipit̃ pro potens sum. Plau. Non hic, ut possit edit, sed posse cupit, ut edat. modo pro eo, qđ diuinari ab aliis. malo, q̃ exprimere, quale est apud Terentiũ. Amatores mulierum audierã eos esse maximos, sed nihil potesse. Item ab est tertia huius uerbi persona fit ambest, qđ significat circum est. nullãq; aliam habet declinationẽ. præter hæc, a sum sumo uerbũ deriuatur, qđ ꝓprie est multũ, & pene nimiũ mihi tribuo, & quasi sum mihi. Cice. Quanq̃ non tantũ mihi sumo iudices, neq; arrogo. ponit̃ tñ pro accipio, tollo. Salu. Epistolã super caput temere positã sumit. Aliqñ pro eligo. Horatius. Sumite materiã uestris, qui scribitis æquam uiribus. Plau. Sumat aliquem ex populo monitorẽ officii sui. Interdũ pro conduco. Cice. Quoad enĩ peruẽtum quo sumpta nauis est, nõ domini est nauis, sed nauigantium. Veteres etiam sumo pro impẽdo accipiebãt. Ab hoc summũ deriuari q̇dam falso existimãt. Sũmũ enĩ p syncopẽ fit a supremũ (ut inferius ostendemus) nam significat, qđ est oĩum altissimũ. Vir. Sũmoq; ulularũt uertice nymphæ. Cice. Sũmã aquã attinget enectus siti Tãtalus. Modo extremũ. Virgil. Venit summa dies, & ineluctabile tẽpus dardaniæ. Aliqñ laudabile gloriosum. Idem. Me ne igit̃ sociũ summis adiũgere rebus Nise fugis? Hinc summates appellati sunt principes ciuitatis, qui & optimates dicũtur. & summitas altitudo. ex quo altior pars montis summitas dicitur. & summa, quæ est sentẽtiæ alicuius, aut rerũ, de q̇bus uerba fiunt collectio. Virg. Hæc summa ẽ, hoc est p̃cepti mei succincta collectio. hinc summatim. adsũmã. insũma. sũmũ adsũmũ. de q̇bus supra diximus. Sũmitudo quoq; apud aliquos pro sũmitate repit̃. & summula, parua sũma. & sũme, maxĩe. excellẽter. Sũ pro eũ. Ennius. & plæriq; alii ex ueterib⁹ posuere. Sũmanalia appellãtur liba farinacea in modũ rotæ facta. Item a sumo dĩ sumpt⁹, hoc est ĩpẽsa, qđ pecunia impẽdat̃, uel exponat̃. Ply. Qui eã domũ magno sumptu ædificauerat. ab hoc fit aliud uerbũ sumptifacio. Plau. Si nũc me suspẽdam, meã operã luserim, & p̃ter operã restim sumptifecerim. Itẽ sumptuosus, qui ꝓdige pecuniã expẽdit, & magnos sumptus facit. & sumptuariæ leges, quæ de moderãdis sumptibus latæ sunt, quas Cato cibarias appellauit. Pr̃ia oĩum de cœnis lata ad populũ Lex orchia fuit, quã tulit. C, Orchius tribunus plebis de senatus sñĩa tertio post anno, quã Cato cẽsor fuerat. Hæc numeꝝ tm̃ cõuiuaꝝ p̃scribebat, iubebatq; ut patentib⁹ ianuis cœnitaret̃, quo obseruatio eius uideri posset. Post hæc cũ plures p̃scripto ĩ cõuiuio uocarent̃, ideoq; auctoritatẽ nouæ legis aucta necessitas imploraret, post annũ uigesimũsecũdũ legis orchiæ, fannia lex lata est anno post urbẽ cõditã q̇ngẽtesimooctauo, neq; eam pretores, aut tribuni, ut plerasq; alias, sed ex oĩum bonoꝝ cõsilio, & sñĩa ipsi cõsules ꝑtulere, cũ respublica luxuria conuiuioꝝ, maiora q̃ credi posset, detrimẽta pateret̃. Quippe eo redacta res erat, ut pleriq; ingenui pueri pudicitiam, & libertatẽ suã uẽditarẽt, plæriq; ex plebe romana uino madidi in comitiũ uenirẽt, & ebrii de reipublicæ salute cõsulerent. Hæc nõ cõuiuiis tm̃, ut orchia, sed sumptibus etiã modũ imposuit assibus centum p̃scriptis, propter quod a Lucillio lepidissimo poeta centussis appellata est. Fanniam legem post duodeuiginti annos secuta est lex di-

dia,cuius ferēdæ duplex ratio fuit,prima ut non sola urbs Roma,sed uniuersa italia lege sumptuaria teneret.Secūdo,ut nō mō qui cōuiuia maiore sumptu fecissent,sed ēt q ad ea uocitati eēnt,atq; oīno iterfuissent,pœna legis tenerent.post Didiā lata ē Licinia a P.Licinio crasso diuite,cuius ferūdæ tm̄ studiū ab optimatib⁹ impēsum est,ut Senatuscōsulto iuberet,& tātūmodo ꝓmulgata anteq̄ trinūdino cōfirmaret,ita obseruaret ab oībus,q̄si iam populi sñia cōprobata esset.Hæc lex nihil a didia,seu fannia differebat.auctoritas tantūmō per eā quæsita est,ex olescēte metu antiqoris,quēadmodū olim de decē tabulis factū fuerat,quaꝶ antiquitas cum contēni cœpisset,eadē illa,quæ iis legib⁹ cauebant,in alia legū latoꝶ noīa trāsierūt.Legis aūt liciniæ summa hæc erat,ut calēdis,nonis·nūdinis liceret cuiq; in dies singulos triginta dūtaxat asses edūdi cā cōsumere,Cæteris uero diebus ne amplius apponeret q̄ carnis aridæ pōdo tria,& salsamētoꝶ libra,& qđ ex terra.uite arboreue natū esset.Harū oīum legū cā fuit nimia luxuria.Quippe uetus ꝓuerbium est.Leges bonæ ex malis moribus ꝓcreātur.Post has secuta est lex cornelia,quā Cornelius sylla dictator tulit.In ea nō conuiuiorū luxuria ꝓhibita est,nec gulæ modus īpositus,sed minora rebus facta sunt p̄tia,ea opinor rōne,ut gulæ seruire etiā,qui paruis essent facultatibus,possent.Sylla mortuo Lepidus cōsul legem tulit sumptuariam,quæ lepidiana dicta est.Paucis deinde interiectis annis aliā legē ad populum tulit Antius restio,q̄ antia noīata,licet optima esset,luxuriæ tñ obstinatione nullo abrogante obliterata est,ꝓpter quod Restionē ipsum latorē legis tradūt,quādiu postea uixit foris nō cœnasse,ne legem a se latā cōtēni uideret.A sumo cōposita fiūt assumo,quod aliqñ significat accipio.Cice.Neq; id onus inuitus assumpsit.modo nimiū tribuo.Idem.Si id mihi assumo,uideor id mihi meo iure quodāmodo uēdicare.Ab hoc assumptio deriuat.trāsumo,ex alio sumo.unde quæ ex primis tabulis trāscripta sunt,solēnitate iuris adhibita dicūtur transumpta.& actus ipse transumptio.Itē trāsumptio figura est apud rhetores,quā græci μεταληψιν uocāt,cum rem ex alio ad aliū trāsmouemus.Demosthenes.Cum bellū phocēse cōflatum esset.Et non per me.nōdum enim ego ad rēpublicā accesserā.Cice.Refertū tribunitiis legibus exhaustū,a qb⁹ sit,ipsi sciūt.Absumo,& cōsumo notæ significatiōis.Ply.Sarcophagus lapis est fissili uena.corpa defūctorū cōdita in eo absumi cōstat intra quadragesimū diē.ideo nomē habet a carne edenda.σαρξ enim caro est,φαγω edo.Quidam sarcophagum pro sepulchro usurpant.Idē.Mitior est autē seruandis corporibus,nec absumēdis,chemites ebori simillimus,in quo Darium cōditum ferūt.Solinus.Sūt etiā in lycia saxa,quæ uiuētiū quoq; corpa ad alligata cōsumunt.Ab his consumptio,& semicōsumptū,hoc ē magna ex pte cōsumptū.& absumptio deriuat.Idē aliud cōsumo primæ cōiugatiōis,qđ significat pficio.a quo cōsumatū opus dicim⁹ pfectū.& cōsumatio pfectio,qđ quæ pfecta sunt,oīa sibi sumpsisse uideant.Martia.Quod magni thraseæ,cōsumatiq; Catonis.Resumo,rursus sumo.Ply.Resumptis post lōgā ægritudinē uiribus.Præsumo,antecapio.Apule.Qui ætatis meæ flosculos p̄sumpsisti.Hinc rhetores p̄sumere pro p̄occupare accipiūt.& p̄sumptionē dicūt,quā græci uocāt προληψιν,cum id qđ uel in aduersarii cā,uel in iudicis opinione contrariū nobis esse,aut fore arbitramur,p̄occupamus dicere,& cū rōne dissoluere.Demosthenes,atq; ego illū iudices arbitor lycurgū laudatorem ꝓducturum scilicet,qui sit testis eius pudori,ac ꝓbitati,sed ego lycurgū uobis p̄ntibus hoc unū interrogabo,uelit ne se similē eē illius factis,& moribus,qđ si negarit,satis uobis factū eē de ueritate nostra debebit.Lysias.Hac oratiōe sæpius apud me utebat,& orabat,ut suarū erūnarū misererer,inopiæ subuenirem.Quid multa?Cōmotus humanitate,p̄cibus dep̄cantis,quod petebat,dedi solus soli,quo minus nota calamitas hominis esset.Sed ut paratus uenisse uidebatur,iam se negabit accepisse,& flens uobis supplicabit,ut se a calūniatoribus eripiatis.Vos aūt cum eum ita agētem uideritis.facitote ut & illius,& mei memineritis.A sum postremo fit esto,qđ modo futurū est impatiui,modo aduerbiū cōcedentis.Vir.Esto ægram nulli quondam flexere mariti.Item sum in p̄terito facit fui.a quo ueteres fuam pro sim frequētissime usurparūt.Item fore,qđ licet declinatione p̄ntis sit tpis,significatione tñ est futuri.Cice.Quos puto iam tecū esse,uel ꝓpediem fore.& eodem modo affore.Ouid.Esse quoq; in fatis reminiscit,affore tempus.Statius tñ uidetur affore in significatione p̄ntis tpis accepisse,sensit manifesto numine ductos affore,quos nexis ambagibus augur apollo.MOLES.Magnitudo.ꝓprie enim moles dicitur res magna,ac magni ponderis.unde molestus dicit,qui alicui grauis est,nec sinit eū qescere.a quo molestia,solicitudo,& grauitas.& moleste grauiter.& molesto,ango.solicito.& quasi molem affero.Apuleius.Totiens quoq; molestatus obmutui.In hūc sensum molem accepit.Virg.Totāq; infusa per artus,Mens agitat molē,hoc est magnitudinē mūdi.Quoniam uero quæ magna sunt,difficilia eē cōsueuerūt,capit aliqñ moles pro difficultate.Idem.Tātæ molis erat romanam cōdere gētē,hoc est tātæ difficultatis.Item in mari moles dicit,quotiēs excludit aqua.Accipit etiā aliqñ pro motu.Vir.Inde gyan,ipsam ingēti mole chimærā cōsequitur.& a mouendo dicit moles.a quo fit molior,qđ significat uel ingenio,uel corpore mo-

ueor ad aliqd agēdū, & pro uarietate appositi uarie exponit̃.etenim moliri classem est parare. Vir.Classemq; sub ipsa Antādro, & phrygiæ molimur mōtib⁹ idæ.moliri iter est pagere. Idē. Datūq; molit̃ iter.moliri habenas, est gubernare.Idem.Et manib⁹ molit̃ habenas.moliri insidias, est meditari. Apule.Dū mihi moliūtur insidias.moliri arcē, est ædificare. Virgi.Moliriq; arcē, & manib⁹ subuoluere saxa.unde fit demoliri, qđ est diruere. Cice.Demoliri ea, quoꝝ altitudo officeret auspiciis.& amoliri, expellere.submouere, a quo amula uas.& amuletū.de q̄bus inferius dicemus.Teren.Proinde hinc uos amolimini.nam mihi impedimēto estis. Moliri etiā simpliciter positū inuenire est.Plau.Aliqd moliar, quo me hoc discrimine liberē. hoc etiā machinari dicimus a græco μηκανωμαι, qđ est inuenio.molior, unde μηκανημα inuētū. & molimē dicit̃, & μηκανη molitio.Machina, a quo bellicas machinas uocamus opa fabrilia, q̄bus in bello utimur.Item ipsa cōsilia, q̄bus decipe hostē conamur ἀπὸ της μηκανης etiam dicit̃ mechanicus, qđ significat fabrū, hoc est opificē eoꝝ operū, quæ ingenio simul, ac manibus fiūt.& mechanica ars fabrilis.unde quidā artes diuidunt in liberales, atq; mechanicas. A machinor.machinator.machinatrix, & machinatio deducūtur.Aliqñ moliri passiue accipit̃ pro retardari.Lucil.Mutilamur.molimur.subducimur.Ab hoc fit molimē pro eo, qđ molimur. & molimētum pro conatu.Sisenna.Magno cū molimēto, ac ꝑpetuo sono ꝓcedūt.& emolumētum utilitas, quā ex opa, & labore, &(ut ita dicam)molimine nostro assequimur. & molitio, ac demolitio, q̄bus auctores frequēter utūtur.Item mola, qua ueluti mole quadā. frumentū.legumina, & aliæ res quæcūq; terunt̃.unde molas frumentarias.molas fabarias & molas olearias dicimus.Quāq̄ mola etiā far tostū dr̃ sale cōspsum, quo utebant̃ ueteres in sacrificiis. Vir.Sparge molam.unde fit īmolo uerbū, qđ est sacrifico, & quasi molā spargo.a quo īmolator.īmolatrix.īmolatio.& molucrū lignū quadratū, quo ueteres īmolabāt.Est etiā molucrū tumor uētris, qui etiā uirginibus incidere solet.Afranius.Virgini tam crescit uterus, q̄ grauidæ mulieri, molucrū uocat̃, transit sine dolore.Est.n.etiā mola a mole, de qua diximus, similitudine appellata in utero mulieris caro informis.inanima.ferri ictum, & aciē respuens, quæ sistit menstrua, ut partus. & licet iis quoq; accidat, quæ coitu utūtur, quotiens menstrua uitiosa sunt, aut semen uiri ad formādū fœtū debile est, atq; ineptum.frequētius tñ iis accidit, quæ a coitu abstinēt solitæ alias coire, quales uiduæ sunt.Fit.n.in his tumor ꝑter naturā. & semen cum sanguine mixtū indurescit in carnē, q̈uis aliqñ ex solo spiritu fit mola, quin maior uis caloris semē illud cū sanguine cōuertit in spiritū crassiorem, quo ita sæpenumero uterus ītumescit, ut ꝑgnātis spēm præ se ferat.Mouet̃ mola, natura tētāte eā expellere, quāuis medici mot⁹ cām assignēt spiritū genitiuū, qui inclusus est in semine mulieris, sed huic opiniōi philosophī repugnāt.Simile quidā & uiris in uētre gignit̃, qđ σκιῤῥον græci, hoc est scirrū nominant, hoc splenis, & epatis uitio extuberat, ꝑsertim in hydropicis, qđ euenisse Oppio capitoni ꝑtorio uiro memoriæ ꝓditum est.Item a mola fit molo uerbū, & molaris lapis, ex quo mola fit.Hūc q̄dam pyritē uocitāt, uel ꝙ ei insit plurimus ignis, quem πυρ græci uocāt.uel a frumēto, quod nominant πυρον.Est tamē aliud pyritarū genus ἀπὸ του πυρος, hoc est ab igne appellatum, qđ plurimū ignis habet.& est pōderosum.nostri modo uiuū.modo ignariū lapidem uocāt, exploratoribus castrorū maxime necessarium, qñ clauo uel altero lapide ꝑcussum scītillas edit, quæ sulphure exceptæ, aut fungis aridis.aut foliis mira celeritate ignem trahūt.Item molares dentes, qđ cibū a cæteris dentibus cōfractū ipsi molunt.Hi & maxillares a maxillis dicuntur. Sunt enim maxillæ in quibus fixi sunt dentes, & inferiores tm̃ in omni animātiū genere mouentur, ꝑterq̄ in crocodilo, qui mouet superiores.Hæ per diminutionē a malis uocitatæ sunt. Malæ a mali similitudine dicūtur partes illæ, quæ homini tm̃ sunt inter oculos, & buccas ad mali speciem rotūdæ.has prisci genas uocabant.Ouidius.Sæpeq; purpureis figere labra genis.Pacu.Nūc primū opacat flore lanugo genas.Hinc lex illa duodecim tabularū erat.Mulieres genas ne radūto, ne ue læsum funeris ergo habēto.Dicūtur tamē etiam genæ, quæ supius inferiusq; ambiunt oculū.Ennius.Pādite quæso genas, & corde relinquite somnum.Plynius Aquatilia dormire existimant, non oculorū argumento, quia non habent genas, sed ipsa qete placita, seu soporata.Extremus ambitus supioris genæ ciliū dicit̃.unde supercilia appellata Cilium uulnere aliquo deductum nō coalescit. Quadrupedi superiores tātū genæ sunt, uolucribus inferiores, & quibus molle tergus, ut serpētib⁹, & quadrupedibus, quæ oua pariūt, ut lacertæ. Strutiocamelus alitū sola utrinq; genas habet, & palpebras.Palpebræ sūt capilli, quos in genis hoīes utrinq; habēt, dictæ uel a palpitādo(ut quidā dicūt)hoc ē tremēdo, uel(ut ego sentio)a palpādo, hoc est ꝑtētādo obiecta.ob hoc enī natura palpebras homini dedit, ut ceu uallū quodā uisus esset.& ꝓminēs munimētū circa occursantia aīalia, aut alia fortuitu incidētia.Palpare, siue palpari, (utroq; enī mō dr̃,) ꝓprie est leuiter, & quasi tētādo tāgere. unde pro adulari frequēter accipit̃.& palpatores ex eo dicūtur adulatores.Plau.Vt palpator nullus est, quādo occœpit blandior.Hic palpo etiam dicitur.Idem.Palpo percutis.Quidā etiā palpum

pro bláditiis usurparũt. A palpo fit frequẽtatiuum palpito, qđ est leuiter, ac frequẽter moueor, & quasi palpãdo, unde palpitare cor dr̃ ob frequẽtem motũ. Ply. Palpitat certe cor, & quasi alternatim mouet᷑. A palpo fit cõpositũ expalpo, qđ est elicio. Plau. Quid faciã? exora. blandire. expalpa. Idem. Nunc seruus argentũ a patre expalpabit. Põponius. Si qd expalpare possum ab illo. defluere palpebras tradũt abũdãtibus uenere, p̃ter hoiem, & strutiocamelũ. nulli aĩali sũt, nisi qbus, & in reliquo corpore pili. Strutiocamelus maxima auiũ est, si tñ auis est dicẽda, cum pẽnas dũtaxat habeat, ut adiuuẽt ad currẽdum, cætero uolucris nõ sit, nec a terra tollat᷑. In africa altitudinẽ eqtis equo insidẽtis excedit, celeritatẽ uicit. Vngulas habet ceruinis similes bisulcas cõprehẽdẽdis lapidibus utiles, quos in fuga cõtra sequẽtes pedib⁹ ingerit. Cõcoquit quæcũq; deuorat sine aliquo delectu. Mira in eo stoliditas est, eteni in tãta corpis altitudine si colla frutice occultauerit, latere se putat. Oua eius in p̃tio sunt, ꝓpter amplitudinẽ pro qbusdã uasis habita. Itẽ pẽnæ, q̃a conos bellicos, & galeas uariis colorib⁹ ĩfectæ adornãt. Conus proprie a græcis uocat᷑ nux pinea, ꝓpter qđ geometræ eiusmodi figurã conũ appellãt. Hoc aũt differt a meta, siue pyramide, qđ meta laterib⁹ cõstat. Conus rotũditatẽ habet sine lateribus. Hinc conus appellat᷑ curuatura, quæ est in summitate galeæ, sup qua cristæ ponũtur. & coniferæ arbores dicũtur, quæ conos ferũt, hoc est nuces pineis similes. Ouid. Et coniferæ cyparissi. Quicq̃d p̃terea tali forma est, conoides dicit᷑. Vnde cupressus fœmina conoides est, quæ in fastigiũ cõuoluitur. nam mas spargit extra se ramos, deputaturq;, & uitẽ accipit. Græci etiam κωνοφορους, hoc est coniferos uocant eos, qui in Bacchi exercitu, dum in indiã ꝓficisceret᷑ thyrsos ferebãt, qđ thyrsi pineæ nucis spẽm habeãt. Ob hãc causam mulieres postea ĩ bacchi sacris conos, hoc est pineas nuces gestare cõsueuerũt, siue ꝙ hic fructus cordis similitudinẽ habeat. Græci autẽ humano cordi existimãt bacchũ p̃esse, quoniã cor hoĩs in quo mens habitat, uino accenditur. A molendo p̃terea moletrina deducit᷑, qđ pistrinum olim dici solebat, quo tp̃e tũdebant᷑ frumenta, nõ molebantur. Quidã etiã molẽdinũ uocãt. a quo molẽdinarii opifices ipsi dicũtur. Item molẽdinarium q̃cq̃d ad molẽdinũ pertinet. unde molẽdinariã molã, & molendinarios asinos dicimus Paulus iuriscõsultus asinam molẽdinariã, & molã negat ea appellatione cõtineri. Idem aũt est meta molẽdinaria inferior pars molæ. Catyllus superior. Pistrinum aũt a pisendo dicit᷑. Pisere enim tũdere est. Varro. Nec pisorem ullũ nossent, nisi eum, qui in pistrino piseret farinã. Vnde pisores, siue pistores ueteres uocabãt, tam eos qui frumẽta pisebant, q̃ qui panes coquebãt, iidem quippe erãt utriusq; rei artifices. Ab eodẽ etiam pistillũ dicit᷑, quo quid in mortario pisitur. & pistura actus ipse pisendi. Ply. Pistura non oĩum facilis. Quippe & etruria spicã farris tosti pisente pilo p̃ferrato festula ferrata. & stella intus denticulata, nisi intẽti pisant, cõcidantur grana, ferroq; frãgantur. Secũdum quosdã molæ, qđ res molẽdo fiãt molliores. Quidã molam, nõ a mole, sed a græco dictã existimãt, quod est μυλοσ. unde μυλοσ ελαιων, mola olearia nuncupatur, quã nos trapetũ diximus appellari. Ab hac deducit᷑ amylon, qđ sine mola fiat ex omni tritico, ac siligine. optimũ uero ex trimestri fit, inuẽtum primo in insula Chio. Id ita fit. Madescit triticũ aqua dulci in uasis ligneis ita, ut totum tegat᷑. quinquies in die mutat᷑ aqua, ita ut misceat᷑ pariter emollitũ anteq̃ acescat, linteoq; aut sportis siccatũ tegulæ infunditur, quæ illita sit fermento, atq; ita in solo densatur. ꝓbatur leuitate. leuore. candore. recẽtia. Molossa aũt pars epiri est, a molosso Pyrrhi, & Andromaches filio sic nomĩata. Ab ea uero fit molossus adiectiuũ. Molossus etiam pes est ab eius patriæ saltatione ita nominatus. VENERABILIS. Digna ueneratione, sicut amabilis dignus amore. Noĩa enim quæ in bilis desinũt a uerbis ueniẽtia. aliqñ infinitiuũ passiuũ eius uerbi significant cũ dignns, ut spectabilis dign⁹ spectari. formidabilis, dignus formidari. Admirabilis dignus, qui admirationi sit. Aliqñ infinitiuũ, uel actiuũ, uel passiuũ cum potest, uel natura aptum est, ut risibilis, qui potest, uel natura aptus est ridere. Hinnibilis, qui põt uel natura aptus est hinnire. Item penetrabilis, qui põt, uel natura aptus est penetrari. Stabilis, qui potest, uel natura aptus est diu stare. Possibilis dicitur, q̃ fieri põt, nec aliorũ regulã seruat. ꝓpterea id nõnulli cũ suo cõposito, qđ est impossibilis, tanq̃ parum latina respuerũt. Venerabilis a ueneror deriuatur, qđ est colo, significatq; eum, qui cultu, & ueneratione dignus est. Ply. Vir grauis, & ipsa iam senectute uenerabilis. Idem & uenerãdus dicitur. Seneca. Vocem æstimatione dignã, & omni sæculo uenerãdam. Poetæ uneratũ quoq; aliquando pro uenerabili seu uenerando posuerunt. Virgi. Cursusq; dabit uenerata sacerdos. Veneror autẽ cõpositum existimant a uenia, & oro, ut sit uenerari, quasi ueniam orare. ab eo fit ueneratio pro honore, & cultu. & uenerãter aduerbium. Apuleius. Et ab eo ueneranter exceptus paululũ quieui. Quidam etiã uenerabiliter usurparũt. CONSPICVI. Clari, spectandi. Specio uerbum in usu apud ueteres fuit pro aspicio. uideo. Vnde augures specere, hoc est inspicere aues dicebant. & spectionem auiũ pro contẽplationẽ, & inspectionẽ Ennius. Vos epulo postq̃ spexit, & uestispici custodes uestiũ serui, qđ frequẽti diligentia uestes inspiciebãt. Plautus. Tum familia tota, uestispici, unctor, auri custos. Afranius. Noui non insciam ancil-

lulã ueſpere, & ueſtiſpicã.ab hoc fit frequẽtatiuum ſpecto,qđ interdũ uideo ſignificat.Virgi. Heu magnũ alterius fruſtra ſpectabis aceruũ.Interdũ inſpicio,caueo.Plau.Spectandũ ne tibi annulũ det,neq; roget.Aliqñ approbo.Teren.Spectandæ an exigendæ ſint uobis prius.Cicero.Non igit̃ ex ſingulis uocibus philoſophi ſpectãdi ſunt.Nõnunq̃ tẽdo,ut hic,ad mortẽ ſpectat,hoc eſt quaſi reſpiciẽdo tẽdit.Cicero ad extremũ ſi ad pniciẽ patriæ res ſpectabit,patriæ ſalutẽ antepones ſaluti patris.Quintil.Et qđ ad peſſimũ ſpectat euẽtum,miſerabilis ſis oportet,ut amator eſſe uidearis.Hinc ſpectabilis dicit̃ ſpectatione dignus,& quaſi admirabilis.Apuleius.Iubet cõſtrui pulchrũ,ac ſpectabilẽ currũ.& ſpectatus ꝓbatus,cuius ſcilicet ſpectata iã uirtus eſt.Virg.Sunt nobis fortia bello pectora.ſunt animi.& rebus ſpectata iuuẽtus.& ſpectatores,qui ad ludos ſpectãdi cauſa cõueniũt.Plau.Nũc ſpectatores iouis ſummi cauſa clare plaudite.Item generaliter quicũq; aliquid aſpicit,eius rei ſpectator dici põt.& ſpectaculũ,qđ modo ſignificat id,quod ſpectat̃.Vir.Nocte pluit,tota redeũt ſpectacula mane,modo ipſam ſpectationẽ.Cice.O graue,acerbũq; ſpectaculũ.Aliqñ locũ,qui ad ludos ſpectandos ædificatur,quem ſupra diximus pluratiuo numero foros appellari.Sueto.De ſpectaculo excitatus deſcẽdit.Liuius.Tum primũ circo,qui maximus dicit̃,deſignatus eſt locus,diuiſa loca patribus,eqtibuſq;,ut ſpectacula ſibi quiſq; faceret,fori appellati.Item a ſpecto cõpoſita fiunt aſpecto,& circũſpecto,quod eſt frequẽter aſpicio.a quo circũſpectus dicit̃,nõ qui circũſpicit̃.hũc enim conſpicuũ,uel circũſpicuũ uocamus,ſed qui circũſpicit,& in oẽm partem ſpectat,hic eſt prudens,& ſagax.Ply.Quis eo acutior?quis circũſpectior?Expecto.ꝑſtolor,quia dum uenturũ aliquẽ ꝑſtolamur,an ueniat,frequẽter aſpicere ſolemus.Plau.Domi te expecto.Aliqñ tñ expectare accipimus pro moram trahere.Vir.Tyria carthaginæ,qui nunc expectat.nõnunq̃ pro deſyderare.Idem.Expectate uenis.Cice.Nihil unq̃ expectatius fuit.Hinc fit expectatio,quæ modo ꝑſtolationẽ.modo moram.modo deſyderiũ ſignificat.In expectatione enim eſſe aliquem dicimus,dum eum cũ ſpe,& deſyderio expectamus.Proſpecto,ꝓſpicio.deſpecto,deorſum aſpicio.Apuleius.In puteũ forte deſpectans.ſuſpecto,modo ſurſum aſpicio,& tunc a ſuſum cõponitur.Martianus.Oculiſq; ſuſpectãs ſydera.modo deorſum aſpicio.& tũc a ſub deducit̃.Martialis.Sed ſuſpectat oculis deuorãtibus draucos.Item a ſpecio fit ſpecimen,qđ eſt argumentũ quoddã.& ꝓbatio,ſiue exẽplar.Seneca.Virtutis ſpecimen,& patriæ ornamẽtum.Virgi.Tale dabit ſpecimen.& ſpecies,quæ modo formã ſignificat,& ueluti effigiem rei.eſtq; uocabulum meſſum.Idem.Neq; enim ſpecie,famaue mouet̃,hoc eſt nec ꝑſenti deformitate,nec rumore mox futuro.Specioſus tamen ſemp in bonam partem accipit̃,hoc eſt pro pulchro,quẽadmodum formoſus.licet forma meſſum uocabulum ſit.Vir.O formoſe puer,nimiũ ne crede colori.Vlpianus tñ ſpecioſas perſonas dici affirmat clariſſimas pſonas utriuſq; ſexus.Item eorum qui ornamentis ſenatoriis utũtur,modo ſpecies pro aſpectu & re uiſa accipitur.Virg.Nõ tulit hãc ſpẽm furiata mẽte Corebus.modo definit̃,qđ dicit̃ de pluribus differẽtibꝰ numero,quomodo genus,qđ dicit̃ de pluribus differẽtibus ſpecie,utputa aĩal genus eſt,qđ de homĩe.elephãto.equo.auibus.piſcibus.reptilibus.aliiſq; ſpecie differentibꝰ p̄dicat̃.Homo uero eſt ſpecies,quoniã de Socrate.Platone.Ariſtotele.Fabio.Catone.Cicerone.Aliiſq; nõ ſpecie,ſed numero differẽtibus dicitur,ob eam rõnem ita appellata,quod multorum collectio una quaſi uĩſione cõprehẽdat̃.Hinc ſpeciale,& ſpecificũ pro particulari accipiuntur,& ſpecialiter,ac ſpeciatim pro particulariter,qđ quidã etiã ſpecifice dicũt.& ſpeculũ in qđ aſpicimus,ac ſpeciẽ,hoc eſt effigiẽ noſtrã cõtẽplamur,quod datũ nobis a natura fuit,non ut pilos e ſupciliis,aut barba uelleremus,nõ ut faciẽ inficeremꝰ coloribꝰ,nõ ut rugas traheremus,ſed ut noſmetipſos noſſemus,& formoſi deuitaremꝰ ĩfamiã,deformes redimẽdũ ſciremꝰ eẽ uirtutibꝰ q̃cq̃d corpi deeſſet,ꝓpter qđ Socrates hortari adoleſcẽtes ſolebat,ut ſeſe frequẽter in ſpeculo intuerent̃.Nã ſi inqt formoſi eſtis,elaborãdũ eſt,ut digni ea ſpecie ſitis,ſin aũt deformes,ut eã deformitatẽ uirtute,ac bonis artibꝰ tegatis,q̃uis aliæ quoq; ſint ſpeculi utilitates lõge ꝑſtãtiores.i primis.n.qđ pulchriꝰ ẽ,q̃ naturã eiꝰ ſpeculari,& reꝝ ad id ptinẽtiũ rõnes inq̃rere?cur cõcauũ maiorem uera effigiẽ reddat.cõuexũ minorẽ.planũ æq̃lẽ?Cur cõcauũ mõ intra,mõ extra ſpeciẽ repſentet,mõ rectã,modo cõuerſam.Cõuexũ uero,planũq; ſemp eãdem,& eodem modo?Cur cõcauũ nõ lucẽ tantũ,ac radios cõuerſum ad ſolẽ reflectat,ſed etiã calorẽ emittat talẽ,ut faciliꝰ accendat,q̃ aliqs alius ignis?Planũ uero lucẽ tm̃ reflectat ſine calore?Conuexum nec lucẽ,nec calorẽ?Ad hæc,q̃a imbecili oculi,qđ ſuſtinere cominus ſolẽ nõ poſſent,formã eius habitũq;,& uerũ illũ igneũ colorẽ cõtẽplari nõ ualebãt,inuẽtũ eſt ope,atq; adiumẽto ſpeculi nõ modo oriẽtẽ,occidẽtẽq; illũ cõſpicere,uerũ etiã ſupra nos ſtãtẽ,& nullo rubore pſuſum,ſed cãdida luce fulgentẽ.Præterea duoꝝ ſyderũ occurſum.quẽ defectũ,uel defectionẽ ſolis,ſiue græco uocabulo eclypſin noïamus,quo interpellari aliqñ dies ſolet,qs unq̃ cernere potuiſſet,aut cauſam eius comprehẽdere?niſi liberius in ſpeculo ſolis,lunæq; imagines uideremus.Taceo,quod iuuenis in ſpeculo ſe uidens admonetur flore ætatis,tẽpus illud diſcendi eſſe,& fortia auden

nota

di. Senex uero, ut quæ canis indecora sunt, deponat, & de morte īminēte iā cogitet. Quid qđ uiri fortes cicatrices suas, si quas in facie hñt, speculis cōtēplātes memoria uirtutis excitantur. Audiui ego sæpenumero Federice princeps te quotiēs faciē tuā in speculo contēplaris, nullo amissi luminis desyderio affici, sed læto, ac sereno uultu modo uerba illa ꝓferre θαρρου φεδερικε, καὶ σαυτον βλεπε φανερωσ, ινα της αρετης καθημεραν μνημονευης, hoc est bono aīo sis Federice, teq; ipsum manifeste aspice, ut uirtutis tuæ continue memineris, mō ita dicere. Dii boni, quos ego uel uirtutis, uel fortunæ socios habeo, philippos. horatios. hannibales. sertorios. Expergiscere. expgiscere aliqñ Federice, & illos non mō unius luminis, sed factis etiā, ac rerū gestarū gloria equipare cōtēde, hæc nobis ab aliis relata sunt. Illud uero ex meipso uideor augurari, te qñ puigilē istū tuū oculū in speculo cōtēplaris, nō mediocri lætitia affici, ꝙ scias p omnem iam italiā, puerbii loco haberi, Plus unū Fedeticū unico oculo uidere, q̄ cæteros omnis principes duobus. Illa ꝑterea Sertorii uerba frequēti tecū usurpare sermone. Alii non semper uirtutis suæ insignia secū ferūt, sed hastas. torques. coronas domi relinquūt. Ego uero rei militaris insignia mecū assidue porto, eosdēq; & uirtutis meæ, & fortunæ habeo spectatores. Ad hæc igitꝰ cōparata ē materia excipiēdarū imaginū potēs, & īuēta sunt specula ex ferro. plūbo. argēto. chrystallo. uitro: mixtisq; materiis. Quinetiā natura ipsa nobis specula parauit, q̄ semper essent in prōptu. Fons cuiq; plucidus, & quiescēs aqua, ac leue saxū imaginē reddit. Virgi. Nec sum adeo informis, nup me in littore uidi, Cum placidū uentis staret mare. A speculo specularis lapis dictus, qđ ad speculi similitudinē luceat, atq; imaginē reddat. finditur in tenuissimas crustas. hunc olim tm̄ citerior hispania mittebat, postea cyprus, & sicilia, & africa misere. Est & in bononiēsi agro breuis. maculosus cōplexu silicis alligatus. nnnq̄ uisus est qnque pedū lōgitudine amplior. Humorē hunc terre existimant chrystalli modo glaciari, in lapidēq; cōcrescere. Huius olim ramētis circū maximū ludis cyrcēsibus strauere, ut esset cōmēdatio cādoris. Item a specio specula dicta, de qua aliqd conspicimus. Virg. Specula Misenus ab alta. a quo speculor uerbū, qđ ꝓprie est indago. perquiro. & ueluti e specula ꝓspecto. a quo speculatores dicti, qui uel e speculis aspiciūt. uel in bello ante exercitū explorādi gratia mittuntur. & ꝑspeculor uerbū, ante speculor. Suetonius de Cæsare. Exercitū neq; per insidiosa itinera duxit unq̄, nisi ꝑspeculatus locorū situs. per metaphoram tamen speculari accipimus pro scrutari, & exacte cōsiderare. a quo speculatio, cōsideratio. Specus quoq; a specio deriuatꝰ, qđ locus sit (ut Vlpianus definit) ex quo despicitꝰ, uel ꝙ uox in eo repercussa hominē ibi alterū uideri faciat. Dicimusq; hic specus, hæc specus, & hoc specus Item hoc specu, & in plurali hæ specus. Item specium, cuius diminutiuū est specillū. A specio deducitur instrumētum teres, ac paruū quo medici ad tentādam uulnerū, aut fistularū uiā uel ꝓfunditatem, utūtur. Pacu. Vt medici faciunt, qui prius specio uulnus tentāt. Cornelius celsus. Ante oīa aūt dimitti specillū in fistulam cōuenit, ut quo tēdat, & q̄ alte pueniat, scire possimꝰ. Hinc oriculariū specillū dr̄, qđ curādis auribꝰ adhibetꝰ. A specu, siue specilli similitudīe spiculū telū dr̄ ad similitudinē sagittæ. Itē ipsa sagitta, a quo spiculor, cōfigo. & spiculator carnifex. & spica. qđ ad spiculi similitudinē acuta sit, diciturq; & masculino & neutro genere spicus, & spicū. Est enim ꝓprie cū pculmi folliculū, idest extremū tumorē aristæ adhuc tenues in modum spiculi eminēt. Abusiue tamē & de maturis frugibus hæc uocabula dicūtur. A spica, siue spico fit spico uerbū, qđ significat spicas emitto. Item inspico, qđ est ad spicarū, & aristarū similitudinē incido, uel fodio. Vir. Ferroq; falces inspicat acuto, & spiceus. Idē. Spicea iam cāpis cū messis inhorruit. Itē ab eodē spina, hoc est sentis, qđ ad spiculi similitudinē acuta sit. a quo spineū, qđ ex spina est, ut corona spinea, & spinosum spinis abūdans, & spinus pirorū arbor, qđ spinis referta sit. Idem. & spinos pruna ferentes. Item a specio cōposita fiūt aspicio, qđ est uideo. Vir. Aspice bissenos lætātes agmine cygnos. A quo fit aspectus, idest intuitus, atq; effigies cuiusq; animalis, ut horridus aspectu, hoc est uisu horribilis, & qui effigiē habet horrendā. Trāsferturq; etiā ad inanimata. Ply. Prærupta rupes, & aspectu horrida. Despicio, quod ꝓprie est deorsum aspicio. Quinti. Nullam ego res humanas despicere ꝓuidētiā reor, hoc est rerū humanarū curā hēre. Quoniā uero ea, q̄ cōtēnimus quasi deorsum, & ad pedes nostros ꝓiecta aspicere solemus, capitꝰ despicio pro cōtemno. Cicero. Despectus ab oībus, ac pro nihilo habitus. Ab hoc fit despicuus, hoc est intētus, uigil, cuius exēpla apud Apuleiū frequētissima sunt, & despiciētia, & despectus quartæ declinationis pro contēptu. Expicio, cuius frequētatiuū est expecto, qđ ꝓprie significat obseruo, quasi diligēter aspicio. Teren. Expecto quid uelis. Quoniā uero aspicientes aliquid diligenter manere diutius eodē loco solemus, expecto aliqñ pro maneo usurpatur. Vir. Tyria carthagine, qui nūc expectat. Martia. Expectāt curæq; cathenatiq; labores. Itē pro desydero, quoniam quæ desyderamus cū uoluptate aspicimus. Idē. Expectate uenis, & pro spero, quoniā quæ spamus, quasi cum præsentia aspicere uidemur. Idē. Sed illos expectata seges uanis elusit aristis. Ab hoc expectabūdus, & expectatio deducuntur. Suspicio, sursum aspicio. Virgil. Et fastigia suspipit ur-

bis. Ab hoc fit suspicor notæ significatiōis. dictū, qđ cū timore quodā ea uidemur aspicere, de q̇bus dubitamus. Vir. Suspectaq; dona p̄cipitare iubet. Hinc fit suspitio, qđ si cū uenio iungatˀ semp̱ passiue accipitˀ, ut ueni in suspitionē, idest factus sum suspectus. & suspitiosus tam qui suspicatur, q̄ qui suspectus est. Prospicio, longe uideo, q̄si porro specio. uñ fit ꝓspectus, hoc ē libera & non impedita ꝓspectio. Item ꝓspiciētia, hoc est cura. ꝓuisio. nam & ꝓspicio pro curo. & pro uideo capitur. Ply. Nā & rebus illius non minus, q̄ meis ꝓspiciebā. & ꝓspicuus intētus, ac uigil. Præspicio ante uideo. inspicio cerno. introspicio, introrsum aspicio. Respicio, retro aspicio, siue rursus aspicio, siue aspicio. a quo fit respectus, quod mō ipsam (ut ita dicā) respectionē significat. Plau. Et me respectu tenuit. mō rōnē qua ad aliq̄d agēdum mouemur. Ply. Nāq; eo respectu cōmotus abscesserat. Conspicio, cerno. unde fit cōspectus pro aspectu. Vir. Vix e conspectu siculæ telluris in altū, Vela dabāt læti. & cōspiciliū instrumentum, qđ adhibemus oculis, ut res maiores uideātur. Plau. Vitrū cedo, necesse est cōspicilio uti. & cōspicuus adiectiuū, quod mō significat sagacem. ꝑspicacē. acutū. Quintil. Cōspicuus sagax. callidus. modo clarꝝ, & qui ab oibus cōspicitur, quēadmodū hoc loco Martialis cōspicuū amphitheatrū appellat. Dispicio, ꝓuideo. discerno. hinc dispiciētia, hoc est discretio. cōsideratio. Perspicio, intueor. aīaduerto. a quo ꝑspicax, hoc est cōsideratus. acutus. unde ꝑspicaciter aduerbiū, qđ est cōsiderate. acute. Itē ꝑspicuus, clarus. trāslucidus, ut aqua. uitrū. chrystallū. aliiq; trāslucētes lapilli. a quo aduerbiū ꝑspicue, hoc est clare. unde ꝑspicuā quoq; orationē dicimus. hoc ē clarā, atq; aptam. & ꝑspicuitas a q̇busdam, sicut ꝑspicacitas usurpatur. illud splēdorē, ac facilitatē, hoc ē cōsiderationē, & acumē significat. Præter hæc aruspex a uictimis ī ara aspiciēdis. is. n. ē aruspex, qui inspectis extis futura p̄dicit, qui & extispex dicitˀ. a quo aruspiciū inspectio extoꝝ, sicut extispiciū. & ars ipsa aruspicina, quæ extispicina quoq; dicitˀ. Item auspiciū ab inspiciendis auibꝰ, cum per inspectionē captabat auspiciū, hinc factū est, ut dicamus auspicia ductū, atq; principiū quæ a solo duce capiūtur. a quo fit auspicari, qđ non modo significat auspiciū cape, sed etiā incipere, nec in bonā tm̄ partē accipitˀ, quod frequētissimū est, sed etiā in malam. Ply. At homo infœliciter natus, manibusq;, pedibusq; deuinctis aīal cæteris impaturū a suppliciis uitā auspicatur. nam q̄ñ nō est uerbū, fere semp̱ in bonā partē accipitˀ. Teren. Haud auspicato huc me attuli. idest nō fœliciter, & quasi repugnantibus auspiciis. Quintil. Itaq; apud illos Homerus, sic apud nos Virgilius auspicatissimū dederit exordiū, hoc est fœlicissimū. auspex dicebatˀ, q nuptiis p̄erat celebrādis, quia auspiciū pro nuptiis cape solebāt. Adhibebaturq; hic pro parte mariti. sicut ꝓnuba, quæ p̄est & ipsa nuptiis celebrādis, pro parte uxoris. Aliq̄ñ etiā pro eo ponitur, qui dux militiæ est. Horatiꝰ. Nihil desperādū teucro duce, & auspice. Virg. Auspiciū pro potestate posuit. Cōem hunc ergo populū, paribusq; regamꝰ auspiciis, ab eo qđ p̄cedit id qđ sequitur, qđ iisdem auspiciis creati cōsules parem habēt potestatem. Inter auspicium, & augurīū q̇dam hanc differētiam faciūt, ut auspiciū sit auiū cōspectio, & qđ ex uolatu auiū & uocibꝰ significatˀ. Auguriū uero qđ rerū oium cōiecturas prudēter, ac diligenter cōplectitur. & tñ auguriū quoq; ab auibus, ac gerēdo dicitur, quasi augeriū, siue ab auiū garritu. Hinc augur, qui futura p̄uidet. & auguro, atq; auguror uerbum eiusdē significationis. quāuis aliqui ita distinguāt, ut auguro dicamus, cum præsagio mentis futura colligimus. Virg. Et si quid ueri mens augurat opto. Auguror uero, cum futura ueris captamus auguriis. Ab eodem auguraculū ueteres dicebāt, quā nos arcē uocamus. qđ ibi aues publice auspicarentˀ. Augustū quoq; inde dictum opinantˀ. etenim ꝓprie augustū tectū augurio cōsecratū, sed per metaphorā ponitur pro nobili, & sacro, ac maiestatis pleno. Vnde augusti dicti sūt oēs Romani impatores post Iuliū cæsarē ab Octauio augusto, q primus meruit hoc cognomē, sicut a Iulio cæsare dicti sunt cæsares, & oēs albani reges dicti sunt siluii a Siluio Ascanio Aeneæ filio. & ægyptii reges dicti sūt Ptolemæi. persæ, arsacidæ. latini, murani. Augustū q̇dā ab auiū gestu, alii a gustatu dictū putāt, q̇a aues pastæ id ratū fecerūt. ERIGITVR. Eleuatˀ, ædificatˀ, in altū tollitur, de quo supra diximus. AGER. Qui in ædibus Neronis erat inclusus cum syluis, atq; nemoribꝰ. SVPERBVS Ingens, magnificus. excellēs. superbus a superbiēdo dicitur. Superbio aūt a supeundo. unde quicquid in aliqua re excellit. sup̱bum dicere possumus, quasi sup̱ alia iens. Virg. Ceciditq; superbum ilion, hoc est nobile. magnificū. hinc aliquādo pro elato ponitˀ, atq; alto. Idē. Et gressus glomerare superbos. Idem. Quinque adeo magnæ positis incudibus urbes Tela nouant, atina potēs, tyburq; seperbū. Aliq̄ñ pro ornato. Idem. Barbarico postes, auro, spoliisq; superbi. Interdum pro opulēto. Idem. simul ense superbū Rānetē aggreditˀ, qui forte tapetibus altis extructus. Hinc fit qđ superbū aliquādo etiā pro arroganti, ac truculēto accipimus. Idem. Stirpis Achilleæ fastus, iuuenēq; superbū. Idem. Te Turne superbū Cæde noua quærēs, & pro uitabili. Idem. Foribusq; affixa superbis Ora uirū tristi pēdebant pallida tabo. Et pro iniquo. Idē. Quos illi bello ꝓfugos egere sup̱bo. Antiqui etiā sup̱bos ꝓpter pompam funeris, quēadmodum supra diximus, mortuos dixere. Plau. Faciā ego hodie te superbum, nisi abis, & mox

addidit,auferere,nō abibis.Itē a ſupbio,qđ ē efferor.extollor.Supbia deriuaṫ,quæ definiṫ ſupergrediēs elatio mētis,ex qua naſciṫ arrogātia,nam niſi p̄ceſſerit occulta elatio mētis,nō ſequiṫ apta iactantia.Itē ſupbe aduerbiū,hoc eſt elate.arrogāter.& ſupbiloquēs,qui ſuperbe loquiṫ.a quo ſupbiloquentia,elatus,atq; erogās ſermo.Cice.O ſcelera,animiq; impotētiam,& ſupbiloquētiam.Ennius pro ſupbe ſupbiter ſcripſit.TECTA,domos,quas Nero incēdi fecerat,ut domos ſuas ædificaret.Tectū ꝓprie pars domus eſt,ea ſcilicet,quæ domū tegit.ponitur tñ frequētiſſime pro domo,ut hoc loco,& generaliter pro omni loco,in quo tecti hoīes poſſunt habitare.unde ſpeluncæ.tuguria.p̄ſepia.caſæ.& generaliter oīa ædificia,tecta dicuntur. Vnde architecti,& architectores dicti,q ædificādi ſciētiam habēt.& architectura ædificādi ſciētia diciṫ.Ply.Grande,& archimedi machinalis ſciētiæ teſtimoniū.hinc fit architectari,quod ē cōponere machinari.Cice.Vt optime poſſit architectari uoluptates.A tegēdo aūt tecta appellantur.Tegere ꝓprie operire eſt.cuius cōtrarium eſt nudare.detegere. Ply.Hæ plātæ paluſtri harūdine per hyemem tegēdæ ſunt.per metaphorā tñ tegere pro celare accipimus. Martialis Quod tegiṫ maius crediṫ eſſe malum. Vir.Vix adeo agnouit pauitantē,& dira tegētē ſupplicia.Quēadmodū e cōtrario nudare pro indicare uſurpamus.Idē.Traiectaq; pectora ferro nudauit. A tego fit etiam tegmen,quod etiā tegimē dicitur.tegmētūq; pro quacūq; re aliqd tegente.& tegulū eiuſdē ſignificationis.Ply.Tegulo enim aquaticarū harūdinū domos ſuas ſeptētrionales populi operiūt. Itē tectū ouium genus,qđ maiori lana opertū ſit.Idem.Ouium ſumma genera duo.tectū,& colonicū,illud mollius,hoc in paſcuis,delicatius quippe cum tectū rubis ueſcaṫ.Colonicū loca magis culta apetit.unde habet nomē.Præterea toga ueſtimēti genus,de quo inferius dicemus,quod corpus tegat.cuius diminutiuū eſt togula. & tegulæ ꝙ domos tegāt,ex q̄bus,quæ ad balneas adhibenṫ,a laxitate dicuntur māmatæ,aliæ coctiles appellātur.& tuguriū,quaſi teguriū ruſtica habitatio ita uocaṫ tecta ex ulua paluſtri.tuguriis uti ab initio cœperūt mortales,priuſq̄ ad meliorē uitæ cultum ſe trāſferrent.q̄ppe aut de frōdibus facere tecta,aut ſpelūcas fodere ſub montibus,quæ a græco uocabulo,unde originē habēt,ſpelæa dicūtur. Vir.Certum eſt in ſyluis inter ſpelæa ferarū,Malle pati.aut hyrūdinum nidos imitātes de luto.& uirgultis ſibi habitacula facere ſolebāt.Tū obſeruantes aliena tecta,& cogitationibus ſuis res nouas quotidie adiiciētes caſas efficere cœperūt,a facile cadendo ita appellatas.quippe a cado fit frequētatiuum caſo. a quo caſito aliud frequentatiuum.Paulus. Si antea ex tegula caſitauerit ſtilicidiū,poſtea uel ex tabulato,uel ex aliqua materia caſitare nō pōt.Primū enim furcis erectis,& uirgultis interpoſitis luto parietes texere. Alii luteas glebas arefaciētes,ſtruxere muros,& addita materia quo imbres uitarēt,& æſtus harūdinib⁹ texerūt,& fronde,poſtea ſtramētis,& ulua paluſtri. Deinde paulatim ingenii ſolertiā exercēdo ad fabricationes ædificioꝝ gradatim ꝓgreſſi,non caſas modo,ſed etiā domos fundauere e lateritiis parietibus,ſiue e lapide ſtructas,materiaq; & tegula p̄ficere tecta cœperūt,quæ ut hybernis tēporibus imbres ſuſtinerēt,faſtigia faciētes,ꝓclinatis tectis ſtilicidia deduxere. Lutei ædificii inuentor Doxius fuit Gelii filius exēplo ab hyrūdinibus ſumpto.laterarias domos conſtituerūt primi Eurialus,& Hyperbi⁹ fratres Athenis. oppidū Cecrops a ſe appellauit cecropiā,quæ nūc eſt arx athenis.Quidam tñ Argos a phoroneo rege ante cōditum uolūt, quidā & Sycionē. Aegyptii multo ante apud eos Dioſpolin. Tegulas inuenit Cynira Agriopæ filius, & metalla æris utrūq; in inſula Cypro.Itē forcipē.marculū.uectē.īcudē.puteos,Danaus ex ægypto aduectus in græciā. lapidicinas cad●us thebis. Archeophraſius phœnice.Traſon muros.turres(ut Ariſtoteles refert)Cyclopes(ut Theophraſtus)phœnices. Aerariam fabricā alii Chalybas putāt inueniſſe,alii Cyclopas.ferrū in creta eos,qui uocati ſunt dactyli idæi, Ferrariam fabricam cyclopas.Quæ ergo nūc ueteri more ita ædificanṫ,ut nec parietes habeāt,nec luto cruſtata ſint,ſed ſtramētis aut harūdinibus,aut ulua,alioue ſimili genere tegantur,tuguria dicuntur.olim teguria uocitata. A tugurium diminutiuū fit tuguriolum,quod ſit arctius atq; anguſtius, gurguſtium nominaṫ,a gurgulione uerme,qui in horreis naſcēs frumētū abſumit. eius diminutiuū eſt gurguſtiolum. Apuleius.Ergo breuitatē gurguſtioli noſtri ne ſpernas peto, ſis cōtentus lare paruulo.Item a tego tectoriū deduciṫ,quod modo adiectiuū eſt.nam & tectoriū opus dicimus,modo ſubſtātiuū. eſt aūt illud,quo ædificatus paries incruſtaṫ ſupra qđ poſtea illiniṫ,qđ uocatur albariū,niſi pingi tectoriū oporteat.etenim cū pingendū eſt, nō illiniṫ albariū.In ædilitate Murenæ & Varronis exciſum Lacedæmone e lateritiis parietib⁹op⁹tectoriū fuit,ꝓpter excellētiam picturæ,& incluſum ligneis formis Romā deportatū ad comitium exornādū, quod opus,qđ per ſe mirū eſſet,trāſlatum tñ maiori miraculo fuit.Item teges ſtraguli genus e ſcirpo.aut ſparto,quo uiliores utūtur.Martia.Nec eſt amici filiuſue uicini. ſed in grabatis,tegetibuſq; cōcepti.Varro de re ruſtica.Sicq; fiūt de cānabi.lino.iūco.palma.ſcirpo. ut funes.reſtes.tegetes.Plynius.Nec in fruticū,nec in ueprū,cauliūue,nec in herbarū, aut alio ullo,q̈ ſuo genere nominētur iure ſcirpi fragiles,paluſtreſq; ad tegulū tegeteſq;. Ouid. mattā

ſcirpeā uocat. At dn̄s diſcedite ait. plauſtroq; morātes. Suſtulit in plauſtro ſcirpea matta fuit. Iuuena. Auſa palatino tegetem præferre cubili. Hāc uulgo nūc ſtoriā uocant, quo uerbo etiā ueteres uſi fuere ἀπὸ τοῦ ϛρωμνειν, quod græci ſternere dicūt. Ply. Cadiua mala ſepari oportet. & ſtramētis. ſtoriis. paleiſue ſubſterni. Hircius. Storias aūt ex funibus anchorariis tres fecerūt. & tegillū, paruū tegmē. Varro. Ob aquā e nubibus tortā indicat fore, ut tegillū paſtor ſibi ſumat. Tignū quoq;, cuius diminutiuū eſt tigillū, a tegendo dictū eē q̄s dubitat? ſignificat ꝓprie trabē, cui tectū imponit̃. Sed Vlpianus putat tigni appellatione cōtineri oēm materiā ex qua ædificiū cōſtat. unde cōtignatio textura ipſa trabiū, ac tignoꝝ ſicut coaſſatio aſſiū dicit̃. Quidā etiā putant tegulā & lapidem, & calcē, & harenā tignorū appellatione noīari. Itē quæcūq; uineis neceſſaria ſunt, ut pedamēta. perticæ & ſimilia. Eſt etiā tegillū cuculli uinculū e ſcirpo. Plau. Tegillū mihi aret, id ſi uis dabo. Corticē quoq; a tegēdo quidā dictū arbitrant̃, quaſi coriū tegens. Eſt enim cortex ueluti coriū cuiuſq; rei, ut in arboribus liber, & in cæteris rebus ueluti cruſta quædā ad tegēdum data. nam coriū ꝓprie aīalium eſt, p̄ſertim eoꝝ, quæ craſſiorem pellē habēt, ac duriorē, qđ & ſcortū dicit̃. unde ſcorta appellatæ ſūt meretrices, uel q ſicut pelliculæ ſubigant̃, cū ſolū calciamentoꝝ oib⁹ ſubiectū ſit, uel q in grabatulis pelles ſtratas tenere cōſueuerūt. & ſcorteū q̄cq̄d ex pelle eſt. & ſcortor meretricor. & ſcortes arietinoꝝ teſtiū pelles. Quidā etiā ſcrāteū dictū a ſcorto exiſtimāt pellē, in qua ſagittæ recōdunt̃, ſed ſcortū a græco tractū eſt σκυτος enim pellis eſt, unde ſcutica flagellū ex pelle. cuius diminutiuū eſt ſcuticula. & ſcutū qđ nō ſine pellibus fit. De quo ſcutulæ dictæ, q̄ſi parua ſcuta. & ſcutulata ueſtis, de q̄ mox dicemus. & ſcutra id ipſum uaſis genus, qđ & ſcutula dr̃. Hora. Vilia uendētem tunicato ſcutra popello. & ſcutilū tenue, ac macrū, in quo tātum exilis pellicula cernit̃. Ponit̃ tn̄ coriū pro quacūq; pelle, etiā rerū inanimatarū. A quo fit excorio, hoc eſt coriū detraho, ſicut a corticē decortico, hoc eſt detraho corticē. & ab eiſdē excoriatio, & decoriatio. Coriū etiam tergus dicit̃. Vir. Tergòrà diripiūt coſtis, & uiſcera nudāt. Nā tergū dorſum eſt. Vnde a tergo dicim⁹ a parte poſteriori mēbranæ, ſiue papyri, aut alterius cuiuſcūq; rei. Iuue. Script⁹ & in tergo, nec dū finitus Horeſtes. Hinc fit poſtergo uerbum, hoc eſt poſthabeo. relinquo. poſtpono. & quaſi poſt terga iacio. A quo poſtergator, & poſtergatio. & tergiuerſor, qđ eſt fallo, & dicta muto. aliq̄n etiā cōtradico, quaſi terga uerto. Nā uertere terga ꝓprie fugere eſt. qđ & terga dare dicimus. Plau. Quid expectas? Quid tergiuerſaris? Proprie tamē tergiuerſari eſt eorum, qui terga uertētes adhuc tamē pugnāt. nec ſeſe uictos rationibus uolūt agnoſci. Cice. Et huc, atq; illuc tergiuerſantē teſtimoniū cōtra ſe dicere cogo. Liuius. Monebāt cōſulē hæc, ſed tergiuerſari res cogebat. ideſt q̇buſcūq; rōnibus poterat ueritatē diſſimulare, & q̄ſi ſubterfugere. Hinc tergiuerſator dicit̃, qui tergiuerſat̃. & tergiuerſatrix fœmininū. & tergiuerſatio ipſe actus. Ponit̃ tn̄ aliq̄n tergū pro tergore. Virg. Obſtupuere animi tantoꝝ ingētia ſeptem Terga boum plūbo inſuto, ferroq; rigebant. quod de pellibus intelligi Papinius indicat. At dum nigrātia plūbo tegmina cruda boum. Vnde quoniā ſcuta pellibus tegi ſolent, tergum nōnunq̄ pro ſcuto accipit̃. Virgi. Dentibus infrendēs, & tergo decutit haſtas. A terendo aūt tergum, & tergus dicūtur, quoniam uehendis oneribus teruntur. A pellis pellio dicitur, de quo poſt dicemus. & pellicula diminutiuū. & pelliceū, quod ex pelle eſt. & uerſipellis fallax. de quo dicemus inferius. Plau. Verſipellē ſe facit q̄n lubet. A pellēdo aūt dicit̃ pellis, qđ externas iniurias tegēdo repellat. Hæc poſtq̄ cōcinnata eſt ad calceos, & cætera opera faciēda aluta dicit̃. Varro. Paſceolus ſacculus eſt ex aluta factus. Cato. Pueris ī ludo paſceolos furare. Ab aluta alutamē, ſiue alutamētum ueteres dixere opus ex cōcinnatis pellibus factum. Item alutarii ſicut coriarii, hoc ē pelliū & coriorum cōcinnatores. Plau. Hic alutarius cerdo. Proprie tamē alutarii tenuiorum pelliū dicūtur. coriarii craſſiorum. Pella aūt urbs Macedoniæ fuit ī littore ægæi maris illuſtrata maxime natalibus Philippi macedonum regis. & Alexandri eius filii unde uterque pelleus uocitatus eſt. Iuuena. Vnus pellæo iuueni non ſufficit orbis. Lucanus. Illic pellæi ꝓles ueſana Philippi. Pellæus uero Eaci regis, & Aeginæ fili⁹ fuit ex Cito filia Salomonei regis, quæ uxor fuit Cratei, cui Eſonē genuit patrem Iaſonis. Pelion mons eſt theſſaliæ, ab orientali parte ī cuius uertice Pineta abūdant, in reliquis partibus quercus. Ouidius. Pelion Emoniæ mons eſt obuerſus in auſtros Sūma uirēt pinu, cætera quercus habēt. Itē a pelle pellirē galerū dixerūt, quod fieri ſolebat ex pelle. Eſt autē genus clypei. A quo galerita auis, de qua ſupra. & galerus maſculino, ac galerū neutro genere dicit̃. Virgi. Et tēperat aſtra galero. Idē. Nec archadii bene ꝓtegit umbra galeri. & pallear, quaſi pellear. Sunt enim palearia pelles pendentes ex gutture, quales in bobus uidemus. Virg. Et crurū tenus a mento palearia pendent. & pallor ſecūdū quoſdā, quaſi pellis liuor. A quo pallidus, & palleo uerbum. A quo palleſco, qđ ſignificat pallidus fio. & expalleo. a quo expalleſco. Pallorem etiā ueteres pro uetuſtate, & negligentia poſuerūt. Lucil. Ociū. inertia. pallor eum ad pauperiē redegit. pellem quoq;, ſiue corium alio nomine cutē uocamus, a græcis ſumpto uocabulo, qui κωδιον nominăt. Ply. Ergo cutis ipſa ſcn-

ſu caret,maxime in capite,ubicūq; per ſe,ac ſine carne eſt uulnerata nō coit,ut in bucca, cilioq; Ab hoc fit cuticula diminutiuū.& recutiti dicūtur iudæi, hoc ē circūciſi. & cute, hoc ē ꝑputio priuati. & ītercus aq̄,q̄ īter carnē,& cutē ē.Itē morb⁹, de quo ſupra dixim⁹.& intercutaneū, ſiue ſubcutaneū, ſiue ſubtercutaneū.qđ intra cutem,ſiue ſub cute,ſiue ſubter cutē eſt.& cicatrix quaſi circa cutē.Eſt enim cicatrix ſignū,qđ ex uulnere remanet.unde cicatricare dicimus cicatricē inducere.Item cicuta,qđ ueluti cutē circūcirca habeat,intus aūt uacua ſit. ē enim cicuta, qđ inter cannarꝫ nodos eſt.Vir.Eſt mihi diſparibus,ſeptē cōpacta cicutis Fiſtula.unde & cicuta herba appellatᷣ caule uiridi,& geniculato,ac uacuo.ut calami.altiore ſæpe binis cubitis, & ī cacumine ramoſo.foliis coriādri tenuioribus.graui odoratu.ſemine aniſi craſſiore. radice cōcaua.nullius uſus ſemini,& foliis refrigeratoria uis,quæ cum enecat,incipiūt algere ab extremitatibus corpis.Remediū eſt prius,q̄ pueniat ad uitalia,uini natura excalfactoria,ſed ī uino pota,irremediabilis eſt.hac extinctus ē Socrates.Fit ex ea ad refrigerādū ſtomachū malagma Cohibet epiphoras oēs,dolorē in pleureſi ſuppoſita mirifice ſedat. Anaxilaus tradit mām̄as a uirginitate ſucco cicutæ illitas ſemp ſtare.Cōpertū eſt ſi teſtibus circa pubertatē illinatᷣ,uenerē extingui.Itē a tego texo,qđ quæ texūtur,magna ex pte tegūtur.Ab eo cōtexo,cōpono.detexo,diſſoluo.intexo,ſimul texo.retexo,interdū apio.diſſoluo,interdū rurſus texo,qđ īterdū ſignificat antetexo.a quo ꝑtexta,de qua inferius dicemus.interdū ꝑtexo,cōtego.abſcōdo.excuſo,quaſi aliud,q̄ ſit oſtēdo.unde ꝑtextū dicimus illud,quo moueri nos oſtēdimus ad aliqd agēdum,cū tñ alia cauſa moueamur.Sueto.Et ꝑtextū qdē illi ciuiliū armorꝫ hoc fuit. cauſas aūt alias fuiſſe opinātur.Vir.Non tñ Anna nouis ꝑtexere funera ſacris Germanā credit. Quāuis ꝑtexens picta ferrugine cœlū,Vēturam amiciat imbrifer arcus aquam.Textile,qđ texēdo factū eſt,ut textilis corona,textile opus.& textor,ac textrix uir, & mulier,qui texūt.& a textrix textricula p diminutionē deducitᷣ.& textura opus,& actus ipſe textoris,ſiue textricis, & textrina locus,in quo texitur.& textim,texendo.Item a tego compoſita fiūt circūtego,hoc ē circūcirca operio.a quo circūtectum amictus genus,qđ circū habeat purpurā.obtego.intego.contego,quæ fere a ſimplicis ſui ſignificatione non differunt.Protego,qđ eſt foueo. tueor. unde ꝓtector.& ꝓtectio deducūtur.retego.& detego,quæ pro denudo,& aperio capiuntur.MISERIS.Infœlicibus. calamitoſis, qui ꝓpriis domib⁹ expulſi fuere.Miſer ꝓprie dicitur flebilis,ac calamitoſus.Virg.Stridēti miſerū ſtipula diſperdere carmen.Plau.Studeo hūc lenonem pdere,ut meum herum miſerum macerat.Cice.O miſerū,atq; infœlicē hunc diem.Sūt qui exiſtimant miſerū dictum,quaſi miſſum.hoc eſt dimiſſum,& derelictū ab oībus. Aliqñ miſer pro ægroto ponitᷣ.nam & ægritudo genus eſt infœlicitatis.Plau.Miſeram eſſe ꝑdicat buccam,ſibi fortaſſe medicos non eſſe putat.A miſer miſeria fit,hoc eſt infœlicitas.Idem.Seruire amanti miſeria eſt,qui ꝑſertim,quod amat,caret.Item miſeritudo eiuſdem ſignificationis. Accius. Qui infœlix miſeritudine factus eſt aliena.& miſellus diminutiuū.Plau.Cenſen miſello mali aliquid facturum? & miſereor,ac miſeror uerba,quæ ita diſtingūtur,quod miſereri paſſiuū affectum habet.eſt enim corde anxiū eſſe ex alicuius miſeria. Miſerari uero actiuū. eſtq; uerbis, aut lachrymis,aut ope dolorē,quem ex miſeria alicuius habēmus oſtendere.Ab illo fit miſericordia,quæ eſt ægritudo cordis ex miſeria alicuius iniuſte laborantis ſuſcepta. nā dolor ex paricidæ, aut ꝓditoris,aut alterius ſcelerati ſupplicio ſuſcept⁹,mollicies quædā animi, nō miſericordia eſt.Ab hoc fit miſeratio,quæ eſt ſignificatio miſericordiæ,qua ex alicuius infœlicitate mouemur.Item a miſerēdo fit miſericors,qui ex alicuius calamitate dolorē aīo ſuſcipit. A miſerādo miſerator,qui opus aliquod miſericordiæ exhibet in eū,cuius miſeretᷣ.Item a miſer uerbū aliud impſonale deducitᷣ miſeret,qđ ſimili modo paſſiuū habet affectū.Idem eſt enim miſeret me illius,& miſereor illius,quippe utrūq; ſignificat ex illius me miſeria angorē ſuſcipere.Exēplis plena ſunt omnia.Cice.Miſeret me infœlicis familiæ.Virg.Miſerere animi non digna ferentis.Idē.Nū lachrymas uictus dedit? aut miſeratus amātem eſt? qđ perinde eſt ac ſi dixiſſet.Nū ſaltē lachrymis oſtēdit ſe amātis miſereri? Veteres miſereo pro miſereor dicebant.& miſero pro miſeror.& ecōtrario miſeretᷣ pro miſeret.Ennius.Miſerete man⁹.date ferrū,quo me anima priuem.Accius.Atq; ita de illis merui,ut iure hæc nūq̄ miſerarēt mala. Turpilius.Nūc patris me miſeretᷣ magis.Pacuui⁹.Vt accepiſti me cū iſto uerbo miſeretur me tui. A miſeror fit miſerabilis,hoc eſt miſeratione dignus.& miſerandus,miſeratione ꝓſequēdus. & a miſereo,quo ueteres utebantᷣ.miſereſco,hoc eſt moueor miſericordia.Apuleius.Cōmodū oēs miſereſcimus. Vir.His lachrymis uitā damus, & miſereſcimus ultro.Itē a miſer fit aduerbiū miſere,qđ interdū infœliciter ſignificat.Cice.Neq; moueri eius deſyderio nō poſſum, qui tam miſere periit.Interdū ponitᷣ pro ualde.Teren.Eā miſere amat.Miſerū aliqñ dolentis eſt,ac ſi diceremus neſas.Vir.Cecropidæ iuſſi miſerū ſeptena quotānis,corpora natorū.Miſerabiliter etiā aliqui uſurpāt.Apul.Oppido q̄ miſerabiliter illachrymās.Item a miſeratione cōmiſeratio fit.Eſt aūt cōmiſeratio,cū uel aſpectu alicuius,uel oratiōe,uel etiā cogitatiōe addu-

cimur,

cimur,ut eũ miſeremur.& a miſericorde fit aduerbiũ miſericorditer.& a miſero miſeriter.Laberius.Mẽs incorrupta miſeriter corrũpit.THERMAS.Balneas publicas.Thermæ dictæ ſũt ab aq̃ꝝ caliditate,græci enim θερμον calidũ dicũt.unde thermopylæ dictus eſt mõs lõgiſſim⁹ qui mediã græciã diuidit,ut apẽninus italiã,incipiẽs a leucade in occidente,& in.ægeũ mare,haud longe a demetriade,ꝓtendens,fauces habẽs anguſtiſſimas,iuxta quas calidæ aquæ ſcaturiũt.iõ a caliditate portaꝝ nomẽ iditũ.nã πυλας græci portas appellãt.Hic locus plurimorũ ducũ facinorib⁹ inclytus eſt,ſed in primis memorabili morte Læonidæ,& ſexcẽtoꝝ cõmilitonũ,nec tã grãdi q̃ turpi ſtrage pſaꝝ.Mosueteꝝ fuit ſingulis dieb⁹ lauari.Itaq; oẽs fere ditiores priuatas in domib⁹ ſuis balneas hẽbant.Erant ꝑterea aliæ in publicũ uſum ædificatæ,hæ thermæ uocabant.In primis celebres Romæ fuere. Agrippinæ.Neronianæ.Titi. Veſpaſiani. Domitiani. Antonianæ Alexandrinæ. Cordianæ.Seuerianæ. Dioclitiani.Aurelianæ. Cõſtãtinianæ.Nouatianæ,hæ creſcente principum luxuria,magno ſumptu,ac ſplẽdore ædificabantur,ita ut lauacra ſæpe inſtar urbium uiderent.Erãt in his areæ ampliſſimæ erãt porticus,in porticibus exhedræ ſpatioſiores,habẽtes ſedes,in quibus philoſophi.rhetores.reliquique,qui ſtudiis delectant,ſedẽtes ſolebant diſputare,tũ piſtilia quadrata,ſiue oblonga ambulationis circuitionẽ hñt,quã græci uocãt diaulã,una ex q̃tuor porticib⁹.q̃ ad meridianas regiones ſpectabat,duplex ſolebat eẽ,uti cũ tẽpeſtates uẽtoſæ eẽnt,nõ poſſet aſpgo in ĩteriorẽ ptẽ puenire.In duplici porticu ephœbeũ in medio erat,hoc ẽ exhedra ampliſſima cũ ſedib⁹,tertia parte lõgior q̃ latiot.ꝓxime coniſteriũ,qđ & apodyteriũ uocitãt,ubi ueſtes deponebant.A coniſterio iuerſura.porticus.frigida lauatio,quã græci λουτρον uocitãt.Ad ſiniſtrã ephœbei ελαιοθησιον,qđ nr̃i unctuariũ dicũt,iuxta id elæotheſiũ,frigidariũ.E regione frigidarii cõcamerata ſudatio.ex aduerſo calda lauatio.Atq; hæc oĩa nõ in ſolo tãtũ,ſed etiã pẽſilia erant.Tũ quæ dicebat palæſtra,in qua exercebant athletæ.in palæſtra piſtilia erãt,qualia ſupra diximus.Extra,tres porticus diſponebant,una ex piſtilio exeũtib⁹,duæ dextra,atq; ſiniſtra ſtadiatæ,ex q̃bus una ſpectãs ad ſeptẽtrionẽ pficiebat duplex,ampliſſima latitudĩe.Altera ſimplex ita facta ut in ptibus,quæ eẽnt circa parietes,atq; etiã q̃ ad colũnas margines hẽrent,in ſemitas nõ minus pedũ denũ,mediũq; excauatũ,uti gradus eſſent marginib⁹ in deſcẽſum ſexq̃pedes ad planitiẽ,quæ planities foret nõ minus pedes duodecim,ut ueſtiti circũ margines ambulãtes a cũctis ſe exercẽtibus minime impedirent.Hæc porticus xyſtos apud græcos(ut ſupra diximus) uocitat,qđ athletæ per hiberna tẽpora intectis ſtadiis exercent.Inter porticus ſyluæ erant,aut platanones,aut daphnones,hoc eſt loca platanis,uel lauris cõſita,quæ plataneta quoq; & laureta dicũtur,in q̃bus pficiebant inter arbores ambulationes,quas a nr̃is etiã xyſtos,& ambulacra diximus appellari.Quidã etiã neutro genere xyſta noĩarũt.græci paradromidas uocãt. in quas per hyemẽ ſereno cœlo athletæ e xyſto ꝓdeũtes exercebant.poſt xyſtũ ſtadiũ erat ita figuratũ,ut poſſent hoĩum copiæ cũ laxamẽto athletas certãtes ſpectare.Stadiũ græca uox eſt. ςαδιον enim græci dicunt.Latine appellat curriculũ,in quo equi currũt,& certant athletæ.dictum ἀπὸ της ςασεως,hoc eſt a ſtatione,qđ Hercules eo ſpatio uno ſpiritu cõfecto cõſtitiſſet.inſtitutũ q̃ppe ab Hercule ſtadiũ tradũt,eũq; pedibus ſuis metaſſe id ſtadiũ,qđ eſt Piſis apud Iouẽ olympiũ,feciſſeq; id lõgũ pedes ducẽtos.Inde poſtea cætera ſtadia in terris græciæ ab aliis inſtituta pedũ q̃dẽ ſimili mõ ducẽtoꝝ,uerũtñ aliquãtulũ breuiora,ex quo collegiſſe Pythagoras philoſophus dicit plãtam Herculis tãto fuiſſe q̃ aliorũ ꝓceriorẽ,quãto olympicũ ſtadium cæteris lõgius foret,cõprehẽſaq; pedis menſura ſecũdũ naturalẽ mẽbroꝝ oĩum ꝓportionem ſtatuiſſe,tanto fuiſſe Herculẽ corpore cæteris excelſiorem,quanto olympicum ſtadiũ alia pari numero anteiret.Cõtinet aũt ſtadium octauã mille paſſuũ partem .ex quo inſtitutũ,ut terrarũ ſpatia,uiæq; in ſtadia diuiderent,anteq̃ romani mille paſſus inuenirẽt. Hinc Eratoſthenes in oĩum lrãꝝ ſubtilitate ſolertiſſimus,uniuerſum orbis circuitũ ducẽtoꝝ q̃nquaginta duoꝝ miliũ ſtadioꝝ eſſe ꝓdidit,quæ mẽſura ſecũdũ romanã cõputationẽ efficit tricentieſq̃ndecies centena millia paſſuũ.Hipparcus addidit ſtadioꝝ paulominus uigintiquinq; millia. Dionyſiodoro uero,qui geometriæ ſciẽtia nobiliſſimus fuit,uita functo inuẽta eſt in ſepulchro eius epiſtola Dionyſiodori nomine ad ſuperos ſcripta.Perueniſſe eũ a ſepulchro ad infimã terram eſſeq; id ſpatiũ ſtadioꝝ quadragintaduoꝝ milliũ,ex quo geometræ interprætati ſunt a ſummo terraꝝ orbe,unde miſſa erat epiſtola,ad pilæ mediũ eſſe lõgiſſimũ ſpatiũ,& ex eo cõſequi ut in circuitu ſint ducẽtaq̃nquaginta milia ſtadioꝝ,cui menſuræ harmonica ratio,quæ cogit reꝝ naturã ſibi ipſam congruere,addit ſtadioꝝ ſeptẽ milia,terrarũq; nonageſimãſextã milleſimã totius mũdi partẽ cõſtituit.Efficit nũc autem ſtadiũ centũuigintiquique noſtros paſſus,hoc eſt pedes ſexcẽtos uigintiquinque.Poſſidonius nõ plus quadraginta ſtadiorum altitudinẽ eſſe,in qua nubila,ac uenti,nubeſq; pueniãt,arbitrat.Inde purũ,liquidũq;,& impturbatæ lucis aerẽ eſſe.Sed a turbido ad lunã uicieſcentũ ſtadiorũ.inde ad ſolẽ quinquies millies.Perſæ non ſtadio,ſed alio genere menſuræ utebãtur,quod uocãt paraſangẽ.Id uerbũ apud hiſto

ricos frequẽtiſſimũ ẽ. Præter hæc nemora erãt. prata. ſaltus. natatoria ædificiis ſuperbiſſimis fornicibus camerata. colũnæ marmoreæ diuerſoꝝ coloꝝ immenſæ. inſignia pauimẽta. teſtudines auro refertæ. aliæq; delitiæ, q̃bus non mirũ eſt, ſi principes quoq; ad frequẽtem thermarũ uſum alliciebant. Cõmodum imparorem ſepties in die lauiſſe, frequẽterq; in thermis cœnitaſſe memoriæ ꝓditum eſt. Succeſſorẽ uero eius Pertinacem, quãuis in multis eẽt modeſtiſſimus, in balneis tamẽ publico die natalis urbis cõmodianis miniſtris lauiſſe. Gordianum iuniorem ita lauandi fuiſſe cupidũ, ut bis hyeme. quater & quinquies æſtate thermas adire conſueuerit. Galenum iuniorẽ hyberno tp̃e ter in die. æſtiuo ſepties lauiſſe. hunc cũ in hortos ꝓficiſceret uniuerſa officia ſeq ſolita, iſſe cũ eo p̃fectos, & magiſtrat⁹ oẽs adhibitoſq;, cõuiuiis & natationibus ſimul cũ prĩcipe lauiſſe. ſæpe etiã admitti ſolitas mulieres formoſas, & puellas, & cum iis cõmixtas aliq̃n deformiſſimas anus, quod ioci cauſa a ſe fieri dicere principẽ cõſueuiſſe. Vſq; adeo aũt thermarũ uſus ꝓmiſcuus erat, ut frequẽtiſſime principes cum populo lauarẽtur. Tradũt Adrianum in primis hoc facere ſolitũ. Is cũ aliq̃n ueteranũ quendã notum ſibi in militia cõſpexiſſet, in balneo dorſum, ac poſteriores partes corporis parieti atterẽtem, ꝑcontatus eum fuiſſe dicitur, cur ſe marmoribus diſtringẽdum dediſſet. Cũq; ille iccirco hoc a ſe fieri reſpondiſſet, ꝙ ſeruis careret, & ſeruis eum, & pecunia liberaliter donauit. Paucis uero interiectis diebus, cũ cõplures ſenes ad ꝓuocãdam principis liberalitatẽ eodem ueniſſent, ſeq; parieti idẽtidem attererẽt, euocari eos iuſſit, & alium ab alio mutuo confricari. Heliogabalus bracteariorũ, hoc eſt eoꝝ, qui bracteas, ſiue per diminutionẽ bracteolas, hoc eſt, tenuiſſimas ex auro, uel argento, uel alio metallo laminas faciebant, quorũ ars bractearia uocat, & quod bracteis tegit, bracteatũ dicit. & uitrarioꝝ, & pellionũ, hoc eſt eorum, qui ueſtes pelliceas, & alia ex pellibus opera faciũt. & clauſtrarioꝝ, ideſt eorum, qui claues, & cætera quæ ad claudenda hoſtia pertinent, laborant. & argẽtarioꝝ, & aurificum, aliarũq; artiũ uectigal maximũ inſtituit, ex eoq; iuſſit thermas tam a ſe fundatas, q̃ a ſuperioribus principibus factas populi uſibus exhiberi, ſyluas in thermis publicas deputauit. Tintinabulũ ammouit. hoc inſtrumentũ æneũ erat, quo populus lauandi hora uocari ſolebat. uulgo nũc cãpana uocatur. Mar. Redde pilam, ſonat æs thermarũ, ludere pergis? Virgine uis ſola lotus abire domum. de huius ſono tintinire & tintinabunt Neuius ſcribit. Oleum p̃terea luminibus thermarũ addidit, cum antea, non ante auroram paterẽt, & clauderẽtur ante ſolis occaſum. Ipſe thermis frequentiſſime uſus eſt cũ populo, æſtate maxime, & ſæpe uiſus eſt cum balneari ueſte domum reuerti. E cõtrario Alexãder ꝓmiſcua balnea in urbe ꝓhibuit. Item. M. Aurelius Antonius a quodã philoſopho monitus lauacra mixta tradit ſubmouiſſe ea lege, qua & defluentes matronarũ mores cõpoſuit, & ſederi in ciuitatibus, equis uehiculiſq; ꝓhibuit. Facete Diogenes philoſophus cũ aliq̃n balneas exiret, interrogatus an in his multi hoies eſſent, pauciſſimos eſſe r̃ndit, rurſuſq; rogatus an turba multa? cõfeſſus eſt. Idem in balneis pedes unxerat, a capite in aerẽ ſpirare unguẽtum dictitans, a pedibus uero in nares ꝓdire. MVNERA. Thermas inquit appoſitiue munera, hoc ẽ dona data populo. donum. munus. & præmiũ ſic ſeparat Donat⁹, quod donũ & munus, tam ante factum q̃ poſt factũ dari dicit. Præmiũ nõ niſi poſt factũ. Donũ uolũtarium eẽ, præmium deberi. donũ diis dari. munus hominibus. præmiũ uiris fortibus. Donũ a liberali hoĩe. p̃miũ a p̃claro. Terẽ. Quoduis donũ a me, & p̃miũ optato. at Martianus. Inter donũ, & munera, hãc differentiã facit, ꝙ munus eſt id, qd' neceſſario ſubimus lege. more. imperio eius, qui iubendi habet poteſtatẽ. Donũ aũt, qd' nulla neceſſitate iuris, ſed ſponte præſtatur. & ſi nõ p̃ſtatur, nulla reprehenſio, & ſi p̃ſtat, plerũq; eſt laus. Paulus uero munus trib⁹ modis accipi putat, uno pro dono. unde munera dari ac mitti dicunt. Alio pro onere, qd' cum remittit, uacationẽ militiæ p̃ſtat. unde immunitas appellatur. Tertio pro officio, a quo munera militaria uocãtur. & milites quidã munifici. & municipes, qui in ciuitatẽ recepti munera nobiſcũ faciũt, de quib⁹ ſupra diximus. Munus mea ſententia ꝓprie eſt donum, dictum (ut Varoni placet) quod qui mutuo animo ſunt, id dant officii gratia, nec a dono differt, niſi cum per metaphorã, uel pro officio ponit, qm̃ officia aut a principibus, aut a rebus publicis muneris loco dari cõſueuerũt. uel pro ludis, qui a principe populis quaſi muneris loco exhibentur. Martialis de muliere leonẽ in ludis necante, Priſca fides taceat, nam poſt tua munera Cæſar, Hæc iam fœminea uidimus acta manu, uel pro onere, q̃a munera, hoc eſt officia ſine labore, atq; onere exerceri non poſſunt. A munere muneralis lex appellata, qua Cincius cauit, ne cui liceret munus accipe. Plau. Nec muneralẽ legẽ. neq; lenoniam rogo, fuerit nec ne flocci exiſtimo. Munem officioſum ueteres dicebãt. Item eum, qui onera populo ſoluit. unde munia dicunt obſeq̃a lege debita, & officia. Item immunis, qui ab huiuſmodi onere liber eſt. & immunitas exẽptio ab onere. Munuſculorũ dies appellabãtur quinquatriis idibus iuniis, q̃a is dies feſtus erat tibicinũ colẽtium Mineruam. quinquatriis proprie dies feſtus erat Mineruæ martio mẽſe, quo tẽpore matronæ inter ſe inuicem munera miſſitabãt, & cœnas ſeruis apponebãt, ut uiri ſaturnalibus. Item a mu-

nere

nere fit munero uerbũ, qđ est dono. Macrobius. Ianus, cũ Saturnũ classe ꝓuectũ excepisset hospitio, & ab eo edoctus peritiã iuris, ferũ illũ & rudẽ ante fruges cognitas uictũ in melius redegisset, regni eũ societate munerauit. Ab hoc fit remunero, idest retribuo. redono. & munific⁹, liberalis, quasi munera large ꝑbens. & munificẽtia, liberalitas. & munifice, liberaliter. & munerarius, quem græci agonothetam uocant, qui ludos gladiatorios populo ꝑbet, unũq; uel plura paria gladiatorũ ad spectacula pugnatura producit, quæ res munus gladiatorũ appellatur. q̇a populo tanq̃ munus donať. & qui familiã gladiatoꝝ hẽt, gladiatoresq; domi ĩstruit, ac postea uendit. a laniando diciť lanista. Gladiatores dicũtur generaliter oẽs, q gladiis pugnãt, ẽt discẽdi gr̃a anteq̃ in ludũ ꝓducanť. Specialiter uero inter gladiatores sunt retiarii, qui aduersus mirmillonem pugnabãt. dicti a rete, qđ sub scuto gerebãt, ut Mirmillonem inuoluerent. Mirmillones dicebãť gladiatores, qui genere quodã gallicæ armaturæ utebanť, qđ mirmilloniũ noĩabant. unde galli ante mirmillones nomiabanť, in quoꝝ galeis piscis effigies erat. Solebãt aũt retiarii aduersus mirmillonẽ pugnantes hæc uerba cantare. Non te peto, piscem peto, quid me fugis galle? Cuius ludi inuẽtorem fuisse tradunt Pyttacũ mitylenæũ unũ ex septem sapiẽtibus. Hic. n. cũ de finibus ĩter atheniẽses, & mitylenæos cõtentio esset, creatus imperator cum Phrynone atheniẽsium duce, qui pãcratiastes fuerat, singulari certamine pugnauit, in quo cũ rete secũ sub clypeo gestasset, Phrynonẽ eo, dũ nõ cauit, inuoluit, eoq; perempto tutatus est agrũ, quãuis postea orta rursus de eo contẽtione, electus cõtrouersiæ iudex Periander atheniẽsibus adiudicauerit. digna certe memoratu est illa Pedonis urbanitas de mirmillone. nã cũ retiariũ cõsequereť, nec feriret, uiuũ inq̇t cape uult. Itẽ a munis fit cõmunis, q omniũ est, quasi omnib⁹ cõsentiẽs. a quo cõmunitas. & aduerbiũ cõmuniter, pro qb⁹ ueteres munitas, & muniter usurparũt. Siq̇dẽ apud ueteres munes, & munifici, nõ a largitione, quæ ignota erat, dicebanť, sed ita appellabanť cõsentiẽtes ad ea, quæ amici uellẽt. Pacuuius. Nã q̇a tum largitio multis ignota erat, munificus nemo putabať, nisi pariter uolens. Lucillius. Munifici, comesq; amicis nostris uideamur uiri. A munis fit munico uerbũ, quo antiq utebanť. & a cõmunis cõmunico. a quo cõmunio, & cõmunicatio deducũtur, q̃ñ qđ est, aut esse põt priuatim fit uniuersoꝝ, & actus ipse cõmunicandi. unde in cõmunione bonoꝝ eos esse dicimus, qui simul uiuũt. & redditus suos, ac lucra cõmunicãt, hoc est cõmunia faciũt. Itẽ a munus per diminutionẽ fit munusculũ, hoc est paruũ munus. & munio uerbũ, qđ est ꝓprie instruo. orno. & q̃si muneribus cõpleo. a quo cõpositũ cõmunio. & mœnia. & murus, de qbus supra diximus. & monile ornamẽtum gutturis. Quãuis aliqui hoc a monendo potius deductũ uelint, ut inferius dicemus. hoc etiã segmẽtum uocať, qđ qbusdã bracteolis, q̃si ꝑsegminibus cõstet. Vñ segmentæ uestes dicũtur bracteolis argẽteis, aureisue depictæ. Iuuena. Segmẽta & longos habitus Plau. Quã pulchre segmẽtatã uestẽ. unde opera quoq; ex ligno uermiculatim depicta, segmentata dicũtur. Iuuena. Et segmẽtatis dormisset paruula cunis. Segmẽtatis inq̇t, hoc est ꝑsegminibus. idest tenuissimis ligneis ramẽtis, ac uersicoloribus depictis. quãuis etiã intelligere liceat segmẽtatis, hoc est segmẽto tectis. Itẽ ornamẽtũ equoꝝ a collo in pectus ꝑpẽdens, & mũdus, hoc est ornatus muliebris, quasi munitus, quãuis alii a mouẽdo hũc dictũ uolunt, qđ mũdus id genus ornatus sit, qđ sumiť, ac deponiť. Mũdũ etiã neutro genere ueteres dixerũt. Lucillius. Legauit qdã uxori mũdum omne, penũq;. ab hoc mũdus adiectiuũ, hoc est purus. tersus. politus. a quo immũdus, impur⁹. obscœnus. & mũdo, & mũdifico uerba, hoc est depuro. detergo. & mũdicia, quæ & mũdicies diciť, hoc est lauticia. & cõtrariũ eius immundicia, siue ĩmũdicies. & mũde, atq; immũde aduerbia. Vlpianus mũdum muliebrẽ esse dicit, quo mulier mũdior fit, cõtineriq; eo. speculũ. matulas. unguẽta. uasa unguẽtaria. & si qua similia sunt. unguẽta aũt, quibus ungũtur ualitudinis causa, mũdo muliebri nõ cõtineri. Item ab hoc mũdo cœlum ipsum appellatus est mundus. Nam sicut græci κοσμον, quod apud eos ornatum significat, ita nos a ꝑfecta, absolutaq; elegantia uocauimus mũdum. & ab hoc quatuor elemẽta, & q̇cq̇d cœli ambitu cõtineť, simili appellatione mũdum noĩamus. a quo mũdanum dicimus, qđ mũdi est. Vnde interrogatus philosophus, cuias esset? mũdanũ se esse respõdit. Mundũ gentiles ter ĩ anno patere putabãt, postridie uulcanalia. & ante diẽ tertiũ nonas octobris. & ante diẽ sextũ idus nouẽbris. Inferiorem enim eius partẽ cõsecratã diis manibus arbitrantes, clausam omni tp̄e existimabãt, præter eos dies, qui suprascripti sunt, quos dies etiã religiosos iudicauerũt. ea de causa, ꝙ iis diebus, quæ occulta, & abdita religionis deorũ maniũ essent in lucem ꝓferrenť, nihil eo die in republica geri uoluerũt. Itaq; per hos dies nõ cum hoste manus cõserebať, nõ exercitus scribebať. nõ comitia habebanť. non aliud quicq̃ in republica, nisi ꝙ ultima necessitas coegisset, administrabať. A cosmus uero græca uoce cosmographia deduciť, hoc ẽ mũdi descriptio. sicut geographia diciť terræ descriptio. & topographia loci descriptio. Item cosmeta, qđ latine ornator, siue ornatrix interꝑtatur. Iuue. Ponũt cosmetæ tunicas. Item microcosmus, paruus mũdus, quo uerbo frequẽter utiť Aristoteles pro hoĩe. Cosm⁹

etiam excellēs unguētarius fuit, a quo unguēta dicta sunt cosmiana. Idem. Et cosmi toto mergatur aeno. Perionius. Affer nobis inquit alabastrū Cosmiani. Item a munio fit pmunio, qđ significat ante munio. uel ualde munio. & munimē munitio. ac munimentum eiusdē significationis, cum scilicet castra. oppida. turres. aliæue huiusmodi cōtra aduentū hostiū muniūtur, siue uallo & fossa, seu alio quouis mō. Nā monumētū a monendo deriuat, significatq; quicqd mortui causa ædificatū est, uel quicqd ad memoriā alicuius ē factum. unde sepulchra. statuæ. tituli. libri. cæteraq;, quæ nos rei alicuius pteritæ moneāt, monumēta dicūtur. Vir. Veterum monumēta uirorum. Idem. Nostri monumētū, & pignus amoris. Per metaphorā tñ monumēta aliqñ dicunt cellæ meretricū, q quasi sepulchra sint. Martia. Abscōdūt spurcas & monumēta lupas. VELOCIA. Repētina, qa diuus Titus thermas iuxta amphitheatrum mira celeritate ædificauit. Sueto. Amphitheatro dedicato, thermisq; iuxta celeriter extructis mun⁹ edidit apparatissimū, largissimūq;. Velox celer dicit a uolādo, quasi uolox. a quo uelocitas, celeritas. & uelociter, celeriter. Item cōparatiua, & superlatiua uelocior. uelocissimus. uelocius. uelocissime. Volo aūt pprium est alas habētium, sed per metaphorā, & naues, & eos q celeriter currūt, uolare dicimus. Virg. Humilis uolat æquora iuxta. Idē. Ecce uolat, calcēq; terit iam calce diores. Ter. Ne frustra illic expectet, uola. Hinc ueliuolū mare dictū, qđ per id uelis uolat. Vir. Respiciēs mare ueliuolū. Item ueliuolæ naues dicūtur, qđ uelis uolant. Volare, & nare reciproce ponūtur. Vir. Velorū pādimus alas. idē de apib⁹. Nare p æstatē liqdā. cū nare ppriū pisciū sit. a quo fit frequētatiuū natare. uñ cōposita sunt adnatare, qđ ē allabi. Circūnatare. obnatare. i. cōtra natare. Tranatare, qđ & tranare dicitur. i. natando transire. enatare, hoc est extra natare. Prænatare, ante natare. innatare, subnatare. supernatare, supra undas sto, non mergor Renato, rursus nato, uel natādo reuertor. Cōnato, simul nato. Nare quoq; aliqñ pro trepidare accipit. Vir. Cōditq; natantia lumia somnus. & ab eo cōposita fiūt anno. Idem. Huc pauci uestris annauimus oris. & inno. Idem. Et fluuiū uinclis innaret Clœlia ruptis. & trano, de quo supra diximus. Et cōno, simul nato. a quo cōnatio dicit, sicut a cōnato cōnatatio. Plau. Cōnationis nostræ conscius, hoc est q eandem adiremus mulierem. idem. Cōnatat nobiscum, hoc est riualis est. A nādo etiā Neptūnus dictus (ut Ciceroni placet) & amnis a circū nando, hoc ē fluēdo (ut qdam putāt) Varro tñ ab ambiēdo dictū amnē affirmat, q amnes, hoc est flumina oīa circūeunt, ppter qđ cornuta a ueteribus pingebant. Ab amnis antēna (ut qdam existimant) quasi anteanna. & interanna umbriæ urbs, qđ inter duos amnes sit constituta. Itē a nando natrix serpētis genus, qđ in aqua quoq; uenenū spargit. Cice. Vt natricū, uiperarūq;. Lucan⁹. Et natrix uiolator aquæ. Item natrix herba est, cuius radix euulsa uirus hyrci redolet, hac in piceno utūtur, ut abigāt a mulieribus faunos, siue fatuos, quorum ludibria pati eas per noctē opinantur. Nec mirū id uideri debet. purgat enim eo humore, quo labefactata mens nocturnis uisis decipi solet. Natrix quoq; dici potest mulier natans. sicut natatrix, & natator mas. Natare aliquādo ueteres pro nauigare accipiebant. a quo natinatio dicebat negociatio. & natinatores ex eo negociosi uocabātur. & nassa a natādo appellata uasis genus, quo qui itrauerit piscis, exire non potest. Plau. Nunq̄ ex ista nassa hodie escam petā. Nasamones populi sunt libyæ nauiū syrtibus inuolutarū spoliatores. Lucanus, hoc tam segne solū, raras tñ exerit herbas. Quas nasamon gens dira legit, quæ pxima ponto Nudus rura tenet, quê mundi barbara dānis Syrtis alit. Nā littoreis populator harenis imminet, & nullos portus tāgente carina. Nouit opes, sic cum toto cōmercia mūdo, Naufragiis nasamones habēt. Itē naricā a nādo qdam dictā putāt, qđ est genus piscis minuti. Nam naritia insula est in mari ægæo, quæ fuit Vlyssis. Item natat⁹ a natando fit pro ipso actu natandi, qui & natatio dicit. quāuis natatio etiā pro piscina, siue lauacro (ut supra ostēdimus). Sūt qui nares etiam, ac nasum a nādo deriuata existimēt, q per ea innatet, atq; enatet spiritus. Natare enim uidet ppter humorē in his existētem, quæ ueluti purgamētum quoddā e cerebro defluit. Nasus, qui & nasum dicit ea pars capitis est, quæ e supciliorū cōfinio oriēs, & quasi æquali porrecta iugo utrāq; aciē simul, & discernit, & munit, & superius quidē usq; ad mediū solida formata est. Inferius uero cartilagine adhærēte mollita, ut ad usum digitorum posset esse tractabilis. Duo aūt eius spiramina, geminiq; hiatus, quos ueluti quidā paries per mediū ductus intersepit. Nares dicūtur ideo duplices a natura datæ, ut altera spiritū ducere, altera odorē cape, utraq; cerebri purgamēta sine impedimēto dimittere fas esset. hæ soli homini eminēt. auib⁹. serpētib⁹. piscibus. foramina tm̄ sunt ad olphatus sine naribus. Notatū est aliqñ auriū, & nariū foramina septimo mense genitis defuisse, a naso simorū, ac silonū cognomina sunt, de qbus supra diximus, hunc maiores nostri subdolæ irrisioni dicauere. Quoniā. s. deridētes naso obstrepūt, & quēdam ueluti stertētis sonū emittūt, qui ronchus factitio noīe dicit. Marti. Maiores nusq̄ rōchi, iuuenesq;, senesq;. Et pueri nasum rhinocerotis habēt. A quo fit rōchisso, qđ est sterto. Plau. Cyathissat dum cœnat, dū dormit, rōchissat. Quidā hoc a græcis tractū existimant, apud quos ρίγχοσ rostrum, & ριγχαια nasuta dicūtur.

Ponit

Ponit̄ aūt rōchus pro derisione, uel ꝗa deridētis rostra labiis effingimus in acutū extēdentes, uel quia queādmodum ꝓpter somnum, ita ꝓpter nimium risum nasus humore impletur, plenus hūc sonū reddit, qđ notari ex epigrāmate potest, quod adolescentes ex phædro lusimus. Mercurium hospitio mulieres duæ. Illiberali, & sordido receperant. Quarū una ī cunis paruū habebat filium, Quæstus placebat alteri meretricius. Ergo ut referret gratiam officiis parem Abiturus, & iam limen excedens, ait. Deum uidetis, tribuam uobis protinus. Quod q̄q; optarit. mater suppliciter rogat. Barbatum ut uideat natum q̄primum suum Mœcha, ut sequat̄ sese q̄cq̄d tetigerit. Volat Mercurius. intro redeūt mulieres. Barbatus infans, ecce uagitꝰ ciet. Id cū forte meretrix ridet ualidius, Nares repleuit humor, ut fieri solet. Emūgere igit̄ se uolēs ꝓhēdit manu, Traxitq; ad terrā nasi lōgitudinē Et aliū ridēs ipsa ridēda extitit. Ob hanc cām nasus quoq; aliq̄n ꝓ acrimōia & dicacitate pōit̄. Ply. Primꝰ Lucilliꝰ cōdidit stili nasū, hoc ē scripsit Satyrā, q̄ acerbitatē quādā, & acrimoniā stili hēt ī uitiis īsectādis. Nā (ut Quītilianꝰ inq̄t) primus Lucillius in satyra īsignē adeptꝰ ē laudē. Martia. Nō cuicūq; datū ē habere nasum, hoc est acrimoniā ad deridēdū, & dicacitatē. A quo nasuti dicunt̄ dicaces, ac derisores. Idē. Nil nasutius hac, maligniusq; ē. & nasute, dicaciter, & p diminutionē nasutule. Apul. Nasutula mulier, ac dicacula. Hinc uetus ꝓuerbiū est in eos, q dicaces sunt, hoc ē cū risu aliquos incessunt. Nasus Rhinocerotis, ꝗa. s. rhinoceros cornu unū in nare hēt. unde ei est nomē. Apud græcos enī ριν narem significat. κερας cornu. Aīal est hostis elephāti, cornu prius ad saxa limato cū eo pugnat. In dimicatione aluū maxime petit, ꝗa hanc intelligit suis ictibus peruiā esse. Longitudo ei quāta elephāto. Crura multo breuiora. Colorē buxeū habet. Ludi Pōpeii magni prīo hoc aīal ostēderūt. Minores feras animi quadā generositate contēnit. nec nisi irritatus in eas fert̄. Marti. Sollicitāt pauidi dū rhinocerota magistri, Seq; diu magnæ colligit ira feræ, Despabantur ꝓmissi ꝓlia martis. Sed tñ his rediit cognitus ante furor. Nāq; grauē cornu gemino sic extulit ursum, lactat ut īpositas taurus in astra pilas. A naso etiā nasiterna dicta, uas aquariū ansatū, & patēs. Varro. Vt ex ære aena urceos nasiternā, & alia. Itē Plynius. Nasturtium nomē accepit a nariū tormēto. hinc factū ē ꝓuerbiū ad excitādū torporē ἐσθιε καρδαμον, hoc ē ede nasturtiū, qđ ꝑinde est, ac si diceremus exꝑgiscere. excitare. Hæc herba erucæ cōtraria. quippe illa uenerem ꝓuocat. Virg. Et uenerē reuocans eruca morātem. Columella. Et quæ frugifero serit̄ uicina priapo, Excitet ut Veneri tardos eruca maritos. hæc uero cohibet, & exacuit animum. Cōmotas mentes sedat ex aceto sumpta, oīa intestinoꝝ aīalia expellit. Anserē quoq; & anatē ab adnatādo dicta existimāt. Sūt enim ex aquaticaꝝ, ac palmipedū genere, & in aqua coeunt, ꝓter eas, quæ domi cōtinent̄. Anser ꝓuigil est, noctuq; excubias facit, cuius rei factū est piculū defenso capitolio silētibꝰ canibus. ꝓpter qđ institutū est, ut anseres publice alerent̄, & cibaria eaꝝ cēsores in primis locarent. Martia. Hæc seruauit auis Tarpei tēpla tonantis. Miraris? nōdum fecerat illa deus. Ferūt Lacydi philosopho anserē fuisse, qui tanq̄ ꝑpetuus comes ei semꝑ adhæsit. nusq̄ ab eo, neq; in publico, neq; in balneis, neq; noctu, neq; interdiu digressus. iecur anseris ꝓceres gulæ saporis bonitate cōmendant. Fartilibus crescit mira amplitudie, & quod mirabilius est, exēptū quoq; lacte, & mulso auget̄. Martia. Aspice q̄ tumeat magno iecur ansere maius. Miratus dices hoc rogo creuit ubi? Quis primus tantū bonū inuenerit Scipio ne, an Metellus uiri consulares, an. M. Sessius eadem ætate eques romanus, in quæstiōe est. Illud sane cōstat Messallinū cottam, Messallæ oratoris filium palmas pedum ex his torrere, atq; patinis cum gallinaceoꝝ cristis condire cœpisse. Vellūtur his plumæ bis anno. Rursus plumigeri uestiūtur, ea mollior pluma ē, quæ corpori ꝓxima. Laudatissimi uero in germania, ubi q cādidi sunt, uerū minores, ganzæ uocātur. E pluma nō modo ceruicalia, sed totos faciūt lectos, adeoq; delitiæ ꝓcessere, ut sine hoc instrumēto durare iam uiroꝝ ceruices non possint. Syriæ pars, q̄ cōmagene uocat̄, adipē anseris in uase æreo cū cinnamo niue multa obrutū, ac rigore gelido maceratū ad usum ꝓclari medicaminis utit̄, qđ a gente dicit̄ cōmagenum. Ex anserū genere sunt penelopes a molliori pluma ita uocitati. πηνια enī græci uocant fila molliora. Itē chenalopeces, quibus pro lautissimis epulis utūtur Britāni. Sūt aūt minores anseres habentes pēnas nigricātes ad similitudinē uulpinæ pellis, ꝓpterea χηναλωπεκεσ dicti. etenī græci χηνα anserē uocāt, αλωπεκα uulpē. Item erythrotaones, in quibus nitor eximius, absolutaq; nigricia, & insupciliis cocci rubor, dicti ἀπὸ του ερυθρου καὶ ταωνοσ, hoc est a rubro, & pauone. est aliud genus uulturibus maius, quoꝝ & cōcolorē reddit. gignūtur in alpibꝰ, & tota septētrionali regione, nec est ulla auis maior, excepto struciocamelo, intantūq; carne augent̄, ut sæpe in terra ꝓhendantur īmobiles. In auiariis perdūt saporē. Ab ansere anserinū deriuat̄. Ply. Tubera efficacissime anserino adipe curātur. De anate locutus est Martialis. Tota q̄dem ponat̄ anas, sed pectore tantū. Et ceruice sapit, cætera redde coco. Hinc anatarius custos dicit̄. & anatariæ plumæ. & anataria aquila, quæ anates circa lacus uenatur. Nanum quoq; uas aquarium a natādo dictū q̄dā existimant, nos a paruitate potius appellatū putamus. est. n. breue uas, ac latum, qđ

uulgo situlũ barbatũ appellãt. græci aũt νανους, hoc est nanos uocant, breui atq; humili corpore homines paulũ supra terrã extãtes, quos nr̃i pomiliones appellãt. sed nani uocabulũ nostri quoq; ueteres usurparũt, nec de hoĩbus tm̃, sed de equis, mulisq;, ac etiã sensu carẽtibus. Heluius cinna. At nunc me genu nana per salicta, Bigis reda rapit citata nauis. Vnde quoq; nũc mala nana appellamus, quæ alio noĩe melimella dicũtur. Itẽ a uolo fit uolito frequẽtatiuũ. Ply. sup aquas assidue uolitãs. interdũ tñ capit̃ pro discurro. Cice. Qui p forũ uolitant. & uolucres, quæcũq; uolãt, nec aues solũ, sed illæ quoq; minutiores bestiæ, ut apes. uespæ. tabani. & reliq̃ ex pẽnatis, quæ insecta dicũtur. sunt enim ĩsecta aliq̃ terrestria, ut scolopẽdræ. stelliões. alia uolucria. ut apes. uespæ. alia utroq; modo, ut formicæ. alia & pẽnis, & pedib⁹ carentia, ut tineæ, q̃ in hoĩe nascunt̃, tricenũ aliqñ pedũ, & pluriũ lõgitudine, putãt hæc nec neruos habere, nec ossa, nec spinas, nec cartilaginẽ. nec pinguia. nec carnes. nec crustã fragilẽ. nec quæ iure dicatur cutis, sed mediæ cuiusdã inter hæc oĩa naturæ. corpus nihil intus, nisi q̃ paucissimis ĩtestinũ ĩplicatũ, ꝓpter qđ diuulsi uiuũt, & singulis partibus palpitãt, qa in his ratio uitalis nõ certis mẽbris, sed toto corpe inest, minimeq; in capite. hoc. n. solũ nõ mouet̃. nisi cũ pectore simul auulsum. Dicta aũt sunt insecta ab incisuris, quæ nũc ceruicũ loco, nũc pectorũ sunt, atq; alui. Cupido etiã ꝓpter alas, quas gerere fingit̃, uolucer dicit̃. & aliqñ ponit̃ pro celer, facitq; cõparatiuũ uolucrior. Martia. Et uolucrẽ longo porrexit uulnere pardũ. Itẽ a uolo uolatus fit, & aliud uerbũ uolo uis, qđ aĩus, in quo uelle est, talis sit, ut pũcto tpis puolet, quo uult. Ab hoc deriuat̃ uolũtas, & uolẽtia eiusdem significationis, hoc est, quæ qd cum ratione desyderat. Salustius tñ uolẽtia plebi pro placẽtia plebi scripsit, hoc est quæ plebs uellet. Multisq; suspitionib⁹ uolẽtia plebi facturus uidebat̃. A uolẽtia, beniuolẽtia, & maliuolẽtia deriuant̃ pro amore, & odio, q̃ꝗ bona & mala uolũtas. & beniuolus, ac maliuolus. & beniuole, ac maliuole aduerbia. Hinc maliuoli mercurii signũ, hoc est statuã appellabãt. ideo qa in nullius tabernã spectabat, hoc est in nullius lucrũ. A uolũtate uero dicit̃ uolũtarius, qui spõte sua aliqd uult. & uolũtarie, & uolenter aduerbia. Item a uolo uolones, qđ bello punico, cũ deessent, q̃ scriberent̃, serui ad octomillia pro dñis pugnaturos se polliciti, in ciuitatẽ recepti sunt. & uolones, quia hoc sponte uoluerunt appellati. Item uoluptas quæ definit̃ ꝑter modũ elata lætitia opinione pñtis alicuius magni boni, in qua Epicurus summũ bonũ cõstituit. Hinc quæcũq; aliqua delectatiõe animũ demulcent, Voluptates dictæ, qđ ea maxime uelimus. unde fit uoluptuosum, & uoluptariũ, hoc est plenum delectationis. & uolup adiectiuum pro uoluptuoso, & delectabili. Plautus. Hic senex siqd clam uxore sua aĩo fecit uolup. & Volupia uoluptatis dea, quæ & angeronia a tollendo animi angore appellatur. Et uoluptabile gratũ, uoluptuosum. Plau. Voluptabilẽ mihi cũ aduentu tuo attulisti. Vultus quoq; a uolẽdo dictus, significatq; ꝓprie uolũtatem hoĩs, quæ ꝓ motu animi in facie ostẽditur. cũ facies sit ipsa oris species. Sal. Prorsus in facie, uultuq; uecordia inerat. Ab hoc fit uultuosus, hoc est tristis. Cice. In quo cum effeceris ne quid ineptum fit aut uultuosum. Quidã existimãt faciem, non os tantũ, & oculos, ac genas dici, qđ græci πρόσωπον uocãt, sed formam, & modum, & facturã quãdam corporis totius a faciendo dictam, sicut ab aspectu speciem. & a fingendo figurã, quod ꝑclare ostendisse Plautus uidetur, dũ inq̃t, Sed earum nutrix, qua sit facie mihi expedi. Statura non magna, corpore aquilo, ipsa est specie uenusta. ore atq; oculis pnigris. q̃uis aũt uultus ꝓprie ad animũ, facies ad corpus referatur, ut mœsto uultu. irato uultu. longa facie. breui facie. est tamen quãdo utroq; uti liceat fœdata facie. fœdato uultu. scissa facie. scisso uultu. conuersa facie. cõuerso uultu. Itẽ a uolo cõpositũ fit nolo, quasi non uolo. pro quo ueteres neuolo. neuis. neuult. Plau. Filiã meã tibi despõsatam esse audio, nisi tu neuis. Titinius. Ipsius quidẽ hercle ducẽ neuult. & malo, quod significat magis uolo. Plau. Mori mauult, q̃ in seruitute uitam agere. Volumẽ quoq; a uolẽdo dictũ nõnulli opinãtur, qđ in uoluminibus, hoc est libris scribẽtium uolũtas appareat. sed melius sentiũt, qui uolumen a uoluendo nominatũ existimãt, qđ maiores nostri in libris arborũ, hoc est codicibus scribebãt, & libellos illos quo ferrent cõmodius cõplicabant, ideoq; uolumina appellarũt libellis similiora q̃ libris. Est enim ꝓprie uolumen pars codicis, utputa Metamorphoseos liber in quindecim uolumina distinctus est. Ouid. Sunt mihi mutatæ ter quinq; uolumĩa formæ, hinc & euoluere librũ dicimus, quasi cõplicatũ explicare. Itẽ a uolãdo uulpes (ut Varro existimat) dicta, quod uolat pedibus. a quo uulpinari deducit̃, hoc est fraudibus, atq; mẽdaciis uera peruertere, siue effugere. tractum ab intorto uulpium cursu. & uulpinũ modo qđ uulpis est. Sueto, Vbi leonis pellis deficit, uulpina insuenda est, modo astutũ. Plau. Vulpinus aĩus ne quid molliat̃ mali. & uulpecula diminutiuum, hoc est parua uulpes. uersutũ hoc animal ẽ & semp fallax. unde tractum est illud ꝓuerbium. Vulpes pilos mutat, mores non mutat. solertem in primis habet auditũ. In thracia locis rigẽtibus amnes gelatos, lacusq; ad pastus transit. Obseruatum est eam aure ad glaciem opposita gelu crassitudinẽ cõiectare. Item a uolo aduolo. circũuolo interuolo notæ significarionis. obuolo, cõtra uolo. ꝓuolo, ueloci ter uolo. trãsuolo,

uolo,ultra uolo.abuolo,uolando diſcedo.ꝓuolo,ꝓcul uolo.p̄uolo, añ uolo.deuolo,deorſū uolo.euolo,mō uolo.mō extra uolo.īuolo,irruo.inſilio.Terē.Vt ego unguib⁹facile illi ī oculos inuolem.Aliqñ rapio.ſuffuror.& tūc a uola deducit̄,ut ſit inuolare,q̄ſi ītra uolam tenere.eſt enim uola media pars manus,ſiue pedis.a quo galli uolema appellāt pira bona,& grādia,eo ꝙ impleāt palmam.Subuolo,latenter uolo,ſiue latēter rapio.reuolo,reuertor, retro uolo.Conuolo,ſimul uolo.Item a uolo ſis ueteres dixerūt pro ſi uis. & ſultis pro ſi uultis.Itē ab eodem(ut qdā exiſtimāt)uoluo deriuat̄.Volādo.n.q̄ſi uolui alæ uidētur.ab hoc uoluens dicit̄,q uoluit.uolubilis,q facile uoluit̄.uoluto,qđ ꝓprie ſignificat uoluo.unde uolutabra dicūtur loca,in q̄bus ſe apri uoluūt.Virg.Sæpe uolutabris pulſos ſylueſtribus apros,Latratu turbabis agēs.Aliqñ tñ uolutare capit̄ pro eo,qđ eſt mente uoluere,& cogitatione ꝑquirere.idem. Id quidē ago,& tacitus Lycida mecū ipſe uoluto.A uoluo etiā tolutus,quaſi uolutus.& tolutim quaſi uolubiliter deducit̄.de quibus inferius dicemus.Volua,ſeu uulua appellata eſt,quæ nō ſignificat naturā muliebrem(ut uulgus exiſtimat)ſed utriculū,qui in fœminis ueſicæ iunctus eſt,a quo uterus dictus,quem alio noīe locos appellāt,uulgo falſo matricem.cū matrix ſit fœmina,quæ fœtus gratia tenet̄.Columella.Nā & octies anno pullos educat, ſi eſt bona matrix.Idem.Igit̄ cui placebit ſeq n̄ra p̄cepta,cōſyderet. oportet primū q̄ multas ſecūdū cuiuſmodi parare debeat matrices.Idem.Sint ergo matrices robuſti corporis quadratæ. pectoroſæ. magnis capitibus.Eſtq; uterus dūtaxat in mulieribus.Nā qđ Virgilius de equo inq̄t.Vterūq; armato milite cōplet,ideo fecit,q̄a dicturus erat fœta armis.Apud Ceciliū uter pro uterus legit̄.Nūc uter creſcit,nō poteſt cælari.Dicta aūt uulua eſt,ꝙ fœtus inuoluat.Vulua ſuum,qua ueſcimur.ſecto partu melior eſt q̄ edito.Eiectitia uocat̄ illa,hæc porcaria.illa amplior eſt. iccirco inquit Horatius.Nil melius turdo, uulua nil dulcius ampla.Volua quoq; ī fungis dicit̄ tunica illa,quæ fungum inuoluit.Plynius de boleto.Voluā enim terra ob hoc prius gignit,ip̄m poſtea in uolua,ceu in ouo,eſt luteū.Nec tunicæ minor gr̄a in cibo infantis boleti.Item a uoluo fit aduoluo,qđ eſt agglomero.& circūuoluo notæ ſignificatiōis.& deuoluo,deorſum uoluo & reuoluo.explico,& inuoluo,qđ ꝓprie ſignificat glomero.per metaphorā tñ aliqñ pro iplico capit̄.Cice.Sed qđ uideret noīe pacis bellū inuolutū fore.Varro.Adeſt fax inuoluta incendii.Aliqñ pro impono.Vir.Scilicet atq; oſſæ frondoſum inuoluere olympū. Interdū pro tego.idem.Vertit̄ interea cœlū,& ruit oceano nox.Inuoluēs umbra magna terramq;, polūq;.Hinc īuolucrū dicitur,qđ modo pro glomere ponit̄,modo ſignificat q̄cq̄d aliq̄d tegit.Cice.Cum uerboꝝ q̄buſdam inuolucris uteret̄.Idem.Scite enī Chryſippus,ut clypei cā inuolucrū,uaginam aūt gladii,ſic p̄ter mūdum cætera oīa alioꝝ cā eſſe generata.& conuoluo,ſimul uoluo.a quo cōuoluolus uermis,qui & uoluox dicit̄,de quo inferius dicemus.Vulgus quoque a uoluēdo deductū quidā exiſtimāt,qđ ſtulte huc,atq; illuc uoluat̄.Eſt enī ꝓprie uulgus,& maſculino,& neutro genere ignobilior multitudo.Vir.Sæuitq; animis ignobile uulgus. Vnde uulgarē dicimus uilē,ac cōmunē.& uulgo,ac diuulgo uerbū,hoc eſt omitto,ac uile,& q̄ſi cōmune oībus facio.Plau.Cuiq; me abſente corpus uulgauit ſuum.Vir.Quid me alta ſilētia cogis Rūpere,& obductū uerbis uulgare dolorem.& ꝓmulgo,quaſi prouulgo.unde ꝓmulgatæ leges dicūtur,cum primū in uulgus educūtur.Hinc uulgator.diuulgator.ꝓmulgator.uulgatio.diuulgatio.ꝓmulgatio.uulgatrix.diuulgatrix.ꝓmulgatrix deducunt̄.& uulgo aduerbium,qđ ſignificat paſſim.ubiq;.cateruatim.Vir.Hinc lætis uituli uulgo moriunt̄ in herbis.Vulgo cōceptos appellat Modeſtinus,qui patrē demonſtrare non poſſunt,uel qui poſſunt q̄dem,ſed eum habēt,quem habere non licet,qui & ſpurii appellant̄.Item a uoluo uulga,quod nūmos,aliaſq; res inuoluat.Eſt enim uulga,quā etiam bulgā ueteres dixere,ſacculus ſcorteus ſiue ex alia materia,in quo ferre,uel pecuniam,uel alia uiæ neceſſaria ſolemus.Lucil.In uulgā penetrare piloſam.Varro.Vt uiaticū ex arcula adderē in uulgā.Eſt etiā uulga,ſiue bulga folliculus ad brachium pendēs gerēdæ pecuniæ gratia.Lucil.Cui neq; iumētū eſt,nec ſeruus, nec comes ullus,bulgā,& q̄cq̄d hēt nūmoꝝ ſecū habet,cū bulga cœnat.dormit. lauat. Itē bulgā aliqñ pro uulua,hoc eſt matrice poſuere.Idem.Ita ut qſq; noſtrū e bulga eſt matris in lucē editus.& ecōtrario uulua pro ſaculo ponit̄.Itē a uoluēdo uulnus,qđ uoluēdo,hoc eſt uibrādo fiat.Diſtatq; ab ulcere,qđ ulcus p ſe naſcit̄.dictū(ut qdā putāt)ab olēdo,eſtq; tecta & clauſa malignitas.Virgil.Quam ſi q̄s ferro potuit reſcindere ſummū ulceris os,alit̄ uitium,uiuitq; tegēdo.a quo fit ulcero,dilanio,& quaſi ulcus facio.& exulcero,qđ ꝓprie eſt ulcus dilanio.per metaphorā tñ capit̄ pro exaſpero.exacerbo.Cice.Ita mihi animū exulcerauit.Itē ulciſcor, qđ eſt uindico.unde ultio,qđ uindictā ſignificat.& ulcerariæ herbæ dicūtur,quæ ulcera excitant,ut marrubiū herba notior,q̄ īdicari oporteat,quæ exulcerare ueſicā exiſtimat̄.græci praſion.alii lynoſtrophon,qdā philopeda,nōnulli philocares nomināt.Vulnus aūt eſt hians, patēſq; aptura corporis ictu facta.Virg.Preſſi ue oculos,aut uulnera laui ueſte tegens.Ab hoc fit uulnero,qđ ꝓprie eſt ſaucio.trāffert̄ tñ ad animū,& ſignificat ango.unde & uulnus animi pro ango

te accipimus.aliqñ etiã pro dãno.Ply.Maximũ illi fortuna uulnus intulerat,duobus filiis immatura morte sublatis.A uulnero fit cõuulnero.& uulnerarius medicus chirurgus,qđ uulnera curet.Præter hæc a uolatu tardo uultur dicta,nota auis,& ,ppter magnitudinẽ corporis tarde uolãs,nidificat in excelsissimis rupibus.Fœtus eius fere bini cõspiciunť.quidã auẽ hanc parere tradũt oua tria,uno ex his reliqua oua nidũq; lustrare,mox abiicere.Sũt q̃ existimẽt uulturẽ triduo ante,aut biduo uolare ubi sunt cadauera. Ab hoc fit uulturinus adiectiuũ,ut uulturina caro.Romani augures ĩmussulũ uulturis pullũ esse existimauerũt,sicut sanqualẽ ossifragæ de qua inter aqlarũ genera dicemus.Alii tñ ĩmussulũ putarũt aquilæ pullũ dici,priusq̃ albicare cauda incipiat.Vultur etiã apuliæ mons est notissimus.Item a uolando uulturnũ deriuatũ putãt,uentus est,qui ab oriente hiberno spirat.Græci mixto noĩe,qđ inter notũ, & eurum sit ϵὐρονότον,hoc est euronotũ nominant.Et loligo(ut Varro existimat)quasi uoligo.uolitat enĩ hic piscis extra aquã se efferẽs,qđ & pectũculi faciũt sagittæ modo.Ex molliũ pisciũ genere ẽ, sicut sæpia,& polypus,his caput inter pedes,& uẽtrem.pediculi octoni oĩbus.Sæpiæ,& loligini pedes duo ex his longissimi,& asperi,q̃bus ad ora admouẽt cibos,& in fluctibus se uelut anchoris stabiliũt.Cæteri aũt curti sunt,q̃bus uenãtur.Loliginẽ nũc uulgo calamariũ uocant,a thecæ calamariæ similitudine.habet enim officula duo,quasi cultrũ & calamũ.Item cruorem nigrũ atramẽti modo,qđ ubi sensit se apprehendi,effundit.atq; ita infuscata aqua cerni non põt.A loligo fit loligũcula diminutiuũ.Plau.Emitto sæpiolas.loligũculas.& miluus secũdũ quosdã a molli uolatu,q̃uis alii factitiũ hoc nomẽ potius a uoce uelit.auis ẽ nota ex accipitrũ genere.Notatũ est eã,q̃uis rapacissima sit,& semp famelica,nihil esculẽti rapere unq̃ ex funeꝶ ferculis.Eadẽ uideť artẽ gubernãdi docuisse caudæ flexibus,in cœlo mõstrãte natura,qđ opꝰ esset in ,pfundo.Latet hibernis mẽsibꝰ,& solstitiis afficiť podagra. A miluis fit miluinus adiectiuũ.Ab huius auis similitudine,& piscis miluꝰ appellať,subiẽs in sũma maria,& uagãdo aliorũ pisciũ p̃dam agẽs.Vulcanũ quoq; plæriq; noĩatum existimãt,qđ canus,hoc est candidus uolet,uolat enim flãma,& cãdida est.Vulcanus aũt ignis est.deũ hũc,& iouis filiũ fuisse ex iunone ueteres finxerũt,qui cũ deformis natus esset,nec ei Iuno arrisisset,præcipitatus a Ioue fuit in insulam lemnõ,ubi a Thetyde,& Euthimone Oceani filia susceptus,ac nutritꝰ ẽ,uno claudus pede ex casu factus.Alii a simiis educatũ uolũt.Deoꝶ hic faber fuit,& ioui fulmina,ac cæteris diis arma cõtra gigantes fabricauit.fecit monile Hermiones.coronam Ariadnes. Arma Achillis,& Aeneæ,aliaq; cõplura,quæ supra ingeniũ humanũ fuisse existimata sunt. nõ tamẽ ob hæc ad deoꝶ mẽsam admissus est,& cũ ioui supplicasset, ut saltẽ Mineruæ nuptiis iũgereť ab ea spretꝰ ẽ.unde Virgilius.Cui nõ risere parẽtes,Nec deus hũc mẽsa,dea nec dignata cubili est.Post hæc Venerẽ habuit uxorẽ.Cice.Præter hũc alios duos uulcanos cõmemorat. alterũ Cœli filiũ,alterũ nili,qui ab ægyptiis,ægypti custos existimať.A uulcano fit uulcanius adiectiuũ.unde uulcaniã tellurẽ,& uulcanias insulas dicimus.Itẽ a uolo deduciť uelum, qđ uela uẽtis agitata uolitare uideãtur. Varro tamẽ a uellere dictũ mauult,qđ ex ouiũ uelleribus fierent uela,q̃bus hoĩes tegebanť,quãuis nauiũ uela ex lino,aut sparto fierent.Item ea q̃bus theatra tegebanť,quæ & uelaria uocabanť.Papinius.Iam uelaria linea pluebant. A uelo uelabrũ dictũ locus in urbe Roma iuxta auẽtinũ mõtem,ꝙ ratibus,ac uelis eo ueherẽtur,q̃dam tñ nõ a uelo,sed a ueho uelabrũ,sicut uelaturã pro uectura uocari existimãt.Item auentinũ.Nã olim mons iste paludibus erat ab reliq̃s disclusus,itaq; eo ex urbe aduehebãtur ratibus(ut Varro testať)sunt tamẽ q̃ auẽtinũ dictũ ab auibꝰ putẽt,quæ sese e tyberi in eũ locũ recipiebãt,uel a rege Auẽtino albano,qđ ibi sit sepultus,uel ab aduentu hominũ,qđ cõmune latinorum oĩum ibi Dianæ tẽplum sit cõstitutũ.Ouid.Luna reget mẽses,huius quoq; tpa mensis sciuit Auentino luna colẽda iugo.Ab hoc fit uelo uerbũ cum suis deriuatiuis,de q̃bus supra diximus, quæ sũt uelatus.ueles.uelitaris.uelitor.uelitatio.a quo aduelitatio. uelitatim. Reuelo, a quo reuelatio.& præter ea uelamen,qđ modo pro ueste accipiť,modo pro quacũq; re aliq̃d uelãte. & uexillũ,quasi paruũ uelũ pro signo,quo in exercitu,aut classe impatores utũtur.unde uexilliferi & uexillarii dicũtur signiferi. Vestẽ quoq; a uelãdo dictam Varro existimat,ꝙ corpus uelet,siue indumẽtum significet. Vir.Necnon threicius lõga cũ ueste sacerdos,siue barbam.unde inuestes imberbes appellamus,uel sicut q̃dã uolũt impuberes,ut e cõtrario uesticeps dr̃ puer, q̃ iã uestitus est purbertate. Ab hoc fit uestiariũ locus,in quo uestes,uel seruanť,uel uendũtur. & uestiarius,q̃ uestiario p̃est,ac uestes uẽdit.& uestiplicia mulier,quæ complicat uestes.& uestio uerbũ.& uestitus.& uestispicus.ac uestispica seruus,siue ancilla custodiẽs uestes & uestigium qđ ueluti ĩdumẽtũ sit pedis.Est.n.,pprie uestigiũ ĩpressio pedis.i.signũ qđ a pede relinq̃t.Vir. Et gradiẽs ima uerrit uestigia cauda. Vestigiũ ẽt significat extremã ptẽ ĩferioris pedis.idẽ.Vestigia primi alba pedis,frõtẽq; ostẽtãs arduus albã.itẽ uestigiũ pro ĩdicio poniť, cuiuscũq; rei, ꝙ si licet uestigia ĩditio sint,illic eũ affuisse,cuius uestigia sunt.Liuꝰ.Pecuniã ex thesauris Proserpinæ noctu clam sublatam,nec ad quos ptineat facinus uestigia ulla indago. & puestigo,

atq; inueſtigo,quæ ſignificant quærendo inuenio.Cicero.Ipſa tractatio,& quæſtio quotidie ex ſe gignit aliqd,quod cũ deſidioſa delectatione ueſtiges.Idẽ.Noſſe regiones,intra quas uenias,& per ueſtiges.quod quæras.Terentius,Nihil eſt tam dfficile,quod quærendo iueſtigari nõ poſſit.Hinc ueſtigabundus,ueſtigator,perueſtigator,& Inueſtigator deducũtur.Et Veſtimẽtũ qđ ita a ueſte differt,quod ueſtis generaliter dicitur,ut Stragula forẽſis muliebris.Veſtimẽtũ uero particulariter,ut palliũ.tunica.penula.Iuriſcõſulti ueſtẽ definiũt eſſe quicqd induẽdi.præcingẽdi.amiciendi.inſternẽdi.tegendi.accubandi gratia paratũ eſt.Alii nihil exiſtimãt ueſtẽ a ueſtimẽto differre,& ueſtimẽta dicunt eſſe nõ modo lanea.linea. bombycina.ſerica.ſed etiã ſcortea.frondea.ſcirpea.palearia,& ex quacũq; materia facta ſint ad corpus tegẽdũ.Multa earum genera ſunt.Virilia.quibus ſoli uiri utunť.Muliebria,quibus ſolæ mulieres.puerilia,quæ ſolis pueris cõueniũt.Familiaria,quibus utuntur ſerui,atq; ancillæ.Scẽica,qbus comœdi.tragica,quibꝰ tragœdi. citharœdica,qbus citharœdi.Hiſtrionica,quibus hiſtriões.paraſitica.qbus paraſiti,& huiuſmodi alia pene infinita.Aliquando qđ a barbaris ſumpta ſint,barbara habẽt noĩa,ut q̃ a parthis ſumpta,ſũt ſaraballa dicũtur fluxæ ueſtes,& ſinuoſæ,quæ a germanis renões,ueſtes pelliceæ,quibus in caſtris utunť,quæ ab hiſpanis ſtrigia.Plautus.Nudus eſt,iurat ſe triobolo ſtrigiũ oppignoraſſe.Quæ a ſardis maſtrucæ.Idẽ.Maſtrucatus,& plenus puluere.Item quædam interius ſumuntur,ut ſubucula dicta,qđ ea ſubter induamur,quædã exterius,ut ſuparus ſiue ſuparũ(utroq;.n.modo dicitur)qđ eo ſup induamur.Eſt autem togæ genus leuis atq; anguſtæ.Afranius.Puella nõ ſum ſuparo ſi ĩduta ſum.Lucanus.ſupara nudatos cingũt anguſta lacertos.Poniť tamẽ aliquando ſuparũ pro ſinu,& rugatura pãnoꝝ.Idẽ imaq; pandens ſupara uellorũ perituras accipit auras.Induſiũ quoq; ĩterius ueſtimẽtũ erat,qđ mox ſupra ſubuculam ſumebať,dictum quaſi intuſtium.Plautꝰ.Induſiata.patagiata.Sicut pallium,& palla uocata ſunt.& foris ſupra induſium ſiue ſubuculam tunicã erat,ueſtis apud Romanos quidẽ breuior,& ſine manicis.Nam his quæ manicas haberent,longiores ꝓpe uſq; ad digitos,& ꝓpterea græco uocabulo chiroditæ nominarenť,uti Romæ,atq; in omni latio uiros indecorum fuit.Solis fœminis id genus longe lateq; diffuſum cõuenire exiſtimabant ad ulnas.cruraq; aduerſus oculos ꝓtegẽda.Viri ſub Criſpas tñ,ac breuis tunicas ſumebant citra humeros deſinẽtes,quod genus græci uocant εξωμιδασ tunicas illas longas,& manicatas,q̈ſi fœmineas.Cicero & Virgilius exprobrãt.Cicero.Manicatis ac talaribus tunicis. Virgilius.Et tunicæ manicas,& habẽt redimicula mitræ.Plautus,manuleatã tunicã habere hominẽ decet.Horatius.Malcinus tunicis dimiſſis ambulat.ẽ qui inguẽ ad obſcænũ ſubductis uſq; facetus.Quintilianus.Cui latus clauus nõ erit,ita cingať,ut tunicæ prioribꝰ oris infra genua paululum,poſterioribus ad medios polites uſq; perueniant .Nam infra mulierũ eſt,ſupra centurionum.Erat & aliud genus tunicaꝝ,qbus antiqui Romanorum utebantur,quas colobia uocitabant,quod manicis eſſent mutilata.Nam græci κολοβον truncum,ac mutilatum dicunt.Item alia tunica adaſus dicta,quæ ab humeris non erat conſuta.A tunica fit tunico uerbũ,hoc eſt ueſtio.Varro.Hæc lanigeras detonderi docuit,tunicareq; homulũ.eius paſſiuum eſt tunicor,unde tunicati dicunť,modo qui tunicas induti ſunt,modo expediti,& nullã aliã ſupra tunicã ueſtem habentes, quales dum ruri ſumus incedere ſolemus.Iuuenalis,tunicati fuſcina Gracchi.Martia.O ſoles o tunicata qes.Dicta aũt tunica ẽ(ut Varro ſentit)qđ corpꝰ tueať.Amphimala tunicæ erant gauſapinæ ex utraq; parte uillos habẽtes,quæ & gauſapia dicebanť,Patauii ex lanis eius regionis,quæ mediocres ſunt,texi olim ſolita recta tunica, ita cõtexta erat,ut ueluti rigens ſtaret,hac tirones,& nouæ nuptæ ſimul cũ toga pura induebanť.Prima hanc contexuit,tanaquil,quæ,&.C.Cecilia uocitata eſt,cuius lanã cũ colo,& fuſo in templo anci Martii lõgo tempore duraſſe tradit Varro.Ideoq; a Romanis inſtitutũ,ut nubẽtes uirgines comitareť colus compta,& fuſus cũ ſtamine.chalaſis tunicæ genus erat(ut quidam putãt)qđ græci χαλασαν uocant a laxitate.Alii dicũt nodũ eſſe tunicæ muliebris,quo connexa circa ceruicẽ tunica ſubmittiť.Supra tunicã uaria ueſtimẽtorũ genera ſumebanť.In primis toga ꝓpria Romanorum,a qua Romani togati dicũtur.Virg.Romanos rerũ dominos,gentẽq; togatã.Vnde añambulones hoc eſt hi,qui principes ciuitatis in forũ officii grã deducebãt,ac deinde domũ reducebant,quoniã id togis amicti faciebãt,togati uocabanť.Iuuena.Turbæ rapienda togatæ Martia.At tibi nõ multũ eſt,unũ ſi præſto togatũ.Hi ꝑ diminutionẽ etiã togatuli uocabanť.Itẽ a toga epitogiũ dictũ pallii genꝰ,qđ ſupra togã ferebať,cõpoſitũ nomẽ e latino & ꝑegrĩo.ſicut epirediũ ex duobus ꝑegrinis hoc eſt επι græca præpoſitione,& reda uocabulo gallico,qđ ſignificat uehiculũ.Cicero.Quod ſi tuã heri redam non habuiſſem.uarices haberẽ.Iuuena.Trito ducũt epiredia collo.Non diſſimile eſt huic aliud uehiculi genus,qđ eadẽ lingua gallica Bẽna appellať,uñ cõbẽnones dicunť ĩ eadẽ Bẽna ſedẽteſ.itẽ togatæ uocatæ ſũt comœdiæ,quæ ſcriptæ ſunt ſecũdũ ritus,& habitũ hominũ togatorũ,hoc eſt Romanoꝝ,ſicut græcas fabulas ab illoꝝ habitu palliatas appellamus.eteni græci ſupra tunicã palliũ ferebant.Romani

frequētius togam,ꝓpter quod a tegendo toga uocitata eſt.Palliũ quod palã ſit,& foris,cũ ſub eo tunica eſſet.Quoniã uero in pace dũtaxat togæ uſus erat.nã in bello depoſita toga ſeu pallio,chlamydem,aut lenã,aut aliud militaris ueſtimēti genus ſumebant,factũ eſt,ut toga iterdum metaphorice pro pace ſumaẽ,ſicut arma pro bello. Cicero.Cedãt arma togæ,concedat laurea linguæ.Plynius.Vt dubiũ ſit toga ne,an bello præſtãtior fuerit.In foro aũt maxime togis uti uiri ſolebãt.Nã prĩcipio cõmunis hæc ueſtis fuerat tã mariũ,q̃ fœminaꝝ. Varro.Quas nũc in foro prius etiã in lecto habebãt togas.Ante enim fuit cõmune ueſtimētũ,& diurnũ,& nocturnũ,& muliebre,& uirile.Poſtea uiris tantum relictus eſt togæ uſus,ſolæq; adulterii dãnatæ mulieres.ignominiæ ergo cã induere cogebãtur.Iuue.Talem non ſumet dãnata togã. Martialis.Coccina famoſæ donas,& iãthina mœchæ. Vis dare,quæ meruit munera,mitte togam.Togaꝝ uaria genera erãt.In primis toga prætexta,quæ a uirili diſtinguebatur,quoniã ꝑtexta dũtaxat adoleſcentes utebantur fere uſq; ad ſextũdecimũ annũ, deĩde uirilē togã ſumebant.Seneca.Quantum credis me accepiſſe gaudii cũ depoſita prætexta ſumpſiſti uirilē togã. Cicero.Ego aũt a patre ita erã deductus ad Scæuolã ſumpta uirili toga,ut quoad poſſē,& liceret a ſenis latere nunq̃ diſcederem.fuit tamen tempus,quo prætexta non adoleſcentes,ſed uiri qui magiſtratum gererēt, utebantur.Quippe Tullus hoſtilius Romanoꝝ rex tertius,debellatis ethruſcis ſellã curulem, lictores,& togã pictam,atq; prætextam,quæ iſignia magiſtratuum ethruſcoꝝ erãt Romã trãſtulit.Sed poſtea Tarquinius demarati filius quintus Romanorũ rex, cũ de Sabinis egiſſet triũphum,quoniã eo bello filius eius annos quatuordecim natus hoſtē manu percuſſerat,& pro concione illũ laudauit,& prætexta,ac bulla aurea donauit inſigniens puerũ ſupra annos fortē præmiis uirilitatis,& honoris.Nam ſicut prætexta magiſtratuum,ita bulla triũphantiũ geſtamen erat.Genus ſane togæ erat prætexta,cui purpura ꝑtexebaẽ. Bulla aũt inſigne aureũ,uaſculi forma,q̃d triũphãtes ante pectus gerebãt incluſis ĩ eo remediis, quæ aduerſus inuidiam,& oĩa ueneficia putabant ualentiſſima eſſe,hoc genus remedii græci αλεξικακον,a depellēdis malis dicũt.quẽadmodũ Hercules alexicacos uocitatus eſt ab eo,q̃d defenſor eſſet hominũ.Nos a præbēdo,ut ſit tutus,qui id ĩ collo gerit,præbiũ,& ab amula amuletũ uocamus.Amula quippe uaſculi genus eſt,q̃d religionis,& expiandorũ maloꝝ gratia geſtetur.dictũ quaſi amola ab amoliendis periculis.Plynius.Infantibus alligaẽ ſuccinũ amuleti ratione formã uaſculi habēs.Idē. Vua tanimia pro amuleto utunẽ.Idem.cyclamini radix cõtra ſerpētes oēs folia habet minora q̃ hedera,nigriora & tenuiora ſine angulis,in quibus albicant maculæ, caule exiguo inani,florib⁹ purpureis,radice lata,ut rapũ uideri poſſit,cortice nigro,naſcitur in umbroſis.A noſtris tuber terræ uocaẽ herba in oibus ſerenda domibus,ſi uerũ eſt,ubi ſata ſit nihil nocere mala medicamēta.Hæc eſt q̃ uulgo Panē porcinũ uocãt repræſentãs ebrietatē.propterea ea ad piſces capiũdos utuntur radice tuſa.in amnē coniecta.Idē,fel canis nigri maſculi amuletũ eſſe dicũt domus totius.Idē,ſcarabeorũ cornua grãdia denticulata,adalligata infantib⁹amuleti naturã obtinēt.Idem corallium religioſum in primis eē geſtamē exiſtimãt a moliēdis periculis.Bullã ergo amulã eſſe manifeſtum eſt,dictam a ſimilitudĩe eius bullæ,quæ ſpiritu in aqua excitatur præcipue dum bullit,figura rotũdæ.a qua cũ mox deficit,notiſſimũ illud,ueriſſimũ prouerbium ē.Homo bulla.Nulla certe fieri uerior cõparatio potuit ad uitæ humanæ fragilitatē oſtendēdã.Nã quod aliqui bullã ἀπὸ τῆς βουλῆς, hoc eſt a cõſilio deduſtã uolũt,plenũ inſaniæ eſt. Ab hac bulla fit bullo uerbum,q̃d eſt bullas facio.Plynius.Mala ſigna ſunt urinæ bullãtis,& craſſæ.Et bullula diminutiuũ,& bullio uerbũ,q̃d ē ferueo.& ebullio eiuſdem ſignificationis,a quo ebullitio feruor.Prætextæ igiẽ,& bullæ geſtãdæ mos a priſci Tarquinii filio deductus eſt.Alii tradunt eundē priſcũ,cũ ſtatum ciuitatis ordinaret iſtituiſſe,ut patricioꝝ filii bulla aurea uterenẽ,& toga,quæ purpura prætexitur.hi tãtũ,quorũ patres curulē magiſtratũ geſſiſſent.cæteris prætextã tantũ indulſiſſe,uſq; ad eos, quoꝝ parentes equo ſtipendia iuſta meruiſſent.interiecto deĩde tēpore etiã libertinis cõceſſum,qui ex iuſta dũtaxat matreſamilias nati fuiſſēt,ut ꝑtextã,& lorũ in collo pro bullæ decore geſtarent. Lorũ ꝓprie corigia ē ex corio,quã græci ιμαντα.uocãt Ideo poniẽ pro cingulo,uñ poetæ balteum ueneris,q ceſtus diciẽ,Lorũ appellant.hinc loripes uocaẽ,qui pedum in modum lori tardum habet.Iuuena.Loripedē rectus derideat.æthiopē albus.Lora etiam habenas uocam⁹& retinacula iumētoꝝ.Itē zonas,ac uolumina ex corio bubulo, q̃bus pugiles utebãtur. Papi.& nigra gerebat lora manu.Præterea quæcũq; ligamina lora dici poſſunt.Et loramēta ligamenta etiam,quæ ex tabulis fiũt.Hieronymus,loramēto ligneo circũdatũ ædificii fundamētũ nõ diſſolueẽ.Ab hoc loꝝ etiã pro corigia accipiẽ,qua homines uerberarētur.unde lorarii dicebantur,q in ſcænicis fabulis parebãt iis, qui ludis erãt præfecti,& uel uiciebant,uel cædebant eos,quos iuſſi erãt uincire,uel cædere.Tortores quoq; lorarios uocatos ĩuenimus Itē lora dicuntur corigiæ,quibus lecti & ſellæ inſtruũtur ſuper quibus tomenta uel culcitræ ĩponunẽ. Martialis.Nouis linteis loriſq; Hinc etiã funiculus aure⁹ argēteuſue,qui collo geſtari ſolet lo

rum appellat. A loro lorica dicitur munimētū corporis, quale in Imperatorū antiqssimis statuis uidemus, qđ si in numine sit, Aegis ægidis dicit, habetq; ī medio caput medusæ. Veteres e loris, de corio crudo pectoralia faciebant. Virgilius. Cui pellis latos humeros erepta iuuenco pugnatorē operit. postea ex annulis ferratā instituere. A lorica fit lorico uerbū, quod ē loricā induo. capit etiā pro armo. Ab eo cōpositū fit dilorico, quod est discindo. Cicero. Qui ī causa perorāda nō dubitauit reū excitare cōsulārē, & eius diloricare tunicam. Lora uero fœminino genere genus potionis est, quā græci deuteriā appellāt quasi secundariā. nā δεύτερον apud eos secūdū dicit. Non potest iure uocari uinū, q̄uis inter uina operaria numeret. Tria eoꝝ genera. Primū decima parte aquæ addita q̄ musti expssa sit, & ita nocte & die madefactis uinaceis, rursusq; prælo subiectis. Secūdū tertia parte eius, qđ expssum sit, addita aquæ expressoq; decocto ad tertias partes. Tertiū fecib⁹ uini expressum, quod fecatū Cato appellat. Sūt qui existiment a Romulo ingenuis pueris tributū, ut cordis figurā in bulla ante pectus adnecterēt, quā inspiciētes ita demū se esse hoīes cogitarent, si corde præstarēt. Togā uero ptextā ea ratione adiunctā ut ex purpuræ rubore īgenuitatis pudorē p se ferrēt. A prætexta prætextati dicti, qui prætexta utunt, sicut a toga togati. Prætextati aūt sūt q̄diu uirilē togā non sumpserūt. Hi pro malefactis nō soluebant mulctā, sed āguillarū tergoribus uerberari solebāt. Nefas aūt his erat obscœno uerbo uti, ideoq; ptextū appellabant sermonē, qui nihil obscœnitatis haberet. prætexta pulla nulli alii licebat uti, q̄ ei qui funus faciebat. Primus aūt prætextati cognomentū adeptus est papyrius puer. Mos olim senatoribus erat in curiā cū prætextatis filiis ingredi, quotiens in senatu de re aliq̄ acturi essent, qđ si in posterū diem plata res foret, placuit ne qs rem sup qua sermo habit⁹ foret nūciaret, priusq̄ decreta esset Mater papyrii q cū pre in curia fuerat qd nā in senatu actū a patrib⁹ foret, filiū rogat. ille nefas eē id dicere respōdit, fit illa cognoscēdi qd actum esset auidior, filiūq; īportuni⁹ urget. Tū ille actū ī senatu cōfingit, Vtrū reipublicæ utilius uideretur, un⁹ne ut duas uxores haberet, an ut duob⁹ una nupta eēt. Ea re ītellecta mulier domo egredit. rē cæteris narrat. Postridie magnus matrūfamilias numerus ad senatū cōfluit, oēsq; fluentib⁹ lachrymis obsecrant, una potius ut duob⁹ nupta sit, q̄ ut un⁹ uir duas habeat uxores. Admirat senatus rei nouitatē ac stupet. Tū puer papyrius rē apit. Senatus fidē atq; īgeniū pueri exosculatus cōsultū facit, ne quis post hac puer cū pre curiā ītroeat pter unum papyriū, eiq; publico decreto prætextati indit cognomē, ob tacēdi loquēdiq; in prætextæ ætate prudētiā. Id postea cognomē in oēm eius familiā trāslatū fuit. Itē a prætexta prætextæ dictæ sunt fabulæ. Horatius, Vel qui prætextas, uel qui docuere togatas. Togatarū enī fabularū species tot pene sunt, quot palliatarū. Primæ species prætextæ dicūtur, in qbus Imperatorū negocia agebant, & publica, regesq; Romani uel duces inducebant, personarū dignitate pene tragœdiis similes, dictæ prætextæ, qđ in his fere regū aut magistratuū acta cōpræhendunt, qui pricipio prætexta toga utebant. Secūda species est togatarū, quæ tabernariæ dicunt humilitate psonarū, & similitudine argumētorū comœdiis pares, in quib⁹ nō magistrat⁹, regesq; sed humiles hoīes, & priuatæ domus inducunt. uocatæ tabernariæ, qđ olim tabulis domus cōmuniter tegerent. Tertia species Attellanarū fabularū ē, q̄ a ciuitate oscoꝝ Attellana, in qua primū cœptæ sūt Attellanæ sunt dictæ, argumētis dictisq; iocularib⁹, similes satyricis fabulis græcis. Quarta species ē planipedes græce dicit Mimus. Ideo enī latine planipes uocat, quia actores pedib⁹ planis idest nudis proscæniū introibāt, nō ut tragici actores cū coturnis, neq; ut comici cū soccis, qđ olī nō in suggesto scænæ, sed in plano orchestræ positis instrumētis mimicis actitabāt. Togata prætexta a tragœdia differt, qđ in tragœdia heroes introducunt, ut Pacuuius tragœdias heroicis nominibus inscripsit. Horestē, chrysen, & his similia. In prætexta aūt introducunt magni uiri, in scribūturq; brutus. Decius. Marcellus, & huiusmodi. Togata tabernaria a comœdia differt, qđ in comœdia græci ritus inducūtur, græcæq; psonæ, in illa uero latinæ. in hac maxime excelluisset Afranius, nisi argumēta fœdis puerorum amorib⁹ inquinasset. Attellana a satyrica differt, qđ ī satyrica fere satyroꝝ personæ introducūtur, aut si quæ sunt ridiculæ similes satyris. In Attellana obscœnæ, turpesq; psonæ. Mimus est sermonis cuiuslibet sine reuerentia. uel factorū cū lasciuia imitatio, dict⁹ q̄si solus imitet μιμοῦμαι imitor. Nā & si alia poemata idē faciāt solus tamen mimus q̄si priuilegio quodā quod fuit cōmune possedit. Mimus ēt histrionem significat ꝙ mores gestus ac naturas hoīum imitet. Togæ præterea alia quoq; genera erāt. toga regia q̄ & undulata dicebat, qua serui⁹ Tullus Romanorū rex usus fuit, facta primo a. C. Cecilia, & dicta undulata ab undarum similitudine, quēadmodum supra diximus. Toga pura quæ nō erat obsita, non fuliginosa, non maculam habēs. Induebanturq; ea sacerdotes ad sacrificium, & nouæ nuptæ, & tirones cum sacramento militiæ obstringebantur. Toga picta, in qua aliquæ figuræ intextæ seu pictæ erāt. Nā picturā Homeri tpibus fuisse indicio ē, qđ pictarū uestiū mētionē facit. Homer⁹ ἣν δ' εὗρεν μεγάρῳ. ἡ δὲ μέγαν ἱστὸν ὕφαινεν δίπλακα μαρμαρέον πολέας δ' ἐνέπασσεν ἀέθλους ζώων θ' ἱπποδάμων καὶ ἀχαιῶν χαλκοχιτώνων. Hāc iḡt īuenit in atrio. hæc ma

gnũ telũ texebat duplex marmoreũ, multa aũt pĩgebat certamina. Troianorũ domitorũ equorum & achiuorũ æneas habẽtiũ uestes. Qui picturã uolũt Homeri tẽpore nõ fuisse ĩ usu ενεπασεν exponunt nõ pingebat sed intexebat. Toga soriculata, quæ uariis conserta coloribus erat, Varro Vermiculatã, ac soriculatam uestẽ. dicta a cõserendo. Nam & sorilla nauigia istrica uocantur, quod lino ac sparto cõserantur & cõdensentur. Toga rasa phrygiaq;, quæ nullos habeat uillos, acuq; texit, & a græcis fœminino genere γαλβανη, a nobis neutro galbanũ dicitur a colore albo ac sublucido. Iuuenalis. Et galbana rasa, a quo galbanat⁹ dicit galbano indutus. Et galbinus mollis. lasciuus. Martia. Galbinos habet mores. Er galbaneus mali odoris, & galbeũ genus ornamẽti muliebris. Galbanum arbor est Syriæ in amano mõte similis ferulæ resinam, pducens purã trãslucidã, similẽ amoniaco candore, quæ lomẽto & sagapeno, hoc est lachryma ferulæ ob nitoris similitudinẽ adulterari solet. Acu facere huiusmõi uestes idæi phryges inuenere. Ideoq; appellatæ sũt phrygianæ, & qui eas faciebãt phrygiones dicti. Plau. Stat fullo phrygio aurifex lanarius. Hæc in usu diui Augusti temporibus cœpere. Phrygia minoris Asiæ, puincia ẽ. A phrygio amne, q̃ illã a caria diuidit, sic cognomĩata, uel (ut alii uolũt) a phrygia cecropi s filia, in hac ẽ dardania, a dardano Iouis filio appellata a quo dardanidæ, postea a Troe nepote, hoc est filio Erichthonii filii dardani troia nũcupata. Toga crebra papauerata aliquando antiquior fuit. Siquidẽ a lucillio poeta in torq̃to notata est. Dicta crebra a spissitudine, papauerata a colore cãdido, Genus est papaueris albi satiui, cuius semẽ tostũ in secũda mẽsa cũ melle apud antiquos edebat, & eo panis rustici crustæ cũ ouo infundebantur, hoc præcipuũ quẽdã cãdorẽ lina, & lanæ cõtrahunt. Eadẽ toga & spissa dicebat. Toga rara contraria crebræ. Martia. Lis nũq̃. toga rara. mẽs quieta. Eadem per diminutionẽ & ralla dicebat. Plau. Toga ralla, tunica spissa. Erat & alia toga regia, auro & purpura intexta, qua soli reges & augures utebantur, eadẽq; trabea uocabat. Virgili. ipse Quirinali lituo, paruaq; sedebat succinctus trabea, læuaq; ancile gerebat. Et regilla ac basilica, q̃bus similiter reges utebant. Plaut⁹. An regillam an basilicã induã an mediculã? Toga triũphalis qua ĩperatores triũphantes utebant. hæc picta erat, & togæ Iouis similis, & palmata siue palmaris dicebat, qđ ea utebant, qui palmã hoc ẽ uictoriã meruissent. Martialis, palmatæq; ducẽ sed cito redde togæ. Flãmminea toga siue flãmãs, qua boni ominis gratia sponsæ utebant, ut ĩferius dicemus. Attalica toga in qua aurum erat intextũ, qđ attalũ regẽ in Asia inuenisse cõstat, ex quo sumpsit nomẽ. Toga babylonica, ĩ qua diuersi erãt picturæ colores, quã babylon maxime celebrauit. Toga polymita, quæ plurimis liciis cõtexta est. Græci μιτον filũ uocãt, qđ nos liciũ dicim⁹. A quo μονομιτα dicunt, quæ uno licio constant, διμιτα quæ duobus, τριμιτα quæ tribus, πολυμιτα quæ plurib⁹, hoc gen⁹ togæ alexandria primum instituit. Alterũ eius genus est, quæ cubicularia polymita dicit, de qua Martialis. Hæc tibi memphitis tellus dat munera, uicta est pectine niliaco iam babylonis acus. Toga scutulata, quæ istriæ, liburniæq; & aliis huiusmodi pilis potius q̃ lanis texta erat, & scutulis quibusdã undulatæ similis. hanc prima gallia inuenit. scutula aliquando serpentis genus est in Africa, aliquãdo uasculi genus rotũdi. cõcaui. Martia. sic implet gabatas, paropsidesq;, & leues scutulas, cauasq; lances. Lucil. & scutulamq; ligneã in cerebrum fixit. Huius diminutiuũ est scutella. Cicero. Collocemus in culcitra plumea psaltriã, adducam⁹ demus scutellã dulciculæ potionis, aliqd prouideamus & cibi. nõnũq̃ significat hastã teretẽ, qua lina tũdunt. Quapropter & exigua hastula in qua lacedæmonii mẽbranã inuoluẽtes lr̃as scribebãt, Scutula uocabatur. id genus erat furtiuarũ litterarũ. Nã reuoluta ex trũco mẽbrana, lr̃as trũcas mutilasq; reddebat, mẽbraq;, earũ spargebat in partes diuersissimas, adeo ut nõ nisi ĩplicata in eodẽ surculo mẽbrana, legi possent. huiusmõi epistolã lacedæmonii σκυταλην, hoc est scutulã uocant. A scutula igit quãdo uasis genus est, scutulatæ uestes appellatæ, qđ orbibus quibusdã q̃si scutulis depictæ sunt, cærulea indutus scutulata aut galbana rasa. Toga forẽsis, quã ad forũ pficiscẽtes sumebãt. Apuleius. Forensi toga indutus accumbebat. Hæc & neutro genere Forẽsia uocabantur. Idẽ sumpsit palliũ, forensia domi reliquit. Suetonius de augusto, forensia & calceos nunq̃ nõ intra cubiculũ habuit. toga triclinaris, cũ qua discũbere ĩ cõuiuiis solebãt, hæc & cœnatoria dicebat. Martia. Cœnatoria mittat aduocato. Idẽ de cœnatoriis. Nec fora sunt nobis, sed nec uadimonia nota. his opus est pictis accubuisse toris. Vocabant etiã recidipna cõposito ex utraq; lingua uocabulo, reciniũ enim apud nos est uestis antiquissima q̃drata, ut Varro refert, cuius mediã partẽ retrorsũ iaciebant, unde reciniati mimi dicebãtur. δειπνος uero apud græcos cœnã significat. Itaq; recidipna dictæ sunt uestes. quas uocãt cœnatoria. Iuuenalis, rusticus ille tuus sumit recidipna Quirine. Eadẽ etiã triclinaria dicunt. Plynius. Metellus scipioni triclinaria babylonica sestertiũ octuaginta milibus uenisse. iam tũc ĩponit in capitalibus criminibus, quæ Neroni principi q̃dringentis milib⁹ sestertiũ nup stetere. Præter togã alia quoq; uestimentorũ genera ĩ usu fuere. Palliũ supra tunicã sereno tpe sumebat, uestis erat honestior longe lateq; diffusa, & uiris mulieribusq; cõueniẽs. Cuius diminutiuũ ẽ palliolũ, qđ significat

breuiꝰ palliū ad caput tegendū. Vnde palliolatī aduerbiū. Plau. Palliolatim amictus sic incessi ludibūdus, & palliolatus huiusmodi palliolo indutus, & palliastrū rude palliū & uile. Apuleiꝰ Ecce Socratē cōtubernalē meū cōspicio, humi sedebat scissili palliastro semiamictus. & pallio uerbū, qđ ꝓ cœlo accipit̄. Apuleiꝰ. Nec palliari tā apta res pōt. Palla uero dūtaxat muliebre uestimētū est ad uestigia usq; demissū. Vir. Pro longæ tegmine pallæ tigridis exuuiæ per dorsū a uertice pendent. Idē pallam signis auroq; rigentē. Plautus. Pallā ad phrygionē fert cōfecto prandio. In gallia tamen uiri quoq; palla utebant̄, sed breuiore. Martia. Dimidiasq; nates gallica palla tegit. Nebulo uero seu pluuio tēpore pro pallio penulā supra tunicā sumebāt. Pōponius penulā in caput īduce ne te noscat. Quintil. Calba penulā roganti nō possum cōmodare inqt, domi maneo, cū cœnaculū eiꝰ ꝓplueret. Idē Galba penulā rogāti, rñdit, non pluit, nō est opus tibi. Si pluit ipē utar. hæc si e pellibꝰ esset Scortea (ut supra diximꝰ) uocabat̄, scorta. enī ueteres pelles noīabāt. Martia. Ingrediare uiā cœlo licet usq; sereno. Ad subitas nūq̄ scortea desit aq̄s. Erat ēt penula Gausapina cādida ac uillosa, qua per æstū utebant̄. Idē is mihi cādor inē uillorū gratia tanta est, ut me uel media sumere messe uelis. Abusiue tamen penula ꝓ omni eo qđ tegit. Penulariū q̄si theca est, & uagina penulæ, siue locus, ī quo penulæ reponunt̄. Peniculamētū uero nō a penula dicit̄, sed a pene qđ ꝓprie caudā significat, ꝓpter qđ pudēda uiri honestiore uocabulo penē q̄si caudā appellamus. Est aūt peniculamētū pars uestis, quæ terrā attingit. Enniꝰ pendēt peniculamēta unū ad quēq; pedū. A pene ēt penitā offā dicimus, offam porcinā cū cauda. Et peniculos siue penicillos. Itē neutro genere penicula & penicilla, q̄bus calciamenta detergūt. Itē quibus pingūt, quoniā ex caudarū extremitatibus fiūt. Itē quibus albarium tectorio inferunt, qui dicunt̄ Tectorii peniculi. Plyniꝰ. Setarū ex iis e penicillis tectoriis cinis cū adipe tritus. Itē q̄bus uulnera stipant̄, uel ideo nec claudant̄, uel ut aperiantur magis, ut sunt penicilli ex linteolis cōcerptis ex medulla sābuci & ex spongia. Idē tū penicillo uulnꝰ aptū omne. præterea quo ad aliqđ mundādū illinēdūue utimur, peniculū seu penicillū uocamꝰ præsertī si ex spōgia factū sit. Terentius, quid ignaue peniculō pugnare, qui istuc huc portes cogitas? Ply. Aesopūq; cū myrrha calidū penicillo illitū. Itē spōgiæ genꝰ ē mollissimū, q penicillus appellat̄, ex quo fiūt penicilli. Tria enim genera spōgiarū sunt spissū ac prædurū & asperū, qđ tragos uocat̄, quidā has fœmīas putāt maioribꝰ fistulis. Spissū & mīoribꝰ fistulis ac molliooribꝰ quos credūt mares & Achilleū noīat̄, ꝙ usus eo in uulnere curādo fuerit Achilles, & molissimū qui dr̄ penicillus. Spongias antiqui in delitiis habuerūt, strigilū uice linteorūq; illis utētes ad distrigēda ac mūdāda corpora. Quapropter purpura tingebāt eas, alias cura cādidas faciebāt tinctas p æstatē salis spuma ad lunā, & pruinas sternētes iuersas, ut candorē biberēt. Mēsas ēt his tergere mos erat. Martia. Hæc tibi sorte datur tergēdis spōgia mensis. Vtilis expresso cū leuis ībre tumet. Animal hoc eē ex aquatiliū generꝛ existimāt. alitur cōchis, & pisce, & limo, intellectū in his esse apparet. quoniā ubi auulsorē sentiūt, cōtrahunt̄, & multo difficilius ex petris in q̄bus nascunt̄ oēs. auulsæ relinquūt in petris ueluti cruoris uestigiū, atq; ex his q̄si radicibus molliores penicilli recrescūt. Pessimū genus earū ē, quæ Aplysiæ uocant̄. quia erui nō possunt. aplysiū enī illotū dicimus ab α priuatiua ꝑticula & πλυνω lauo. a quo Plynio Veronēsi inditū nomē putamꝰ. Viuūt lōgissimo tēpore, & ob hoc maxime ꝓsunt corporibus, quia nostro suū miscent. usus earū ab abstergēda, fouēda opienda in fomentis p̄sertim, dū aliud remouet̄, aliud īponit̄. Infinitæ pene earū utilitates sunt. Polybiꝰ scribit penicillos sup ægrum suspensos q̄etiores facere noctes. Impluuia quoq; uestis erat, qua sacerdotes per ībrem utebant̄. Pluuiale nūc uulgo appellat̄. Varro. Saliū quoq; sereno tēpore impluuia amictū fuisse criminabant̄. Lanerū genus uestimēti erat ex lana succida cōfectū, unde habet nomē. amictoriū uestimētū puellare cādidū ac subtilissimū ex lino, de quo Martialis, māmosam metuo, teneræ me trade puellæ, ut possit niueo pectore lina frui. Chlamys uestis militaris ē pallio pene aduersa cū breuior multo, atq; arctior sit. Plau. Puer cape Chlamydē & da palliū. Tamē Chlamydē hanc tene, ut si hæc uera non sint, rursus deposito pallio eā sumā atq; incœptū hoc itiner ꝑficere exequar. Idē Cape sis puer hoc palliū, & da chlamydē, ut abeā. Ab hoc fit chlamydula. Idem. Tu sume chlamydulā. Primus numa Romanorū rex chlamydē in usum recepit. Nā cū legati Isaurorū ad eū uenissent, uisis illorū uestibꝰ sumpsit Chlamydē, cōiūxitq; uestē regiā cū senatoria nō foris, sed intus purpura posita, ut ex utraq; una cōficeret̄. Traslata postea hæc uestis fuit ī usum militarē. Vir. Sidoniā picto chlamydē circūdata limbo. De hac celebre ꝓuerbiū ē. Silosontis chlamys, qđ de his dr̄, qui iactāt se magnificētia uestimētorū, quoniā Siloson cū in exilio esset, uestē habebat insignē, ac sumptuosā, quā cū Dario nōdū regi, dono misisset, is postea regno potitꝰ, ac beneficii memor, natali solo eū restituit. A chlamyde chlamydatus dicitur. Plau. Quis hic hō chlamydatꝰ est? aut nō est, aut quē quæritat? peregrina facies uidet̄ hois, atq; ignobilis. palliū nostri paludamētū uocāt, q̄uis hoc etiā pro ornamētis militaribus capiat̄. Salustius. Eodē tꝑe Lentulꝰ duplici acie locū in editū multo sanguine suorū defensus, postq̄ e sarcinis paludamēta

obstare aīaduertit. Ply. Cocceū īperatoriis dicatū paludamētis. Vnde paludati dicunť, qui uel īperatoriā Clamydē, uel alia eiꝰ ornamēta gestāt. Cicero. Antoniꝰ gemēs ante lucē paludatus. Salustius. Dū paludatus incederet, inire ꝗprimū prælīū cogitauit. Aulæū quoq; genus uestis eē manifestū est peregrinū, & ꝗsi militare paludamētū. Varro. Quod ex hæreditate attalica aulæa, Chlamydes. pallæ aureæ. Virg. purpurea intexti tollāt aulæa Britāni. Sūt etiā aulæa uela picta, ꝗbꝰ aulæ teguntᷣ, de ꝗbus supra diximꝰ. Patagiū aurea Chlamys est, quæ ꝑtiosis tunicis superindui solet, uñ qui ita induti sūt, patagiati dicunť, & patagiarii, qui huiusmōi uestes faciūt. Apuleiꝰ. Vberes eni crines leniter emissos, & ceruice depēdulos, ac deīde per colla dispositos, sensimq; sinuato patagio, residētes paulisper ad finē cōglobatos in summū uerticē nodus astrixerat. Læna similiter uestis genus est militaris, uilloꝝ crassitudīe calefaciēs chlamydē. utunť hac hyeme, ac supra oīa uestimēta induūt. Virg. Thyrioq; ardebat murice læna. Varro. Lænā a lana dictā putat. Ego potius ἀπὸ τῆς χλαίνας, Lenā deductā existimo detractione primæ literæ. Chlæna aūt ἀπὸ τοῦ χλιαίνειν deduciť, qđ tepefacere est. Item abolla uestis est militaris, ac etiam grauiorū, ac magnorum uirorū. Varro. Toga tracta est, & abolla data est. Iuue. Atq; audi facinus maioris abollæ. Idem. Rapta properabat abolla pegasus. Sagū quoq; militare ē uestimentum. Salu. Occurrere duci, & ad prælium accedere, adeo uti metello in Sagum Herculeio in brachium tela uenirent. Virgilius. Virgatis lucēt sagulis. hac ueste utpote latiori & quadrata homini supposita iactare eum in altum excutiendo solebant. Martia. Ibis ab excusso missus in astra Sago. Sueto. Ferebatur & uagari noctibus solitus, atq; īualidum quēq; obuiorum uel potulentum corripere, ac distento sago impositum in sublime iactare. Hinc quidam saccū deductum existimant, hoc est culeum, quod ad sagi similitudinem a parte superiori & inferiori æꝗliter latꝰ sit. Saccus hordearius siue frumentarius est, quo hordeum siue frumētum geriť. Saccus niuarius, quo aquæ ex niuibus. Saccus uinarius, quo uini feces colātur. Sacculus diminutiuum est a sacco, & significat marsupium. Stolam ueteres dixerunt quicquid corpus tegeret, & apud græcos στολὴ indumentum significat, unde stola est deductum. Varro Mulierem aliam cerneres cum stola obsita. Postea ad honestæ tantum matronæ uestem hoc nomē translatum est, quæ usq; ad imos pedes demissa erat, & extremam eius partem ambibat. instita assuta, quæ tenuissima fasciola erat. hanc notat Horatius cum īquit. Nil mediū est, sunt qui nolūt tetigisse nisi illas, quarum subsuta talos tegit instita ueste. Contra alius nullam nisi olenti ī fornice stantem. & Ouidius in libro de tristibus cum uellet ostendere se libros de arte amādi nō scripsisse grauioribus fœminis, postquā uersus illos repetit. Este procul uittæ tenues īsigne pudoris. Quæq; tegis medios instita longa pedes. Mox addit. Ecquid ab hac omnes rigida submouimus arte. Quas stola contingi, sumptaq; uitta uetat. Hinc stola pro matronis & honestis mulieribus ponitur. Papinius. Omnis plebeio teritur prætexta tumultu. Hinc eques, hinc iuuenum cœtu stola mixta laborat, & stolatum matronalem atq; honestum dicimus. Martialis. Quis floralia uestit, & stolatum permittit meretricibus pudorem? Limbus etiam muliebre uestimentum erat, purpuram in imo consutam habens. Plau. Textores limborarii. Quidam tamen limbum putant Fasciam esse, quæ ambit partem uestis extremam, quā institam dici supra ostendimus. Virg. Sidoniam picto chlamydem circundata limbo. Peplum proprie palla ē fœminea picta, & mineruæ consecrata. Virg. Interea ad templum nō æquæ palladis ibant. Crinibus Iliades passis, peplūq; ferebant. Plau. Tunc uenio cum peplum infertur. Lacerna pallii genus est fimbriati, dicta ꝙ capitio minus sit. a lacerando lacerum enim dicimus quicquid corpore īminutū est, hæc uestis utrinq; indui potest, & ex utraq; reiici parte. Capitium capitis tegmē est a capite appellatū (uel sicut Varro inquit) ꝙ capiat, hoc est comprehendat pectus. Capitulū quoq; diciť. Itē Cucullus operculum est capitis, unde penulæ gallicæ genus, si cucullū non habet, Bardiacus diciť, si cū cucullo Bardocucullus uocať. Martia. Gallia santonico uestit te Bardocucullo. cercopithecorū penula nuper erat, Itē calyptra genus est uestimēti, quo capita operiuntur. Rica quadratū uestimētū est fimbriatū, purpureū, quo pro palliolo utebantur flaminicæ, alii ex lana succida fieri solitum dicūt alba, qđ conficiebant uirgines patrimæ, & matrimæ ciues, ut inficereť luteo colore, quo indui flāminicas mos erat. Est etiā rica ueli genus, quo mulieres capita tegūt. dictū (ut Varro sentit) a ritu, qđ romano ritu sacrificia fœminæ cū faciūt, capita uelāt. Serenus. Aut zonulā, aut acū, aut ricā. eius diminutiuū ē ricula, quæ pro sudario accipitur. Flaminiū tegmē, quo matronæ capita tegebāt. Plautꝰ. Flaminiarii. uiolarii. carinarii. Itē flāmeū genus ueli lutei nuptialis, de quo īferius dicemus. Suffibulū uestimentū albū. prætextum. quadrangulū. oblongū, qđ in capite uestales uirgines sacrificātes habebāt, idq; fibula cōprehendebať. Reticulū tegmē capitis a rete dictū, ꝙ capillū cōtineat. Rete (ut Varro sentit) a raritate. Strophiū fascia est pectoralis, quæ uirginalē tumorē cohibet papillarū. Turpiliꝰ, me miserā ꝙ iter uias epistola excidit mihi. Infœlix īter tuniculā ac strophiū collocarā. Martia. Fascia crescētes dominæ compesce papillas. Vt sit qđ capiat nostra, tegatq; manus. Strophia ēt te

nuiores coronæ a ueterib⁹ dictæ ab insigni, qđ ponebāt in capitib⁹ sacerdotū, qđ ἀπὸ του στρεφειν hoc est a uertēdo strophus uocabatur, hinc nota sunt strophiola, qbus in sacris utebant. Calática tegmē muliebre, qđ capiti innectit. Cicero. Tu ne cū mētirent pedes fusci, cū calāticā capiti accōmodares. Vētrale, seu semicinctū uestimētū est uētrē cōtegēs. Plyni⁹, patris mei memoria cœpere Amphimala nostra, sicut uillosa etiā uentralia. Martialis de semicincto. Det tunicā locuples, ego te præcingere possum. Essem si locuples munus utrunq; darē. Plaga grande erat lineū tegmē cādidū, qđ sindonē uocāt, q̄le est, quo nūc utūt mulieres Romanæ, olim passim ī usu erat. Varro. Chlamydes, plagæ, uasa aurea. huius diminutiuū ē plagula. Nā lodices linteoli sūt qbus in lecto utimur, & frequēter eos lauam⁹, unde a polluēdo lodices appellatos nōnulli putant. Iuuena. Modo sub lodice relictis uteris in turba. Martialis de lodicib⁹. Nudo stragula ne toro paterēt, iunctæ nos tibi uenimus sorores. Cæsitiū quoq; linteolus erat purus & candid⁹, dictus, q̄ cædēdo ad cādorē pueñret, uel qđ oras circūcisas haberet, ut supra dixim⁹. Plautus. Linteollū cæsitiū, Exoticū peregrinū uestimētū dicebat. Idē basilicā aut exoticā induam. Mollicina uestis a mollicie nomē sumpsit. Noni⁹ molliciniā chiroditā, reciniū, succentonem quoq; legim⁹ meretriciæ uestis gen⁹, apud ueteres fuisse. Itē ēcimibomata & Parnacidas uestes appellatas puellares. Cato. Vt puellæ habeāt potius ī uestitu chlamydas encimibomata & Parnacidas q̄ togas. Calassis quoq; uestis genus ē qđ græci καλασσον dicūt. Alii dicūt nodum eē tunicæ muliebris, quo connexa circa ceruicē tunica submittit. Itē cyclas uestis gen⁹ supi⁹ arcta, ampla inferius, a circuli rotūditate ita appellata. Iuuena. Tenui sudāt in cyclade, & Exomides comici uestitus sūt exertis humeris. Synthesis uestis erat breuis & expedita ex diuersis lanarū colorib⁹ cōposita, q̄les sūt qbus nūc milites in castris utunt, ꝓpter qđ synthesis dicta ē, qđ apud græcos cōpositionē significat, hac ueste in saturnalib⁹ sumpto pileo, & toga deposita, uti senatoribus quoq; atq; equitibus mos erat. Martia. Synthesibus dū gaudet eques, dn̄sq; senat⁹. Dūque decent nostrū pilea sumpta Iouē. Idē. Dū toga per quinas gaudet reqescere luces. Hos poteris cultus sumere iure tuo. Aliis tpib⁹ uti synthesi seruile atq; ignominiosū erat, ꝓpter quod Nero priceps notatus est, q̄ synthesiatus aliquādo, ac discalciatus in publicū ꝓdierit. Scæuola iuriscōsult⁹ de synthesi sic scribit, semproniæ piæ hoc āplius cooptoria tabiana, & tunicas tres cū palliolis, q̄ elegerit, dari uolo. Quæro an ex uniuersa ueste, idest an ex synthesi tunicas singulas, & palliola sempronia eligere possit. Rn̄deo, si essent tunicæ singulæ cū palliolis relictæ, ex iis dūtaxat eligi posse. Quod si nō eēnt hæredē, uel tunicas & palliola ex Synthesi p̄statuꝝ, uel uerā æstimationē daturū. Ex quo manifeste apparet synthesinā a cōi ueste distingui, qđ ēt Martialis ostendit. Sic tua suppositis plucēt prela lacernis. Sic micat innumeris arcula synthesibus. Synthesis ēt uasis genus fictilis ex diuersis uasis cōpositi. Martia. Septēnaria synthesis sagunti. Papinius. Vnā mittere synthesim qđ horres. Alborū calicū atq; cacaborū. Itē multitia īdumēta dicebāt minutissimis filis cōtexta, unde a multis filis & ꝓpterea subtilibus nomē inditū, uel a mulcēdo, qm̄ carnē demulceāt, & tātū pluratiuo numero declinat. Iuuena. Quæro an deceant multicia testē. Itē. Clauata uestis siue clauus uestimēti genus erat, uel ut qbusdā clauis aureis distinctū, qđ & a plumaꝝ similitudine plumatile uocabat. Quod si latior ipsa uestis erat latus clau⁹ dicebat, hac soli senatores ac patricii īduebant, aliqn̄ ēt sacerdotib⁹ ac pōtificib⁹ dabat. Sylius, sacrificā lato uestē distinguere clauo. Tradūt mecenatē in equestri dignitate spontæ ꝑmāsisse, cū utiq; sumēdi lati claui potestas ei pateret. Martialis. Dū ꝓauos atauosq; refers, & nomina magna. Dū tibi noster eques sordida conditio est. Dū te posse negas nisi lato Gellia clauo nubere, nupsisti gellia cystigero. Quintil. Notat interī negligētia latū habētiū clauum, modus est ut sit paululū cinctura submissior Hora. Nā ut qsq; īsanus mediis nigrū īpediet crus pellibus, & latū demisit pectore clauū. Audit cōtinuo q̄s hō hic, quo patre nat⁹. Hinc laticlaui dicebant patricii. Suetoni⁹ de Nerone. A laticlauo, cui⁹ uxorē attrectauerat, cæsus. Cœpit latus clauus Vespasiani fere tēporibus in modū Gausapæ texi, Vnde Martia. Et lato uariata mappa clauo Præclauū pars uestis erat, quæ ante clauū texebat. Afrani⁹. Totū diē p̄clauū unū texere. Hinc a clauis ēt clauata dicunt, uel uestimēta clauis ītexta, uel calciamēta clauis confixa. & clauati socci, q̄ sola habeāt clauis ītexta, uel calciamēta clauis confixa. Clauus a claudēdo dicitur ob id eni figit, ut claudat, siue cōtineat aliqđ. Claui ānales appellabant, qui figebant in pariete tēpli per ānos singulos, ut per eos numerus ānorū colligeret. Erat eni lex priscis litteris ac uerbis scripta, ut qui p̄tor maximus esset, idib⁹ Septēbris clauū pāgeret. Nam quia raræ per ea tempora litteræ erāt, notæ numeri annorū claui fuere. Mineruæ aūt tēplo ea lex dicata erat, qđ numerū Mineruæ putabāt esse. Volsiniis quoq; claui īdices numeri annorū in tēplo nortiæ etruscæ deæ fuisse tradunt. A cōsulib⁹ deīde ad dictatores, quia maius īperiū erat, solēne claui figēdi translatū est. Sed cū hic mos ītermissus fuisset, seuiente post multos annos in urbe pestilētia repetitū ex senioꝝ memoria dicit, pestilētiā quōdā clauo a dictatoꝛ fixo sedatā fuisse. Quapropter ea religione adductū senatū, Dictatorē claui figēdi cā dici iussise, Dictūq;. L. Malliū īperio

ſum,qui.T.pinnariũ magiſtrũ equitũ dixit. Adeo hæc per ſe digna res uiſa eſt,ꝑpter quam dictator crearet᷑.Clauũ ẽt nauis gubernaculũ dicimus,ꝙ eã dirigat, rectãq; cõtineat. Cicero.ille aũt clauũ tenẽs quietus ſedeat in puppi. Virg.Clauũq; ad littora torquet.Itẽ ab huius claui ſimilitudine clauus appellat᷑ tuberculi gen⁹ calloſi,qđ in diuerſis corporis partibus naſcit᷑.maxime tñ in pedibus,& ꝑcipue ex cõtuſo,q̃uis interdũ aliter.Doloréq; ẽt ſi nõ alias,tamẽ ĩgredienti mouet.Arbores quoq; clauũ huiuſmõi patiunt᷑,qui & fungus dicit᷑,& patella.Nihilq; aliud eſt q̃ ſolis exuſtio.A clauo per diminutionẽ clauiculus dicit᷑.Itẽ claua quæ proprie fuſtis eſt teres ex una pte capitatus ad claui ſimilitudinẽ.Plyni⁹de lino,iterũ deinde in filo polit᷑ illiſũ crebro in ſilice ex aqua tectũq; rurſus tundit᷑ clauis,ſemp iniuria melius.Hĩc claua Herculis dicta id genus,quo Hercules utebat᷑.hãc eo loco,quo cũ ea Cacũ occiderat,poſt primas tẽpli ei⁹ ualuas fuiſſe locatã tradũt in foro boario,ubi tẽplũ ei a Sylla iuſſu Sybillæ ædificatũ fuit. Ouidius. Altera pars cyrci cuſtode ſub Hercule tuta.Quod deus euboico carmine munus habet.Idẽ Si titulos quæris ſylla probauit opus.Huius clauæ odore nõ immerito abſterreri canes & muſcas opinabant᷑,qđ ſcilicet nec muſcæ nec canes ædẽ Herculis in foro boario intrarẽt.Claudo uero & clauis a calãdo(ut quidã exiſtimãt) deducunt᷑. Nos a græcis potius ſũpta exiſtimam⁹ apud quos κλειω claudo dr̃,& κλεισ clauis,& ,κλειδιον diminutiuũ clauicula,& κλειδοποιοσ clauiculari⁹ faber,& κλειθρον clauſtrũ, qđ & clauſurã dicim⁹.Itẽ a claui fit clauiger qui clauem fert.Ouidius.Clauigerã uidit Vulcani occũbere prolẽ. Clauiculæ etiã dicũtur paruæ clauæ, hoc eſt paruæ ſudes.Plynius.Clauiculæ quoq; ipſæ,quibus repũt uites tritæ,& ex aqua potæ ſiſtunt uomitionũ cõſuetudinẽ.Cõclaue de quo ſupra diximus,dictũ ꝙ una claui claudat᷑.uñ locus cõclauatus dicit᷑ una claui clauſus. A uerbo cõclauo,cuius paſſiuũ eſt cõclauor,& a clauſtro clauſtrinũ uocamus.ꝙ clauſtri eſt,& clauſtrariũ, de quo ſupra diximus,& clauſtrituũ qui clauſtris Ianuæ præeſt.Claudere interdũ ſignificat includere. Vir. Aut ĩtus clauſus ſatura ad ꝑſepia ſeruat.Interdũ arcere,obſiſtere.Idẽ.Ecce maris magna claudit nos obice põtus. Aliquando circuire.Idẽ.Claudite nymphæ,dictææ nymphæ nemorũ iã claudite ſalt⁹. Vlpianus. Clauſos pro uinctis accipit,ſi mõ ita uincti ſint,ut omni mõ erũpere nõ poſſint.Clauiũ,clauſtrorũque tutelã penes portunnũ eẽ ueteres exiſtimabant,qui portuũ deus eſſet,& clauim mãu tenere fingebat᷑.Nã & claui claudi portus cõſueuere.Clauim mulierib⁹donaræ mos erat ad ſignificandã partus facilitatẽ.clauis inuẽtorẽ Theodorũ ſamiũ fuiſſe cõmemorãt. A claudo clauſula dicit᷑ q̃ſi breuis cõcluſio,& claudus q̃ſi pedib⁹clauſus,hoc eſt ĩpeditus,ꝓhibitus. A quo claudico uerbũ,hoc eſt claudus ĩcedo,& per metaphorã erro,& claudi⁹,ꝓpriũ nomen. A quo aliud ꝓpriũ Claudianus,& Claudiana tonitrua,quia claudius pulcher inſtituit,ut in ludis poſt Scænã collectus lapidũ ita fieret,ut ueri tonitrui ſpeciẽ repræſentarẽt,nã antea leues admodũ parui ſonitus fiebãt,cũ claui & lapides in labrũ Aeneũ coniiciebant᷑. Veteres pro claudo cludo dixerunt,unde in ueterib⁹nunuſmatibus legimus Ianũ cluſit. Ab hoc cõpoſita fiũt circuncludo hoc eſt undiq; claudo.intercludo,iter ĩpedio,& q̃ſi ĩtra claudo. Virg. Intercluſit hyems, & terruit auſter euntes.introcludo in ĩteriorib⁹claudo.Seneca.Qui domi introcluſus ociabat᷑.Occludo claudo.Plau.Occluſit hoſtium ancillæ.Excludo,eiicio.Terẽ.Excluſit,reuocat,& ꝑ metaphorã accipit᷑ pro libero. Accius. Qua uirtute hic ſe ſeruitute excluſerit.Excludere ẽt ẽ incubãdo ex ouis pullũ emittere.Ply.Quædã gallinæ oua gemĩa oĩa pariũt, & geminos ĩterdũ excludũt,alterũ maiorẽ.Alioqn negãt oĩno geminos excludi. Idẽ incubationi dat᷑ initiũ poſt nouã lunã.Celerius excludunt᷑ calidis dieb⁹.Idẽ.Colũbæ excludũt uigeſimo die. Præcludo, claudo.Intercludo,ĩpedio.includo intus claudo ĩtrocludo. Vir.Incluſos utero Danaos.Subterclludo notæ ſignificatiõis.Recludo,aperio.detego.Idẽ. Veteres tellure recludit Theſauros ſecludo ſeorſũ claudo.Cõcludo,ſimul claudo,a quo condulus annulus dr̃ & cõdaliũ ſimiliter annuli genus,qđ digitũ cõcludat.Et ꝑ metaphorã poro,hoc ẽ termino orõnẽ,uñ cõcluſio dicit᷑,quã græci επιλογον,noſtri mõ perorationẽ,mõ cumulũ uocant.Nam cumulus,ꝓprie aceruus eſt,& in cõcluſione oĩa q̃ſi ĩ unũ aceruũ colligunt᷑. A cumulus fit cumulo uerbũ,qđ eſt augeo.coaceruo.ſupaddo. A quo cumulator,& cumulatus,& cumulatior,ac cumulatiſſimus,& Accumulo q̃ſi ad cumulũ addo,& cumulate.cumulatius.cumulatiſſime,hoc eſt abũdãter abundantius,abundantiſſime.& cumulatim aduerbiũ,aceruatim. Virg.cumulum pro altitudine,& q̃ſi cacumine aquæ poſuit.inſequit᷑ cumulo præruptus aquæ mons. Eodem mõ Stati⁹. Aceruũ poſuit pro cumulo aquæ.Horruit ingẽti uenientẽ Iſmenõ aceruo.Iſmenus fluuius ẽ Boetiæ ab Iſmeno Pelaſgi filio cognominat⁹. Ab aceru⁹fit coaceruo uerbũ,qđ eſt cõgero,cumulo.addo. Aceruus enim cõgeries eſt cuiuſcũq; rei. A quo coaceruatio,& coaceruatim. Endromis genus ueſtis erat hirſutæ,& uilli longioris,quo in balneis præcipuæ ac gymnaſiis utebant᷑.mittebat᷑ ex gallia.Iuuenalis.Endromidas tyrias,& fœmineũ ceroma. Martia.Hãc tibi ſequanicæ pinguẽ textricis alũnã,Que Lacedæmoniũ barbara nomẽ habet,ſordida,ſed gelido nõ aſpernẽda Decẽbri dona,peregrinã mittimus Endromida.Idẽ. Pauperis eſt mun⁹,ſed

nō eſt paupis uſus. Hăc tibi pro togula mittimus Endromida. Propterea aūt emdromis dicit̃ ꝙ ενδρομω, hoc eſt in curſu ea utebant̃. Idem· Siuē leui curſu uincere quæris athla, ridebis uentos hoc munere tectus, & ĩbres. Quidā hāc balneare ueſtē appellāt, ꝙ ea in balneis uterent̃. Texta quoq; faſciola erat, qua capillū in capite alligabāt, & capital, qđ ſacerdotulæ geſtabant ĩ capite, Zona, qua cingimur. Martia. Lōga ſatis nūc ſum, dulci ſed pōdere uenter. Si tumeat, fiam tū tibi zona breuis. Hæc & lorū dicit̃, & balteus, q̃uis balteus ſit ēt a quo arma depēdent, & cinctus ac cingulū a cingendo, quorū alterū uiris, alterū mulieribꝰ attributū Varro ſcribit. Alii cīgulū neutro genere hoīum eſſe exiſtimant. Fœminino uero genere cingulas brutorū. utputa, equorū. mulorū. aſinorū. cinctū ēt pro ueſtitu accipimus. Virg. Cinctuq; gabino. Quāuis aliq cinctū gabinū dicūt eſſe togā ſic in tergū reiectā, ut una eius lacinia reuocata hominē cingat. hoc genere ueſtimēti cōſul Romanus utebat̃ bellū ĩdicturꝰ. Quæ cōſuetudo inde tracta ē, qđ cū gabini aliquādo ſacrificiis uacarēt, ſubito exortū eſt bellū. Tūc itaq; ciues togis ſuis cinctis in bellū ꝓfecti ſūt, & uictoriā adepti. Gabini a gabiis dicti ſūt, hæc Volſcorū urbs fuit, ſeptuagīta milibꝰ paſſuū ab urbe diſtās a Galacto & Bio ſiculis fratribus cōdita, uñ nomē habet. Itē cincta flāminica dicebatur ueſte uelata. Cingere ꝓprie circuire eſt, dictū q̃ſi circū agere. Ply. Cum eum ſaltū uenatores cinxiſſent. Hinc cinctura dicta actus ipſe cingendi, & cingulū annulus ꝙ digitū circuat, & cinguli hoīes, qui in his locis ubi cingi ſolēt, ſatis ſunt tenues. & cinniligium quo noua nupta p̄cingebat̃. id uir in lecto ſoluebat factū ex lana ouis, ut ſicut illa in domū ſublata cōiuncta inter ſe ſit, ſic uir eius cinctus cū ea, iūctuſq; eēt. hoc Herculano nodo ligatum oīs gratia uir ſoluebat, ut ſic ipſe fœlix eſſet in ſuſcipiēdis liberis, ut fuit Hercules, qui ſeptuagita liberos reliq̄t. Hinc cinxiæ Iunonis nomē ſanctū habebat̃ in nuptiis, qđ initio coniugii, ſolutio cinguli erat. quo noua nupta erat cincta, clingo ēt pro cingo uſurpant a græco κικλᾳν. A cīgo cinciorꝝ cognomē Romæ deductū. A quo cīcia locus Romæ, ubi cinciorū monumētū fuit. Itē ab eodē cōpoſita ſūt Accingo, qđ eſt cū ſtudio & diligētia paro. Vir. Paribuſq; accīgimur armis. Vñ accinctos ĩduſtrios dicimꝰ, ſicut e cōtrario diſcīctos negligētes. Idē. Diſcinctos mulciber afros. Accinctū ēt pro parato. ĩſtructo. armato frequenter accipimꝰ, Circūcingo notæ ſignificatiōis. Procingo apparo. A quo ꝓcinctus apparatꝰ bellicus, & expeditio dr̃. Oui. Hæc ĩ ꝓcinctu carmina facta puta Ply. Vinū curas, uigorēq; animi ĩpedit ad ꝓcinctū tēdentibus. Veteres ēt en do procinctū dicebāt, qđ ſignificat cū ex caſtris in prælīū exitū eſt. & procincta claſſis uocabat̃, cū exercitꝰ cinctus erat gabino ritu, cōfeſtim pugnaturꝰ. Veteres enī & populi & militū, & nauiū multitudinē claſſem uocitabāt, hāc flamini diali nō licebat uidere. Præcīgo mō p̄paro. Vñ præcinctos ſtrenuos & expeditos dicimꝰ. mō cingo. Suetoniꝰ de Cæſare. Vſus fert̃ lato clauo ad manꝰ fimbriato, nec unq̃ aliter q̃ ſup eū cingeret̃, & qdē fluxiore cinctura, uñ emanaſſe Syllæ dictū optimates ſæpius admonētis, ut male præcīctū puerū cauerēt. Incingo cīgo uel intus cingo. Succingo aliqñ alligo, ut ſuccingo mihi enſem, & ſuccīctus ſum enſe, hoc eſt alligatū ad cingulū habeo enſem. Vir. Succinctā pharetra, & maculoſæ tegmine lyncis. unde ſuccingulū balteū dicimꝰ, & quo nōnulli utunt̃ ſuccinctoriū ueſtis genꝰ breuiſſimæ. quo uēter & tātū fere uelāda corporis tegunt̃, ut ſupra diximꝰ. Id & ſemicinctū uocat̃, qđ mediū hoīem cingat, hoc eſt ueſtiat. Martia. Et tunicā locuples, ego te præcingere poſſū. Eſſē ſi locuples, munus utrūq; darē. Semis enī dimidiū ſignificat, ut ſemihomo. ſemideus. ſemimortuus. ſeminex ſemiuiuus. ſemeſtris Sexmēſiū. ſemeſum ſemicomeſtū. ſemetram, media mēſura. ſemianimis q̃ſi exanimatus. ſemicirculus mediꝰ circulus. ſemiferꝰ nō ꝓrſus ferus. ſemifera enī dicimꝰ aĩalia, ceruū. Damā & ſimilia. Semimares ĩperfecti uiri, ut ſūt ſpadones. galli. eunuchi. Seminudꝰ dimidia parte nudatus. Semiobolus dimidius obolus. ſemiuncia dimidia uncia. Selibra dimidia libra. Semiq̄naria diuiſio, cū in ſcādēdo q̄nq; pedes per dimidiū diuidunt̃. ultimæ dictiōis ſupſint. Vt arma uirūq; cano. Semiſeptenaria diuiſio, cū id fit ĩ ſex pedibꝰ. ut arma uirūq; cano troiæ. ſemipes dimidius pes, A quo ſemipedalis. Semiplenus non ꝑfecte plenus. ſemiplagiū, Paruū rete. ſemiruta, ex ꝑte diruta. ac diſſipata. ſemiſpathiū, breuior ēſis. ſemita, arcta, q̃ſi dimidia uia· ſemiſſis, dimidiū. ſemiuir, ſpado. eunuchus. timidus. ſemiuſtꝰ, dimidia ꝑte uſtus, ſextertiū dipōdius, & ſemis, de quo ſupius diximꝰ, ſexquialtera, ꝓportio, quæ tādūmdē, & dimidiū habeat, ſemitogiū breuis, & q̃ſi dimidia toga. A quo ſemitogatꝰ, & eiꝰ diminutiuū ſemitogatulus. Semis aūt a græco deducit̃ ημυσι, ſicut ab ἕξ ſex. A quo hemiciclus ſemicirculus dr̃, hemiſphæriū dimidia ſphæra, hemina mēſuræ genꝰ, quæ dimidiū ſextarii cōtinet. Vñ heminaria ꝓ mediocri accipit̃. Hemiſtichion dimidiꝰ uerſus, qui & hemiſtichon dr̃, & hemiolus, cū ex duobus numeris maior habet totum minorē, & p̄terea eiꝰ medietatem, ut ſunt tria ad duo, & hemitriteū febris genus, de quo inferius dicemꝰ, qđ tertianā unā & dimidiā continere uidet̃. Aliqñ ſuccingere ĩ cīctura ueſtes ita colligere, ut breuiores uideāt̃, fiatq; hō ad agēdū expeditior, unde ſuccinctā orōnē, breuē dicimꝰ, & ſuccīcte aduerbiū breuiter. ſegmētatæ ueſtes dicunt̃ quæ ſegmētis hoc ē bratteolis argēteis aureis ue laboratæ atq; depictæ ſūt. Segmēta. n. ꝓpe ſegmi

na,hoc eſt ſectiones dicunť a ſecãdo.unde partes,&(ut ita dicã)mẽbra mũdi,in quæ uniuerſa terra digeriť,quæ nr̃i Circulos,græci parallelos appellãt,Segmẽta dicunť.Ply.Plura aũt ſunt ſegmẽta mũdi.Principiũ habet indiæ pars uerſa ad auſtrũ,patetq; uſq; arabiã,& rubri maris accolas.Idẽ.Quinto cõtinenť ſegmẽto ab introitu caſpii maris,battria,hiberia,Armenia.& reliqua.Idẽ.Quod ſupeſt terrarũ trib⁹aſſignať ſegmẽtis,& qm̃ ornamẽtũ colli,qđ monile uocatur,de quo ſupra diximus ex iiſdẽ ſegmẽtis fieri ſolet,ſegmentũ ẽt appellať.Valerius.Datũ eſt mulierib⁹,ut ſegmẽta aurea geſtarẽt.Iuue.ſegmẽta & longos habit⁹,& flãmea ſumit.hĩc quicquid ex tenuiſſimis ſegmẽtis uermiculatĩ cõpoſitũ eſt,ẽt ſi ſegmẽta lignea ſunt,ſegmẽtatũ dicitur.Idẽ.Et ſegmentatis dormiſſet paruula cunis,hoc ẽ uermiculato emblemate pictis.hoc ĩ pauimẽtis teſſellatũ dr̃,qđ teſſellis,hoc ẽ paruis q̃dratiſ lapillis ĩtextũ ſit.Sueto.de Cæſare.Mũdiciarũ,lauticiarũq; ſtudioſiſſimũ multi ꝑdiderũt,q̃uis tenuẽ adhuc & obæratũ in expeditiõibus teſſellata & ſectilia pauimẽta circũtuliſſe,Britãniã petiiſſe ſpe margaritarũ,q̃rũ amplitudinẽ cõferẽtẽ ĩterdũ ſua manu põdus exegiſſe.Teſſera cu⁹diminutiuũ eſt teſſella,ideſt qđ oĩ ex parte q̃dratũ eſt.Tradũt Geometræ pũctũ corpus eſſe ĩdiuiduũ,in quo neq; lõgitudo,neq; latitudo,neq; altitudo dep̃hẽdiť.Vnde pro breuiſſimo ac minimo tp̃e ponitur.Terẽ.Tũ tẽporis mihi punctũ ad hanc rem eſt.Item pro minima cuiuſq; rei particula accipiť.Cice.Nã qđ quæſtus es,plures te teſtes habere,qui quot in ea dubii pũcta tuleris.Aliquãdo etiã punctũ pro ſuffragiis,& fauore accipitur,quoniã lege,quæ tabellaria dicta eſt,ueteres ſuffragia nõ ſcribebãt,ſed puncto notabant.Vnde Expuncti dicebanť uiles,eiecti,indigni,ſiue priuati fauore.Hora.Omne tulit punctũ,qui miſcuit utile dulci,hoc eſt ſolus ſuffragia iudicũ tulit,q̃ & utile & dulce ſcripſit,quoniã ꝓdeſſet & delectaret.Geometricũ uero pũctũ,qđ in nullas partes diuidi põt,ꝓtractũ lineã efficit.i.corpus unius dimẽſionis.Lõgũ.n.eſt ſine lato ſine alto,duobus punctis ex utraq; p̃te ſolã longitudinẽ terminantibus cõtinetur.hãc lineã ſi geminam⁹alterũ mathematicũ corpus efficitur,qđ duab⁹dimenſionib⁹extruitur,longo,latoq;,ſed alto caret.Punctis aũt quatuor cõtinetur,per ſingulas.ſ.lineas binis,& hoc græci επιπεδον,noſtri planũ ſiue ſupficiẽ uocãt.A quo ſuperficiari⁹appellať,ut Paulus iuriſcon.ait.Qui in alieno ſolo ſupficiem ita habet,ut certã penſionẽ p̃ſtet,& ſuperficiarias ædes Caius appellat,quæ in conducto ſolo poſitæ ſunt,q̃rũ ꝓprietas & ciuili & naturali iure eius eſt,cuius & ſolũ.Quod ſi hæ duæ lineæ fueriť duplicatæ,ut ſubiectis duabus duæ ſupponanť,adiicieť ꝓfunditas,& hinc ſolidũ corpus efficitur,dictũ a græcis ϛερεον,qđ ſine dubio octo angulis contineť,& ſex latera habet.huiuſmodi figuras græci cubos,noſtri.Quadrãtalia dixere,quãuis uaſis etiã genus ſit quadrantal,pedis q̃drati octo & quadraginta ſextarios capiens.Plau.Anus hæc ſitit.Quãtillũ ſitit,modica eſt,capit quadrãtal.Tales ſunt(ut Varro inquit)teſſeræ,q̃bus in alueolo ludiť,ex quo ipſæ quoq; appellantur κυβοι,qui cũ iaciunť,quãcunq; in partẽ ĩcubuerint,dũ ſunt intacti ĩmotã habẽt ſtabilitatẽ.Hĩc cybiũ dictũ piſcis genus,de quo inferius dicemus,q̃a piſcãtes id uelut alea ludunt ſiue qđ ita ſciſſum eſt,ut mediũ eius æque pateat in oẽs partes,hoc eſt ad ſimilitudinẽ teſſerarũ.Magnus eſt error multoꝝ noſtri tẽporis,qui talos pro teſſeris accipiunt,ſed maior inſania unius,qui id ẽt litteris mãdare,ut ẽ omniũ impudẽtiſſimus,nõ erubuit,quẽ pueri quoq;,& uix iã fari ĩcipiẽtes apud græcos ſciãt αϛϱαγαλον talũ eẽ κυβον uero hoc ẽ cubũ,id eẽ,qđ nos teſſerã dicimus.Varro.Vitruui⁹.Gellius.Macrobius.Põpeius,& ipſe cuius teſtimonio utiť pollux ſole clari⁹oſtẽdũt.decept⁹ẽ hõ rudis & craſſus rõne nominis,quod teſſera appellať cũ græci teſſera quatuor dicãt,nec ĩtelligere potuit,nõ ideo teſſerã uocari,qđ q̃dratã figurã hẽat,qđ gen⁹ noſtri quadrata appellãt.Sed qđ omni ex parte quadrata ſit.qđ gen⁹ quadrãtalia nominam⁹.Talus ꝓprie oſſis genus eſt in articulo pedis uentre eminens,cõcaua in uertebra,ligatũ ſolidiſſimis neruis,quadratũ forma,altera parte cõcauũ,altera fere planũ,eſtq; in poſteriori ſuffragine dũtaxat,nunq̃ in prioribus pedibus,nec eſt homini aut aliis animalibus habentib⁹digitos,nec ſolidas habentibus ungulas,ſed tãtũ biſulcis.Hinc fit talipedare uerbũ,qđ eſt uacillare pedibus,& quaſi ſupra talos conſiſtere,hoc genere oſſiculi ludere ueteres conſueuere,qđ noſtra quoq; ætate quibuſdam locis obſeruari animaduertimus.Situs ipſe tali numerũ facit.eumq; pro lateris differentia diuerſum.Latus qđ unitatẽ ſignificat,canis ſiue canicula appellať,ĩ quẽ cõuerſo talo,deponebať ab eo,qui iactauerat nũmus unus,aut quãtũ inter ſe pacti fuerãt,ſine aliquo lucro,iccirco dãnoſa canis uocabať.Ouidius.Quid ualeant tali,quo poſſis plurima iactu Figere,Dãnoſas effugiaſq; canes.Perſius.Dãnoſa canicula quãtũ raderet.Eius oppoſitum Venus dicitur,ſiue cous ſignificãs ſeptẽnariũ numerũ.& is qui talorũ iactu hũc numerũ reddidiſſet,ſex lucri faciebat,præterea quicq̃d eſſet caniculæ iactu eraſum.Alia duo latera chius & ſenio dicũtur,ternariũ ille,hic q̃ternariũ ſignificãs.Nã binarius & Quinarius numerus in talis ñ erat.chius tris nũmos lucrabať,ſenio q̃tuor.Ideo dexter hoc eſt fœlix & ꝓpitius dicebať.Perſius.Quid dexter ſenio ferret ſcire erat in uoto.Quod ſi plurib⁹ poſitis talis eadẽ facies erat,pro uno accipiebanť,diuerſitas numeꝝ augebat.Duo ſeniones quatuor lucri faciebãt.Chius & ſenio ſeptẽ.

nio septē.Fuit etiam aliqñ in talis octonarius numerus, quem stesichoritē uocāt a sepulchro Stesichori poetæ,qd' taloꝝ octo figura cōditū fuit.Euripides Athenis tpe principū quadraginta,q post triginta imparunt,numerū taloꝝ usq; ad quadraginta auxit,eūq; Euripidiū appellauit.Aliæq; in hoc ludi genere differētiæ fuere,ut fere in cæteris ludis accidit. Nā & uultorios habebāt,& Herculē basilicū.Plau.Talos poscit sibi in manū,ꝓuocat me in aleā,iacit uultorios quatuor.Talos arripio.Herculē iacto basilicū.Quapropter ab Augusto scriptū legimꝰ talis iactatis,ut qsq; canē,aut senionē miserat in singulos talos,singulos denarios cōferebat ī mediū, quos tollebat uniuersos,q Venerē iecerat.Nec me latet Pollucē de Chio aliter sentire,sed nostroꝝ in hoc sñiam sequi maluimus,qui de hac re lōge aptius scripsere.Vtebanť aūt talis ueteres,aut naturalibus,aut ex ebore,aliaue materia factis,q per diminutionē etiā taxilli dicuntur. A tali qdē similitudine taleā dictā putāt,quæ ē frustū ligni ꝑcisum ex utraq; parte æquabiliter serēdi gratia.ꝑcisis enim lignis uel pedali,uel cubitali magnitudine nōnullæ arbores seruntť. idq; lignū ita ꝑsectū græce generali noīe ξυλον,latine talea diciť.Ply. Ficus oībus aliis modis nasciť,ꝑterq̃ talea.Idē seruādum in taleæ satu ante oīa,ut taleæ ex feracibus fiāt arboribus,ne curuæ,neue scabræ,aut bifurcæ,ne tenuiores q̃ manū impleāt,ne minores pedalibus,ut illibato cortice,atq; ut sectura inferior ponať semp,& qd' erit ab radice, accumuleturq; germinatio terra,donec robur plāta capiat.Cato.Taleas oleaginas quas in scrobe saturus eris, tripedaneas facito,quas in seminario saturus eris,pedales facito.Cum taleam demittis,pede taleā opprimito,si parū descēdat malleo,aut mateola adigito,cauetoq; ne librū scindas. A talea (ut Varro sentit)taliari uulgo diciť lignū,dū sciditť.& ītaliari dū ꝑcidēdo formatť,& cū ramꝰ ex utraq; parte æq̄biliter cōplanatť,ut numerus aliquis in eo describatť,diciť talea. Talia uero folliculus cepaꝝ est.& talus sabinoꝝ ꝑnomē.Sicut aūt frustū ligni,qd' ī terra feriť,talea uocať,ita id qd' īseriť ramo calamꝰ,& tessera dř,seu potiꝰ p diminutionē tessella,qd' īstar tesseræ sit.Ply. Quod si longius afferanť pomoꝝ calami,rapo infixos optime custodire succū arbitranť.idem.Quidā huic generi miscuere fissurā in uitibus exēpta cortice tessella surculo a latere plano adigendo.Itē tessera lignū est utrinq; cōplanatū,in quo numeri describūtur,qd' & talea diciť.Plautꝰ. Suā uterq; tesserā habet,rō cōstat,hoc & tesserula diciť.Ply.Frumēti rōnem tesserulis ostendebat.Itē tessera symbolū bellicū,qd' in pugna exeūtibus datť.Vir.Itur bello fit tessera signū. Liuius.Cæteris oībus tesserā dari iubet.Talū quoq; a latinis aliqñ appellatā inuenimus,eā partē quæ in hoībus uno pede utrinq; extuberat ꝓpe calcē.græci σφυρον uocāt.unde & pro calce aliquādo talū usurpāt.hinc talaris tunica appellatť ꝑlonga.& usq; ad talos descendēs.& subtal dictū est cōcauū pedis,sicut uola,qd'.s.sub talo sit. A secādo aūt segmētū dř.& segmē q̄si ramentū.unde & ꝑsegmē amputatio rei supfluæ dř.hinc quæ ex unguibꝰ aīalis scinduntť,ꝑsegmina uocitanť.Plau.Quin ipsi pridē tōsor ungues dēpserat.Collegit.oīa abstulit ꝑsegmina.Eiusdē significationis est resegmen.Ply.Nec pauci apud græcos singuloꝝ uiscerū,mēbrorūq; etiam sapores dixere,oīa ꝑsecuti usq; ad resegmina unguiū. A seco aūt oīa hæc deriuāť. secare ꝓprie est excidere.Cice.Id totū secuit in duas partes.Et qm̄ dū iter facimus quodāmō uiā diuidere uidemur,secare per metaphorā modo pro ducere usurpamus. Vir.Ille uiā secat ad naues. idē. Arboribꝰ positis secto uia limite quadret,hoc ē ducto limite. Tibullus.Et secet ad phrygios uilia mēbra modos.modo pro sequi. Vir.Quæcūq; est fortuna hodie,quā qsq; secat spē.Hinc sectores dicti emptores uēditoꝝ bonoꝝ exulis.qd' empta sua ꝑsequūtur.Itē q ex dānatione eiꝰ q accusatus est dimidiū bonoꝝ expectant,aut certe aliquā partē,& id ꝑsequūtur.Et sectariꝰ ueruex,q gregē agnoꝝ ꝑcedēs,ducit.Et sectio modo concisio,mō ꝑsecutio iuris.& secespita cultrū ferreū.oblōgo manubrio.eburneo.rotūdo.solido.iūcto ad capulū argento, auroq; fixo. clauis æneis,ære cyprio,quo flamines,Flaminicæ uirgines,pōtificesq; ad sacrificia utebātur,& seciū libū,qd' secespita secabatť.Et siciculi scrupuli sex,qd' semiunciā secet.& sicilices hastaꝝ spicula lata.& sicilio uerbū,cuius significatū ostēdit.Ply.Prata quotiēs secta sunt,sicilire oportet, hoc est qd' fœnisecies ꝑterierūt secare.Est.n.in primis īutile enasci herbas semētaturas.& Varro.In pratis herba,cū crescere desiit,& æstibꝰ arescit subsecari falcibus debet.& qd' parescat furcilis uersari.cū peraruit,de his manipulos fieri,ac uehi ad uillā,tū de pratis stipulā rastellis eradi,atq; addere fœnisicio cumulū,quo facto siciliēda prata.i.falcibus cōsectāda,quæ fœnisecies ꝑterierūt,ac quasi herba tuberosum reliqt capū,a qua sectione arbitror dictū sicilire pratū. A siciliēdo sicilia appellata herba,quā alio noīe fœnogræcū diximus uocari,ꝙ nullus fere īexcultus sit,sed tm̄ siciliť,hoc ē secať,huic.n.qd' mirū,ꝓdest negligētia. & quāto peius tractať, tāto ꝓuenit melius.Itē sicilia insula,qd' olim brutio agro cohærēs,mox interfuso mari resecta,atq; auulsa est,ꝓpter qd' & oppidū e regiōe in margine italiæ sitū rhegyū uocitatū est ἀπὸ τοῦ ῥηγνυω,qd' est auello.quāuis aliq siciliā a ducis noīe Sicelo appellatā uelint,quēadmodū īferiꝰ latius differemus.Itē a seco secale frugis genus,qd' taurini sub alpibus asiā uocant deterrimū,& tm̄ ad arcēdā famē utile,fœcūda,sed gracili stipula,nigritia triste,sed pōdere ꝑcipuū.Et secula

Falx, de qua supra diximꝰ, & securis, a qua diminutiuū securicula, qua ligna secabantur, utebātur tñ ea lictores, atq; carnifices. milites quoq; frequenter in bello. huius inuentricē fuisse tradunt Pentesileā amazonē. Quidā, securim dictam putant, quasi semiquirin ut inferius ostēdemus. Sabini. n. Quirin hastā appellant, & secta, quæ a græcis hæresis dicit͛, ut sunt philosophorū sectæ. Hæresis. n. ab eligendo dr̄ apud græcos, hoc est ἀπὸ του αιρουμαι. qđ significat eligo. opto. Cicero, Estq; in ea hæresi, quæ nullū sequit͛ florē orōnis. Ab hoc Theologi nostri hæreticū uocauerūt eū, q sectā aliquā uel instituit uel sequit͛ aduersus fundamēta religionis. & sectile, qđ excidi pōt, & excidiū qđ excidi solet. Vnde sectiuū dicimus porrū, qđ folia eius sæpius secant͛. Duo. n. sunt porri genera, alteꝝ capitatū, qđ in caput latius excrescit, qđ ut facerent ueteres, silicē uel tegulā porro subiiciebāt, atq; ita capita dilatabāt. Huic auctoritatem dedit Nero princeps uescēdo eo ex oleo ꝑ æstatē uocis gratia pene singulis diebus. Tradūt Melā equitem romanū ex ꝓcuratione a Tyberio principe in iudiciū uocitatū, succū porri in sūma desperatione ad triū denarioꝝ pōdus hausisse, cōfestimq; sine cruciatu aliquo expirasse. si largius sūat͛ dicūt ñ eē noxiū. Capitatū optimū mittebat Aritia. Colūella, Et mater aritia porri. Martia. Mittit precipuos nemoralis aritia porros. In niueo uirides stipite cerne comas. sectiuū erat præcipuū Tarēti. Idē, Fila tarentini grauiter redolētia porri. Edisti quoties oscula clausa dato, & sectura pro sectiōe, & socius uel qđ secet hoc est diuidat laborē alterius, uel qđ eū in re laboriosa sequat͛. socius. n. proprie dicit͛ q in re seria ac laboriosa alicuius par est, unde socii populi romani dicebantur ita cū iis fœdere cōiuncti, ut pacis & belli participes eēnt, a quo sociale dictū qđ sociorum est. unde socialis ꝑfidia, & sociale bellum, qđ cum sociis gestum est, & societas quasi participatio. Liui, Infida regni societas. Veteres, socienū pro socio dicebāt. Plau, ibo intro atq; illi socieno tuo iā interstringā gulā. Differt socius a comite & sodali. Nā comes ē q cū aliquo simul it, & tanq̄ ducē sequit͛. Cicero, Non comitē se, sed ducē ꝓbuit. Cæsar, cū se uictoriæ Pompeii comitē esse mallet, q̄ sociū Cæsaris. ab hoc fit comito uerbū, & passiuū eius comitor, sicut a socius socio & socior. Vir. Atq; uno graditur comitatus Achate. Comitor ēt deponens īuenitur, Ply. Quicunq; eū comitati fuerāt. Quod si imperator, aut dux milites suos socios uocat q sibi īpares sunt, facit id cōciliādæ beniuolētiæ gr̄a, quasi eos sibi pares existimare uideatur, quēadmodū cōmilitones uocat, ut se ueluti unū ex illis faciat, cū milites ipsi inter se cōmilitones sint, nō Dux aut īperator cōmilito dicat͛. Sodalis in rebus leuioribus dr̄, & fere in cōuiuiis. dicti aūt sunt sodales quasi simul edales, uel qđ sederēt simul ī mēsa, uel qđ e suo datis uesci solerent, uel qđ inter se suaderēt, qđ cōmodū eēt. Quintilia, Et tēpestiua cōuiuia, & ꝓuigiles iocos aduocata sodaliū turba solutus, atq; affluēs agerē. Cice. Epulabar modice cū sodalibꝰ, hīc sodalitia & sodalitates appellatæ, hoc ē collegia. Idē, sodalitates. n. me questore sunt institutæ Caiꝰ, sodales inq̄t sunt, q eiusdē collegii sunt, cū quo cōsentire uidet͛ apud eūdē Ciceronē Antonius, q̄ Norbanū quæstorē suū appellat sodalē. Et scutū & scutula, de qbus supra diximꝰ, & sica cultrū ferreū, a quo sicarii dicti. unde ē Lex cornelia de sicariis. sūt āt sicarii homicidæ, & q̄ hoīes occidēdi, furtiue faciendi cā cū telo ambulauerint, & qui in rebus capitalibus dolo malo falsum iudicauerint, falsumue testimoniū dixerint. Et secus qđ significat aliter. unde Haud secus dicimus, hoc ē nō aliter, a quo secius, qđ mō pro positiuo suo accipit͛, mō significat minꝰ uel tardius. Vir Nec secius oīs in unguē arboribus positis secto uia limite q̄dret. Aliqñ secus ꝓpositio ē, & significat iuxta, ut secus uiā, hoc est qđ īmediate secat. i. sequit͛ uiā. & secundū qđ īmediate sequit͛ primū, idest qđ secūdo loco est, Quapropter & aduerbialiter accipitur pro iuxta, nā qđ secūdo loco est, iuxta ē. Sulpitius, Marcū Marcellū post cœnæ tempus a Magio Cellione familiari eius pugione ꝑcussum esse, & duo uulnera accepisse, unū in stomacho, alterum in capite secūdū aurē. Vir. Dulcibus illa quidem illecebris, aut plena secūdū flūina. Aliqñ pro post quasi secūdo loco. Quin. Nā qđ unū mihi secūdū patrē fortuna uidebatur parasse præsidiū, id ego sperare in illa sorte nō poterā. Cicero, Proxime aūt, & secūdū deos hoīes hoībꝰ maxime utiles eē possunt. Capitur etiā secūdū ꝓ eo qđ est pro, ut secūdū te litē do. secundū me iudica, idest pro te & pro me. & pro in, ut secūdū quietē, idest in quiete. Interdū eam uim habet, quā iuxta sententiā, ut secūdū Platonē, secūdū Aristotelē, hoc est iuxta sñiam Platonis, iuxta sententiā Aristotelis. Itē secūdū diximus ꝓsperū, qđ ita uti uolumꝰ secet. i. sequat͛. uel qđ quæ adsūt, ꝓspera esse dicūtur. unde præsentē pro ꝓpitio capimꝰ. Plau. Sis præsens obsecro, teq; siñ exorarier. Hinc secūdā fortunā uocamꝰ, quæ uel nobis adest, uel nobis obseqtur, & res secūdas quæ ꝓ nostro desiderio sequuntur. Vir. Et seruare modū rebus sublata secūdis. Et secūdo flumine nauigat. q aq̄ sequēte nauigat, hoc est in eā partē fluēte ad quā tēdimꝰ, sicut aduerso flumine nauigat, q cōtra aquā nitit͛. Ab hoc fit secūdare, qđ ē ꝓsperare. Vir. Dii cœpta secūdent. Propertius, Iā liqdū nautis aura secūdat iter. A quo obsecūdare, qđ est uel in meliꝰ cōuertere uel obseq. Terē. Hæc me reprehendere, & corrigere, & obsecūdare in loco. Et secundarius q̄si secūdi ordinis, unde secundarius pāis dicit͛ uulgaris. Sueto. de augusto, cibi minimi erat atq;

uulgaris

uulgaris fere.ſecūdariū panē,& piſciculos minutos,& caſeū bubulū manu ꝑſſum,& ficus uirides biferas maxime appetebat.Itē ſecūdo aduerbiū,qđ aliqñ ſignificat ordinē,ut primo.ſecūdo.tertio,Aliqñ bis,ut ſecūdo eū monuerā,ideſt bis monuerā.& ſecūdo cōſul,ideſt bis cōſul.Nōnunq̃ rurſus.Cice.Semel hominē allocutus fuerā,an ſecūdo mihi redeūdū eēt,ignorabā.& ſecūdæ plurali numero tm̃ mēbrana illa,qua partus obuolutus utero ꝓdit,dictæ qđ naſcētē infantē ſequant̃,hæ niſi cū partu exeant mulier male torquet̃,χοριον eas appellāt græci,qdā e nr̃is uolucrū dixere.Ply.Braſſicæ ſemē cōtra ardorē febriū facit,& ſtomachi uitia,& ad ſecūdas.Itē a ſeco inſecta,de qbus ſupra diximus.& ſaucius,de quo inferius dicemus,quaſi ſecius.& ſerra dētatū inſtrumētū,quo ligna,& lapides ſecant̃.Itē inſtrumētū ligneū ſimiliter dētatū,quo trahētibꝰ bobus hoies torquebant̃.uñ ſerrati dentes dicūtur,qui inter ſe diſtincti ſunt,ad ſimilitudinē dētiū ſerræ.& ſerratū qcqd eodē mō dentatū eſt.Serra ꝑliari dr̄,cū aſſidue,acceditur,recediturq;,nec ullo tpe cōſiſtit̃(ut ſerra facit)dū aliqd ſecat̃.Serræ iuētorē fuiſſe Dædalū tradūt,q̃ & fabricā materiarū inuenit.& aſciam notū inſtrumētū ab aſcindēdo dictā,cuius diminutiuū eſt aſciola.& ꝑpēdiculū inſtrumētū fabri materiarii,ſiue cemētarii,quo plūbo a filo & gnomone pēdente rectitudo,ſiue obliq̃tas opis ꝑpēdit̃,hoc ē examinat̃.& terebrā īſtrumētū ad ꝑforādū,a terēdo dictū.a quo fit uerbū terebro,qđ eſt terēdo ꝑforo.& exterebro,qđ eſt extorqueo,& ſcrutor.Plau.Exterebra ꝓrſus,atq; excute. Dicimus etiā neutro genere terebrū.a quo fit diminutiuū terebellū.& glutinū,qđ græci collā nominât,quo ligna ferruminātur.& lithocollā,hoc ē glutinū,quo lapides cōiūgūtur.Itē ſector,qđ eſt ſequor.a quo fit inſector,ꝑſequor.& cōſector,ſequor.& aſſector,comitor,nō in itinere,aut nauigatiōe,aut militia,ſed fere ꝑ urbē.Cice.Cū ædilitatem Craſſus peteret,eūq; maior natu & cōſularis Sergius Galba aſſectaret̃.& aſſecla cōmunis generis,qui cōtinue aliquem ſequit̃.Veteres tñ aſſeclas nutrices dicebāt,qđ ſemp iis aſſint,quos nutriūt,nec exiguo ab iis tpe diuellant̃.Item a ſeco deducit̃ ſequor eiuſdem ſignificationis.a quo ſecutor,q ſeqtur.cuius fœmininum eſt ſecutrix.& ſequax triū generū,qđ modo ſignificat id,qđ ſeqt̃.Seneca.Cæteroſq; Ariſtippi ſeq̃ces,mō qđ ſe ſpargēdo dilatat.Perſius.Quoꝝ imagines lābūt hæderæ ſeq̃ces.Vir.Sonitūq;,metūq; Miſcebāt opi,flāmiſq; ſequacibus iras.& ſequela,cōſecutio.& ſcurra,q turpiter iocando domos alioꝝ ſectat̃.& ſequeſter,apud quē plures eādē rē,de qua cōtrouerſia eſt,depoſuerūt,dictus(ut Modeſtino placet)qđ occurrēti,& quaſi ſequēti eos,q cōtēdūt,cōmittit̃.Eſt aūt ſequeſter,q̃ſi medius inter duos altercantes.quapropter Virgilius pacē ſequeſtrā īducias appellauit,qđ media ſit inter bellū ꝑteritū,& futuꝝ.Biſſenos pepigere dies,& pace ſequeſtra ꝑ ſyluas teucri,mixtiq; īpune latini Errauere iugis.Hinc fit ſequeſtro uerbū,qđ eſt apud ſequeſtrū depono.& paſſiuum eius ſequeſtror.a quo ſequeſtrata res.& actus ipſe ſequeſtratio dicit̃.Item ſequeſtro aduerbiū.Cato.Per deū īmortalē nolito uos ſeq̃ſtro ponere.Veteres pro ſequeſtro ſculnā uſurpauere,q̃ſi ſeculnā,quo uerbo uſus eſt Varro.& ſequēs,qđ trahētē facile ſequit̃,ut cæra,& glutinū.Item a ſequor cōpoſita fiūt pediſequus,hoc eſt famulus,q pedes dñi ſequit̃.& pediſequa ancilla,quæ ſequit̃ dñam.& odoriſequus canis,qui odorem ſeqtur.Aſſequor,adipiſcor.obſequor,morem gero,nec ſolū de minoribꝰ dicit̃ erga maiores,ſed etiā de maioribus erga minores.Plau.Ego ſane cupio obſeq gnato.hīc obſeqa dicūtur officia.Terē.Obſequiū amicos,ueritas odiū parit.a quo obſeqoſus,q obſequens,& moriger eſt.& obſequela,ipa morigeratio.Plau.Oēs parētes liba næ liberis ſuis,q̃ mihi auſcultabūt,faciēt obſequelā.Perſequor,mō inſector.Plau.Quid me miſerā,atq; innocētē ꝑſequeris.mō ꝑſeuero exequi,qđ agere cœperam.Ply.Qui mihi oēs ſuaderēt,ut cœptū opus ꝑſequi feſtinarē.Exequor,ꝑſequor.abſoluo.Apu.Neq; enim in tenebris,ſed in ꝓpatulo iuſſa dñi exequebar.Hinc exeqæ dictæ funebre officiū,qđ.ſ.in funere exeqmur.a quo exeqari uerbū,qđ eſt in exeq̃s cōuiuari,& epulari.Varro.ipm ꝓpter ius liberti ſemitracti exeqant̃.Exeqas qdā ita ab aliis ſeparant,ut exeqæ ſint,dū cadauer effert̃,poſtq̃ ſepultū ē,reliqæ inferiæ ſacra mortuoꝝ,quæ īferis fiūt.Virg.Totidē quos educat Vfens uiuētes rapit inferias.Parētalia etiā dicebant̃.& parētare eſt ſacra mortuis facere,uel ꝙ ita parerēt mortuis,qui ita uiuētes iuſſerāt facere,uel ꝙ filii parētibus hoc ꝑſtarent.Eadē iuſta uocabant̃,qđ iure fierēt iis,qui de nobis uiuētes bene meriti fuerāt,de qbus Virgilius.Quiq; ſui memores alios fecere merēdo.Proſequor,cū affectu aliquo animi ſequor,& fere ſemp hēt ablatiuū,ut ꝓſequor te oculis.caritate.odio.honore.uerſibus.cantu.cōuitiis.Ab hoc fit ꝓſequiū.ſicut ab obſequor,obſequiū.inſequor,ꝑſequor.Quinti.Cū eū maledictis iſequeret̃.Subſequor ſtatim ſequor.cōſequor,mō ſequor.Cice.Ex quo intelligi pōt illū mētis agitatiōe,īueſtigatiōeq; eaꝝ reꝝ,q̃s cogitādo cōſequebat̃,neq; ocioſum,neq; ſolū unq̃ fuiſſe.Nōnunq̃ adipiſcor.Idē.Tūc cū ea,quæ es a ſenatu ſūmo cū honore tuo cōſecutus.Ab hoc conſequētia deducit̃,q̃ ex ꝑcedētibꝰ īfert̃.A ſeco quoq; cōpoſita fiūt circūſeco,qđ ē circūcido.interſeco,q̃ſi mediū ſeco.Perſeco,ꝑfecte ſeco.ꝓſeco,idē quod ſeco.uñ ꝓſecta dicuntur exta,ſeu uiſcera,q̃ ſacrificiis adhibent̃.Ouid.Cuius ut impoſuit ꝓſecta calētibꝰ aris.Itē ꝓſiciū,qđ ꝓſectū ꝓiicit̃.

deseco, ex aliquo seco. exseco, excido. præseco, pcido. subseco, succido. disseco, mòdo dilãio. mõ diuido, a quo diuisiones patrimoniorũ iter cõsortes dissectiões sunt appellatæ. Reseco rescindo, & fœnisex, q̃ fœnũ secat, de quo supra dixim⁹, a quo fœnisicium ipsa sectio fœni, Vnde apud. M. Catonẽ de fœnisicio scribit. est pterea genus ĩtimæ uestis, quæ fere ex lino fit subucula appellata. Itẽ sucula, q̃uis sucula paruã quoq; suẽ significet. Plau. ẽ sucula argẽteola, & duæ cõnexæ mãiculæ, & sucula. Quin. tu i die recta cũ sucula, & cũ porculis, Crepũdia sũt nõ mõ uestes sed bullæ ensiculi securiculæ crepitacula & puerilia ornamẽta, a crepãdo hoc ẽ tinniendo dicta. qm̃ infantes huiusmodi crepitaculis maxie gaudẽt. Martia. Siqs plorator collo tibi uernula pendet. Hæc q̃tiet tenera garrula sistra manu. Plau. sunt crepũdia: ecca uideo, Qua facie sunt: Ensiculus aureolus primũ litteratus, post altrinsecus securicula ancipes, item aurea lrata post hæc sicula argẽteola, & duæ cõnexæ maniculæ, & sucula, & bulla aurea ẽ, quã pater dedit mihi natali die. Itẽ castula palliolũ erat, quo puellæ nudæ infra papillas pcingebantur. Varro, castulã mulier sumpserat, p sucula. Itẽ femoralia sunt qbus pudẽdæ partes corpis tegunt, dcã a femore. Itẽ a fœmina fœminaliã, nã femur exterior pars sub coxẽdice dr̃, femẽ interior, uel femur pars posterior femẽ anterior. Liuius, quosdam & iacentes uiuos succisos fœminib⁹, poplitibusq; inuenerunt. Eadẽ subligacula a subligando dicunt, Cicero, scænicorũ quidẽ mos tãtã habet uetere disciplina uerecũdiã. ut in scænã sine subligaculo pdeat nemo, & subligaria. Ply. At hercle Alexãdria, ubi thura interpollãtur, nulla satis custodit diligẽtia officinas, subligaria signãtur opifici. Martia. Tecta tñ nõ hac, qua debes pte lauaris si pudor est trãsfer subligar in faciẽ. Sũt etiam qui a succingẽdo succintoria nominẽt, Itẽ cãpestria, qd' iis i gymnasiis & palæstris, hoc est in cãpis uterent, a quo q̃ cãpestria induti sunt dicunt campestrati. Ad hæc sũt cãdidissimæ simul ac subtilissimæ uestes ex lino ægyptio factæ, quæ plurimũ pulchritudinis, ac lucri, minimũ firmitatis habẽt. Hæ magno uulgi errore bõbicinæ dicunt. Xylinæ autẽ debẽt appellari, siue gossipinæ, seu gossampinæ, quippe gossipiõ, siue Xylõ, seu gossampinus frutex ẽ ex supiori pte ægypti, quæ in arabiã uergit, allatus nunc ẽt in qbusdam locis Italiæ nascẽs, ex quo lina fiũt, quæ gossipina, siue Xylina, seu gossapina dicunt, paruulus ẽ, similẽq; barbatæ nuci defert fructũ, plenũ lanugine. Nec ullũ genus lini i cãdore huic mollitiaue præfert. Iuriscõsulti iter lanas poti⁹ cõnumerãt, dicũtq; lanã ligneã a græcis appellari. Vestes ide sacerdotib⁹ aegypti gratissimæ fiũt. Quidã ẽt hmõi linũ cotonũ uocãt. qd' frutices id ferẽtes, qbusdã in locis folia habet uitiũ similia, nisi qd' minora sunt, feruntq; cotonei mali similitudine cucurbitas. quæ maturitate ruptæ lãuginis pilas emittũt. cotõeã uero ueneti uocãt herbã, quam galli halũ nominãt, similẽ cunilæ bubulæ cacuminibus thymo dulcẽ, & siti sedãtẽ. Sũt itẽ uestes sericeæ leuitate oĩbus pstantes multiplici colorũ uarietate infectæ. Mittũt has seres scytarũ populi, a q̃bus nomẽ habẽt. Innascit arborũ frondibus lanugo nobilis, quæ sericũ dr̃, hanc ueluti quãdã frõdiũ canitiẽ aq̃ pfusa depectũt, geminus hinc fœminis labor ẽ, redordiẽdi fila rursusq; texẽdi. Aliæ quoq; gẽtes lanigeras arbores habẽt, sed oĩbus iã nomẽ seres dedere, siq̃dẽ & bõbicinas nũc a sericeis nõ distingunt. bõbix aĩal est ex insectorũ genere. Tria eorũ genera sunt primũ in Assyria, pueniẽs uespæ maius nidos luto figit, & parieti applicat, seu alicui lapidi tãta duricia, ut spiculis pforari uix possint. in his ceras largius, q̃ apes faciũt, deinde maiorẽ uermiculũ. Aliud fit ex grãdiore uerme, q ueluti gemia ptẽdit cornua, suiq; generis ẽ primũ toto imutato eruca, deinde bõbilis appellat, ex quo necydalus, ex hoc in sex mẽsib⁹ bõbices telas araneorũ mõ texũt ad uestẽ, ac luxũ uirorũ ac fœminarũ, quæ bõbicina appellat. Pria eas in filũ retorquere, ac inde texere in coo insula Pãphila Platis filia inuenit, a quo hmõi uestis cois appellata ẽ. Hora. Altera nihil obstat cois tibi. Tertiũ genus i eadẽ coo insula prio inuẽtũ tradũt, floribus q̃rũdã arborũ imbre decussis, & terræ alitu aĩatis factos primo papiliones paruos nudosq;, mox frigorũ ipatiẽtia uillis inhorruisse, & aduersus hyemẽ instaurasse sibi tũicas densissimas, pedũ aspitate foliorũ lanuginẽ radentes in uellera, quã unguiũ carminatiõe subigentes, mox traxerũt in ramos & ueluti pectine tenuarũt, postea apprehensam inuoluerũt corpori, facto sibi nido uolubili. sic ab hoie sublati sũt, fictilibusq; uasis tepore, & furfurũ esca nutriti. ita subnatos alios sui generis bõbices. Deinde in italiã quoq; trãslatos tã gratos mulierib⁹, ut nõ fictilib⁹ iã uasis, sed pectorib⁹ ac mãmis ipos foueãt, alãtq; fere foliis mori. Horũ lanificia hũore lẽtescũt excerpta mox in fila exiguo fuso tenuant, & uestes fiũt, tã mulierib⁹ q̃ uiris oĩ q̃dẽ tpe, sed psertim æstate gratissimæ sunt itẽ bissinæ uestes ex lana mollissima, colore luteo, nigricãte ac splẽdorẽ auri reddẽte. ẽ cõchæ genus, qd' pinna dr̃, nascit in limosis, subiecta sp nec unq̃ sine comite quẽ pinnotherẽ uocãt, alii pinnophylacẽ, hic in aliqbus puus ẽ pisciculꝰ, cui nomẽ sqlla ẽ. Cicero, duabus grãdib⁹ obsita cõchis, cũ q̃ puus pisciculus sqlla dictus societatẽ coit in aliqb⁹ cãcer, dapis affectator. Aperit sese pinna, atq; orbũ luminib⁹ corpus minutis pisciculis pbet, assultãt illi, ptinus, & ubi p licẽtiã audacia creuit implẽt pinnã. Hoc tẽpus speculat⁹ cãcer leui morsu significat. illa ore cõpressõ qcqd inclusit, exanimat, partẽq; socio pbet. Hanc

ut pleraſq; alias cõchas uẽat Polypus, quã ut ſine diſcrimine cõphendat, lapillũ extra carnem imponit ne claudi, & brachia eius cõcidere poſſit. Aduenientẽ ergo puigil ſoci⁹ ſpeculat̃, idq; leui morſu indicat pinnæ. Illa clauſis teſtis ſaluti ſuæ cõſulit, hæc pauxillũ intra ſe lanæ habet cõchæ adhærẽs, colore luteo ac plucido, quæ byſſus dr̃. Fiũt ex eo pcioſiſſimæ ueſtes byſſinæ appellatæ, & byſſinũ eiuſmõi color uocat̃, q aliquãdo ẽt dr̃ byſſus, hoc fit ſi cocco tinctũ, tyrio tingat̃. Eſt etiã byſſinũ lini genus ptioſi, qđ circa Elin ĩ achaia gigni ſolebat, dictũ a ſimilitudine huius, qđ diximus byſſini, & mulierũ maxĩe delitiis cõueniẽs. huic lino inter cætera genera principatus. eſt eo excepto, qđ uiuũ appellãt, nec ullis ignib⁹ abſumit̃. Ardẽt ex eo mappæ ĩ focis cõuiuiorũ, & igne exuſtæ magis ſplendeſcũt, q̃ ſi aqs abluerẽt̃. Fiũt hĩc funebres regũ tunicæ, quæ fauillã corpis dũ cremat̃ ab reliquo cinere ſeparãt. Naſcit̃ in deſertis, ac ſole aduſtis indiæ locis, ubi ĩbres nõ cadũt, aſſueſcitq; uiuere ardẽdo, rarũ inuentu, & textu difficile pp breuitatẽ. Ruſſus alioqn color igni maxĩe ſplẽdeſcit. Cũ inuentũ ẽ, æquat ptia margaritarũ. uocat̃ a græcis aſueſtinũ pp calcis ſimilitudinẽ, quæ igni purificat̃. Calcẽ .n. græci ασβεςον uocãt. β græca littera aliqñ non in .b. latinũ, ſed in .u. cõſonantẽ cõuertit̃, ut in Aſueſtinũ, & ĩ Eruu⁹. lintheũ ex aſueſtino factũ, ſi circa arborẽ ponatur, cedit̃ arbor ſurdis ictibus. Strabo ſcribit ad caryſtũ in euboea lapidẽ naſci, quẽ pectũt. nent. texũt, cõficiũt̃ inde mãtilia egregie contexta. ea ubi ſordeſcũt, in flãmas piecta nõ ſecus emũdant̃, q̃ ſi aqs maculæ eluerent̃. ex hiſpãia afferri quõdã linũ ſolebat, faciẽdis plagis utiliſſimũ, qđ zoelicũ uocat̃, a ciuitate galatiæ ppinqua oceano. & cumanũ e cãpania ad piſciũ, & auiũ capturã. Itẽ ẽt ad faciẽdas plagas, quæ cumanæ dicebant̃, apros filo, ceu ferri acie cõcidẽtes. Plagæ nõ funiculi ſunt, qbus retia aſtringunt̃, (ut ſeruius ſentit) ſed retia rariora ad capiẽdas feras, qđ pclare Virg. definit, retia rara plagæ, lato uenabula ferro. Nam funiculi quibus retia tenduntur, circa ſũmã & imam partem epidromes appellantur, quod in iis retia diſcurrãt ἐπι enim ſignificat in, δρομω curro. Viſæ ſunt tantæ tenuitatis, ut annulum hoĩs cũ epidromibus, hoc eſt funiculis, quibus extenduntur tranſierint. uno tantã eorũ multitudinẽ portãte, ut ſaltus cingere poſſent, nec adeo hoc mirũ ẽ. cũ illud ſit mirabilius ſingula ſtamina earũ centeno quinquageno filo cõſtare, quãuis illud hoc miraculũ ſuperat, qđ ĩ ægyptii quõdã regis thorace, in rhodorũ inſula uiſum ẽ in tẽplo mineruæ trecẽtis ſexagintaqnque filis ſingula fila cõſtare. Eſt ẽt lini genus, qđ carbaſus dr̃, ex quo pcipua fiunt uela nauiũ, quæ & ipſa ab hoc pluratiuo numero carbaſa neutro genere dicunt̃, ſingularis fœminino carbaſus. Hinc carbaſina uela dicimus, ſiue quæ ex eo genere lini ſunt, ſiue naualia carbaſina, hoc ẽ naualia uela. primus ĩn theatro fert̃ duxiſſe lẽtulus ſpinter, apollinarib⁹ ludis. mox Cæſar dictator totũ forũ romanũ eiſdẽ uelis texit, uiãq; ſacrã ab domo ſua ad cliuum uſq; ĩ capitoliũ, qđ ludo ipſo, quẽ edidit gladiatorio mirabili⁹ uiſum fuiſſe prodiderũt. Deĩde Marcellus Octauia ſorore Auguſti genitus, uelis forũ inũbrauit, ut ſalubrius litigãtes cõſiſterent. Quidã ẽt caua ædiũ uelis texerũt, ut ſolẽ arcerẽt. Quinẽt tingere coloribus lina cœpe, ex qb⁹ fierẽt uela. Talib⁹ uſus ẽ Alexãder magnus, dũ indo amne nauigaret. Itẽ uelo purpureo ad acciũ cũ .M. Antonio Cleopatra uenit, eodẽq; effugit. Poſtea ĩ theatris tm̃ humõi uela umbrã fecere, qđ primũ .Q. Catullus, cum capitoliũ dedicaret, ĩuenit. Lino ueteres culcitras implere ac tomẽto ſolebant, pſertim in gallia ciſalpina. Eſt & lini genus, qđ orthominũ appellant. fit e pãnicula paluſtris harũdinis. Aſia linũ e geniſta facit ad piſcatoria retia pcipuũ. Aetiopes ĩdiq; e malis, Arabes e cucurbitis. ſemẽ lini utile medicinæ eſt, adhibeturq; in ruſtico quodam ac pdulci trãſpadanæ Italiæ cibo. Itẽ eo in ſacris utebãtur. uirgæ in aqua macerãt̃, tum ſiccatæ in ſaxo tũdunt̃ ſtipario maleo, qđ pximũ cortici eſt ſtuppa appellat̃ a græco ςυπιον, qđ ſtuppã ſignificat. uñ ſtypo fit, qđ proprie eſt rimas obthuro, quia in hoc ſtupa uti ſolemus, eſt .n. deterius linũ, qđ lucernarũ fere luminibus ueteres adhibebãt, & rimis maxime nauiũ claudendis. Vñ ſtipatores appellati, q in nauibus ſtipam, hoc eſt ſtupã cõponũt. Hinc ſtipare pro dẽſare & cõponere accipit̃. Vir. ſtipatq; carinis ingens argentũ, & ſtipatores dicũtur corpis noſtri cuſtodes, quos antiq a latere latrones uocitabãt. uel qđ ſtipati hoc eſt cateruati corpora regũ circũdabãt, uel qđ ipi ferro circũdati & ſtipati erãt. Ab hoc ſtips dicta merces, quæ ſtipatorib⁹ & militibus dabatur. Augu. putas te ſtipẽ elephãto dare. q̃uis uarro ſtipẽ dictã uelit, qđ qui ſupra as maiorẽ numerũ accepiſſent, nõ in arca ponebãt, ſed in aliqua cella ſtipabãt hoc ẽ cõponebãt, quo minus loci occuparet. Hinc ſtipẽdiũ æs militare appellatũ a ſtipe pẽdẽda, & ſtypendiarii milites, qđ eã ſtipẽ pẽdebãt. Ennius, Pœni ſtipẽdia pẽdũt, pecuniã quoq;, quã uel ĩ ærarium reponebãt, uel diis offerebãt, ſtipẽ ueteres dixere. Itẽ qđ mẽdicis ad ſuſtẽtationẽ ĩfœlicis uitæ porrigit̃. Hinc q pecuniã rogat, & q ſpõdet ſtipulari, ac reſtipulari dr̃, qđ uerbũ poſtea ad oẽs rogatiões, quæ ſolẽniter fiũt trãſlatum eſt, & ſtipulatio rogatio dr̃, & ſtipulator. qui rogat ſiue rogat̃. Dicimus aũt ſtipulor abs te actiue, hoc eſt rogo te, peto abs te, & ſtipulor abs te paſſiue, hoc eſt rogor abs te, a quo fit Aſtipulor, quod ſignificat aſſentior. A ſtipo, ſtipariũ dicimus qcqd ad ſtipãdum ptinet, ut ſtiparius malle⁹. & cõſtipo uerbũ, qđ eſt cõdẽſo, & ſtipes fu-

ſtis terræ defixus,ꝙ qm̄ pullulare aliquãdo conſueuit,putãt aliqui ſtirpẽ ab eo dictã,ſtirps enĩ fœminino genere originẽ ſignificat. Vir.Heu ſtirpẽ inuiſam.Maſculino arborẽ.Idẽ, ſed ſtirpẽ teucri nullo diſcrimine ſacrũ.a quo extirpo deducit̃,qđ ꝓprie ſignificat radicitus euello,p metaphorã tñ ad alia quoq; trãſfert̃,unde extirpari uitia dicimus,quaſi fũditꝰ tolli.Hora.ĩproprie,ut alii plures fœminino genere ꝓtulit.Stirpeſq; raptas,& pecus & domos.Item ſtypula a ſtupa deducit̃,ſiue qđ ſtupæ iſtar utat̃,ſiue qđ ea quoq; ſtypari tectoꝝ rimæ cõſueuerũt.Eſt autem ſtypula calamꝰ frumẽti,ut puta tritici .hordei .farris & ſimiliũ,qđ ſcilicet cõtinet ſpicã,qđ unã dũtaxat ſtypulã habet unicalamũ frumẽtũ dr̃. Stypulæ ĩtermedia dicunt̃ genicula,& aliquãdo genua a ſimilitudine genuũ aĩalis.Ply.frumẽta quædã in genu tertio ſpicã incipiunt cõcipe.idẽ.genicula ſunt tritico ꝗterna.farri ſena. hordeo octona.Ab hoc geniculatũ dr̃, qđ frequẽtibus geniculis cõſtat,ut eſt herba,quæ heliotropiũ uocat̃, ob id genicularis herba ab aliꝗbus noĩata.& geniculati frãgi,aut aliud fieri dicimus,hoc eſt p ſingula genicula,Stypula ĩ cãpo remanet frumẽto demeſſo.Itẽ ea pars quæ e frumẽto demeſſo,cõtuſa ſpica ſupſtat ſimiliter ſtypula generali uocabulo appellat̃.Vir.Nõ tu in triuiis indocte ſolebas ſtridenti miſeꝝ ſtypula diſpgere carmẽ? quã alibi auenã uocitãt,cũ ꝓprie auena genus ſit frumẽti.ſilueſtrẽ tenui muſam meditaris auena.Verũtñ ſi ꝓprie loqui uelimus,cũ p ſe tm̄ ſpica piſitur ad aurificũ uſus,acus uocat̃,cum uero in area terit̃,palea ad pabula iumentorũ.Nã Milii.& panici.& ſiſamæ purgamẽta,nõ paleã,ſed appludã noĩamus.Neuius,ne hercle appluda eſt hodie ꝗ̃ tu leuior.dicta eſt ab applodẽdo,qđ pp tenuitatẽ,& qa minutiſſima eſt.ſpiritu deiiciat̃,non ſine errore A,Gelliꝰ,& Nonius Marcellus appludã frumẽti furfurẽ a ueteribus dictã ſcripſere, & põpeius,ſorbitiõis genus eſſe liꝗdiſſimũ.Acus aũt iſtud qđ diximꝰ,ſtypulæ genus uocat̃ a ſimilitudine acus,ꝗ̃ ſuimus.Acus aũt ab acumine.Acumẽ & acuo,& acies,ab acone græco uocabulo,quã latine dicimus cotẽ.Dicit̃ aũt acies cuiuſcũq; rei acumẽ,& ꝗ̃ſi ſũmũ,unde aciẽ ferri dicimus,aciẽ oculoꝝ,aciẽ exercitus.Ab acuo acutus deducit̃,notæ ſignificatõis,qđ etiã ad ĩcorporea trãſfert̃,ut acutũ ingenium.acutus uiſus.Et aciæris ſecuris ærea,ꝗ̃ in ſacrificiis ſacerdotes apud ueteres utebãtur.Et acer qđ ꝓprie acutũ ſignificat.Cicero ,acri hõ ingenio. Per metaphorã tñ aliquãdo,p ueloci uſurpatur,Vir,Calidũq; animis,& curſibus acrem . Aliquãdo ꝓ ſeuero.Cice.Suũ igit̃ qſq; noſcat ingeniũ,acrẽ ſe & bonorũ,& malorũ iudicẽ ꝓbeat.Interdũ pro uehemẽti.ſæuo.cruento.Vir.Acrẽq; moloſſum paſce ſero pingui.Idẽ acri quõdã regnata lycurgo.Nõnunꝗ̃ ꝓ diligẽti.ꝓuido.Idẽ,iam tũ acer curas ueniẽtẽ extẽdit in ãnũ ruſticus. Quãdoq; pro forti.Idẽ,aut acrẽ dubites in ꝓ̄lia poſcere Turnũ.Ab hoc acrimõia deducitur, hoc ẽ uiuacitas animi,acumẽ ingenii,& mẽtis ſeueritas.& acriter aduerbiũ,acute,uehemẽter. fortiter.ſeuere,& eorũ cõpatiua ac ſuplatiua.Itẽ alacer ſiue alacris.(Vtroq;.n.mõ dr̃)qđ mõ feſtinũ ſignificat.ꝗ̃ſi alis acer.Terẽ.Quid tu es triſtis,qd ue es alacris,mõ lætũ & ueluti in ſpẽ aliquã geſtiẽtẽ.a quo alacritas dicta mutatio quædã uultꝰ in aliquam ſpẽ geſtiẽtis.Cicero,uir ergo tẽperatus.cõſtans.ſine metu.ſine ægritudine.ſine alacritate.nulla libidine uexatus. Ab hoc fit alacriter aduerbiũ.Itẽ ab acer acerbus,qđ ꝓprie incoctũ & nõdũ maturũ ſignificat.uñ poma acerba,& acerbũ uulnus.i.ĩmaturũ dicimus.Aliquando tamẽ ponit̃ pro horrẽdo,& ĩmiti. Vir.Et funere merſit acerbo.Ab hoc fit acerbitas,qđ modo amaritudinẽ ſaporis,modo cruditatẽ,modo ſæuitiã ſignificat,& acerbe aduerbiũ,amare.ĩmature.crudeliter,& comparatiua ſuplatiuaq; eorũ.Itẽ acer arbor,qđ acria in ea artificũ ingenia exerceant̃.Eſt.n.ampliſſima arbor,& operũ elegãtia,ac ſubtilitate,primũ poſt citrũ locũ obtinet.Mẽſæ inde acernæ dicunt̃.Martialis de mẽſa acerna,non ſum criſpa quidem,nec ſiluæ filia mauræ.Sed norunt lautas & mea ligna dapes.Plura eius genera ſunt.Albũ qđ ꝓ̄cipui cãdoris gallicũ uocat̃, in tranſpadana italia.& trãs alpes naſcens.alterũ criſpo macularũ diſcurſu , ꝗ cũ excellẽtior ſit, dicit̃ pauoninũ a caudaꝝ pauoninaꝝ ſimilitudine.Martialis,delecto pauonino,noĩa dat ſpondæ pictis pulcherrima pẽnis nũc iunonis auis,ſed prius argus erat.Hoc in iſtria .retiaq; præcipuum eſt.E uiliori genere a uenarũ craſſitudine craſſiueniũ uocitãt.græci ſitu diſcernũt,campeſtre.cãdidũ.nec criſpũ glinõ uocãt,criſpius duriuſq;,qđ in montibus naſcat̃,montanũ.tertiũ genꝰ appellãt zygiã rubentẽ fiſſili ligno,corticeliuido & ſcabro.hoc alii,ꝓprii generis eẽ malunt.Et latine carpinũ nũcupãt.pulcherrimũ ẽ bruſcũ. multoq; etiã excellentiꝰ moluſcum tuber.utrũq; huius arboris.Sed bruſcũ intortius criſpũ . moluſcũ ſimpliciꝰ ſparſum.& ſi magnitudinẽ mẽſaꝝ caperet,haud dubie ꝓ̄latũ a ueteribꝰ citro fuiſſet. pp paruitatẽ intra pugillares tm̄ & lectorum laminas ſtetit.E bruſco mẽſæ quoq; factæ ſũt nigreſcẽtes.reperitur & in alno tuber nota arbore,ſed tanto deteriꝰ,quãto alnus ipſa diſtat ab acere.Itẽ acetũ, qđ nihil aliud eſt ꝗ̃ acre uinũ,a quo acetoſum & acetoſitas,& acer pro ipſa acetoſitate,& acetaria herbæ,quæ ad excitandum appetitũ cum aceto mandunt̃,& acidũ pro acetoſo .cuiꝰ diminutiuũ ẽ acidulum,& acetabulũ,de quo inferius dicemus.Veteres acetare ſcripſerũt ꝓ cõmouere & qđ nũc dicimus agitare.præterea ab acuo fit acupedius,de quo ĩferiꝰ dicemꝰ, & acinus granũ, & acer

nus quod

uus qđ eſt cuiuſq; rei cõgeries in acutũ elata. Acus ẽt piſcis genus ẽ, de quo diximus Itẽ gen⁹ i
ſtructæ aciei, qđ ea pars militũ uehemẽtiſſima ſit ad nocẽdũ hoſti acumine telorũ. Itẽ inſtrm
ad ornãdũ caput. qđ & p dimiutionẽ acicula dicit̃. Ab acu aũt cũ paleã ſignificat, fit acero uer
bum, qđ eſt paleis inficio, itaq; aceroſum frumentũ dicim⁹ immũdũ, & nõ ſine paleis, a quo &
uocāt,& ædificiorū ornamētis includit̃. Est ēt inter smaragdos tanos e persis ueniens gemma ingrate uiridis,& ītus sordida. Itē chalcosmaragdos æris uēis turbida. Scribit Theophrastus regi ægyptioꝝ a rege babylonio missum smaragdū dono, longitudine quatuor cubitorum, latitudine triū fuisse. Itē apud eos est Iouis delubro obeliscū e q̈tuor smaragdis q̈dragintta cubitoꝝ lōgitudine, latitudine uero in una pte q̈tuor, in altera parte duoꝝ. Itē in tyro Herculis tēplo statuā esse solidā e smaragdo. Est & pseudosmaragdꝰ in Cypro iuētus e media pte smaragdus, e media iaspis nondū hūore in totū transfigurato. Tradūt etiā quidā in labyritho ægypti Serapin collo seum fuisse e smaragdo nouē cubitoꝝ. Proximi huic colori sunt berylli qui sexangula figura artificum ingeniis poliūtur, gignūtur in India, raro alibi reperti. Probatissimi ex iis sunt, qui uiriditatē puri maris imitantur. Proximi qui uocant̃ chrysoberylli, paulo quidē pallidiores, sed fulgore in aureum colorē exeunte. Quidā nimio pallore hyacithizōtes, alii heroides, alii cerini, alii a colore olei oleagini uocāt̃. Postremi pene chrystallis similes, ac prorsus euanidi. Indi solos berylos, quorum longiore gaudēt forma, p̄dicant carere auro debere. & ob id perforatos alligāt setis elephantoꝝ. eos tñ, quoꝝ perfecta bonitas est, nō p̄forant. Vmbilicis statim capita eoꝝ cōprehēdentibus. Ideo cylindros ex iis facere malunt, q̈ gēmas, qm̄ sūma est cōmendatio in lōgitudine. Similes quoq; opalii sūt, in India similiter geniti, & smaragdis tantū cedentes. Est in his carbūculi tenuior ignis, Amethisti purpura fulgēs & smaragdi uirens mare. Magnitudo eius nucē auelanā nō excedit. Ob hāc gēmam ab Antonio proscriptus fuit Nonius senator, qui hūc e fortūis oībꝰ suis ānulū abstulit secū, sestertiū uiginti milibus æstimatū, Dubiū maior ne Antonii luxuria fuerit, propter gēmā hominē p̄scribentis, an Nonii cōtumacia proscribi potius, q̈ unā gēmam perdere sustinētis. Hāc ob eximiā gratiā qdā pæderota nūcupauere, qđ pueri amorē significat παισ enī puer dicitur ερωσ amor, quāuis & alia gēma pæderos, quā supra diximus uocari sangenon. Viridis est ēt topazius reptus in arabiæ insula, quæ chytis uocat̃, in qua trogloditæ prædones cū diutiꝰ fame, & tēpestate pressi herbas, radicesq; effoderēt, eruerūt topazion. Alii topazion insulā esse affirmāt in mari rubro nebulosam, & iō sæpe quæsitā a nauigātibꝰ, ex eaq; cā ita uocatā. τοπαζειν enī trogloditarū lingua idē eē qđ quærere. Ex hac primū Berenicæ regiæ portatā fuisse topazion a philemone præfecto ptholemæi regis, mireq; ei placuisse, & inde factā statuā Arsinoæ ptholemæi philadelphi uxori quatuor cubitorū, sacratā in delubro, quod aureū cognomiabat̃. Duo eiꝰ genera faciūt prasoidē hoc est porraceū & chrysopteron similē chrysoprasio. Sola nobilium gēmarū limā sentit. cæteræ saxo & cote poliunt̃. Est & callais uiride pallens, quæ & angites dicitur. nascit̃ in rupibus inuiis, & gelidis præsertī caucasi mōtis, oculi figura extuberās, leuiterq; adhærens, nec ut adnata petris, sed ut apposita uideat̃. Optimus ī his color smaragdi. inclusæ auro decorant̃. Sūt qui in arabia inueniri dicāt in nidis auiū, quas melācoryphos nomināt inferius a nobis dicēdas. Est & Niliō colorē habēs fumidæ topazii, aut aliquādo melleæ, est prasiꝰ, & chrysoprasiꝰ, de quibus iā diximus, & malachites spissius uirēs, a colore maluæ. quæ μαλαχη græce dicit̃. Et balanites subuiridis, & corinthio similis æri, secāte mediā flāmea uena. Et batrachites ranæ uiridi similis colore atq; effigie. Et baptes huic similis, sed mollior. Et calorites, quæ herbacei coloris ē. Et choaspites a flumīe dicta, uiridis, & fulgoris aurei. & diadochos beryllo similis, & eumetres porracei coloris Belo deo assyrioꝝ sacra & heliotropiū, quæ porracei coloris est, sanguineis uenis distincta, ex eo trahēs nomē, qđ deiecta in uas aquæ fulgorē solis accedentē percussu sanguineo mutat, extra aquā uero speculi modo solem accipit deprehēditq; eclypsin subeuntem lunā ostendens. Tradūt magi hāc gēmā siquis gerat admixta herba heliotropio inuisibilē esse, & horminodes, quæ ex argumēto uiriditatis appellata ē ambiente circulo aurei coloris ορμινοσ enī a græcis cuiuscūq; oleris circulꝰ appellat̃ & hexecontalithos, quæ licet ipsa quoq; uireat in parua tñ multicolor est, ex quo nomē habet εξηκοντα enī sexaginta significat λιθος lapidē, quasi sexaginta colores habeat. Et thracia quæ triū generū ē, prima uiridis, secūda pallidior, tertia sanguineis guttis. & echites uipæ similis, colore uiridi subobscuro, uiridis color chrysocolla ē, hūor ī puteis p̄ uenas auri defluēs crassescēte limo frigoribus hibernis, usq; in duriciā pumicis. sed laudatior est in ærariis metallis, & p̄xima in argētariis. Inuenit̃ & in plūbariis. uilior ēt auraria. Fit & artificio, sed deterior naturali. īmissis in uenā aqs tota hyeme usq; in iuniū mensem, deinde siccatis. Itē herba quæ appellatur Lutea tiguit̃. Sic tinctā pictores orobitē uocāt. Præter hos cæteri fere oēs colores mixti sūt, & ex ruffo cōpositi, sed ita diuersi, p̄ut ruffum. aut intēdūt atq; acuūt, aut cū colore uiridi miscēt aut nigro infuscāt, aut uirenti sensim in albo illumināt. Rubeus & ruffus generalia noīa sunt ad oīa quæ quōlibet rubēt. etenī fuluus. flauus. rubidꝰ. phœniceus. rutilus. luteꝰ. spadix rubei seu ruffi sūt, siue ēt rubri. A rubeus fit rubeo, a quo rubesco, & erubesco, & rubefacio, & rubefio notæ significationis, & rubor. & rubedo, & erubescentia pro rubefactione, & ipso colore rubeo, & rubicundus rubore plenus. & ruber idem quod rubeus, & Robus rubro colore,

a quo robigo, de qua supra diximus. & robigus deus. & robigalia. & robiginosus. & robur. & roboreus, qđ ex robore est. & robustus. Itē rubus ex genere fruticū aquaticaꝝ, qđ uirgulta ei⁹ rubeāt. Spinosa est, & mora ꝑducit. genus eius rosæ similitudinē habet, q uocat̃ cynosbatos. Itē aliud genus, qđ græci a loco appellāt idæū. tenuior est cæteris, minoribusq; spinis, & min⁹ adūcis. & rubidus, qđ mō rubētē significat, mō scabrū atq; asperū. unde scorteæ ampullæ rugosæ, rubidæ dici solēt. Rubidus etiā a scabriciæ dicit̃ panis secūdo coctus, qui & a nautarum usu nauticus appellat̃. Plau. Exiguā bucellā rubidi panis. Ply. Nauticus panis tusus, atq; iterū coctus sistit aluū. & rubeta, qđ in uepribus tm̄, & inter rubos uiuat, genus ranæ est, quam græci φρυνον uocāt, grādissima cūctaꝝ, & ueneficioꝝ plena, gemina habēs ueluti cornua, ueneni perniciosissimi, celeriusq; etiā q̄ aspis interimens. Iuuena. Miscet sitiēte rubetā. Idē. Ranarū uiscera nunq̄ inspexi. Mira de his magi tradidere, si in populū inferantur, silentiū fieri. osſiculo, qđ ē in dextro latere in aquā feruētem deiecto refrigerari uas, nec postea nisi exēptū fuerit feruere, e sinistro uero latere osſiculo deiecto statim feruere. Apocynon id uocari amorem eo & iurgia, si in potionē addat̃, cōcitari. Democritus tradit, si quis uulgari ranæ uiuēti extrahat līguā ita ut nulla alia pars corporis adhæreat, ipsaq; in aqua dimissa illā mulieri dormiēti supra cordis palpitationē imponat, quæcūq; interrogauerit uera respōsurā. Sed hæc ridicula sūt. illud uerū esse cōstat ranarū fluuiatilū posteriores pedes gratissimos esse in cibo. & cōtra serpentes esse adiumēto. & rubia herba tingēdis lanis, ac coriis idonea, uulgo nota, & ubiq; nascens. Itē rubrica, quā græci μιλτον uocāt etiā Homeri tpe nobilitatā, licet nōdum pictura esset in usu. tingebant̃ dūtaxat ea nauigia. Home. Ιω δλαμα νηες επον Ιο δλυωδεκα πον το πορηοι. Nascitur p se rubra, minio ꝓxima ꝑsertim in insula lemno, nec nisi signata uenundari olim solebat, ꝓpter qđ sphragidē appellabāt ἀπὸ του σφραγιζειν, qđ signare est hac miniū adulterāt. & a pōto ubi nascit̃ dicit̃ pōtica. & rubellū, uinū subrubeū. Marti. Et ueientani bibit̃ fex crassa rubelli. Persius. Veientanūq; rubellū. Rubellæ etiā uites appellatæ. & rubellæ uineæ, qđ uitiū ipsarū materia rubra sit. Ply. Proxima dignitas nomētanis rubēte materia, quapropter quidā rubellas appellauere uineas. Columella. Nomētanæ uineæ nobilitate sequūtur amineas. fœcūditate uero etiā ꝑueniūt, qppe cum se frequēter impleāt, & id qđ, ediderint, optime tueātur. feracior est minor. nec ita rubet, ut maior, a quo colore rubellæ nūcupant̃ eædē quæ fecineæ, qđ plusq̄ cæteræ fecis afferāt. E rubi italiæ oppidū a ruboꝝ frequētia. Horatius. inde rubos fessi ꝑuenim⁹. & a ruffus ruffo uerbū. Ply. Eadē ruffat capillū, hoc est rubefacit. Ab hoc ruffesco, hoc ē ruffus fio. & ruffus cognomē uiri. hinc rufuli appellati sunt tribuni miliū, nō a populo, sed a consule facti. quod de eoꝝ iure Rutilius Rufus legem tulerit, hi postea mutatione unius litteræ Rutuli sunt appellati ruffi, seu rutuli coloris. quoniam studiosæ erant ueteres romanæ mulieres rutiliæ cognomiatæ sunt. Inde etiā uiri rutuli sunt appellati. Rubeæ ergo uestes, & rubræ, & ruffæ sunt rubei coloris. Marti. Roma magis fuscis uestit̃, Gallia ruffis. Rutilæ, cū aliqđ nigrioris habent admixtum, quæ & Hyacinthinæ dicunt̃, de quibus supra diximus. & hisginæ ab hisge herba. & ferrugineæ a ferri igniti colore. Virgi. Et ferrugineus hyacinthus, quāuis aliquādo ferrugineus pro rubiginoso accipitur, & ab ipsius rubiginis similitudīe pro fusco. & burræ, qa ueteres burrum rubrum dicebant. unde burranica potio appellatur, lac sapa mixtū a ruffo colore, & rustici burram bucculā nominabant, quod rostrum habeat ruffum. Pari modo rubēs cibo, ac potione ex prādio burrus appellatur, quæ oīa a græco deducūtur. nam græci πυῤῥον ruffum dicunt. Color uero, qui est inter ruffum & nigrum, qualem in bobus præcipue cernimus, Heluus dicitur, a quo heluacia genus ornamenti lydii a ueteribus uocabatur. Heluella uero uocabant olera minuta. quoniam helus, & helusa ueteres dicebant pro olus, & olera. Itē balaustinæ a flore mali punici, qui balaustum dicitur, & non modo medicinis, sed etiam uestibus tingendis utilis est, quæ sibi concolores fiunt. & color ipse dicitur balaustinus. Rubri coloris præter rubricam sunt minium, quod inuenitur in argentariis metallis, magnæ inter pigmenta auctoritatis. & olim apud Romanos religionis. Quippe simulachri iouis facies diebus festis minio illini solebat. Item triumphātium corpora, sic enim fertur Camillus triumphasse ob eam (ut arbitror) rationem, ut imperatores horribiliores uiderentur, quēadmodum Cæsar Britannos scribit Glasto se inficere, quo horridiores uideantur in bello. Glastum herba est plantagini similis. qua britānorum quoq; coniuges, nurusq; quibusdam sacris, toto corpore oblinūtur, nudæq; incedunt, æthiopū colorē imitātes. Præterea minium unguētis cœnæ triumphalis ad lauādas manus addebat̃, & censores Iouē minio īficiēdū solebāt locare. Aethyopū quoq; ꝓceres toti eo tingebant̃, eūq; deoꝝ simulachris colorē adhibebant. Tradūt Miniū a Callia atheniēse primo inuētum fuisse, dum speraret ex rubente arena in metallis argenti aurum excoqui posse. arenam cocci colorē habere, hanc teri. deinde lauari farinam. & quod subsidat iterum lauari. Quidam hoc magno errore cinnabarim uocant, cum ꝓprie cinnabaris sit sanies draconis, moriētium elephātorum pōdere elisi. utriusq; animalis sanguine permixto

Cõſtat enim elephãtis frigidiſſimũ eſſe ſanguiné,ob id ſæuiẽte æſtu a draconibus expeti,quá obrẽ mergi in amnes,& bibẽtibus inſidiãtes ꝓboſcide inuolui,atq; in aurẽ morſum defigere, qm̃ is tm̃ locus defendi ꝓboſcide nequeat.Sic a draconibus totos elephãtos ebibi,ſiccatos cõcidere.& dracones ſanguine inebriatos elidere,ac utroſq; pariter cõmori.Proboſcis eſt porrecta corporis pars inhærẽs naribus,quæ excepto homine in aliis fere aĩantibus inuenit᷑.Varro,inueniſſe ſe Eryciũ cũ ꝓboſcide.in Elephãto dr̃ Manus,qđ ea tanq̃ manu utat᷑.Ply.Reſoluunt elephãti manu draconũ nodos.Eſt & alius dimicationis modus.Ab excelſa ſe arbore Draco ĩ elephantum iniicit.ille arboꝝ aut rupiũ attritũ quærit.Draco id ſentiens alligat cauda,ille ꝓboſcide nodos reſoluit,hic in ipſa nare caput condit,& ſpirãdi uiã auferẽs enecat .Interdũ petit oculos,ex quo fit,ut cæci plerũq; elephãti fame cõtabeſcãt.Proboſcis ideo dicta ,quod añ depaſcat.Græci.n.πϱοβοσκειν dicunt ante paſcere,Mixtura ergo illa ex duoꝝ aĩalium ſanguine Cinnabaris dr̃.Nec eſt alius color,q in picturis magis proprie ſanguiné reddat,Eſt antidotis,& diuerſis aliis medicinis utiliſſima,cũ minium(quo pro cinnabari medici q̇dá utunt᷑)ſit manifeſte uenenũ.A miniũ fit minio uerbũ,quod eſt minio tingo,& paſſiuũ eius minior.Ply.A cenſoribus in primis Iouẽ miniandũ locari,a quo & miniari libri dicũtur,cũ litteræ maiores uerſicolorib⁹ fiũt.Itẽ miniariæ dicũt᷑ loca,e q̇bus effodit᷑ miniũ,ſicut argẽtariæ,& aurariæ e q̇bus effodit᷑ argẽtũ atq; auꝝ,& miniariũ metallũ uocatur argẽtũ,cũ quo effodit᷑ miniũ.Solebant ueteres minio clariores lr̃as facere,uel in auro,uel in ære,uel in marmore etiã in ſepulchris.Et ſinopis inuenta primũ in ponto,& a quo nomẽ habet ſinope urbe.Species ei⁹ tres ,rubra,& minus rubẽs,& inter has media.Eã quæ ex Africa uenit Cicerculũ appellant .Et Ochra quæ fit exuſta rubrica in ollis nouis lũto circũlitis.Sĩopidis põticæ ſelibra,ſilis lucidi libris decẽ,& melini græciẽſis duab⁹ miſtis,tritiſq; una ꝑ dies duodecim,Leuchophoꝝ fit,hoc ẽ Glutinum auri,cũ inducit᷑ ligno.Inter gẽmas aũt rubeo colore ſunt carbũculi,a ſimilitudine igniũ appellati,cũ ipſi nõ timeãt ignes,ob id a q̇buſdã uocati Apyrotes,Qui ex iis lãguidius lucent,Libycõtes appellant᷑.Carchedõii ſunt minores,& nigrioris aſpectus,qb⁹ſignãdis cæris uti ſolemus.eſt & Anthracites appellata carbonibus ſimilis.Mirũ qđ lacte uelut intermortui extingunt᷑,cõtra ꝑfuſi aq̃ magis exardeſcũt.Cognata carbũculo eſt ſandaſtros ,quá aliq Garamãtidẽ uocãt.hẽt uelut intrãſlucido ſtellãtes ĩtus aureas guttas,& fere hyadũ nũero . qdã & ſandaſitẽ noĩant.Nicãder Sãdaphoriõ,alii Sãdareſon nũcupauerũt Ex eodẽ genere & Lychnites ẽ appellata a lucernaꝝ accenſaꝝ ꝑcipua gr̃a.probatiſſima in ĩdia naſcit᷑,quá qdã remiſſiorem carbũculũ eẽ dixerũt,Secũda bonitate eſt ionis appellata a ꝑclaris uiolaꝝ floribus. Nã græci ιον uiolã noĩant,hæc a ſole aut digitoꝝ attritu excalfacta paleas & chartarũ fila ad ſe rapit. Et Charchedonius,quæ idẽ facere dr̃,q̈q̃ ſit multo uilior,Naſcitur apud Naſamonas in mõtib⁹,ut incolæ putãt ĩbre diuino,ĩueniturq; ad rep̄cuſſum lunæ maxĩe plenæ.Potoria uaſa ex hoc lapide fieri cõſueuerũt,noſtra quoq; ætate aliqñ uiſa.Scalpturæ cõtumaciter reſiſtit,ꝑtẽq; cæræ retinet ſemꝑ.Et ſarda quæ e cõtrario ſignãdo utiliſſima ẽ ,gẽma uulgaris,& primũ ſardib⁹ repta.Sardis pluratiuo numero urbs Lydiæ ẽ,regia olim Crœſi lydoꝝ regis,ſed laudatiſſima in Babylonia.alterũ eius genus demiũ uocat᷑ a pinguedine.Greci.n.δημον ꝑ pingui accipiũt.Homerus hoc frequẽter utit᷑,a quo δημιον appellata.Nec fuit in uſu antiquorũ gẽma ulla frequẽtior,ut Menãdri fabulæ teſtãtur.Ab hac & onyce de q̈ ſupra diximus,alia gẽma Sardonix appellata cãdorẽ habẽs ĩ ſarda,q̈ſi ungue hoĩs carnib⁹ ĩpoſito,& utroq; trãſlucido.Placere noſtris ob id maxĩe cœpit,qđ ſola ꝓpe gẽmarũ ſcalpta ñauferat cærã,indi ꝑforatis utũt᷑ in collo Claudius Cæſar Smaragdo in primis uti ſolebat,atq; Sardonice,primus aũt romanoꝝ Sardonice uſus eſt prior Africanus,deinde Romãis celeberrima fuit.Perſius,& natalitia tãdẽ cũ Sardonice albus,Iuuena,Ante pedes ideo cõducta Paulus agebat ſardonice.Hinc q ſardonicẽ geſtat,dr̃ ſardonicatus,ſicut ab ãnulo ãnulatus.Martia.Ruffe uides illũ ſubſellia prima tenentẽ.Cuius & hinc lucet ſardonicata manus.Hanc gẽmã fuiſſe tradunt,quá Polycrates tyrann⁹,cũ ei oĩa in uita ſecũda ſuccederent,nec unq̃ aliqd aduerſi,quo ſemp fauẽtis,atq; ita inſidiãtis fortunæ inuidiã expiaret ãnulo ligatã,nauigio in altũ mare ꝓuectus,manu ſua deiecit ĩ ꝓfundũ,ſaltẽ hoc mõ in uita aliquãdo doliturus,At fortuna nec flecti,nec mulceri facilis,id paſſa non fuit.Eteñ piſce eximiæ magnitudinis eo die capto,regiq; in cõuiuio oblato annulus,quẽ dũ mergeret᷑ deuorauerat ſũmo oĩum q aderant ſtupore reſtitutus ẽ,uẽtriculo piſcis dũ ſcinderetur inuentus.Viſa poſtea Romæ hæc gẽma fuit in concordiæ delubro cornu aureo Auguſti dono incluſa,Et hyacinthus rubeo colore diluto fiori,a quo nomẽ habet,oppido q̈ ſimilis & Chryſolãpis noctu ignei coloris,licet die palleſcat.Et Eupetalos igneũ ĩ primis colorẽ habẽs,ſed ceruleo,& minii,ac mali colorib⁹ admiſtis.Et gorgonia ,quæ nihil aliud eſt q̈ Corallium ita appellata,qm̃ coralliũ extractũ aquis ex ligno dureſcit in lapidẽ,quomodo Gorgonis capite oſtenſo cũcta lapideſcere ſolebãt.Nota eſt perſei ac Gorgoniſ fabula,de q̈ ĩferius differem⁹.Coralliũ in mari rubro gignitur,& in ꝑſico,qđ uocat᷑ iace.Laudatiſſimũ in Gallico ſinu circa

orchadas ĩsulas.& in siculo circa Drepanũ,'& ante Neapolim,& ante Corniculum hoc quoq; tpe,forma ei est fruticis.color uiridis,baccæ cãdidæ sub aqua,& molles. Exéptæ cõfestim durãtur,& rubescũt,q̃si corna satiua. Aiũt tactu,dũ uiuit,prsus lapidescere,ppter qd' euelli retib⁹, ac ferramẽto p̃cidi.Hac de cã corallĩu,quasi cheraliũ uocitatũ putãt ἀπὸ τῆσ χειροσ,hoc ẽ a manu,qd' ea tactũ lapidescat.quidã tñ potius ἀπὸ τῆσ κειροσ dictũ uolũt,qd' cõgestũ qd,ac testaceum significat.Probatissimũ eximie rubet,& q̃ ramosissimũ est,nec scabrosum,aut lapideũ.religiosum id gestamẽ putãt,& infantiæ pro amuleto alligat'.baccas quoq; ex eo faciũt, quibus & in numerãdis p̃cibus sacris,quæ sacræ baccæ,siue per diminutionẽ sacræ bacculæ dicũtur. & in collo pro monili utũtur.& Hepisthites,quæ speculi naturã habet,in reddẽdis imaginib⁹ q̃q̃ rutila Expimẽtũ eius est,si feruẽtẽ aquã addita statim refrigeret,aut si in sole posita arridã materiã accẽdat.Et hœmatites sanguineo colore in Aethyopia prĩcipalis.& meconites,quæ florem syluestris papaueris exprimit.& Nympharena urbis & gentis psicæ nomẽ habẽs similis hepisthitæ.& telicardios colore cordis,persis maxime grata,quã muculã appellãt. & carcinias marini cancri colore.& triglites colore triglæ,hoc est mulli.Coccinus uero color est,qui exuberãtiã quãdã,ac splẽdorẽ ruboris ostẽdit.dictũ a cocco,qd' latine granũ dicit'. ẽ enĩ coccus ueluti granũ, quod uel ex arbuscula ilici simili,uel ex rubẽti gramĩe nascit'. olim ĩ galacia africa.ac lusitania.Postea & in gallia transalpina.nũc etiã in peloponesso,atq; aliis græciæ locis.hic & spadicus,& phœniceus uocat',qd' nõ dissimilis sit fructui palmæ arboris nõdum sole incocto.Spadica.n.græci nominãt auulsũ e palma cũ fructu ramũ.φοινιξ uero palma appellat'.a quo græci φοινικον phœniceũ uocãt.Hinc coccina,& coccinæ uestes dicũtur.Marti.Coccina famosæ donas,& ianthina mœchæ.idem color roseus,a rosarum similitudĩe dicit'.a quo & roseus pãnus,& roseæ uestes appellãtur.Ply.Asini a coitu spuma collecta roseo pãno,& inclusa argento uenerem stimulat.Rosa notissimus flos est spina nascẽs siue rubo.Germiat primo inclusa granoso cortice,quo mox intumescente,& in uirides alabastros fastigato,paulatim rubescẽs dehiscit,ac sese pãdit in medio calicis sui cõplexa luteos apices.Ex hac fit oleum, qd' rosaceũ dr̃,fuisseq; in usu a troianis usq; tpib⁹ testat' Homerus ροδοεντι δε χριεν ελαιῳ, hoc est roseoq; unxit oleo.Itẽ unguẽto quoq; ĩponit',de quo supius diximus, & mensarũ delitiis. Quæ ardẽtissimi coloris est,nõ excedẽs duodena folia,milesia dr̃.,pxima minus rubens Trachinia.uilior albicãtibus foliis alabãdica. Vilissima pluribus & minutissimis sicionia.Est quæ a folio℞ multitudĩe cẽtifolia uocat',quæ nec odore,nec specie,pbabilis habet', nec coronis a ueterib⁹ adhibebat',p̃ter q̃ ad extremos uelut cardines.Est & quæ græcula appellat' a nostris,a græcis lycnis,nõ nisi in humidis,pueniẽs,nec unq̃ excedẽs qnq; folia,uiolæ magnitudine, colore nullo. Alia græcula fundit' e caule malleolaceo, folia oleacia habẽs, moscheuton uocãt. μοσχευματα enim,ppagines uocant'.inter has media magnitudine autũnalis est, quã uocãt coroneolã,oẽs sine odore. A rosa rosetũ,& rosariũ deducunt',hoc ẽ copia fruticũ uno loco rosas gignẽtiũ,& roseũ.uñ roseus color,& roseus odor,& roseus pãnus.& roseæ,hoc est purpureæ genæ.& rosalia coronæ e rosis factæ.Rosa græce ροδον dicit'.unde rhodinũ unguentũ, & crinorhodon lilii genus rubẽs,qd' græci κρινον uocant.& rhododẽdros(qd' ne nomen qdem apud nos inuenit latinũ). Rhododaphnẽ uocãt,aut neriũ.frutex est foliis amigdalæ, sed maioribus & pinguiorib⁹,semĩe patẽti ut cornu.intus lana ẽ similis hyacintho,radix oblõga, gustu salsa.angusta.nascit' locis aquosis,& humidis.& rhodora herba,quæ caulẽ hẽt uirgæ ficulneæ,mõ geniculatũ.folia urticæ in medio exalbida,eadẽ,pcedẽte tpe tota rubẽtia,florẽ argẽteũ ad similitudinẽ rosæ.hui⁹ coloris ĩter gẽmas ẽ amethysti gen⁹,de quo paulo mox dicem⁹. & mitrax roseo colore,q̃uis solis radiis opposita uersicolor sit.& telirrhizos,q̃ in colore coccino cãdidis radicib⁹ spectat'.repit' tñ & coloris cinerei.&.rhodites a rosa uocata.Græci.n.ροδον rosam noiant.Purpure⁹ color ẽ,q nigricãtis rosæ splendore sublucet.Cætero℞ oĩum colorũ gratissimus,& tingẽdis uestibus maxĩe expetit⁹,a purpura uocatus.Purpura.n.piscis ẽ ex concha℞ genere,uiuit ãnis septẽnis,latet circa canis ortũ tricenis dieb⁹.Cõgregat' uerno tpe, mutuoq; attritu lẽtorẽ quẽdã ueluti cæræ emittit,sed nobilẽ illũ succũ ad tigẽdas uestes ĩ mediis faucib⁹ habet,minimũ liquoris est in cãdida uena.reliquũ corpis sterile est.Viuas conãtur capere,qa florẽ illũ moriẽtes cũ uita euomũt.Ligua purpuræ ẽ lõgitudine digitali, duritia tãta, ut reliq̃s cõchas aculeo pforet.aqua dulci,& sicubi flumĩe mersæ fuerit, facile necant'. alioqn qnq̃genis dieb⁹ uiuũt captæ,& saliua sua nutriũtur.crescũt celerrime oẽs cõchæ, sed purpuræ p̃cipue,anno magnitudinẽ ĩplẽt.Maiorib⁹ purpuris detracta cõcha auferũt succum.minores frãgũt tyrii,& ita eo℞ rorẽ excipiũt,q:a loco tyrius dicit',q̃q̃ in aliis quoq; locis id fiat.dicit' ẽt buccinũ qñ duo huiusmodi cõcharũ genera sunt.Buccinum minor concha,ad similitudinẽ eius buccini,quo sonus editur,a quo nomen accepit,qd' rotũditatem oris in margine ĩcisam habeat.Purpura rostrum habet caliculatim,pcurrens,& clauatũ usq; ad turbinẽ,aculeis in orbẽ septenis,qui non sunt buccino,sed utriq; tot orbes sunt,quot habẽt annos.buccinũ nõ nisi

petris adhæret,& circa scopulos semp inuenit̉.Purpura a Pelago pelagia uocitat̉.a quo & succus eius pelagiũ dicit̉,sicut succus buccini dicit̉ tyrius.pelagiarũ aliæ lutẽses a luto,in quo uersant̉.aliæ algẽses ab alga.aliæ calculosæ a calculo maris.aliæ dialutenses,quæ uario soli genere pascuntur.utriusq; succus ab artificibus decoquit̉,atq; expumatur.dein lana tingit̉. Buccinũ per se dãnat̉,quoniã succũ habet remissiorẽ,pelagio admixtũ dat ei austeritatem illã, nitorẽq; q̃ quærit̉ roseũ,sic alterũ altero excitet̉.Sũma laus huius coloris est,si sanguini cõcreto similis sit,aspectu nigricãti.Quapropter Homerus πορφυρεον αιμα, hoc est purpureũ sanguinẽ uocat,hic uestes purpureæ dictæ,& tyriæ a loco,ubi purputa fit,& color ipse a matre uocat̉ purpura.a quo purpurissum dicit̉,coloris factitii genus,quo utũtur pictores,fitq; e creta argentaria,& cũ purpuris pariter tingit̉,bibitq; eũ colorẽ celerius,q̃ lanæ. & qm̃ purpura græce πορφυρα uocat̉,porphyriacus quoq; pro purpureo accipit̉.Ouid.Et porphyriacis figere labra genis.& porphyrites lapis in ægypto rubeus,cãdidis iteruenientibus pũctis,ꝓpterea leucosticos appellatus,qđ λευκοσ albũ dicimus,στιζειν pungere.Item porphyriticus,hoc est ex porphyrite lapide.& porphyris insula in laconico mari sita,quinq; milibus passuũ a maleæ ꝓmõtorio distans,eadẽ postea cythera dicta.& porphyrio auis,quæ sola morsu bibit oẽm cibũ aqua subinde tingens.deinde pede ad rostrũ ueluti manu afferens,crura huic ꝓlõga rubẽt & rostra.Martia.Nomen habet magni uolucris tam parua gigãtis.& nomẽ prasini purpurionis habet.Cõstat sane inter gigãtes duos,ꝓcipue prĩcipatũ obtinuisse porphyrionẽ,& alcioneum.prasinus quoq; auriga,cuius in Nerone Tranquillus mẽtionem facit.Prasinus purpureo dictus est.Murex quoq; genus conchæ a purpura diuersum,licet similiter uerno tẽpore cõgreget̉. & lẽtorẽ quẽdam saliuet,lateatq; circa canis ortum.Idẽ & cõchiliũ per excellẽtiam dr̃.Ply.Cõchilia & purpuras oẽs ora atterit.unde uestis tincta murice cõchyliata dr̃.idem.In cõchiliata ueste cætera eadẽ sine buccino.Ponit̉ tñ conchyliũ & pro ipso colore,sicut purpura,murexq;.Idẽ.Cõcharũ ad purpuras,& cõchilia eadẽ qdẽ est materia.Item pro genere ipso cõcharũ,a qbus nomen sumplit.idem.Lingua purpuræ lõgitudine digitali,qua pascit̉ pforãdo reliqua conchylia,muricis,siue cõchylii cruor grauis in succo est,color austerus ĩ glauco.& irascẽti similis mari,id ostrũ dicit̉,ab ostreis. Quapropter cõchyliũ.muricẽ.ostrũ.ĩ eadẽ significatiõe accipimꝰ. Vir.Tyrioq; ardebat murice lena.idẽ.Vt gẽma bibat,& sarrano dormiat ostro. Iuue. Horum ego non fugiã cõchylia,hoc est luxuriosas uestes,& murice infectas. Sed horũ nominũ ratio reddẽda est Inter pisces qdã crusta fragili muniunt̉,ut sunt locustæ,& cancri.Locustæ sunt,q̃ reptantiũ more fluitãt recto meatu si non sit metus,cornibus ad latera porrectis.pauidæ uero iisdẽ erectis in latera ꝓcedũt.& inter se cornibus dimicãt,dictæ a similitudine terrestriũ,ac uolucrũ locustarũ,quæ oua in terra pariũt, cum pepererint,statim matres innascẽte circa fauces uermiculo strãgulant̉,eodẽ tpe obeũt mares.hæ serpẽtem quotiens libuerit,singulæ necant, faucibꝰ eius morsu apprehẽsis.Aristoteles. πολλοι δε και την ακριδα εωρακασιν οτι οταν μαχηται τοις οφεσιν επιλαμβανεται του τραχηλου,hoc est,multi aũt & locustam uiderũt,quãdo aduersus serpẽtes pugnat,eorum fauces apphendere.non nascũtur locustæ nisi ĩ planis,& rimosis locis.in india longitudine triũ pedũ esse tradũtur,cruribus earũ,atq; fœminibus.cũ inaruerint pro serris utũtur.Aliquãdo gregatim sublatæ uento in stagna,seu maria decidũt.Lõginqua etiã æquora trãseũt,pluriũ dierũ itinere continuato,tãto pẽnarum stridore uolitantes, ut maiores aues uideant̉.Ingẽtem sæpenumero messibus iacturã afferũt, tactu multa adurẽtes, unde nomẽ habẽt.morsu uero cũcta,atq; etiã tectorũ fores erodentes.Apuliã maxime ex africa infestãt.In cyrenaica lex est,ut ter anno debellẽtur,& in eũ, qui cessauerit, desertoris pœna sancita est.primo itaq; oua earũ obterũt.secũdo fœtũ.tertio adultas.In ĩsula lemno certa mẽsura ꝓscripta est,quã singuli necare,& ad magistratus referre debeãt,habentes ob id in ueneratione graculos,ꝙ aduerso uolatu illarũ exitio occurrant.In syria quoq; militari impio necare eas mos est.Parthi eas in cibo sumũt.uocẽ ab occipitio emittũt,ubi in cõmissura scapularum habere quasi dentes existimãtur,qui inter se terẽdo edãt stridorẽ.Nefas est credere diuum ioãnem,quẽ regis nr̃i ꝓcursorẽ merito uocãt huius cibi impuritate usum in heremo fuisse.Causa aũt erroris hinc fluxit,qđ græci ακριδασ modo locustas uocãt.modo sumitates herbarũ,siue arborũ,hoc est teneriores partes,& quasi quosdã cauliculos,qui sumi in cibo solẽt.uñ ακριζειν græci dicũt,hoc ẽ summa decerpere.Interpres igitur pro cauliculo locustam posuit. Nec me latet ab historicis tradi,gentẽ quãdã eẽ in india,quæ pãdore appellat̉ annos ducẽtos uiuentẽ in iuuẽta candido capillo,in senectute nigro,contra aliã quadragenos non excedentẽ annos quorum uxores semel pariunt.Locustis eos ali,& esse pernices.Sed cibo tam immũdo uixisse sanctissimũ uirum,mihi certe parum credibile uidetur.Cancri distinguntur in camaros.carauos.astachos.paguros.heraleoticcos.leones.& quedam alia ignobiliora genera. Sunt & in phœnice hippiæ uocati tãtæ uelocitatis,ut consequi eos impossibile sit.octonos cancri pedes habent,oẽs in obliquũ flexos,bina brachia cum forcipibus denticulatis. supior pars mouet̉.

inferior

Inferior eſt prorſus immobilis. Cocleæ cruſtam paulo duriorem habent. Suntq; & Aquatiles & terreſtres exerentes ſeſe domiciliis, & quoniam oculis carent, binis corniculis iter prætentantes. Firmioris uero teſtæ piſces Conchæ, & Oſtrea dicuntur. conchæ dicuntur, quæ teſtá leuem habent, ac politam, ſiue uniformiter rugatam, ſiue denticulatam. Oſtrea uero, quæ aſperam. ſcabramq;. q̈uis generali nomine oſtrea quoq; conchæ uocentur. Item quæ ex uno tãtũ latere teſtá habent. altero ſcopulis, aut lapidibus, aut alteri materiæ adhærent. Nam teſtæ ipſæ duriores proprie conchæ dicuntur, quales ſuut coclearum. Ouidius. oſtreaq; in conchis tuta fuere ſuis. Cicero de pinna loquens. Duabus grãdibus obſita cõchis. Columella implicitus. conchæ limax. Vnde uaſis quoq; genus concauum ac ſuperius patulum ab huius cõchæ ſimilitudine concham uocamus. Plyni. puluis ſemper in catinos digeritur, & ex aceto maceratur, ut omnis duritia ſoluatur, ac rurſus tunditur, deinde lauatur in conchis, ſiccaturq;. Hinc etiam conchis dicta eſt faba cum cortice ſuo elixa, ad differẽtiam fabæ freſſæ, quæ ſine corticibus coquitur, a ſimilitudine uidelicet concharum, quod confracto cortice, uelut ĩplicita conchis ſuis caruncula uideatur. Martia. Si ſpumet rubra conchis tibi pallida teſta, Lautorum cœnis ſæpe negare potes. Eſt autem concha græcum uocabulum, quippe græci κογχην conchá dicunt κογχυλιον muricem κογχυλευτην muricũ collectorem. Itaq; purpura inter conchas potius numerabitur, murices ĩter oſtrea ob ſcabriciem corticis. quapropter, & murex pro ſaxo aſpero ponitur, diciturq; ab aſperitate murorum. Vir. Et acuto murice remi obnixi crepuere. oſtrea uero, ſimiliter a græco appellata ſunt. Nam ſicut nos a teſta teſtudinem uocamus, ſiue animal, quod ueluti teſta tectum eſt, ſiue id genus ædificii, quod ex teſta eſt compoſitum, uel ad teſtudinis ſimilitudinem factum, ſic græci οςρεα ἀπὸ τȣ ὀςρακȣ nominauerũt. oſtracũ quippe teſta a græcis uocatur, unde Teſtaceum pauimentum uulgo nunc oſtracum uocant, & oſtracina ſuffragia Athenienſium dicebantur, quod Athenienſes ea in figulinis uaſis dare conſueuerunt. hic oſtreatum pro duro atq; aſpero accipimus. Plautus. Itaq; iá quaſi oſtreatum tergum ulceribus geſtat. & oſtris ſiue oſtria uocatur arbor, quæ ſolitaria naſcitur circa ſaxa aquoſa, ſimilis fraxio cortice, & ramis, & folio, pilis tamen paulo longioribus, craſſioribuſq;, ac rugoſis inciſuris, materia dura atq; firma, q̃ ĩ domũ illata difficiles partꝰ fieri, morteſq; miſeras, ueterũ ſuperſtitõ exiſtimauit. Dicuntur etiam fœminino genere oſtreæ. A. Gellius oſtreæ ſeneſcente luna inuberes. macræ. tenues. exutæ ſunt. Creſcente luna pingueſcunt. hic cibus in delitiis ſemper habitus fuit, & palma menſarum hodie quoq; oſtreis datur. Gaudẽt dulcibus aquis, in petroſis tamen gignuntur. Grandeſcunt creſcente luna, ſed priuatim circa initia æſtatis multo lacte prægnantia, præcipua habentur quæ ſpiſſa ſunt, nec ſaliua ſua lubrica, craſſitudĩe potius laudanť. quá latitudine. Spondylus dicitur calloſum illud rotundum albicans, quod intus habẽt ĩ medio, a ſimilitudine ſpondyli, quod nos uerticulum dicimus appoſitum fuſis. ut melius nendo uertantur. nam reliqua caro circũſparſa Lacinia dicitur. Meliora ſunt quæ Spondylum breuem habent, nec carnoſum, nec fibris lacinioſum, ac tota in aluo. generoſiora etiam exiſtimãtur ambiente fibras purpureo crine. Parata appellantur, quia cruda meliora ſunt. Gaudent peregrinatione. Brunduſina in Auerno meliora ſunt. contra iſta et ſuum retinere ſuccum, & a lucrino adoptare exiſtimantur. In indico mari pedalia inueniri prodiderunt. nomenclator nepotis cuiuſdam inter ueteres Romanos tridacna oſtrea appellauit, tantæ amplitudinis intelligi cupiens, ut ter mordenda eſſent. δακνειν enim mordere eſt. oſtrea ſtomachum mirifice reficiunt, faſtidio medentur, molliunt aluum leuiter, cocta cum mulſo tenaſmum, qui ſine exulceratione ſit ſanant. ueſicarum ulcera repurgant. Cinis concharum dentes polit. ideoq; inter dẽtifricia numeratur. Dentifricium enim uocamus quod fricando, dentium rubiginem tollit. Sicut Dentiſcalpium quo ſcalpuntur dentes, ut penna. lentiſcus, & ſimilia. Martialis. Lentiſcũ melius, ſed ſi tibi frondea cuſpis defuerit, dentem penna leuaŕ poteſt. Ab oſtreis oſtrearius panis dictus, quo ueteres cum oſtreis ueſci ſolebant. Varia ſane panis genera apud ueteres fuere Aliquando ab obſoniis nomen habebat, ut oſtrearius. Aliquando a delitiis ut Artolaganus. nam græci λαγνον ganeonem. λαγνειαν luxuriam dicunt, & ab hoc Lagana, quæ ex candida farina fiunt. tenuiſſima ad patinarum uſum. Quidam a laganis potius dictum Artolaganum putant propter candorem. nonnunq̃ a feſtinatione, ut Speuſticius ἀπὸ τοῦ σπεύδειν, q̃d accelerare ſignificat, hic qualis ſit docet Cato ſpeuſticium panẽ ſic facito. Manus. mortariũq; bene lauato. Farinam in mortarium indito. aquam paulatim addito. ſubigitoq; pulchre. ubi bene ſubegeris, defingito, coquitoq; ſub textu. Sæpe etiam a coquendi ratõne, ut Furnaceus q in furno coquitur. ſubcinericius qui ſub cinere, Focacius qui in foco. Artopteſius qui in clibano. licet enim κλίβανος hoc eſt clibanus apud græcos furnum ſignificet, nos tamen clibanũ. uocamus inſtrumentum, quo aliquid coquitur ſub textu. quod ex ferro fieri ſolet. ſæpe etiam opere figulino Ply. Lini cortices clibanis & furnis præbent uſum. mulieres quæ ita panẽ coq̃bãt, artoptæ nominabãtur. ἄρτος enim panis ẽ. ὀπτῶ coquo. Plau. Dromo deſquáma piſces,

tu Macherio congrum murenam exdorſa quantum potes, ego hic artoptam ex proximo utēdam peto. Plerunq; etiam ab iis, qui eo utunť nomen habet, ut partichus, qđ a parthis aduectus ſit alii hunc Aquaticum uocant. quoniam aquam trahit obtenuem, & ſpongiam inanitatem Item panis militaris, quo milites in expeditione utebantur. qualis hic eſſet indicat. Plyni⁹. Lex (inquit) naturæ certa eſt, ut in quocunq; genere pani militari tertia portio ad grani pondus accedat. Sæpe etiam ab ordine. hinc Primarium panem & ſecundarium dicimus. Suetonius de Auguſto. cibi minimi erat, ac fere uulgaris. Secundarium panem & piſciculos minutos, & caſeum bubulum manu preſſum, & ficus uirides biferas maxime appetebat. Horatius. Viuit ſiliquis, & pane ſecundo. hic etiam cibarius panis appellatur, hoc eſt uulgaris, & qui omnium cibus eſt Nonnun q̄ ab ipſa ſpecie panis, unde ſecundo coctus a ſcabricie Rudibus uocatur, idē dicitur nauticus, ꝙ eo utuntur nautæ, quia diuturnior eſt, nec tam facile cōtrahit ſitum. Interdum etiam a tritici genere. Vnde Sitanius panis dicitur ex nouo frumēto. intra trimeſtre a tēpore meſſis factus. Græci. n. σιτον frumentum dicunt. νεον nouum. hinc σιτανεος quaſi σιτοσνεος Item, triticeus panis ex tritico. Hordeaceus ex hordeo. Siligineus ex ſiligine. fermentatus præterea panis dicitur, qui fit addito fermento. Græci ab ipſo tritico αυτοπυρον nominant, ſicut e contrario αζυμον hoc eſt Azymum ſine fermento. ζυμη. n. fermentū uocatur. Panis autem ut Varro exiſtimat a paſcendo appellatus eſt. unde et Pappa deducitur, qui proprie cibus ē puerorum, unde fit Pappo uerbum, hoc eſt edo, cibum ſumo. Plautus Nouo liberto opus eſt, quod pappet. Pl. pappabit, præbebo cibum, A panis panifex deriuať, qui panē facit, & panificiū ipa panis factura, & panificæ mulieres, quæ faciunt panem, & Paſtillus quaſi paruus panis per diminutionem. Panibus ueteres redimebant caput equi immolati, quādo idibus octobris in campo martio ſacrificium fiebat, ob frugum euentum, & equus potius q̄ Bos immolabatur, quod bos frugibus parandis eſt aptus. Item a panis Pando uerbum, ut Varro exiſtimat, quod ſignificat aperio. patefacio, quod apud ueteres, qui ope indigeret, & ad aſylum cereris cōfugiſſet, panis ei dabatur. pandere itaq; dictum eſt quaſi panem dare, & quod nunq̄ fanum talibus claudere tur. pandere pro eo quod eſt aperire uſurpatum, ab hoc Pandana porta Romæ dicta qđ ſemper pateret. Virg. Et pādas ratib⁹ poſuere carinas. Et empāda ueteꝝ dea qđ reb⁹ patētib⁹ p̄eſſet, & Pādiculari qđ ē toto corpe oſcitare, atq; extēdi a quo pādiculatio hmōi oſcitatio, & pādicularis dies. qui & Cōmunicarius dicebatur in quo cōmuniter omnibus diis ſacrificabatur. Et pantices fluxus uentris, quod uenter pandatur. Et compoſita ex pando notæ ſignificationis, a quo expaſſum dicimus extenſum. Et propando eiuſdē ſignificationis. Et Repando, a quo Repandum dicitur, quod retrorſum patet. Quidam etiam a pane panum dictum exiſtimabant, ob formam, ac rotunditatem. Eſt. n. panus tramæ īuolucrum, quo pāni texuntur, a quo panula & panicula per diminutionem dicuntur. Lucillius. Foris, ſub tegminis panus eſt. Plyni. e ramis picearum arborum inſtar paniculaꝝ nucamēta ſquāmatim depēdēt. Ab huius ſimilitudine etiā tumor īguinū panus appellať. Afranius. Quā plenā papulā panū. Tympanū. Nonius. Qui miſeꝝ miſeriorē reddidit, quā panus pueꝝ. pueri. n, difficilius patiuntur hoc genus morbi. ply. Elateriū. parotidas, & panos ſanat. parotis apoſtema eſt ſecundū aurē. Nā græci παρα dicunt ad ωτα aures. A pano aūt hoc eſt tramæ inuolucro pānū putāt appellatū, a quo pānoſus dř uili ac ſordida ueſte īdutus, & pāno poti⁹ tectus, q̄ ueſte amict⁹. Apuleius. pānoſus. ſqualid⁹. capillatior ſolito. & pāneus, quod ex pāno eſt, uñ pāneæ ueſtes dicūtur. ſicut laneæ & Bōbycinæ, & pāniculus paruus pānus, a quo pānicularia (ut Vlpiano placet,) appellātur ea quæ ī cuſtodia receptus ſecū attulit, ut ueſtē, q̄ indutus fuerit, q ad ſuppliciū duciť, aut nūmos, quos uictus ſui cā habuerit in prōptu, aut leues ānulos, hoc ē qui rē nō excedūt aureoꝝ quinq;. Sed ut ad propoſitū redeamus Muricis ſiue Cōchilii liquor, q & oſtrū diciť tēperatura artificis adhibita fere purpureus fit, hoc eſt in uiolaceū tēdēs. Sed hæc apud auctores ſæpe cōfunduntur, Muricē & oſtrū & Tyriū pro purpura ponētes. Ab oſtro oſtrinæ ueſtes hoc eſt purpureæ dicūtur. Turpilius. Interea inſpexit uirginē ueſtari in capite riculā indutā oſtrinā, hic indutus Supaꝝ. Eædē Sarranæ hoc eſt Tyriæ ueſtes uocanť. Quod ſarra olim tyrus dicebať. Iuue. Aut pictæ Sarrana ferētem Ex humeris aulæa togæ. Virg. Et ſarrano dormiat oſtro. ſarnus uero fluuius eſt Campaniæ oriens a ſarno mōte. a quo ſarraſtes populi cognominati. Virgi. ſarraſtes populus, & quæ rigat æquora ſarnus. ſarracū uehiculi genus eſt quo ligna & lapides uehi conſueuerūt. Iuuena. Lōga coruſcat ſarraco ueniente abies. Purpura ī uiolæ colorē tēdens uiolacea dř. corneli⁹ nepos. Me iuuene uiolacea purpura uigebat. plau. flāmari uiolari ueſte, a quo uiolarii dicūtur, uiolacei coloris infectores, huic ſucceſſit Dibapha tyria. hoc eſt purpura bis tīcta διο. n. apud græcos ſignificat bis βαφη tincturā. reprehēſus ē Lētulus ſpinter ædilis curulis, quod primus hoc genere in prætexta uſus fuiſſet. Eadē dř iāthīa. Græci enim cū cætera uiolaꝝ genera ꝑpriis noībus uocent. ut ιον μελαν uiolā nigrā ιον λευκον uiolam albam ιονξανθον uiolam luteam, ſolam purpuream generali uocabulo ιονανθος appellant, hoc eſt uiolā florē.

Hinc igitur

Hinc igitur ianthina dicimꝰ. Martia. Coccina famosæ donas, & Ianthina mœchæ. Ply. Ex iis uiolis, quæ sponte apricis ac macris locis proueniũt, purpuræ latiore folio statim ab radice carnosa exeunt, solæq; græco nomie a cæteris discernũtur appellatæ ita ut, ab his ianthina uestis Item Amethystia appellatur, a colore gẽmæ, quæ dicitur Amethystus, hæc purpurea est, et colore uiolæ, dicta Amethystꝰ quasi minime ebria ἀφρτου α priuatiua particula, & μεθυσθειν ebrius. Ratio autem nois est, qđ cũ usq; ad uini colorẽ accedat, prius tamẽ q̃ eum degustet, in uiolam desinit. Quãuis Magoꝝ uanitas resistere hanc gemmã ebrietati promittat, ideoq; uocatã Amethyston. fulgor qdam in ea purpuræ est non ex toto igneus, sed in uini colorem deficiẽs & uiolæ similis. huiꝰ coloris similitudinẽ tĩgẽdo reddere officinæ conanť. Alteꝝ eaꝝ genꝰ ad hiacynthos descendit, quẽ colorem Indi Sacon appellãt, & talem gẽmã Sacondion. Dilutior ex ea Sapíos noiatur, eadẽ & Paranites. Eas quæ excellũt colore, quidã Pæderotas hoc ẽ puerorũ amores. Alii Anterotas q̃si mutuos amores, nõnulli Veneris gẽmã appellant. Hoc differũt ab hiacynthis, qđ ille micãs in Amethysto uiolaceus fulgor, in hiacyntho dilutus ẽ. primo aspectu gratus, sed anteq̃ satiet, euanescens. De Amethystina lana locutus ẽ Martialis, Ebria sidoniæ cũ sim de sanguine conchæ, Non uideo q̃re Sobria lana uocer. Ply. Amethystinũ colorem dicimus, qui in uiola, & ipe in purpureũ micat, quẽq; Ianthinũ appellauimus. Est etiã aliꝰ color, q tyriãthinus uocať, quãdo absolutus Amethystus rursum tyrio inebriať, & geminata luxuria facit ex utroq; improbum nomẽ. pœnitentia hoc primũ inuenit, dũ artifex, qđ dãnabat, mutare conať. sicut Cocco tinctũ tyrio tingere ueteres inuenerunt, ut fieret (qđ supra diximus) Byssinũ. Est & aliud uiolaceæ gẽmæ genus, qđ uocãt ion, sed raro saturo colore lucet. apud idos iueniť. Phycites quoq; fuci colorẽ hẽt. Itẽ alius color ẽ ĩ purpurã ĩclinãs, q Molochinus dř, qđ Maluæ flori similis sit, q̃si Malachinus. Græci enĩ μαλαχην Maluã appellant. Cecilius, Carcasina. Molochina, Hinc Molochinarios Molochini coloris ĩfectores Plautꝰ appellat. Maluæ duo genera sunt, Satiua & Siluestris, hæc folii ãplitudie discernunť. Maiorẽ græci Malopẽ uocãt, Alterã ab emolliendo uẽtre Malachẽ, μαλασσειν enim subigere & mollire ẽ. Hinc μαλακος mollis μαλακια mollitia diciť. Martialis, Vtere lactucis, & mollibus utere maluis, Nã faciem durũ Phœbe cacãtis habes. E siluestribꝰ cui grãde folium est, & radices albæ Althea uocať, & a qbusdã ob excellẽtiã effectus Aristalthea, quod græci αριϛον optimũ dicunt. Foliũ Maluæ scorpiõibꝰ impositũ torporẽ affert. Tradũt siqs quotidie succi eius cyathũ dimidiũ sorbeat, oĩbus morbis carituꝝ. Ideo herba hæc Omnimorbia dř. Constat parturientes foliis eius substratis celeriꝰ solui, Sed mox post ptum reuocãda esse, ne uulua sequatur. semen eius, quæ unicaulis est aspsum cubili auiditates fœminarũ in infinitũ augere Xenocrates scribit, Radice eius si circa dentẽ, q doleat, sæpius pupugeris, desinet dolor. Maluæ succus mulieribus cauẽdꝰ est, dũ sunt ꝑgnãtes, qm̃ cũ adipe Anseris sumptus abortũ facit. Item semẽ Maluæ tritũ adalligãt brachio eorum, qui uel arrigere, uel genitale cõtinere nõ possunt. Illud magis miꝝ, quod siqs in aq̃ Altheæ radicem posuerit addensatur sub diuo atq; elactescit. Malasso uerbũ, qđ mollire, subigere, maturare significat, Latini quoq; usurpãt, A quo fit compositũ Cõmalasso, qđ est exerceo, maturefacio. Varro, In dolore Adiaphoron esse qđ philosophia commalassaret eam ptem, quæ concuti cupiditatibus solet. Vbi obiter notãdum est Adiaphoron indifferẽtẽ significare. A malasso fit malacia, quo latini quoq; utũtur, Vnde Malaciã maris dicimus cũ fluctus oĩno q̇escunt, qđ uulgus uitãdi mali ominis gratia Bonaciã uocat. Itẽ mollicies illa mulierũ, cũ grauidæ sunt, & desyderio ĩsolitũ aliquid gustãdi mouenť. Ply, Expetiť malũ punicũ ĩ grauidarũ malacia, & malagma quo molliũtur apostemata, & maturefiũt, de quo supius diximus & malta uel calx cũ arena, & aqua, uel pix cũ cæra mixta, uel aliqd aliud simile. Reperiť etiam malacisso uerbũ, qđ significat emollio. Plautus. Ah nimiũ ferus es, malacissãdus es. Fuluus color est ex ruffo ac uiridi mixtus, Vnde fului leones dicunť. huius coloris lapilli sunt, qui leontii, & pardalii uocanť, a Leonis & Pantheræ colore. Luteus est dilutior rutilus, q̃lis est color auri, unde Luteus dictus uideť, quasi dilutus. Hĩc uiolæ eius coloris Luteolæ appellatæ, & Lutea herba, qua Chrysocolla tingitur, quæ naturã lini seu lanæ habet ad succũ bibendũ, & uitellũ ĩ ouo, Ouiluteũ uocamus, Idem color cærinus appellať a cæræ coloř. Plautꝰ, Pluuiatile aut Cumãtile. Cærinũ aut Gelinũ, & a Mustella mustellinus. Terẽtius, Vetꝰ. uietꝰ. ueternosus. coloř mustellino, & a meli colore siue a melo ĩsula, unde afferebať melinũ, & pigmẽtum ipsum neutrõ genere melinũ. Quidam tñ melinũ colorẽ uolũt esse mediũ inter albũ & fuscum, qui dicitur Giluus. Vig, Color deterrimus albis & giluo, & a croco Croceus, a quo Crocotulæ uestes, Plau. patagiatam caltulã, aut Crocotulam. Dicunť etiã Crocotæ. Vnde crocotarii huiusmodi uestium infectores. Plautus, Qui incedũt infectores crocotarii. Crocotillũ uero ueteres exile ualde dicebant. Plau. Extortis cũ crocotillis crusculis. Idem color, & Flãmeꝰ appellať. Ply. Lutei uideo honorem antiq̃ssimũ in nuptialibus flãmeis totũ fœminis concessum. Hinc Flãmea appellabãt uestimenta lutei coloris, q̇bus Flaminica utebať. A quo & uestes q̇bus amicie

banť nouæ nuptæ,ſimiliter uocabāť ,erātq; flaminicæ ueſtibus ſimiles,qđ bōi ominis gr̄ia iſtitutū eſt,qm̄ flaminicæ nō licebat facere diuortiū.Erat aūt flaminica flaminis uxor.A flame is Flamearii uocitati coloris flamei infectores,ſicut uiolarii,q uiolacea tingūt.Flamē dialis ſacerdos erat iouis,ſic dictus,qđ filo aſſidue uelareť,q̄ſi filamē.Erāt.n.Flamīes capite uelato ſemper,caputq; filo cinctū habebāt.Dialis aūt a διος ioue,a quo uita dari putabať hoībus, huic Fabā nec tāgere licebat,nec noīare,qđ ea putareť ad mortuos ptinere.nā & lemuribus iaciť,laruiſq;,& parētalib⁹adhibeť,& ī flore ei⁹ luctus littera apparere uideť.Hebetare quoq; ſenſus exiſtimať,& in ſomnia facere,ꝑpter qđ pythagorica ſententia dānať,uel ſicut alii tradūt,quoniā in ea ſunt mortuorū animæ,ꝑpter quod parētando aſſumiť,quod genus libi Fabacia a ueteribus uocabať.Hinc uxor eius Flaminica uocitata,& ab hoc Flaminia ſacerdotula,quæ flaminicæ diali præmīſtrabat,eaq; patrimes,& matrimes erat.i.patrem, matrēq; adhuc uiuos hēbat. Item Flaminia ædes,domus flaminis dialis, &Flamini⁹ camillus puer ingenuus, qui flamini diali adſacrificia miniſtrabat.Antiqui ēim miniſtros Camillos uocabāt,q̄uis aliqui putāt oēs pueros a ueteribus Camillos appellatos,quēadmodū hētur in ātiquo carmīe,cum pater filio de agricultura p̄ciperet,Hiberno puluere.uerno luto.grādia farra Camille metes.Item Flaminius lictor,qui flamini diali ſacrorū cā præſto erat.Flaminius uero circus,&Flaminia uia nō a flamine,ſed a Flaminio conſule dicta ſūt,qui ab Annibale interfectus eſt ad lacū traſimenum Quippe circus flamineus,uarrone teſte circū flaminiū cāpum ædificatus eſt.Luteus color e quibuſdā terris fieri a pictorib⁹ſolet.Itē ex auripigmēto,quod in ſyria fodiť in ſūma tellure, auri colore.ſed fragile ad lapidū ſpeculariū ſimilitudinē.Ex quo caius princeps,ut aurū facere tētaret,excoqui iuſſit magnū pondus,& plane excellēs auꝝ fecit,ſed ita pui pōderis,ut detrimētū ſentiret,pp quod nemo poſtea idē tētare auſus ē,hoc colore inter gēmas ſuccini genus repiť & topazii.Itē chryſolitus aureo nitore trāſlucēs,& chryſelectrus in colorem lutei electri declinans,& leucochryſus,in qua interuenit cādida uena,& capnias ueluti croco refulgens & melichryſis,quæ ex india mittiť,quaſi p auꝝ ſincero melle trāſlucēte.& xyſtios plebeia gemma.& aromatitis,quæ in arabia gigniť,ita dicta,qđ myrrhæ odorē hēat.Græci enim αρωμα odoramētū uocāt,A quo aromatopolā dicūt.quem nos aromatarium noīam⁹,& chryſophis, cui uidetur aurum ineſſe & hāmonis cornu.quæ inter ſacratiſſimas aethiopiæ gēmas hētur, aureo colore,arietini cornu effigiē reddēs.& hāmochryſus,quaſi auro mixtas habēs harenas.& crocias a croci ſimilitudine appellata,& melites a colore mali auri,quod melū ꝓprie dicitur. PARS.Portio.Partes enim dicunť in q̄s diuiditur totum.Quidā ptem a pari dictā exiſtimāt quod ptes ſimul iunctæ pares,hoc eſt æquales ſint toti. alii a pario ſiue ptu,qđ ps a toto deducta & q̄ſi pta ſit.alii a parū,quod ps parū quiddā ſit reſpectu toti⁹.Ab hoc pticula diminutiuū hoc eſt pua pars.A quo pticularis,qui ad ptem ſpectat,& particulariter,ac particulatim aduerbia,hoc eſt membratim,& p ptes,& particulones,hoc eſt cohæredes,& qui ptem p̄rimonii ſumūt.Item a pte partim aduerbiū.quod modo ex pte ſignificat,ut partim ſubticuit crimen,partim confeſſus eſt,modo idem ſignificat quod ſuū nomen,ut ptim hominū uenerunt hoc ē ps hominū uenit.Veteres etiā cū ptim dixere.Cato,ibi ꝓ ſcorto fuit in cubiculum ſurrectitauit e conuiuio cū partim illoꝝ,iā ſæpe ad eundē modū erat.Item a pars expers,quaſi ſine pte,ſicut expes ſine ſpe.Exps enim laboꝝ dicitur qui nullā ptem laborū tulit.Aliquādo etiā pro ignaro ponitur.Apuleius,homo rudis & omniū bōarū artiū ex pers.Quidā tamen cū quibus nos potius ſentimus expers ,nō a pte ſed ab experior uerbo deductū exiſtimāt,quēadmodū expeditū quoq; ueteres dixerūt,ꝑ impito,atq; ignaro·Item a pte deduciť portio,quaſi partio,quod partē ſignificat,cuius diminutiuū eſt portiūcula.Apuleius,quicū a me portiunculā poſceret. Ab hoc fit ꝓportio,quæ eſt duaꝝ reꝝ quatenus ad quātitatē ptinet, īuicem facta comparatio. Item particeps,q partem capit,dicimuſq; particeps ſum laborū tuoꝝ,& particeps tibi in laboribus.Plyni. omniū ſtudiorū meoꝝ aclaboꝝ pticeps.Quintilianus,& in pleriſq; ruris operibus merito particeps .Curti⁹.Quod fuiſſet illi in periculis particeps .Ab hoc fit participium apud grāmaticos,qđ ea ps orationis partem capiat nominis,ptemq; uerbi.Et participalia nomina,quæ licet nō ſint participia,ſimilia tñ ſūt participiis,nā & caſus & genera ſicut participia habēt,& tpa,ac ſignificationes.Regunt p̄terea caſum more pticipiorum poſt,non ante,Nam locutio illa,qua ſacrarū litteraꝝ interp̄tes uſi ſunt.In conuertendo dominus captiuitatē ſyon & in deficiendo ex me ſpiritū meū,& in conuertendo populos in unū & reges ,ut ſeruiāt dño, inaudita,& plane barbara eſt.Græci enim infinitū hoc loco habent,qđ ante ſe accuſatiuū reqrit,poterat aūt hoc modo eleganter trāſferri,dū conuerteret dominus captiuitatē ſyon.Dum ſpiritus mihi deficeret,& conuertēte dño captiuitatē ſyon,ac deficiēte mihi ſpiritu meo.Itē in cōuertēdis populis in unū.uel dū populi conuerterenť in unū.Hoc aūt differūt Gerūdia a pticipiis,qđ ipſa rei adminiſtrationem ſignificāt ſine tempe,ut tenet me occupatio iuris dicendi. gerūdiū eſt,nec temp⁹ſignificat futuꝝ,ſed rei adminiſtrationē in iure dicendo.Illa uero tēpus

ſine rei

ri tibi dicauimus, quē qum amicissimum nobis, tū eximio litterarum amore flagrantem, dignissimum hoc mutuæ īter nos charitatis pignore iudicabam⁹. idest multum pp amorē tuū in nos plus tñ pp amorem litterarū. Aliqñ in cū cōiunctiuo iūgunt, Cicero. graui teste priuatus sum amoris erga te mei patre tuo clarissimo uiro, q̄ cū suis uirtutibus, tū uero te filio superasset oīum fortunas, si te ante uidisset q̄ uita decederet. sæpenumero ponitur geminatū. & triplicatū. & multiplicatum. sed fere in rebus paribus. Quintilia. nec indignetur Herodotus æq̄ri sibi. T. Liuium, tum in narrando miræ iocunditatis clarissimiq; candoris, tum in cōcionib⁹ supra q̄ enarrari pōt eloquentē. Aliqñ tum pro tunc accipitur. Virg. tum primū nostri cacum uidere timentem. interdū pro deinde. idem, æneas matri eumenidū. magnæq; sorori ense ferit sterilēq; tibi prosepina uaccam. tum stygio regi nocturnas inchoat aras. nōnunq̄ pro aliqñ Cicero. tum hoc tum illud arguere, hoc est, modo hoc. modo illud. quidam a tum putant tūc esse declinatum. sicut nec a neq;. significat āt tunc eo tpe, & de oībus tpibus dicitur, de præterito. Virg. tunc decuit cum sceptra dabas. de præsenti Plautus. tunc ad eā accede, cū potes. de futuro. Idem, ego tunc adero, cum tui uidendi mihi copia erit a qum pro qñ fit qumprimū, qd̄ significat stati postq̄, iurisconsulti, cū fari poterit, & postq̄ fari poterit ita distingunt, ut posterior scriptura uberior sit. & omne tempus significet post illud, quo fari potest. Prima uero arctior, & id tantūmodo tempus denotet, quo fari possit. cū uero ꝓpositio primogenia ē nec a q deducitur. ideoq; non p. q. sed per. c. scribitur, nec iungitur rei notanti instrumentum, sed comitem. Quintilianus, ut quæramus nunquid apud nos sit uis quædam septimi casus & apud græcos sexti. nam cum dico hasta percussi, non utor ablatiui natura. nec si idem græce dicam, datiui. sic impuli te manu dicimus, non cū manu. uideo te oculis. non cum oculis. deleo litteras lachrymis, nō cum lachrymis. abstergo sordes aqua. liquefacio cærā igni. non cum aqua, aut cū igni. quod si dicamus, acceptus est cum honore. scripsit cum beniuolentia. allocutus ē cum affabilitate. aspexit cum truculentia, hi ablatiui. non instrumentū significant, sed coniunctionem. siquidem acceptus est non instrumento corporis. non honor. sed honore comite. scripsit instrumento manus. non beniuolentia. sed hac comite. allocutus est instrumento linguæ, comite. atq; operatrice affabilitate. aspexit instrumento oculorū truculentia suffusorū quæ nihil facit ad ipsam inspectionem. sed oculi. cum potestate apud ueteres dicebatur, qui a populo alicui negocio ꝑficiebatur. cum imperio esse. cui noīatim dabatur a populo īperium. a cū factū est cumalter. qd̄ antiq pro cū altero usurpabāt, ita hoc breuitatis gratia dicētes. ut sodes, p si audes. & sis, p si uis. quoad qd̄ significat donec. ut quoad uixit, ī amicitia cōstātissime pseuerauit. i. donec uixit, nihilq; differt ita loq quoad uiuet & quoad morietᷣ. itē, quoad senat⁹ habebitur. & quoad senatus admittetur. Hæc. n. q̄uis contraria uideantᷣ. idē tñ significant, qm̄ duo tpa cū inter se opposita sunt, atq; ita cohærentia, ut alterius finis cū alterius initio misceatᷣ non refert utrum p extremitatē prioris, aut per initiū sequentis locus ipse cōfinis demonstretᷣ ponitᷣ ēt quoad pro q̄tū, & ab eo fit quoadusq; eiusdem significatiōis. sicut a quo quousq; qd̄ aliqñ significat quādiu, ut quousq; tandē hoc patieris? aliqñ usq; ad quē locū. ut quousq; agri tui fines ꝓtraxisti. quominus, qd̄ significat statim. Virg. & quominus arua insequitur. quōdā quod modo pro olim siue aliqñ accipitur. Cicero, ut tuus quondā familiaris facere solebat. modo pro semp. Virg. ut quondam in stipulis magnis sine uiribus ignis. quoniam quod ut festus refert, modo quia significat, modo postq̄. quoq; quod aliqñ significat ēt. seneca. tu quoq; simili modo exercere te debes. aliqñ similiter. Virg. uocabere tu quoq; uotis. quot, a quo. quotquot. quotcūq;. quotannis. quotidie. quotidianus. quotiens de quibus supra diximus. Item, quotēnis, quod significat quot annorum. sicut septēnis, septem annorum. quidam etiā. quotēnium usurpant. sicut septēniū. quomodo, quodāmodū. cuiusmodi notæ significatiōis quorsum id ē uersus quē locū. quasi quo uersum. & quoquouersus seu. quoquouersum, hoc est uersus oēs partes. qur. quod ueteres, quor scribebant aduerbium. quod significat q̄re. unde quidam qur a quare per syncopē. atq; apocopen deductum existimant. a. &. e. literis detractis. quocirca quod significat q̄obrem. quius. quia. quiū. a quo quias quæ & si nunc per. c. uulgo scribuntur, ueteres tñ per. q. scribere solebāt. hoc autem inter se differunt. quius. & quias. qd̄ qus ad personam hois refertur. Virgil. dic mihi damœta quiū pecus. an Melibœi. quias uero significat unde. Cicero. socrates quidem cum rogaretur quiatē se esse diceret, mūdanum inquit. ueteres pro quias quiatis dixere. accius. qui neq; quiatis esset nunq̄ potuimus multa rogantes scire. postea hæc per. c. non per. q. scribi cœperunt, cum magna inter has litteras affinitas sit. quies qd̄ ꝓprie somnū significat. dicta q̄si, qui tibi es, & nullo alio negocio distieris. tūc enim cæteris negociis nō uacamus cū dormimus. pp qd̄, ēt ꝓ tranquillitate accipitur quies, a quo fit reqes eiusdē significatiōis, & cōtrariū eius inqes, hoc ē cura. solicitudo. molestia. hinc quietus. trāquillus. & inqetus. solicitus. turbatus. & quietudo, atq; inqetudo. & qesco acquiesco, & reqesco est āt qesco aliqñ dormio. aliqñ sto. nō moueor. aliqñ curis uaco, quod si adda

tur accusatiuus, est qescere facio. Plau. quiesce tu multũ hunc, q est ante hostiũ. quietalis ab antiquis orcus dicebatur, hoc est pluto deus inferorũ. qđ defunctorum aĩas quiescat. hoc est qescere faciat. hinc ὅρκον græci iuramentũ dicunt, ꝙ ꝑ eum & paludem stygiã sanctissimũ erat iuramentũ. qđ uiolare minime licebat ẽt diis. hinc ὅρκος στρατιωτικὸς militare sacramẽtũ uocatur, & ὁρκῶ iuro, & ὁρκωμοσία iusiurandũ & ὁρκωμόσιον iuramẽtũ. sunt ẽt qui queo, quasi q eo dictum putãt. significat ãt possum, cuius cõpositum est nequeo, nõ possum. unde nequeũt aliqñ usurparunt antiq pro non eunt. ueteres quẽtiã pro potentiã scripsere. & nequinũt ꝓ nequeunt. non possunt. pofecto, quippe confirmandi aduerbium, de quo supra diximus. a quæ uero fiunt aliqua. quæpiã quæqꝫ. unaquæqꝫ. nequa. quænã. siqua. quælibet. quæuis. quæcunqꝫ supradictarum significationũ. qua aduerbium, quod modo significat ꝑ quẽ locũ. Virg. dic mihi qua sit iter, mõ inquantũ. seneca. hoĩem quippe, qua aĩal est, moueri sensu oportet. aliqñ capitur pro tum. siue pro partim. Ply. medium tp̃s distentũ, impeditũqꝫ, qua officiis maximis, qua amicitia principũ egisse. quã qđ modo significat qđ græci dicunt ἤ, ut eloquentior apud nostros Cicero habitus est, q̃ apud græcos demosthenes, mõ quantũ. ut quã bene marmorei directa est semita pontis, idest quãtũ bene. aliqñ ualde. curtius. collẽqꝫ traiecto q̃ celerrime flumine occupat, idest ualde celerrime. sed notandũ ꝙ q̃ qñ pro quantum accipitur, semp positiuo iungiť. Cice. quã morosi sunt, qui amant, ex hoc potes intelligere. qñ uero accipitur ꝓ ualde, semp requirit superlatiuũ. idẽ, cum quo semp q̃ familiarissime uixerat. excipitur unum uerbũ possum & quæ idẽ significant, ut queo. ualeo. licet. & similia, cũ quibus iunctũ q̃ pro quãtũ ẽt suplatiuo cõnectiť. Quintilia. quæ oĩa nõ omittenda sunt, sed narrãda q̃ breuissime possumus. ubi ẽt ipsum q̃tũ frequẽtissime poniť. Cice. nisi ꝙ tãta ẽ iter eos, q̃ta maxĩa põt morũ, studiorũqꝫ distantia. Quintil. cũ aliquid adhibita q̃ta maxima põt cura diligẽter elimauerit. cũ cõparatiuo uero nunq̃ iungiť q̃. unde male qdam q̃ plura pro cõplura scribunt, & narraui rem gestã q̃ breuius potui, pro quãbreuissime potui. quẽadmodum ãt q̃ pro ualde nunq̃ positiuo aut cõparatiuo, sed semp suplatiuo adiungiť, sic econtrario per pro ualde nunq̃ cõparatiuum, aut suplatiuũ, sed semp positiuũ requirit, dicimus. n. ꝑpulchre. ꝑbelle. perdiligenter. Sic perq̃ saneq̃. admodumq̃. oppidoq̃. Ply. perq̃ uelim scire. Teren. perpol q̃ paucos reperias meretricibus fideles euenire amatores, qđ sic resoluitur. pol perq̃ paucos. Gellius. saneq̃ utile est. idẽ, uoce admodumq̃ suaui. idẽ, oppidoq̃ libens audiui. idẽ, admodũq̃ celer accurrit Seruius sulpitius, postq̃ mihi renunciatũ est de obitu filiæ tuæ, saneq̃ pro eo ac debui moleste tuli. Gelli⁹, saneq̃ litteris Cæsaris sumus cõmoti. Brutus. saneq̃ gauisus sum. Cicero. nã qđ de Põpeio caninius ait saneq̃ refrixit. quidã ẽt ualdeq̃ eodẽ modo usurparunt. brutus. nã suos ualdeq̃ paucos habet. itẽ, quidam minusq̃ ineptum, pro perq̃ nõ ineptũ scripsere, qđ si qñ contraria exempla reperiantur perrarũ est, & ut suspicor, librariorũ potius culpa deprauata sunt. a q̃ ẽt deducitur quãmox, qđ significat q̃cito, sed si ꝑ se ponať mox significat postea uel paulopost. quãq̃ & quãuis pro & si. licet. n. hæc eiusdem significationis sint, aliqđ tñ in utendo discrimen habẽt nã etsi. & q̃q̃ maiorẽ quandã dignitatẽ habere uidenť, semperqꝫ asciscũt sibi indicatiuũ in principio fere epistolarũ, siue librorum. Cicero. pro milone etsi uereor iudices. idẽ in epistola ad atticum. etsi nihil noui afferebatur. idẽ ad herẽniũ. etsi negociis familiaribus ĩpediti uix satis ocii studio suppeditare possumus, & idipsum qđ datur ocii libentius in philosophia cõsumere consueuimus. Quintil. in declamatiõe de corpore proiecto. etsi iudices in hac asperrima cõditione fragilitatis humanæ, in q̃ nemo prope mortaliũ ĩpune uiuit, hæc oĩbus natura est, ut sua cuiqꝫ calamitas præcipue misera & ĩtoleranda uideatur. Cicero. pro. L. Manlio, quãq̃ frequens cõspectus uester mihi multo iocũdissimus est uisus. idẽ de officiis. quãq̃ te marce fili annũ iam audientẽ cratippũ, idqꝫ athenis abundare oportet præceptis institutisqꝫ philosophiæ. Quãuis uero & licet. & tãetsi, magis postulãt subiunctiuũ, q̃uis ẽt aliqñ habeãt indicatiuum in aliis uero partib⁹ q̃ inprincipiis, parẽ hæc oĩa locũ sortiunť. sed hanc quoqꝫ differentiã duo illa priora ab his posterioribus habẽt, qđ illa aliqñ a nullo depẽdẽt. Cicero. qd. n. ẽ oĩno hoc ipsum diu, in quo ẽ aliqd extremũ, qđ cũ uenit, oĩs uoluptas p̃terita ꝓ nihilo est, qa nulla ẽ futura, q̃q̃ iste tu⁹ aĩus, nunq̃ istis angustiis, q̃s natura nobis ad uiuẽdũ dedit, cõtent⁹ fuit, semperqꝫ ĩmortalitatis amore flagrauit, nec uero hæc tua uita dicenda est, quæ corpore & spiritu continet. hoc ꝑ interogationẽ acrius fit atqꝫ sublimius ut si in hoc ipse dicã. quãq̃ qs ignorat istũ tuũ aĩum nunq̃ iis angustiis q̃s natura nobis ad uiuendũ dedit, fuisse cõtentũ sempqꝫ ĩmortalitatis amore flagrasse. Item aq̃ fit qualis. qđ modo relatiuum est, ut talis est pater q̃lis fili⁹ mõ indefinite poniť. ut nescio q̃lis sit ista iactantia. aliqñ interogatiue, ut q̃le ei respõsum dedisti? ab hoc fit q̃litas quæ diffinitur secũdum quã q̃les dicimur. ut albedo. nigredo. aduocatio, procuratio. legatio. paternitas. filiatio. q̃litates sunt, qđ secũdũ eas albos. nigros aduocatos procuratores. legatos. p̃res. filios dicimur. & aduerbiũ q̃liter. itẽ quãt⁹, qd similiter mõ relatiuũ mõ ĩdefinitũ, mõ interrogatiuũ est, referturqꝫ ad numerũ & põdus. & mensurã. ab hoc fit ali-

quantum

quantum,qđ modo nomen eſt ut aliquātū ocii quaſi aliq̄ quātitas ocii,aliqñ aduerbiū, ut aliq̄ quātū ocioſus,qđ aliquātiſper.itē quātitas,cuius propriū eſt,qđ æquale dicimus.quātitatum alia cōtinua ē,alia diſcreta . diſceta eſt ut numerus,& oratio cōtinua uero ut linea, ſuperficies bicubitū.tricubitū.corpus.locus.tp̄s & ſimilia.a quātus dimīutiua fiūt quātulus & quātillus hoc eſt q̄ exiguus,& aduerbia, unū quātitatis,quātū,alterū temporis,quātiſper,hoc eſt quāto tp̄e,ſicut tantiſper tāto tempore.itē quādo qđ aliqñ aduerbiū tēporis eſt,& ſignificat quo tp̄e ut qñ uenisti? qñ uenies? qñ ſedes? qñ ſtas.& correlatiuū eius eſt tunc,ſicut.n.tot, quot . talis, q̄lis.tantus.quātus.taliter.qualiter.ita tunc qñ dicimus, & quēadmodū a quantus fit quātulus,& quātillus,ita a tātus tātulus,& tātillus.aliquando qñ ponit̄ p ſiqdem,ſeu qm̄,& ē coniūctio.rōnalis. Virgi.ſed his quādo ultima cernūt extrēma iā morte parāt defendere telis.idem interea qñ optima dido neſciat & tantos rūpi non ſperet amores Tentaturum aditus. ab hoc fit quādoqdē eiuſdem ſignificationis.idem,quādoqdem auſonios non fas contigere portus & aliquādo ac quādoq;. quæ ſunt aduerbia tēporis, & ſignificāt aliquo tp̄e & ſiquādo pro aliquando,hoc eſt ſi aliquo tp̄e,& nequādo,hoc eſt ne ullo tp̄e.item quatenus qđ interdū ſignificat qm̄.Ply.& q̄tenus negatur nobis diu uiuere,reliquamus aliqd quo nos uixiſſe teſtemur. ꝓprie tñ ſignificat inquātum,ſicut eatenus.ī intantū,nec aliter a Cicerone uſurpatur ut Lælio uidendū eſt q̄tenus amicitiæ tribuendū ſit. Acron tradit quatenus interdū loci aduerbiū eſſe quatinꝰ uero eſſe coniunctionē.ab hoc aliq̄tenus deriuatur.itē q̄ſi aduerbiū ſimilitudinis.qđ ſignificat ita.ut.hæc.n.aduerbia uelut.ueluti.uti q̄ſi tanq̄.ceu imaginē inuūt.hæc uero ſicut ſicuti.ut.ſimilitudinē.q̄uis ut pōt eſſe generale,nec nō uti,qđ ab eo deriuatur, & enim cum dicimus.tu iraſceris tanq̄ leo,q̄ſi cāis,uelut urſus,hmōi oratio p uerbū ſubſtantiuū reſoluitur hoc eſt iraſceris,ſicut leo,ſicut canis,ut urſus præcedens uerbum ſubintelligitur.hoc eſt iraſceris ſicut leo.ſicut canis iraſcitur.ut urſus iraſcitur.quaſi āt non modo imaginē,ſed ipſam plane ueritatem aliquando ſignificat,ut pater tu non amas me quaſi filium imo te fili amo quaſi filum ego non amplector illum quaſi filum,licet mihi filius ſit.habet ēt qnaſi quoddā propriū,quale eſt,obiicis mihi,qđ uxorē repudiauerim,quaſi tu idē nō feceris.uti ēt aliqñ capitur pro qđ Vir.nāq; uidebat uti bellātes pgama circū hac fugerēt grai. ceu ē magis poetarū. licet Ply.& alii nōnulli eo frequētiſſime utant̄.itē quolibet,& quātūlibet & quāuis eiuſdē plāe ſignificationis.Plau.īpudica mulier quālibet magnū facinus audet.itē quāprimū.i.mox ſtatī.itē quare.quāobrem.quaſobres.quapropter aduerbia,quæ ſignificant pp qđ. & quaqueuerſum,ſiue quaquauerſum,pro in oēm partem,& quo nōuulli,& maxime.Ply.utuntur.quadātenus.hoc eſt uſq; ad quādā partem.& quādiu pro quāto tp̄e.cuius relatiuum eſt tandiu.& nequaq̄,qđ ſignificat non,& neq̄ indeclinabile nomen,qđ apud ueteres ſignificabat nullius pretii.& quod ne tanti qdē erat.q̄ qđ habet̄ minimi , poſtea īualuit uſus,ut denotaret hoīem laſciuū , ac libidinoſum.unde aurum nequā appellat̄,qa hoīem trahit ad malū. Virg.quid non mortalia pectora cogis auri ſacra fames.hinc neqtia,laſciuia.& libidīoſa illecebra,ſiue(ut.A.Gellius ſenſit)luxus uitæ prodigus,multi tamen nequitiā pro ſolertia,aſtutiaq; accipiunt.Martia.neqtiā tellus non habet ulla magis.quidā nequā quaſi neqcq̄ dictum exiſtimant , alii qđ nihil queat nulliq; rei ſit apta.ab hoc ēt neqter aduerbiū,qđ & neqtus antiq dixere.& nequalia detrimēta & neqno uerbū,qđ modo ſignificat laſciuio,modo nego,& neqnū oppidū,qđ nūc narnia dicitur,ob incolarū libidinoſam inertiā.a quo neqnates,q nunc narnienſes.itē a quā fit neutiq̄ qđ ſignificat nullo mō,& unq̄ aliquo tp̄e.& nunq̄ nullo tempore . itē a quæ & res cōponitur. quæro nihil.n.eſt aliud quærere,ut ſupra diximus q̄ quæ ſit res aliq̄ inueſtigare.ab hoc deducitur quæſo.qđ ſignificat rogo.Ennius tñ quæſere pro quærere poſuit.hinc fit quæſtio & eius diminutiuum quæſtiūcula,quæ modo dubitationem ſignificat, modo controuerſiam. iuriſconſulti ēt quæſtionē eſſe diffiniunt tormenta.& corporis dolores ad eruendam ueritatem. Papinianus āt ſcribit quæſtionem non tormenta tantum,ſed & oēm inquiſitionē ac defenſionem morris appellari.hinc & quæſtores dicuntur q̄ præpoſiti ſunt pecuniæ publicæ quærendæ,hi & uectigalia exigunt,& ærarii curā babēt.legere ēt epiſtolas in ſenatu conſueuere,& imperatores tp̄ibus candidati principis uocabant̄. maleficia quoq; inqrere ſolebant,pp quod a quæſtionibus exercendis,nōnulli putant quæſtores appellatos.origo eoꝝ uetuſtiſſima fuit. ſiqdem & romulum & numā conſtat duos habuiſſe quæſtores,non ſua auctoritate ſed populi ſuffragio creatos.legit̄ ēt quæſtores a populo creatos fuiſſe q capitalibus rebus p̄eſſent hi quæſtores parricidii nuncupabant̄.quorū lex duodecim tabularū mentionē facit.quæſitores ēt uocati ſunt, Virg.quæſitor minos urnā mouet.a quo & inqſitor. & inqſitio dicta a quæſtore quæſtura deducitur,ſicut a p̄tore prætura,a quæſtione uero fit quæſtior uerbū qđ eſt pquiro,examino.a quo quæſtionarius.inquiſitor.examinator.itē a quærēdo quæſtus, qđ modo lucrū ſignificat modo actionē ipſam,atq; artificiū lucrādæ pecuniæ.Cicero.nam de artificiis & quæſtibus qui liberales habēdi ſunt,q ſordidi.Q uintil.nā ut primum lingua eſſe cœpit in

quæſtu, reperiturq; in utroq; numero. & in datiuo & ablatiuo plurali quæſtibus facit. ab hoc quæſtuoſus deducit̃,hoc eſt lucroſus & quæſtuarius,qui quæſtus gratia artem aliquá exercet & quæſtuarie artes quæ lucri cã exercent̃, & diminutiuũ quæſticulus, qđ ſignificat lucellum hoc eſt paruũ lucrũ.Cice. aut quid fiſſum reris cũ lucello meo,aut meus,quæſticulus cum cœlo.terra.rerũq; natura.itẽa quæro fit quærito,qđ proprie de his dicit̃,qui quotidie inquirẽdo uix uictum inueniunt.Terentius,lana & tela uictum quæritans.Plau. quæ inops & ſordida q̃ritãdo alit familiá q̃ritãdo inquit,hoc ẽ hoſtiatim uictũ quærendo,qđ mẽdici faciunt. a quo rogatores ẽt ſunt dicti.Plau.ut rogator hoſtiatim petá panẽ.itẽ a quærito quæritabundus declinatur, hoc eſt quæritans.item a quæro compoſita fiunt acquiro,quod eſt lucror.uendico. circũquæro,qđ & circũqro dicitur.perqro.ueſtigo.exquiro diligenter inquiro,a quo exquiſita dicunt̃ digna.electa,quaſi diligẽter quæſita,& exquæſtor,uocatur honoratus quæſtor, & primus.& exquiſite aduerbium.hoc eſt diligenter.electe.culte.inquiro. inueſtigo. diſquiro. quærendo diſcerno.requiro diu quæro.aliqñ etiam rurſus quæro.cõquiro.quæro. deputo. coerceo.itẽ a quæ & res fit queror deponens,qđ eſt lamentor.nã lamentando quæ res ſit quæ nos agat,explicare ſolemus.ideo ãt ſine diphthongo ſcribitur,& corripit primã . ut a quæror differat, qđ eſt paſſiuũ huius uerbi quæro.ab hoc fit quæſtus.hoc eſt lamentatio,quod tantũ ĩ plurali declinatur. cuius datiuus & ablatiuus eſt quæſtubus.& querela.& querimonia eiuſdẽ ſignificationis,& querimoniarius,q querimoniá exponit,& queribundus lamẽtabilis.Cicero.humili ac queribunda uoce,& cõqueror eiuſdẽ cũ ſuo ſimplici ſignificationis,& querulus qui conquerit̃,ſiue plenus querelis.quidã tñ lamentor a queror ita diſtingunt.ut lamentari ſit uoce querula , & triſti oratione cladẽ ſuá teſtari,a quo lamentũ, & lamentatio deducunt̃ ueteres lamentas pro lamentatione ſcripſere.Pacu.lamentas & fletus facere compedi licet.qdam lamentor a lameo deductũ exiſtimãt, qđ eſt ſcindo,lamo a quo lamæ rupiũ fracturæ dicuntur,& laminæ Bratteæ,q̃uis aliq laminas a bratteis ita diſtĩgunt,ut bratteæ tenuiores ſint laminæ groſſiores,q̃les ſunt ex q̀bus arma conficiuntur,& lamiæ mulieres,quæ ſtrigum ĩſtar ĩfantiũ ſanguinẽ ſugunt,ſiue ipſæ ſtriges.Hora.nec prãſæ lamiæ puerũ uiuũ extrahat aluo.lamias ẽt ueteres dixerũt nobili familia ortas.qm̃ heliorũ familia a lamo formiarũ rege ortum habuiſſe cõſtat, unde & lamiæ cognomẽ nobilibus inditũ eſt,qđ uulgo lamium genus uocabatur.Horatius.heli uetuſto nobilis ab lamo.Iuuenalis.hoc nocuit lamiarũ cæde madenti.lamia ẽt inſignis meretricis nomẽ propriũ fuit . lamius mons eſt Ioniæ notus fama endymiõis a quo & ipſe endymion lamius eſt dictus.Ouidius.lamius endymion non eſt tibi luna rubori.quirito uero.qđ ſignificat clamo,non a quærendo deducitur.ut quidã putant. ſed a quiritib⁹.is.n.quiritare dr̃,ut Varro teſtatur.qui fide qritũ clamãs ĩplorat.quidã qritare dicũt romanorum eſſe.iubilare ruſticorũ.q̀rites romani dicunt̃ a qrino.hoc eſt romulo urbis romæ conditore.romulus ãt dictus eſt qrinus,ꝙ haſta aſſidue uteret̃.quæ lingua ſabinorũ quiris appellatur.unde qdã ſecuri uocitatã exiſtimãt.quaſi ſemicurim,licet nos a ſecando potius dictam exiſtimam⁹.alii qrinũ a græco appellatũ putãt.κύριον.n.græci regẽ uocãt. cõſtat ãt romanos eo tpe græcos fuiſſe.ſunt q qrinum dictũ uelĩt ob generis nobilitatẽ a patre ſuo quirino. hoc eſt marte.romani enim martẽ,dũ ſæuiret,gradiuũ.dũ tranquillus eſſet quirinũ nominabant poſtea hoc nomẽ octauio inditũ fuit hac de cã.Populus Ro.ut octauio blandiretur tria ei nomina obtulit,ut uel quirinus uocaret̃ uel Cæſar,uel auguſtus.ille ne eligẽdo unũ partẽ offenderet quã aliud excogitauerat.oĩbus uſus eſt.& primo dictus eſt qrinus, poſtea Cæſar diende auguſtus.hoc eſt ſacer.& maieſtatis plenus.ut ridiculus ſit error leguleiorum noſtri tẽporis,q ab augendo ĩperio auguſtũ dictum affirmant a quirino quirinalis collis eſt dictus,ꝙ in eo qrini tẽplũ erat,ſiue ꝙ(ut alii putant)in eũ cõmigrauere ſabini a curibus uenientes. hinc quirinalis porta romæ dicta,ꝙ ea in collẽ quirinalẽ itur,uel ꝙ proxime eã eſſet quirini ſacellũ.quirinalia uocabant diẽ,quo ſacra qrino fiebãt.qritiũ foſſæ dictæ,qđ eas ancus martius. cũ urbẽ circũdedit, q̀ritũ opera fecit.iubilare ãt qdã putant a iubare dictũ.iubar proprie lucifer dr̃, qđ iubas lucis effundat.iubæ.n.crines ſunt a collo aĩaliũ pẽdẽtes.uñ iubati leones uocant̃,qui iubas habẽt.ad differentiã nõ habentiũ iubas.a lucifero ergo iubar dici uolũt oẽm ſplẽdorẽ.ut auri.argẽti.gẽmarũ.q̃propter & ad maieſtatẽ hoĩs transfert̃.Claudianus.per fratris regale iubar.hinc itaq; iubilare dictũ uolũt,læticiã mentis uoce ac geſtu exprimere.qđ & iubilũ & iubilatio uocat̃ hoc ẽ declaratio q̃dã.& illuſtratio gaudii cõcepti.alii.iubilare a iuuando dictum uolũt,q̃ſi animi iocũditatẽ oſtẽdere.iuuare.n.delectare eſt,a quo iocũditas dicta. ſunt q iubilare a ſono ipſo uocis factũ uelint,cui⁹ ſentẽtiæ nos ſum⁹.ita.n.iubilo dictũ ẽ.ut ouo a uocib⁹ q̀bus læti,ac triũphãtes uti ſolem⁹.differũt ãt ouare & triũphare,qa ouatio mĩor ẽ triũphus,& q ouando urbẽ ingrediunt̃,uno utunt̃ equo,& a plebeis,ſiue eqtibus deducunt̃ ad capitoliũ atq; ex oue ſacrificãt,pp qđ ab ouibus qdã ouare dictũ falſo exiſtimarũt. q autem triumphãt & albis utantur q̃tuor equis,& ſenatu præeunte ducũtur in capitolium, & ex tauris ſacrificiũ

faciunt

faciunt.fieri ắt ouatio solebat,quotiens nõ interfectis,sed fugatis hostibus incruenta uictoria erat.triũphus græca uox est.græci.n. θρίαμβον dicũt,nos aspiratione ex pria in nouissimã syllabã trãslata,&.b.mutata ĩ.p.dicim⁹ triũphũ,a quo fit triũpho uerbũ , & passiuũ ei⁹ triumphor qđ est superor.uincor.a quo triũphatus dr̃.uictus.superatus,& de quo triũphatũ est, & triumphator,q cũ triũpho intrat urbẽ,& triũphale qđ ad triũphũ attinet.uñ triũphales coronæ dñr q̇bus ĩperatores in triũphis coronabant.& triũphales uiri,q triũphũ gesserũt.erat ắt triũphus oium honorũ q a populo ro.dari solebant maximus . uehebant triũphãtes curru inaurato q̃tuor eqs albis eũ ducẽtibus.capite coronato. deuictis hostibus currũ sequentib⁹.quorũ colla cathenis onerata erãt.sic p̄eunte senatu in capitoliũ ascẽdebãt ad tẽplũ iouis optimi. maximi ubi mactato tauro albo eadẽ põpa comitatus domũ reuertebat. hinc triũphale aliqñ ꝓ exultare usurpãt.Cæsar,qđ euenisse nobis gaudio & triũpho.a qđ uero fit aliud ꝙ cõiunctio causalis,idẽ significans qđ qa.a quo & ut,qm̃. ꝙ & qa de cã efficienti dicũtur, de finali uero,quo & ut.& ubi põt esse qa,ibi põt esse ꝙ,& ubi põt esse ut,ibi põt esse quo, & ecõuerso. ut nõ castigo te ꝙ odio habeã,sed quo meliorẽ efficiã.ubi posui ꝙ potuissem ponere qa. & ubi posui quo. licuisset põere ut.interdũ tñ eodẽ in loco,& ꝙ & ut ponere possumus.ut ꝙ scribas iubeo & ut scribas iubeo.in quo notandũ est ꝙ cũ his uerbis.opinor.gaudeo.existimo.lætor.uoluptatẽ capio.& similib⁹. & p̄senti.& cõiunctiuo uti possumus.ut ꝙ scribas lætor. & ꝙ scribis lætor. cũ his uero,mãdo.ĩpero. iubeo ꝙ scribas.uolo ꝙ lectites. in illo tñ superiore aĩaduertẽdum est,ne diuersorum modoꝝ uerba copulemus.ut qdã apud Terentiũ legũt.an ꝙ uiã ignorant an ꝙ iter pferre nequeãt.ubi ignorent.nõ ignorãt legendũ ẽ.& alibi,nihil desit tñ.ubi nõ desit,sed desit est legendũ.qđ in principio clausulæ positũ pro sed accipitur.Cice.quod siqs a me hui⁹ cõsilii mei causam quærat ita respõdeo.itẽ quoddã.quodpiã.quodq;.quodcũq;.quodlibet.unũquodq;.siquod idẽ significantia.qđ superiora hmõi.a quid fit aliud quid aduerbium interogãdi.ut quid dormis? procur dormis? aliqñ ponit pro in quo.Quinti .quid tibi tãtum mali feci? quid offendi? quõ ẽt ponit nihil te offendi.hoc est nõ offendi te in aliquo. itẽ quicq;.quicq̃.quidpiã.quicquid.quod ueteres oscorum lingua pitpit dixere.quidcũq;.quidlibet. unũquicquid.unũquicq;.unumquidlibet.item nequicq̃ quod significat frustra . Quintilia. me miserum & tantis periculis nequicq̃ ereptum.interdum ponitur pro non. Virgi.nequicq̃ umbone pependit.Persius.neqcq̃ fundo suspiret nummus in imo. sed hic notandum est, ꝙ licet quisquis & quicũq; pro eodem accipi soleant.ut quisquis es huc uenias , & quicũq; es huc uenias.quicquid tñ & quodcũq; nõ accipiunt ꝓ eodẽ cũ alterũ sit substantiuũ,ut quicqd tenerũ.quicquid molle.quicquid iocũditatis.quicquid pecuniarũ.alterũ adiectiuũ.ut quodcũq; crimen.quodcũq; facinus.quodcũq; telũ.nã quid uñ fit quicquid substantiuũ est. quod uero,uñ quodcũq;,est adiectiuũ.& in hunc modũ oĩa q̃ ex his cõponunt.ut qddã obscœnũ. quoddã tẽplũ,& honestissimũ quicq; mihi gratissimũ est.idẽ est ắt quicq;,& unũquodq;.Quĩtilia.nec causas cur quicq; eoꝝ accidit psequi ꝓposito operi necessariũ.itẽ a quid fit quidita aduerbium,hoc est cur.& quidtũ deniq;.& quidergo.& quidtũ postea.& quidita.& quid iterea & quiddemũ,quæ oia significant,quo ptinet istud,de quo loqueris, siue quid attinet hæc dicere,siue quid sibi uult hic sermo? itẽ quidnã & nãquid,& quidne interrogatiua.uel noĩa. uel aduerbia.& quidni,quod significat certe.uidelicet.GENS.natio gens.n.mõ nationẽ significat.Vir.gens inimica mihi tyrrhenũ nauigat æquor.mõ familiã,unde gentiles dicuntur qui ex eadẽ familia sunt.& gẽtilitiũ sacerdotiũ qđ ad ius familiæ ptinet.& nũc uulgo iuspatronatus appellat.gẽtilis ẽt dr̃,qui eiusdẽ noĩs est,q̃si nomẽ familiæ hẽat.etenĩ curtius ait. gentiles mihi sunt qui meo noĩe appellant.ab hoc gẽtilitas dicta,quæ proprie ẽ multitudo ipsa uel familiæ,uel natiõis alicuius,& ipsi gẽtiles.sciptores tñ rerũ sacrarũ gẽtiles siue gentilitatẽ uocãt oẽs idoloꝝ cultores.hoc ẽ qcũq; deoꝝ multitudinẽ posuerũt.diuersæ.n.gẽtes ĩnumerabilia numina habuere.nec solũ superiora illa,quæ fulgore suo mũdũ illustrãt.solẽ.lunã. martem. mercuriũ.iouẽ.uenerẽ.saturnũ.sed inferioꝝ quoq; aĩaliũ uirtutes.pudicitiã.cõcordiã.mẽtẽ. spẽ.honorẽ.clementiã.fidẽ.& ut Democrito placuit pœnã.ac bñficiũ. inferoꝝ quoq; diis in sua genera descriptis.quinetiã morbis ac pestib⁹.ut febri.ac mala fortuna.q̃rũ tẽpla romæ celeberriã fuere.ideo ắt hos gẽtiles uocãt,qa ĩ gentiliũ hoc ẽ maiorũ suoꝝ fide pstitere.nec religionis cultũ mutarũt.itẽ a gẽs gẽselia deducit,q̃ ex multis familiis cõficit.& egens(ut nõnulli putãt)uelut exgẽs.cui negẽs quidẽ sit reliq̃.est.n.ꝓprie egẽs, cui desunt necessaria ad uiuẽdũ.ab hoc fit egeo uerbũ.a quo ĩdigeo.hinc egenus dr̃ paup.& egestas pauptas & indigus q ĩdiget aliq̃ re,& indigentia.inopia.& ingitas,q̃si indigitas.pauptas.Plau. profecto ad ingitatẽ lenonẽ rediget,si eas adduxerit.gẽs a genere nomẽ sumpsit.u.littera detracta.genus aũt a græco deducit.qđ est γένος,multisq; modis dr̃ genus.proprie uero genus est principiũ uniuscuiusq; generatiõis.uel ab eo qui genuit,uel a loco in quo genitus ẽ.ut horestes a tantalo ducit gen⁹. & plato genere est atheniẽsis.patria enim generationis uniuscuiusq; principium est

quẽadmodũ parentes.hinc per translationẽ genus ẽt uocamus multitudinẽ aliquorum ad unú aliquid,& ad seiuicẽ quodãmodo se habẽtiũ,ut romanorũ genus dicimꝰ,qđ ad romulũ refert,& cognationẽ inter se hẽt,ꝑ quã a cæteris distinguit.hic rursus genus appellamus, cui supponit spẽs,& a dialecticis ita definit,genus est qđ p̄dicatur de pluribus differẽtibus specie dictũ,ꝓpterea,qđ quasi principiũ sit hmõi genus oĩum quæ sub ipso sunt specierũ. genus etiã uocamus quicq̃d est ꝑ qđ alicuius rei qualitas indicatur.unde genus mortis. genus uitæ. genus exempli.genus marmoris.genus coloris.genus uestis.genus libertatis. genus seruitutis dicimus.Virg.qđ genus hoc hoĩum,quæue hunc tã barbara morẽ permittit patria? seneca,sũmũ genus infœlicitatis misero est,fuisse aliqñ fœlicẽ. a genere fit bigeneris,duoꝝ generum, de quo inferius dicemus.& generosus mõ nobilis, & p̄claro genere.Virgi. continuo pecoris generosi pullus in aruis audet,& ignoto sese cõmittere põto.mõ ꝑ metaphorã fortis.Cice.cũ q̃ de iperio certamẽ esset cũ rege generoso,atqꝫ potẽti.ab hoc fit generositas, hoc ẽ nobilitas & genero se aduerbiũ. hoc est nobiliter.fortiter.itẽ a genere gener filiæ meæ uir,quod ad genus augendũ adhibet.a quo progenerũ appellat auus neptis suæ uirũ.& generaliter ac generatim,de q̃bus supra diximꝰ.& generale.qđ ad cũctos ꝑtinet.& gigno,a quo ignis qđ nihil in eo gignatur,ut supra diximꝰ.ueteres gnit pro gignit.& gnixus pro genitus usurpauere.item a gigno prægnãs q̃ iã occupata est in generãdo,qđ cõceperit & genero eiusdẽ significationis a quo regenero, rursus genero.& degenero a generis nobilitate descisco.a quo degener. qđ est cõtrariũ generosi.hoc est ignobilis. Virg.degeneres aĩos timor arguit.& p̄genero, generationẽ ꝓduco.a quo progenies.pro genere atqꝫ familia accipit. Virgi.progeniẽ sed.n.troiano a sanguine duci audierat.itẽ genitꝰ natus.a quo unigenitꝰ q solus natus ẽ,nec fratrẽ ullum habuit,aut sororẽ,& primogenitus,q in nascendo primus fuit.ẽt si nullus postea natus fuerit & cõgenero qđ est associo.adiungo.accius,hunc.n.tibi cõgenerat affinitas.& Ennius,quem mihi cõgenerat affinitas.& ingenero,cuius passiuum est ingeneror.qđ aliqñ pro generor.aliquãdo pro ĩnascor usurpat.Cicero.in tanta aĩantium uarietate homini ut soli cupiditas ingeneraretur cognitionis & scientiæ.itẽ genitor.qđ mõ patrẽ significat, mõ ad honorẽ refertur sicut genitrix aliqñ significat matrẽ.aliqñ ueneratiõis gratia ponit.& genitura semẽ hoĩs. qđ, & genitale semẽ appellat.aliqñ ponit pro generatione,quæ & ipsa a generãdo deducit,& genitalia pudenda tã in uiro q̃ in muliere.& genitiuus uim generandi habens.unde genitiuum humorem uocamus semen hoĩs,& apud grãmaticos primus casus a recto dicitur genitiuꝰ, siue casus generãdi.& genitalis.natalis,unde genitale solũ uocamꝰ patriã. qđ & natale solum appellat.& genitalẽ diẽ natalẽ.quo.s geniti.hoc est in lucẽ ꝓditi sumus.& germẽ.qđ ex arborum surculis gignit.a quo germani appellati sunt q̃si ex eadẽ stirpe geniti.q̃uis Varro germanos eẽ dicat ex eadẽ genitrice natos.Virg.hæc germanus eryx quõdã tuus arma gerebat.huius fœmininũ est germana.idẽ inueni germana uiã,gratare sorori.a germine fit uerbũ germino.quod est pullulo, germẽ emitto.a quo germinasco,& cõpositũ eius congerminasco,quæ significant coalesco.coniungor.cõsocior.quadrigarius.facite exẽpla eorũ,ut cũ illis congerminascere sciat.Varro,postea cũ his unã rẽpu.cõiuncti.& congerminati tenuere.a germanis ãt germania ꝓuincia uocitata ẽ,quæ a gallis rhetiisqꝫ,ac pãnoniis rheno & danubio fluminibus a sarmatis,dacisqꝫ mutuo metu ac mõtibus separatur.cætera ambit oceanus latos sinꝰ, & insularũ ĩmensa spatia cõplectens.rhenus rheticarũ alpiũ inacesso,ac p̄cipiti uertice ortus modico flexu in occidentẽ uersus septẽtrionali oceano miscet.danubius molli, & clemẽter æditо mõtis arbone iugo effusus,plures populos adit.donec in põticũ mare sex meatibus erumpat. septimũ os paludibꝰ haurit.germãi ipsi ĩdigenæ existimãt,qm̃ nõ est uerisimile aliquos asia aut africa aut Italia relicta germaniã petiisse,in formẽ terris.asperã cœlo,tristẽ cultu, aspectuqꝫ,nisi patria sit.hi antea teutones appellabant a teutone deo eoꝝ,quẽ terra ortũ existimabant.postea alemani sunt dicti ab huius dei filio mãno.germaniæ uocabulũ nuꝑ a romanis additũ,qm̃ cũ primũ rhenũ deuictis gallis trãsgressi fuissent,uidentes eos.& feritate aĩorũ, & ꝓceritate copoꝝ & colore flauo,forma p̄terea.& moribꝰ,& uiuendi ritu gallis simillĩos,germanos eos,hoc est fratres galloꝝ esse existimauerũt.a germano germanicus dr̃.sicut ab italo italicus,pꝑ qđ a debellatis germãis ĩpatores q̃dã germãici cognomẽ sumpsere.itẽ a gigno siue genero ĩdigena dr̃ q nõ aliũde ĩ aliquã patriã uenit,sed ibi natꝰ ẽ,q̃si ĩde gẽitus.& gingiuæ in q̃bus dẽtes sunt.qđ ĩ iis dẽtes gignunt.& gnatus filiꝰ.a quo natus & nascor.uñ natio q̃ proprie significat genꝰ hoĩum,q nõ aliũde uenerũt,sed ibi nati sunt.in pecoribꝰ tñ bonus ꝓuẽtus bona natio dr̃.hinc ẽt cognati appellant q̃si una cõiterue nati,uel ab eodẽ orti ꝓgenitore. itẽ agnati differũt aũt(ut Paulus iuriscõ.existimat)cognati ab agnatis,ut genus a specie, nã oĩs agnatus cognatus est,nõ ãt oĩs cognatus,agnatus.alterũ.n.ciuile,alterũ naturale nomen est. cognationis origo ẽt ꝑ fœminas solas contingit,agnationis autẽ ab uno patre ꝑ solos masculos contingit.agnatum etiam dicimus q̃cquid ultra debitum natũ ẽ.uñ agnascentia & agna

ta mēbra appellant͛,quæ abundāt.Ply.mēbra aīalibus agnata,inutilia sunt,sicut sextus homini semp digit⁹, & in ægypto nutritū est portētū binis,& ī aduersa pte capitis oculis hō,sed his minime cernēs.itē ab eodem bignæ dictæ sunt geminæ,ꝗ bis uno die natæ sunt & bigenera aīalia.ex diuerso genere nata,ut leopardalis,ex leone.& pāthera.& natiuitas quæ ortū significat.& natura quæ nasci oīa facit.hāc q̇dā deū esse dixerūt.a quo oīa sunt creata. ponit͛ tñ aliquādo ꝓ genitalibus.Ply.si q̄drupes fœtū nō admittat urtica naturā fricādā monstrant.natura ēt pro ui ponit͛.unde arborū atq; herbarū naturas dicim⁹.& ꝓ more.Virg.nūc age naturas apibus q̄s iuppiter ipse addidit,expediā.itē natura est quæ unicuiq; rei formā dat specifica differentia.Definiturq; a phis.natura est motus principiū secundū se,& non p accidens.qm̄ uniuersa corpora ꝓpriū habēt motū p se,ut ignis p se sursum fert͛. terra deorsum, & nō p accidēs qm̄ id nō naturale,sed artificiale dr͛.ab hac fit naturale,qđ secundū naturā est, & aduerbiū naturaliter & naturalia pudēda.columella.si equa marē nō patit͛,detrita scylla naturalia ei⁹linūt͛ quæ res accēdit libidinē.naturales filii dicunt͛ illegitimi.qđ sola natura,nō cōiugali lege sint orti.natorū appellatio secūdū modestinū ad nepotes ēt extendit͛.Virg.& nati natorū ,& qui nascent͛ ab illis.natus sum laudi,& ad laudē dicimus.Cice.nā qd ageret uir ad dignitatem & gloriā nat⁹?Idē,qui se patriæ.q ciuib⁹ suis.qui laudi.q̇ gloriæ.nō somno.nō cōuiuiis. & delectationi natos arbitrant͛.hinc fit natalitius.& natalis.in quo q̇s natus est.natalia ēt dicunt͛.dies ipse natalitius.& natalis.qñ substantiuū est similiter.Ply. dū natales suos celebraret.itē natales aliqñ genus,ac familiæ conditionē significant, ut generosi uel obscuri natales. Quintil. cuius ut interiecto mari nō fortunā q̄sq̄ nosse,nō natales nō patrē poterat. hic natales nobilitatem significant.Ply.nōnunq̄ cādidatus,aut natales cōpetitores,aut annos,aut ēt mores arguebat.hic natales pro ignobilitate accipiunt͛.nepotē quoq; nōnulli appellatū existimant,q̄si natū post filiū.est.n.nepos ꝓprie filii nostri filius,cuius filius pronepos est. huius abnepos,cuius atnepos.nepotes tñ aliqñ ēt fratrū & sororū filii dicunt͛ , unde & illis germani matrū sunt auunculi,q̄si pui.sed nunq̄ de his simpliciter dicit͛ nepos,uerū addit͛ ex fratre uel sorore, ut aui nepos ex fratre.nepos ex sorore.itē nepotes pro posteris ac descendētibus capim⁹.Virg.forte recēsebat numerū,carosq; nepotes.nepotes ēt luxuriosæ uitæ hoīes appellam⁹,ꝗ tā iis rei suæ cura est,q̄ iis,quibus pater auusq; uiuūt.ab hoc nepotatus deducitur,hoc est uoracitas , &uitæ luxuries.Afranius,scurilitate ac nepotatu nobilis.præterea a gigno siue genero appellatæ sūt genæ,qđ in his pili gignant͛.Pacuuius.nūc primū opacat flore lanugo genas.ab his uero genua(ut quibusdā placet)appellata,femorū ac crurū cōmissiones.qđ hæc dū infans est ī utero matris,genis opposita sint.siue a generādo.quod in genibus inest uitalitas.in ipsa enim genu utriusq; cōmissura dextra leuaq; a priore pte gemina quædā buccarū inanitas est , qua per fossa q̄si e uinculis spiritus fugit.putant āt ex oī pte corporis uitali,semē ad genitalē uenā cōfluere.hīc græci quoq; γένοσ qdē genitū γόνυ uero genu appellāt.a gēu fit geniculū & gēiculatū & geniculatim,de q̄bus supra diximus,& cōgenulare.qđ est genu replicato cadere, uel genibus flecti.Cecilius,ipse regis ferit pectus,aduersum cōgenulat.ꝑcussu deiicit dominum. item a gignendo genuini uocati dentes,q in hoīe nouissimi gignunt͛ circiter uigesimū annū multis & octogesimo.sed q̇bus in iuuēta non fuere nati.decidere in senecta,& mox renasci cōpertū est.zācli samothraceno ciui post centū & q̄tuor ānos renatos fuisse ꝓdiderūt.hos græci cynodōtas,nostri caninos dētes appellāt.hinc exercere in aliquē genuinū,pro maledicere usurpamus.his.ii.dentibus maxīe morsus infigit͛,qui lōgiores sunt.& acutiores.appellant͛ āt canini in oībus aīalibus.Ply.mutant͛ dentes homini.leoni. iumento.cani . & ruminantibus , sed leoni & cani nō nisi canini appellati.quidā tñ genuinos a caninis distingūt , uolūtq; caninos prius gigni,& amissos nūq̄ renasci.itē a gignēdo ingeniū qđ ꝓprie significat naturā cuiq; īgenitā.Teren.nā qui cū ingeniis cōflictatur eiusmodi.i.cū hoibus eius naturæ.Virgi.nunc locus aruorū ingeniis,quæ robora cuiq;.quis color.ponit͛ ēt ingeniū pro ui intelligendi naturali,qa sæpe inuenimus,quæ ab aliis nō didicimus.unde p̄clara ingenia,& obtusa ingenia dicimus.hoc ē acuta.& rudia.& hoīes īgeniosos q naturalē uim ad aliqd agendū accōmodatā habēt.Salustius,ingeniū nemo sine corpore exercebat.huius diminutiuū est ingeniolū.item ingenuus,q libera matre natus nec postea seruus factus est cuius cōtrariū est libertinus, qui iusta seruitute manumissus est. Vnde interrogare hoc modo solemus.ingenu⁹ ne an libertinus est?hoc ē liber natus,an seruitute liberatus,siue ex libertoꝝ genere ortus .ab hoc fit īgenuitas quæ cōtraria est libertinitati.& ingenue aduerbiū,hoc est libere,unde īgenue loq̄ dicimus eū q ita loquitur,ut liberū hoīem decet.nihil timidū. nihil seruile habens.itē geni⁹,quē ueteres putarūt deum ēe,q uim obtineret oīum rerū generandarū,q̄propter dei filiū & parētē hoīum nūcupabāt,qđ hoīes gigneret.ideo genius meus dr͛,qa me genuit.itē geniū esse existimarūt uniuscuiusq; loci deū.geniales āt deos dicebant aquā.terrā.ignē.aerē.ꝗ ex his oīa procrearētur.itē duodecim signa,lunāq; & solē.alii geniū naturæ deū esse definierunt,& ipsam naturā

unde indulgere genio est obsequi naturæ, & uoluptati operam dare, sicut ecōtrario defraudare geniū īterrūpere uoluptatē. Terent. suū defraudans geniū cōparsit miser. hic genialis hyēs dicta hoc est uoluptuosa. & genialis hō hospitalis, atq; ad inuitādū, ac largius apparādū cibū prōptior. genialis ēt lectus dr, qui in nuptiis sternit, uel qđ in eo indulgemus genio uel qđ in honorē genii apparat, uel a generādis liberis. Vig. lucent genialibus altis. genii ēt gulosi a ueteribus uocant, & uentri semp indulgeutes. Lucillius. geniæ illæ uetulæ. īprobæ. ineptæ. quidam geniales deos a laribꝰ nō distinxerūt. lares mercurii, & laræ siue (ut alii uolūt) larundæ filii fuere. nā cū iupiter luturnā tyberinā nymphā diligeret, turni regis sororē cæteris nymphis eius loci mandauit, ut se forte illā sequente fugiētē retardarent, nec p̄cipitari in undas paterētur, lara almōis filia id iuturnæ & iunoni retulit. Q uapropter indignatus iupiter laræ linguā trūcauit. mercurioq;, ut eā ad inferos duceret, iussit, & inter stygias nymphas cōstitueret. mercurius uero dū mādata exequeret, nymphæ pulchritudine in itinere captus cū ea cōcubuit, q̄ p̄gnans facta peperit geminos. quos a matris noīe lares appellauit. hos ergo geniales deos dixere, siue q͛ ut gignamur curāt, siue q͛ una nobiscū gignant, seu q͛ genitos sp tueant. euclides socraticus duplicē oībus hoībus appositū eē geniū scribit, hoc est duos lares. Quod ēt. L. Florus uidet sentire, dū inqt. ipsiq; bruto ꝑ noctē, cū illato lumīe ex more aliqua secū agitaret, atra quædam imago se obtulit, & quæ esset interrogata, tuus inquit malus genius, hæc sub oculis mirātis euanuit. Certe nō addidisset malus, nisi & alter bonꝰ genius esset. hos ab ænea a troia ī italiā uectos cōmemorant. Virg. iliū ī italiā portans, uictosq; pēates. eosdē .n. & penates & lares esse manifestum ē. dictosq͛ penates, quasi penes nos natos. Varro scribit deum se arbitrari esse aīam mundi, & ut homo sapiens cū sit ex corpore & aīa, tñ ab aīa dicitur sapiens, ita mūdū deū dici ab aīa, cū ex anima & corpore constet. ad hæc mundū diuidi ī duas partes, cœlum, & terram, & cœlum bifariā in æthera & aera, terrā uero ī aquā & humū, e quibus summum esse æther, secūdū aera, tertiā aquā infimā terrā, quas oēs quatuor partes aīarum esse plenas ī æthera & aerē īmortaliū, in aqua & terra mortaliū. ab summo aūt circuitu cœli ad circulum Lunæ æthereas aīas esse astra, ac stellas, eos cælestes deos esse nō modo intelligi, sed ēt uideri. inter lunæ uero gyrū, & nimborum ac uentorū cacumina aereas esse aīas, sed eas aīo, non oculis uideri, & uocari heroas, & lares, & penates, & genios. qm̄ āt lares siue penates etiā priuatorū domibus p̄esse credunt, factū est ut utrūq; uocabulū pro ipsis domibus frequētissime usurpemꝰ. Martialis. O mihi curarū pretiū nō uile mearū, flace antenorei spes & alūne laris. idem protinus a leua clari tibi fronte penates atriaq; excelsæ sunt adeunda domus. a lare. hoc est malo genio larùas dictas existimant. quæ sunt noxiæ inferorum umbræ. unde laruati dicūtur furiosi & mente moti, quasi a laruis exterriti, quales sunt quos uulgo dæmoniacos uocant. hi & ceriti dicuntur, siue quod κέρατα, hoc est cornua incapitibus habere se putent, siue a cerere quasi cereris ira aanimo uexati. Pacuuius. ut miser quasi ceritus furiis agitor. Plaut. certe laruatus est, aut ceritus. idem, laruatus ædepol hoīem miserum medicum quæritat. plotinus philosophus scribit aīas hoīum dæmones esse, & ex hominibus fieri lares si meriti bene sint. lemures, siue laruas si male. manes āt dici, si incertū sit bene ne an male meriti fuerīt. laruas quippe esse noxios dæmones ex hominibus factos. quos græci cacodæmonas uocant, lares autem eudæmonas hoc est beatos, q͛ boni sint animi, hoc est boni dæmones. mos autem apud romanos fuit, ut generosi adolescentes egressi pueritiæ annos bullam aureā apud lares suspenderēt, unī Horatius urbanissima cōtumelia usus est in eū, qui seruilibus natalibus erat, ita scribēs. donasset iam ne cathenā ex uoto laribus quærebat. laruā ēt pro persona accipimus. & laruatū pro ꝑsonato. Horatius. non illi larua aut tragicis opus esse coturnis. lauerna uero dea fuit, quam romani coluere. a qua lauerniones dicti sunt fures, q͛ sub tutela deæ lauernæ essent. in cuius luco obscuro abditoq; soliti erant inter se furta diuidere. Hinc & lauernalis porta romæ dicta ē ab æde lauernæ propiuqua. larissæ populi sunt in asia scytica. larissa thæssaliæ urbs fuit achillis patria dicta ob uicinitatem quam habuit ad phthiam thessaliæ regiam eius patriam. larius lacus est galliæ cisalpinæ uicinus alpibus a fulicarum quæ ibi sunt, multitudine appellatꝰ. græci enim λάρον fulicam uocant, auis est nigra. aquatica. uulgo nota paulo supra magnitudinē columbæ, a furuo appellata. hoc est nigro, quēadmodū fuligo. a genero etiam fit ingeneror quod auctores pro nascor usurparunt. Cicero. ītanta animantium uarietate homini ut soli cupiditas ingeneraretur cognitionis, & scienriæ. sunt ēt qui ingens a gente dictum uelint, hoc est magnus. immensus. quasi ultra gentem suam. plus est enim ingens q̄ magnus Terenti. magnas uero agere gratias thais mihi: īgentes. a græco autē γένος fit γενεὰ quod est, generatio progenies. a quo fit genealogia. quo etiam latini utuntur, q͛ interpretari potest generationis series. & genethlius natalis. a quo genethliacus, qui ex die natali fortunam hominis, & successum pronunciat. Iuuenalis. si prurit frictus ocelli. angulus inspeccta genesi collyria poscit.

SEPOSITA. Remota, & a cæteris gētibus separata. seponere enī est remouere. seperare. seor-

sum ponere

sum ponere. & a pono deducitur. ponere proprie collocare est. Cicero. primum enim ut stantẽ republica facere solebamus, ut in agendo plus q̃ in scribendo opere poneremus. aliquãdo tñ per metaphoram pro desinere ponitur. qm̃ cum cessam⁹ ab opere, collocare quodãmõ ac reponere uidemur id quod agebamus. Virgilius. cum uenti posuere, oĩsq; repẽte resedit flatus. aliquando pro exigere. ædificare. idem posuitq; ĩmania templa, unde ĩ antiquis marmori bus frequentissime legimns. B. MERENTI POSVIT. Nonnunq̃ pro deponere. idem, pone metum. interdum pro apponere. Martialis. nolo mihi ponas rhombũ, Mullumue bilibrem. idem, quicquid ponitur hinc & inde uerris. Plautus. uafre facit. ponit uini plusculũ, cras ei ut reponã large ac liberaliter. hinc poetæ fabulas, & scripta sua ponere dicebanẗ, q: in scæna hæc spectatoribus quasi in conuiuio apponebant. Iuuena. pone tigilinũ. hoc est affer in scænam aliquid de tigilino scriptũ. Persi⁹, ecce mõ heroas sensus afferre uidemus nugari solitos græce, nec ponere lucũ artifices. hoc est nescientes opus facere, qđ populo apponi possit. falsum ẽ enim qđ quidã parũ eruditi scripserunt, ponere idem esse qđ scribere. a pono fit positiuus, qui primo positus est, nec aliunde deriuatus. a quo grãmatici positiuũ a cõparatiuo & superlatiuo distingunt, quod illud sit quasi fundamentũ istorũ. & positura quæ est nota, quæ sensus ĩ oratione distinguit. unde syllabam dicimus longã esse positura. itẽ situs & positus quartæ declinationis. Gellius priorem geniturã reddit positu longã, & positio, quã græci uocant θέσιν. item a pono cõposita fiunt appono, qđ est aliquid antepono. Ply. nihil ei præter secũdarium panẽ oleraq; apposuit. aliqñ subiungo, unde apud grãmaticos appositum dicitur casus, qui uerbo subiũgitur. antepono, præfero. circũpono notæ significationis, ĩterpono. immitto. oppono ex aduerso pono. unde opposita contraria appellantur, & oppositio contrarietas. depono qđ aliqñ significat dimitto. Cicero, existimaui honestissime melestias posse deponi si me ad philosophiam retulissem. aliqñ priuo. Suetonius. ne ĩperio turpiter depositus priuatus uiueret. Plau. ut me deponat uino eam affectat uiam. nõnunq̃ derelinquo, & quasi despero, unde depositi desperati dicũẗ. Cicero. itaq; mihi uideor iudices magnã & maxime ægram, & ꝓpe depositam reipublicæ partem suscepisse. frequenter ãt depono est apud sequestrum colloco. Virg. ego hanc uitulam ne forte recuses, bis uenit ad mulctram, binos alit ubere fœtus, depono. deponi ẽt dicitur (ut Vlpianus scribit) qđ custodiẽdũ alicui datur. unde florentinus deponere ĩ quit tam unus q̃ plures possunt, tñ apud sequestrum nõ nisi plures deponere possunt. nã tunc fit cũ aliqua res in cõtrouersiã deduciẗ. itaq; hoc usu insolidum unusquisq; uidetur deposuisse qđ aliter est, cũ rem cõem plures deponunt. ab hoc uerbo depositũ fit. qđ est id qđ alicuius fidei cõmendaẗ, uel quod pignoris loco dimittiẗ, uel qđ cõseruandum traditur, donec de iure fuerit discussum. repono, qđ interdũ est rursus pono. Virg. arisq; reponimus ignem, ideſt rursus adhibemus ignẽ aris, rursus sacrificamus. interdum recondo. idẽ non illis epulæ nocuere repostæ, & alibi. manet alta mẽte repostũ iudiciũ paridis. Martia. & totũ mihi nũc repono qc qđ terdenos uigilauerã ꝑ annos, hoc ẽ recõdo & prorsus depono curas, & uigilias in q̃bus triginta iã ãnis sum uersatus, ne amplius eas resumã, sed ꝑpetuo ocio fruar. ab hoc fit repositoriũ uas, in quo reliquiæ ciboꝝ, & mẽsæ instrumenta reconduntẗ, siue ex corio sint, siue ex ligno, siue ex argento, auroue, aut alia quacũq; materia. Ply. bibente cõuiua mensam. uel repositoriũ tolli in auspicatissimum habetur. interdũ repono est rursus appono. Martia. ullus si pudor ẽ repone cœnam. unde reponere fabulas, & scripta sua poetæ dicunẗ, cũ secundo hæc in scæna apponunt hoc est cũ rursus recitãt. solebant enim (ut porphyrio notat) qui ludis apud ueteres ꝑerant, scriptores cũ primũ in scænam prodirẽt, benigne excipere, ut si forte nõ recte egissent iterũ ad scribendũ audientium benignitate. propterea inq̃t Horatius, fabula quæ posci uult & spectata reponi, hoc est fabula, quæ uult primo & secundo in scæna recitari. idẽ, aut famam sequere, aut sibi conuenientia finge scriptor honoratũ siqñ reponis achillem, hoc est si fabulam semel de Achille positã rursus ponere in aĩo est. i. talem esse ut rursus poni possit. item repono qñq; ẽ retro appono, & quasi acceptã cœnã restituo. ut siqs mihi hodie cõuiuiũ apponat, ego cras ei ut reponã large ac liberaliter, & in hũc sensum hoc uerbo usus est Iuue. cũ inquit semp ego auditor tñ́ nunq̃ ne reponã? Ignauiæ. n. seipsum accusat, & ut mos satyrorũ est, ex abrupto incipit. semp ne eorũ, quæ alii apponunt ero auditor, nunq̃ ne ipse aliqd reponã? cũ præsertim in tãto scribentiũ strepitu tã diu uersatus sim, nec desit mihi amplissima materia ad scribendũ. expono. declaro. ostendo. explico unde expositio pro interꝑtatione accipiẗ. Cice. anteq̃ de repu. scribã patres cõscripti exponã uobis breuiter cõsiliũ ꝓfectiõis, & regressiõis meæ ideſt explicabo. idem, uocat ad cœnã deinde ipse ꝑtorẽ, exponit copias suas oẽs, hoc est ostẽdit. interdũ expono extraho, q̃si extra pono. Virg. socios de puppibus altis põtibus exponũt. nõnũq̃ abiicio. uñ infantes abiecti, ut pereant, expositi dicuntur. Teren. erat hic corĩthia anus haud ĩpura, ei dedi exponẽdam. iidem & expositii appellãtur. Plau. reuertor ad illam puellam expositiam, plerũq; expẽdo. Solinus. cum magnã in iis pecuniam exposuisset. sæpe eti

cinæ genere, cuius uerbenis sedatũ est bellũ ꝓpter cõiugia ortũ. Siluestris myrtꝰ est quã supra diximus ruscũ, & chamæmirsynẽ & oximyrsinẽ uocari. Satiuarũ genera topiarii ac coronarii faciunt Tarẽtinã folio minuto, nr̃atẽ patulo, exoticã dẽsissimo. cõiugalẽ putãt esse, quam dici mꝰnr̃atẽ. Baccæ si nõ siccent. oleũ gignũt. E nigra fit uinũ, siccata usq; ĩ ariditatẽ in umbra, deinde mulso indita. Quin & oleo qdã uini sapor inest. simulq; pinguis liquor, qđ p̃cipuã uim habet ad uina corrigẽda, saccis ante ꝓfusis, retinet enĩ fecẽ, nec p̃ter purũ liquorẽ trãsire patit, & se comitẽ p̃bet p̃cipua cõmẽdatione liquato. Virgas quoq; huius arboris gestatas putãt uiatori pediti in lõgo itinere mire ꝓdesse. Posthumiꝰ libertus in cõsulatu qui primus oĩum ouãs ĩgressus est urbẽ qm̃ rẽ leuiter sine cruore gesserãt, myrto ueneris uictricis coronatus incessit, uñ mos inoleuit, ut ouãtes myrtea corona uterẽtur, excepto. M. Crasso, qui de fugitiuis laurea corõatus ẽ, Curru quoq; triũphãtes myrtea corõa usos fuisse qdã ꝓdiderũt. Papyrius maso, q primus in mõte albano de Corsis triũphauit myrto coronatꝰ cyrcẽses ludos spectare solitꝰ est. M. Valeriꝰ duabus coronis, hoc ẽ myrtea, & laurea utebat. Myrtilus uero Mercurii filiꝰ Myrtoum pelagus pars maris ægei nomẽ accipiẽs a Myrtilo, qui in eo fert ꝓiectus fuisse. Myrsus propriũ nomẽ est, sic enĩ uocatus fuit Candaulus pr̃, qui & Myrsillus dictus est. Item Myrsus Peloponesi oppidũ fuit. Sũt qui tres ueneres fuisse affirmẽt, unã cœli & diei filiã. Aliã e cœli pudendis. & spuma maris genitã. Tertiã Iouis filiã. & Diones. Hæc ut amorũ gr̃arũq; ita pulchritudinis, & delitiaꝵ, & uoluptatũ oĩum dea est. Vñ uenus aliqñ pro libidine, & coeũdi appetitu ponit. Seneca, quod in uenerẽ ꝓnior esset. Teren. Sine cerere & libero friget uẽus, a quo uenereꝰ pro libidinoso accipit. siue ꝓ eo qui stellæ ueneris subiectus est, hinc uenerem utriusq; sexꝰ hoc est marem simul, ac fœminam eẽ finxerũt, ꝙ in utrũq; sexũ hoĩs libido grassef. Propterea ueteres uenerem nõ deã solũ, sed ẽt deũ noĩbãt, Vir. discedo, ac ducente deo flãmã inter & hostes expedior. Neq; enĩ dea legẽdũ est, ut pleriq; faciũt, sed deo. Signũ etiã eius cypri fuisse legitur barbatũ corpore, sed ueste muliebri, cũ sceptro, ac statura uirili Aristophanes eam non Aphroditẽ, sed Aprhoditõ noĩat. Leuinꝰ ita scripsit. Venerẽ igit almũ adorãs, siue fœmina, siue mas est. ita uti aliena noctiluca est. Philochorus quoq; eandẽ scripsit eẽ lunã, & ei sacrificium facere uiros cũ ueste muliebri mulieres cũ uirili, ꝙ eadẽ & mas existimat, & fœmina. Itẽ Venus ꝓ pulchritudine capit. Quinti. quod cũ gratia quadã & uenere dr̃. Ply, quorũ opera, cum admiraretur, collaudatis oĩbus. deesse iis unã illã uenerẽ dicebat, quã græci charita uocãt, ab hoc, ut Cice. scribit, fit uenustas, hoc est pulchritudo, & uenustus pulcher, & uenusto uerbũ orno, & uenuste aduerbium pulchre, Venusta oĩo est quæ cũ gr̃a q̃dã ac uenere dr̃. Horũ cõtraria sunt inuenustꝰ, hoc ẽ sine decore, & inuenusto dedecoro, & inuenuste decore. Itẽ a uenio uenia, qđ optãti adueniat. est enĩ uenia remisslo culpæ, & cõdonatio erroris. Quintilia. Peccaui ueniã peto, & errare hoĩs est, & ignoscere patris. Male qdã indulgẽtiã pro uenia capiũt, & indulgere ꝓ ignoscere. in quo theologi nr̃i frequẽtissime labunt, ĩdulgere enĩ ẽ obsequi, & aliqd (ut ita dicã) delicate cõcedere, & indulgentia est mollis, & delicata ꝑmissio. Quintilia. Mollis illa educatio, quã indulgẽtiã uocamꝰ, neruos oĩs & mẽtis & corporis frãgit. Venia tamẽ aliqñ pro indulgẽtia accipit. Cicero, dabitis mihi hãc ueniã hoc est indulgebitis cõcedetisq; mihi. Teren. da pater ueniã sine te exorẽ, & cũ uenia tua dicimꝰ, hoc est cũ pace tua, & te ꝑmittẽte. Per metaphorã quoq; aliqñ ĩdulgere ponit pro delicate intẽdere, & spatiũ maius dare. Vir. indulge hospitio, causasq; innecte morãdi. idẽ, sin tumulis accliue solũ, collesq; supini indulge ordinibus aliqñ pro facilẽ eẽ, & clemẽtẽ. Cicero, magnus uir in primis, & qui indulgẽs in patrẽ idẽ seuerus ĩ filiũ, Ab hoc fit indulgẽtior, & indulgẽtissimus, & aduerbia indulgẽter, indulgẽtius ĩdulgẽtissime. Veteres pro ĩdulgẽtia indulgitatẽ dixere. Sisenna, bassus assidua indulgitate uictꝰ. A uenia fit ueneror, q̃si ueniã oro, a quo ueneratio. uenerabilis. uenerabundus. uenerandꝰ ueneratus. ueneranter. uenerabiliter. de quibus supra diximꝰ. Indulgeo dictum existimãt quasi inde algeo. Algere enim frigere est, tractũ a græco ἀλγῶ, qđ proprie significat doleo. Põitur tamen etiã pro frigeo, cũ frigus nihil aliud sit q̃ dolor qdam mẽbrorũ rigore cõceptus. Qui ergo indulgẽt hoc est delicate aliqd permittũt, quodãmodo frigescũt, nõ urgent, nõ solicitãt. Ab algeo algor deducit, hoc est frigus rigor, & algidus mõs ab assiduo frigore appellatꝰ ẽ. Hora. quæq; auẽtinũ tenet algidũq;, & ab hoc quaq; silua algida dicta ẽ, huic mõti subiacẽs, ĩ cuiꝰ ĩgressu lacus est regillus, apud quẽ. A, posthumius dictator ꝓspere aduersus Tarquinũ supbũ patria eiectũ, & latinos Romanis bellũ inferentes pugnauit. Veteres algo pro algere dixere. Lucillius, morbis algoq; fameq;. Itẽ a uenio uena, qđ per eã ueniat sanguis, est enĩ uena cõceptaculũ sanguinis, qđ ἀγγεῖον græci uocãt, mixti, cõfusiq; cũ spiritu naturali, ĩ quo plus sanguinis est. & minus spiritus, differtq; ab arteria, quod hæc conceptaculum est spiritus naturalis mixti cõfusiq; cũ sanguine in quo plus spiritꝰ est q̃ sanguinis. Vena ĩmobilis est, exploraturq; emittẽdi sanguis gr̃a. Arteria uero motu atq; pulsu suo habitũ & motũ febriũ demõstrat σφυγμός a medicis uocat ip̃a intẽtio motꝰ & remissio ĩ corde, nõ arbitraria, sed naturalis. Per me-

taphorā ēt uenæ in terra dicunť subterranei meatus,p̄ quos unda manat,aut alius liquor.Vnde uenas argēti,& auri dicimus.Auena uenosum diciť uenis turgētibus plenū,& uenenū,qď per uenas eat,differtq3 a toxico.Nam toxica proprie sunt,quibus sagittæ tinguntť,dicta quasi taxica a taxo arbore,hæc abieti similis est,sed minus uirēs,gracilisq3,& tristis,nullo succo,bacchas fert qbus letale uenenū inest.præcipue in Hispania.Vasa ēt uiatoria ex ea facta ad afferēdū uinū mortifera esse cōpertū est.Hāc quidā smilacem a græuics uocari dixere,& esse in archadia tā præsentis ueneni,ut siqui sub ea dormiāt,cibūue capiant,moriantť.Innoxiā fieri putāt si in eā arborē clauus æreus figatť.Venenū uero generale uocabulū est ad oīa quæ naturā eius cui adhibita sūt,mutāt.Ply,Galbanū aduersatť uenenis,maxīe toxicis cū myrrha & uino. Caius iuriscōsult⁹ sic scribit,q uenenū dixit adiicere debet bonū.uel malū,nā & medicamenta uenena sūt,qa eo noīe omne cōtinetť,qď adhibitū,naturā eius cui adhibitum est,mutat.græci Pharmacū uocāt,nā & apud eos tā medicamēta q quæ nocēt,hoc uocabulo significantť.Vnde Pharmacopolæ dicuntť medicamētoꝶ uenditores,Quinetiā medicamēta ipsa & bona & mala appellantť,quippe & amatoria,& incātationes,mala medicamēta sunt,& a ueneno ueneficia uocantť,& uenefici dicuntť,nō mō qui uenena aut toxica cōficiūt sed ēt qui incātationib⁹,exorzationibus,& cæteris malis artibus utuntť,a quo fit compositum Triueneficus,hoc est excellēs ueneficus.Plau.mussas adhuc triuenefica? Venenū etiam aliqñ uirus significat hoc est spumā, unde Virgilius pro colore purpureo posuit,qui eius conchæ spuma est.Alba neq3 assyrio fucatur lana ueneno.Itē a uenenū fit uenenosum,unde serpentes uenenosas dicimus.& uenenatū in qď coniectū est uenenū.& ueneno uerbū,hoc est ueneno cōtamino,quidam etiam uenenarias mulieres dixerūt,quæ parāt,aut cōficiūt,aut uendunt uenena.Itē a uenio uenor.,pprie.n. uenari est indagare feras,& quasi circūuenire,,ppter qď ueteres uenari & passiue,p circūueniri posuerūt.ennius,teneor correpta,& undiq3 uenor,A quo per metaphorā uenari etiam capim⁹ pro captare,hoc est artificio quodā & solertia quærere,& uenor laudē.uenor gloriam,quod ēt Aucupari dicimus,cū,pprie aucupari sit aues captare.A quo aucupiū & aucupatio & aucupator & auceps,qui aues captat.A uenor uenatio dicta notæ significationis,& uenaticus canis, quo feras persequimur,sicut indagator dī odorus,& sagax.Vir.Et odora canum uis,proprie tamen odorus est,qui olet,hoc est ex se odorē mittit,ut flos odorus.odoratus,qui aliūde odorem accipit,ut odoratū tēplū.Odorator qui odorē sequiť,ut canis.idē,& odorisecus dicitur. hoc est odorem sequēs.sagax aūt canis diciť quasi acute sentiēs.Sagire enim ueteres acute sentire dicebāt.Cice.Sagire enī sentire acute est,ex quo sagæ anus quia multa scire uolūt,& sagaces dicti canes.Is igitur qui ante sagit q̃ oblata res est,diciť præsagire,idest futura ante sentire. Hinc manifeste ostendiť error acronis,qui sagam mulierē scribit incantatricē dici,atq3 maleficā,ab eo ꝙ satis agat.Melius festus,saga inquit mulier est perita sacrorū,& uir sapiēs.Et nonius,sagæ dicuntur fœminæ ad libidinē uiroꝶ indagatrices,unde & sagaces canes dicuntur ferarū,uel animaliū quæsitores.A præsagādo præsagiū,hoc est præsensio & prædiuinatio deduciť.A ueteribus præsagatio uocabať.Cice.inest igitur in animis p̄sagatio extrinsecus inuecta, atq3 inclusa diuinitus.Itē a uenor uenator,ac uenatrix,& uenatio.& uenabulū.uenantium telū latissimū aciei lōgissimæ.Vir.supra uenabula ferť.& uēatus pro uenatione.& uenatorium qď ad uenationem ptinet,unde uenatoria instrumēta dicimus,& uenatorium poculū.Item a uenio seu uēto uenter qď uentet in eū cibus,deinde in aluū delabať.Capiť enī uenter pro eo q uideť.Iuuēa,Mōtāi quoq3 uēter adēst abdomīe tard⁹,uñ uētrē facere dicim⁹.exporrigis,a similitudine prægnantiū mulierū.Vlpianus,si quando inter ædes binas paries esset,quia uētrē faceret,ut in uicini domū semipedē,aut amplius,pcūberet,agi oportet ius nō esse illū parietē ita porrectū insitū mihi esse uitiose.Sed,pprie uenter est ubi.cibi cōficiuntť.Subest stomachum habētibus cæteris simplex,ruminātibus geminus,sanguine carentibus nullis.In homine est adnexus infimo stomacho similis canino.Stomachus enī intestinoꝶ principium est neruosus a septimæ spinæ uertebra incipiēs.A quo fit stomachor uerbū,qď & fastidio.& cū stomacho dicere aliqd uel facere dicimus,hoc est cū indignatione,siue fastidio,& stomachosus,q̃ facile indignať,ac cuncta fastidit,& stomachose fastidiose.A uentre uero fit uentriculus diminutiuū. Cornelius Cel.uentriculus aūt qui receptaculum cibi est,constat e duobus tergoribus.isq3 inter lienē & iecur positus est.utroq3 ex iis paululū super eū ingrediente.Homini,& cani stomachus inferiore parte angustior est,propter qď sola hæc animalia facili⁹ euomūt quia repleto,propter angustias stomacho supprimitur cibus.qď iis accidere nō pōt.quorū spatiosa laxitas eū ad inferiora trāsmittit.Ab hoc uentriculo lactes in oue & homine sūt,per quas labitur cib⁹ in cæteris animalibus hæ ilia sunt,qbus capaciora intestina ad aluū.ilia quidā ab lua dicta existimāt,quæ pars chartæ est tenuissima.nos aūt ab inuoluendo poti⁹ appellatā existimam⁹ qppe apud græcos εἰλοῦμαι iuoluo significat,iuoluta,n.iter,se esse ilia manifestū ē,in singulari ilie diciť.Ennius tamē adrisum mouēdū artē spernēs iliū dixit.Tu ut hector,ab ilio nunq̃ recedis

ilium

iliũ regia fuit priami, quæ & Troia a noĩe regiõis minoris asiæ cognominata est mille quigẽtis passibus distans a portu. ab hoc Homerus opus suũ de bello troiano iliada nominauit. ab ilio iliacus deducitur, & iliades troianæ. ilione maxima fuit filiarũ priami. ilioneꝰ propriũ nomen. ilia mater remi & romuli. ilys græce limus dicitur. ilyriũ siue ilyris prouincia est, cuiꝰ latissimi fines sunt. hinc italiã. illinc germaniã, inde macedoniã. thraciã. & epirum habẽs. hinc adriaticũ sinũ, inde danubiũ flumẽ. ab eo illyricus deducit᷑. a troia tros deriuat᷑. Virg. tros tyriusq; mihi nullo discrimine aget᷑, & troianus. idẽ troianasq; simul, & troicus. idem, & troica castra. & troius. idẽ, & troia gaza p undas. itẽ troiugena. Ennius, troiugenas bello claros. troezenus propriũ uiri nomẽ est. hic thrax fuit filius cradi, unus ex iis, qui tulit, suppetias troianis aduersus græcos. troia ẽt ludus puerorũ equestris fuit. Sueto. de cæsare. troiã lusit turma duplex maiorũ. minorũq; puerorꝫ. itẽ locus in agro laurente, in quo primus aeneas cum suis cõstitit troiã duos ĩsignes amnes exornãt. mæander dr̃, qđ flexũ fluminis eius similẽ habeat, nõ dissimilẽ ab opere labyrinthorũ, chlamidulis, adalligatã. Varro. mihi facies mæandrata, & uinculata, atq; adeo grãdis. Virg. uictori chlamidẽ auratã, quãplurima circũ purpura mæandro duplici melibœa cucurrit. aluus medio umbilico adnexa oĩbus est, ab alendo dicta. in hoĩe ile infima pte est simile suillo, a græcis colon, ubi dolorũ magna cã, qui ab hoc dicunt᷑ colici. colũ ẽt morbus ipse uocat᷑, quẽ primus in italia sensisse tyberius princeps dicitur. cũ antea eẽt ignotus angustissima aluus canibus ẽ, ob quã causam uehemẽti nisu, nec sine cruciatu eã exonerãt. uentres elephãto quatuor sunt. in iuuẽcarũ secũdo uẽtre nigricãs thophus reperit᷑ instar pilæ rotũdus, nullo põdere. singulare (ut putant) remediũ ægre parientibꝰ, itẽ a ueno fit uenum q̃si ueniũ, a quo fit uenũdo, quasi id ĩ qđ uenimus, de hinc uenũdatio, quæ est permutatio rerum & cõtractus ex conuentione proueniens. a uenundo fit detractis duabus litteris uẽdo eiusdẽ significationis, cuius frequentatiuũ est uendito. ab hoc uenditio. & uẽditor. & uenditrix. & uẽdibile, qđ modo significat id qđ facile uendi põt, mõ id qđ populare est & uulgo gratum unde uendibilis oratio dicit᷑, & uẽdicatio pro ostentatione ponit᷑. Cicero. quinetiam mihi quidem laudabiliora uidentur oĩa quæ sine uendicatiõe, & sine populo teste fiũt, & nugiuẽdus. a quo nugiuendulus. de qbus alibi diximus. a uenũ ueneo deducit᷑, qđ significat uendor, q̃si uenũ eo hoc est, ex cõuentiõe in aliũ trãseo. a quo fit uenale. qđ uẽdendũ est. aliqñ uenalis capit᷑ pro sordido, & auaro, qui pecuniæ gr̃a seipsum uenderet. Salustius, o urbẽ uẽalẽ & cito perituram. uenales ẽt si nihil aliud addas, dñr serui nouitii, qui ad uendendũ expositi sunt. seruorũ eñi alii nouitii sunt, alii ueteratores. Vlpianus, p̃cipiũt ædiles ne ueterator pro nouitio ueneat, & hoc edictũ fallaciis uẽditorũ occurrit. ubiq; .n. curãt ædiles ne emptores. a uenditoribus circũueniant᷑. præsumptũ est enim ea mancipia, quæ rudia sunt, & simpliciora esse, & ad ministeria aptiora. trita aũt mancipia, & ueterana difficile est reformare. & ad suos mores formare. quia igitur uenalitiarii sciũt facile decurrere ad nouitiorũ emptionẽ, iccirco interpolant ueteratores ne pro nouitiis uendãt. Quintil. itẽ qđ cõe est & aliis nomen, intellectu alicui rei peculiariter attribuit᷑, ut urbẽ romã accipimus, & uenales nouitios, & corinthia æra, cũ sint urbes aliæ quoq;, & uenalia multa, & tã aurũ & argẽtũ, q̃ æs corinthiũ. hic uenalitiũ dr̃, uel corpus ipsum uel uenditio, uel locus ubi nouitii uendunt᷑. Paulus. nã quicũq; ex uenalitio nouitiorũ emptꝰ alicui ministerio p̃positus sit statim eũ e ueteratorũ numero esse. uenalitius quoq; adiectiuum est. põponius. qđ si familiã domesticã uxoris, aut uenalitiã parauit. hinc uenalitiarii appellati mangones & uenditores nouorũ seruorũ. a ueteratorũ seruorꝫ neqtia ueteratores ẽt appellati sũt callidi atq; astuti. quãuis mihi similius ueri uidet᷑ ueteratorẽ proprie astutũ, ac uersutum dici a uetusta multarũ rerũ cognitiõe, indeq; seruũ iã tritũ & ueteranũ. ueteratorẽ uocari. item a uenũ fit uendico, q̃si cõueniens mihi dico. est enim uẽdico, ut ita dicã approprio. Quintil. rusticus petit partẽ bonorũ, orator totũ sibi uendicat. uindico uero a uis & dico cõpositũ est, q̃si uĩdico. uendicare. n. proprie est ulcisci, unde uindicta dr̃ quotiẽs iniuriam, cõtumeliãue illatam punimus, & uindex ultor iniuriæ, & uindicatio ipse actus ultionis. ponit᷑ tñ aliqñ uindico pro eo, qđ est ab iniuria, cõtumeliaue, siue iactura defendo, & libero. Cicero. & est senectus natura loquatior, ne ab oĩbus eã uitiis uidear uendicare. itẽ protraho, & in libertatem assero, a quo uindicta dicta est uirga, qua serui libertate a p̃tore donabant᷑. uis mõ uirtutem significat. Virg. multa ui muniet albã, modo possibilitatẽ. idẽ, nõ ea uis aio, neq; tãta superbia uictis. aliquãdo uiolentiã. idem, quæ uis ĩ manibus applicat oris. idem, ni uis humana quotãnis maxima quæq; manu legeret. ab hoc fit uiolo, qđ est corrũpo, cõtamino polluo, & quasi uim ĩfero quod proprie de uirgine dicitur, a quo inuiolatus. hoc est intemeratus, & inuiolabilis, & uiola per antiphrasim, quasi minime uiolata, uel quod nõ uiolanda, uel a ui olẽdi, q̃uis aliqui p diminutionem a græco ἴον uiolã dictã uelint. & uiolentus. qui uim facit. & uiolentior, ac uiolentissimus & uiolenter aduerbium. & uiolentia. & uipera serpentis genus, qđ ui pariat. nã corosis lateribus exeũt pulli cũ matris interitu, a quo uiperinus. Ply. e uiperina carne fiunt theriac

pastilli. & uehemēs,acer,a ui atq; ipetu mētis(ut Gellius tradit)a quo uehemētia,acritudo.& uehemēter acriter.quorū cōparatiua,& superlatiua sunt uehemētior.uehementissimus.& uehemēti⁹.uehemētissime.& uinulus illecebrosus,q̄si uī faciēs.Plau. cōpellando.blāditer osculando orone uinula. uenusta uel īpudēti⁹.& inuitus,qui per uim aliq̄d facit.a quo fit aduerbium inuite,cuius cōparatiuū est inuitius.Cicero.quē ego paulo sciebā,uel inuitius.nolo.n.dicere de tā suaui hoīe fastidiosius.& inuito q̄d est prouoco.allicio.& quasi uim facio.Virg. celeri certare sagitta,inuitat,qui forte uelint.Cicero.ad quē fruendū nō mō nō retardat,uerum etiā inuitat,atq; allectat senectus.ponitur tñ aliquando inuito pro delecto.Virgil. inuitat genialis hyems,curasq; resoluit.aliqñ pro repleo.Plau.mirū si inuitauit sese ī cœna plusculū. ab hoc inuitatio.& inuitamentū.& inuitator.quidā inuito putant dictū,quasi nō uito. uitare.n. cauere ē,īmo plusq̄ cauere,& a ui dicitur quasi ui auertere,a quo uitium dictum, q̄d proprie id est,q̄d uirtuti opponitur.græci κακίαν uocāt,q̄d uitandū ac fugiēdū sit,unde uitiosi hoīes dicuntur flagitiosi,q̄uis uitiati sint qui uitiū aliquod in corpore patiunt.sic.n. uitium a morbo distingunt,ut morbus sit habitus quidā cōtra naturā, qui usum rei facit deteriorem, ut febris insania , quæ a græcis phrenesis dicitur,morbi sunt.uitiū uero ppetuum est,ut cæcitas.claudicatio.uecordia.morbus cum accessu.discessuq; est.uitium ppetuo māet.potest tñ qui morbosus est,etiā uitiosus dici,sed nō e cōtrario.eū qui uitiosus est,necesse est dici morbosum. Equ⁹ mordax,& calcitro uitiosus,nō morbosus est.claudus uero aliquo ictu factus, & morbosus dici,& uitiosus pōt.ab hoc fit uitiose aduerbiū.& cōuitium q̄d est maledictum cum cōtumelia. Cicero.maledictum āt nihil habet propositi,præter cōtumeliā,quæ si petulantius iactatur, cōuitium.sin facetius,urbāitas nominatur.inepte sane labeo iuriscōsultus cōuitiū putat a cōcitatione,uel a cōuētu deriuatū,& id esse q̄d cū clamore publice fiat.item a uitio uitupero fit.nihil enim aliud est uituperare q̄ uitio aliq̄d dare.q̄d aperte ostendit Teren.nam cum dixisset, nūc quā rē uitio dēt quæso animaduertite,paulopost subiungit,id isti uituperāt factū.ab hoc fit uitupero uituperonis pro uitupatore.& uituperatio.q̄d si cū uerbo uenio iungatur,& aliis similibus,passiue accipitur.Cicero.ut pp eum in sermonem hoīum,atq; in tantam uituperationē ueniret.& uituperium.Cicero.uel ēt a uitio dictū uituperiū.item a uitio uitiligo, ut quidā existimant dicta,ut alii a uitulo pp candorē mēbranæ eius,quia nascitur inuolutus.uitiligo quāuis per se nullum periculum affert,tamen fœda est,fit ex malo corporis habitu.eius tres species sunt. alphos uocat ubi color alb⁹ ē subasper,& nō cōtinuus,ut q̄dā guttæ quasi dispersæ eē uideant.ab hoc alpheus nomē sumpsit amnis pisam græciæ urbē præterfluens.Strabo.φασὶ δὲ καὶ τὸν ἀλφειον ἀπὸ τῆς τῶν ἀλφῶν θεραπείας ὠνομάσθαι,hoc est.tradunt aūt & alpheū amnem,q̄d alphos curet,ita nominatū.ab alpheus fit alpheus adiectiuū.unde pisa alphea dicitur Virg.hos parere iubent alpheæ ab origine pisæ,urbs etrusca solo.Melas colore ab hoc differt quia niger est,& umbræ similis,cætera eadē sunt.leuce habet quiddā simile alpho , sed magis albida est,& altius ascendit,in eaq; albi pili sunt,& lanugini similes.omnia hæc serpunt,sed in aliis celerius,in aliis tardius.priora curationē non difficillimam recipiunt. ultimū uix unq̄ se nescit.item uitiare a uitio fit,q̄d proprie est uirginem uiolare.Plautus.is puellam uitiarat. ponitur tñ aliquando pro fœdare. Apuleius.utroq; oculo uitiatus.hic corpore uitiatos dicimus qui cæci,uel manci,uel claudi nati,factiue sunt,aut aliud huiusmodi uitium patiuntur.aliquādo uitium pro errore ponitur.Ply.librum uitiis plenū.hoc est erroribus.item pro peccato.Seneca,si quid uitii cōmisit.quādo uirtuti opponitur uitium sic definitur.uitium est habitus animi naturæ modo rationi repugnans,quēadmodum uirtus describitur animi habitus naturæ modo.rationi consentaneus.a uito fit euito.& deuito eiusdem significationis. & uitabundus q̄d Salustius pro uitans posuit.mari uitabundus classem hostium ad oppidum prouenit.& uitiositas pro ipso uitio.& uitiatio uiolatio.& secundū quosdā uinum,q̄d uim inferat menti,q̄uis alii a græco dictum malīt,q̄d est οἶνον,deduciturq; ἀπὸ τοῦ οἴομαι quod est puto.imaginor. quod qui copiosius biberunt,multa imaginātur,quæ nō sunt.ab hoc fit oenophorū uas uinarium.& oenigena,uino genitus.& oenotrii populi italiæ quorū regio oenotria dicitur,q; ibi optima uina nascant. & oenanthe uitis labruscæ.florens uua colligitur cū optīe olet.siccatur ī umbra substrato linteo,atq; ī cados conditur. ex alba labrusca præstātior q̄ ex nigra. ab hoc oenanthinum deducitur,de quo partī dicimus,partim dicemus.a uino uero fit uinolēt⁹, hoc est ebriosus,uino se īgurgitans.& uinosus eiusdem fere significationis.Plyni.Iccirco uinosos dici hoīes,q̄d soli aīalium nō sitientes bibūt. & uitis a ferēdo uino.a quo uitigineum,q̄d ex uite fit,ut uitigineum simulacrū. & uiticulū capreolus uitis.Ply.frutex folio ederæ minus,tamē longis uiticulis. & uitiarium,uitiū seminariū.unde est apud columellam titulus de uitiario faciendo. & uitisator,qui uites serit.unde Saturnus uitisator dictus.Virgi.uitisator curuam seruans sub imagine falcem.& uindemia a uino demendo.unde fit uindemio uerbum,& uindemiator,qui uindemiat.item uindemiator,q̄d sydus est,tertio nonas martii apparens. quo tēpore flant

pore flant

pore flant septẽtrionales uenti.in primis Cæsar notauit,quo tpe ubicũq; cœli ratio patit᷑, terrá ad uineæ satũ uerbere bipalio oportet fossas purgare,aut nouas facere.uindemia tñ & uindemiatio ẽt ad alia trãsfertur.nã & mellatio,hoc ẽ collectio mellis,uindemia & uindemiatio uocatur.qđ apud auctores frequentissime inuenitur.Ply.prima mellis uidemia melior. & uinea locus uitibus consitus.item machina bellica a lignis leuioribus,lata pedibus octo.alta septẽ.longa sexdecim.cuius tectũ munitione duplici tabulatis,cratibusq; contexit᷑,latera quoq; uimine sepiunt᷑,ne saxorũ,ac telorum impetu penetrent᷑.extrinsecus aũ ne ĩmisso cremetur ĩcendio.crudis ac recentibus coriis uel cẽtonibus operit᷑,quẽadmodũ superius latius ostẽdimus.& uinetũ ubi multæ uites seu multæ uineæ sunt.& uinitor rusticus uinearũ cultor. Virg. iam canit extremos effetus uinitor antes. & uinalia dies festus,quo ueteres nouũ uinũ ioui libabant mẽse aprili ab æneа ioui uotus.qñ mezentiũ supauit. & uinariũ qđ ad uinum spectat unde taberna uinaria.uas uinariũ.in quibus aut uendit᷑,aut tenet᷑ uinũ.& uinacea substãtiuũ plurale,qđ significat grana uuæ iã pressæ.& uinaceus adiectiuũ..unde uinaceo grano legimus quẽdã suffocatũ,idest acino uuæ.etenim in ceus finita noĩa materiã significãt.ut Herbaceus. maluaceus.betaceus.i.ex materia herbæ.maluæ.betæ.proprie tñ materialia sunt,quæ in eus desinunt,& hæc ab illis ita differunt,qđ illa magis totũ significãt,hæc partẽ,utputa creteũ, & arũdineũ dicimus,qđ ex corpore,ac materia cretæ,& arũdinis est. cretaceũ uero,& arũdinaceum,qđ natũ,aut positũ ẽst in creta,siue arũdine.ut cretaceus ager.& arũdinaceus surculus. & creteũ uas,atq; arũdinea fistula.noĩa uero quæ in cius desinũt.descẽdentia ab habentibus.t.ĩ ultima syllaba,si a noĩbus fiũt significãt materiã,ut stramẽtitius.pauimẽtitius.Cratitius. si uero a supinis passionẽ quãdã.ut fictitius.cõmẽtitius.pignoratitius.fœneratitius. conductiti⁹. ascriptitius.dedititius.ratio fictitia.& cõmẽtitia,q̃ ficta.& ad tp̃s cõmẽta,& cogitata est.res pignoratitia,aut fœneratitia,quæ data est pignori,aut ad fœnus pertinet.domus conductitia,q̃ cõducta est.hõ ascriptitius.dedititiusq;.qui ad aliquã rẽ ascriptus ẽ, & qui ex numero eorũ ẽ, qui se in alterius ĩperiũ dediderũt.aliqñ tñ hæc oĩa exceptionẽ patiunt᷑,utputa bliteũ dicim⁹, nõ qđ ex blito ẽ,sed inutile,ac nulli⁹ p̃tii.blitũ.n.herba ẽ uulgo nota.iners,ac sine sapore, aut acrimonia ulla.uñ cõuitiũ fœminis apud menãdrũ faciũt mariti, bliteas illas uocãtes, ĩ quo nostri quoq; poetæ eũ imitati sunt.Plaut.blitea meretrix.Laberi⁹.bipedẽ.bliteã beluã.Plaut. a seruo seruitritiũ usurpauit.uir sũme populi.stabulũ seruitritiũ.scortorũ liberator. itẽ a uis fit uerbũ uiuo,q̃si ui & uigorẽ habeo.a quo uiu⁹ cui⁹ cõparatiuũ ueteres usurparũt uiuior, & uiuissim⁹,hoc ẽ magis uiuẽs,& maxĩe uigẽs .ĩterdũ tñ uiuus ponit᷑,p naturali. Virg.uiuo p̃terueor hostia saxo.ĩterdũ,p eo q uĩ aliquã habet.uñ uiuũ lapidẽ dicim⁹ ignariũ,qđ uĩ hẽt emittẽdi ignẽ.ferrũ uiuũ,qđ a magnete uirus accepit,& aliud apprehẽdit ferrũ,ut supra dixim⁹.itẽ argẽtũ uiuũ uomicã illã liquoris æterni ex eo lapide fluẽtis,q̃ in argẽti uenis reperit᷑. nõnunq̃ etiã ,p ualido,& uehemẽti. Virg.paulatim abolere Sicheũ incipit.& uiuo tẽtat puertere amore.a quo semiuiuũ,qđ mõ significat semimortuũ,mõ debile & uigoris exigui.item uiuat⁹. & uiuidus pleni uigoris.& uiuidior,ac uiuidissim⁹.& uiuax.ualidus.uigorosus, cuius comparatiuũ est uiuacior,& suplatiuũ uiuacissim⁹.& aduerbium uiuaciter,& uiuacitas nomẽ hoc ẽ uigor. &(ut ita dicam)robur,quã & uiuaciã ueteres dixere,& uiuiradix uitis, quæ cũ radice serit᷑, q̃si uiuã radicẽ habẽs.Ply.solo spisso nõ nisi repastinato nec nisi uiuiradicẽ seri.idẽ, in arido solo uiuiradix quoq; frustra serit᷑.columella sationis aũt duo genera.maleoli uel uiuiradicis, & in prouinciis magis maleoli.neq;.n.seminariis student, nec usum habent faciẽndi uiuiradices. hãc sationẽ cultores italiæ pleriq; improbauerũt,cũ pluribus dotibus præstet uiuiradix.nam minus interit.cũ & calorẽ.& frigus.& cæteras tempestates pp firmitatẽ facilius sustineat, deinde adolescit maturius quo euenit,ut celerius quoq; sit tẽpestiua edẽdis fructibus.põt tñ maleolus ,ptinus inuicẽ uiuiradicis cõseri,soluta,& facili terra.& uicto frequẽtatiuũ cui⁹ aliud frequẽtatiuũ ẽ uictito.qđ significat nõ frequẽter uiuo,sed uescor.& q̃si uictu utor,ut sarmatæ uictitant lacte.uictus uerbo qđ & ipsum a uiuo deducit᷑,continet᷑ oẽ id,qđ ad cibũ potũq; pertinet,nõ ãt ad ornatũ.unde frequenter hæc duo cõiũgere solem⁹.uictũ.& uestitũ.uictus etiã genus uitæ significat,quãtũ ad mores.a quo fit cõuictor.hoc est simul uiuo. uictũ a cibo sic separat donat⁹,ut cib⁹ sit,qui ẽt delicatis præbet᷑,uictus uero in paruis aridisq; alimoniis sit cõstitutus Terenti.lana,& tela uictum quæritans.ueteres uictuis in genetiuo dicebant. Varro, primum de re familiari,secundo de uictuis consuetudine disseram. tertio de disciplinis priscis. item a uiuo cõuiuium.Cice.bene enim maiores nr̃i accubationẽ epularũ,qa uitæ cõiũctionẽ haberent,cõuiuiũ noĩauerũt.meli⁹ q̃ græci,q hoc ipsum,mõ cõpotationẽ, mõ cõcœnationẽ uocant.hoc ẽ mõ συμπέσιον,mõ σωυδειπνον.ab hoc cõuiuor, qđ ẽ conuiuiũ.facio & cõuiua. q ad cõuiuiũ uocat⁹ ẽ,& cõuiuator q ad cõuiuiũ inuitat.cõuiuiones uero hoc ẽ cõpotores nõ a cõueniẽdo,sed a cõbibẽdo dicti sunt,q̃si cõbibiões.itẽ a uiuo rediuiuũ.qđ ex uetusto renouatũ ẽ rediua uero ẽ,cũ cutis iuxta ungues se soluit,nã rediuire soluere est.græce παρωνυχία

dŕ,nã πτερύγιον ulcusculũ ẽ,qđ ĩ digitis nascit̃ iuxta ungues,& morbus oculi,q latie unguis uocaŧ.Itẽ uiuariũ locus,in quo uiuæ feræ tenenť.usi sunt hmõi septis maiores nostri,& a leporibus leporaria quoq; appellãť.Varro,leporaria te accipere uolo,nõ ea quæ tritaui nostri dicebant,ubi soli lepores sint,sed oĩa ædificia.septa.uillas.quæ inclusa habẽt aĩalia,quæ pascuntur hæc antiquiores roboraria ẽt appellari uoluerunt a tabulis roboreis quibus septa erant anteq̃ mœnib⁹ cĩgerenť. huiusmodi uiuaria duo inter cætera tua ĩmortalia opa tu diue Federice fecisti,muris.ædificiis . inclusisq; nemoribus.montibus.uallibus.fontibus.amnibus. cũ antiqtate certãtia.in quibus omne ferarũ genus inclusisti.ut quotiens fert animus,honestissimo uenationis labore exercere te possis,ubi oĩum speciosissimum est cernere te asturcone insidentẽ & cãpi medio nõ cõficientẽ feras,sed siue manu,seu uertago,eas mõ huc, mõ illuc uertentem & ubi adipiscendi tp̃s est succurẽtẽ, ac fugæ dãtẽ spaciũ, ut canes simul , ac uenatores eludas. loca ẽt in quibus uiui pisces pascunť, uiuaria dici possunt.proprie tñ appellanť piscinæ sicut apiaria loca,ĩ qbus aluei apiũ tenenť,quæ mellissones ẽt,& mellaria noĩanť.itẽ a uiuo uiuiradix diciť uitis,q̃ cũ radice seriť,ut supra satis disseruim⁹.itẽ a uiuo uiuaria aĩal paruum qdẽ sed magni uigoris e mustellarũ genere.harũ.n.duo genera sunt,alterũ uulgariũ,atq; minorũ, q̃s domesticas dicimus,qa nobiscũ in domibus uersanť,& musculos uenãtur felium modo,utũturq; iis adolescentes ad extrahẽdas ex parietum nidis auiculas.hæ græce dicuntur γαλαὶ in quo magnus græcorũ oĩum error est, non mõ præsentiũ,sed ẽt oĩum,qui iã quingẽtis ãnis ĩ litterarũ studiis floruerũt.qppe oẽs existimant ʃαλὴν felẽ esse,cũ γαλὴ sit mustella, qđ infinitis pene testimoniis probari põt,quorũ nos pauca quædã afferemus . Aristoteles libro nono de aĩalibus.in pordoselena uia interiacet,cuius ultra alterũ latus gignitur gale, citra alterum gigni nõ põt.Ply.in pordoselena insula uiã mustelæ nõ trãseunt.itẽ Aristoteles in nono serpẽs æque gales ac suis aduersarius est.gales qdem,qđ sub eodẽ tecto uersanť , uictũq; ex iisdẽ necessario quærũt.suis uero,qa ab hoc aĩali deuoratur.itẽ gale cornicis inimica est,qppe quæ oua eius,& pullos uiolat.Ply.inimici mustela,& cornix.itẽ anguis,& mustela.hæc certe ad felem refferri non possunt,cũ nec feli & cornici aliqd cõe sit,nec fere multũ feli,& serpenti.cõtra uero mustela,& cornicũ nidos sæpe diripit,& uisa frequenter est cũ serpente pugnare. unde a gale piscis qdã dictus est galus.idẽ , & alios qdem pisces sed pastinacas præcipue sicut in terra mustela serpẽtes.Aristoteles,gale quotiẽs dimicatura cũ serpẽte est.Ply.mustelæ cũ anguib⁹ uisæ sunt pugnare,quotiẽs ictæ sunt rutæ soliũ morsu apprehẽdẽtes.itẽ Aristoteles quin etiã gale prudẽter capere aues uideť.iugulat.n.quã ceperit, ut lup⁹ ouẽ.serpẽtẽ ẽt ĩpugnat eũ præcipue, q mures uenatur,uidelicet ea cã,quia ipse quoq; mures psequitur.Dioscorides rutã uenenis resistere mustelæ docẽt,quæ cũ serpẽtibus,qbus auicularũ gr̃a infestæ sunt pugnaturæ cibo eius armanť.præterea Ply.basilisco inqt mustelarum uirus exicio est.interficiunt eos cauernis sola tabe,qđ certe referri ad feles nõ põt,quæ nec uersanť in cauernis nec ingredi eas facile possunt,nec iugulant auiculas,ut Aristoteles de mustelis dicit,sed dilaniatas deuorãt. itẽ Aristoteles glyres hyeme cubãt æstate expergiscunť.idẽ faciũt mustelæ. hoc quoq; nemo est qui ad feles referre audeat,aĩal quocũq; tpe uigilantissimũ.mustelis uero hoc accidere cõpertũ est,qđ ipsi quoq; coemptis in hũc usum utriusq; generis mustelis,aliqñ experti sumus.Item Aristoteles,aliis inquit osseum genitale est,ut lupo.uulpi.ictidi.Galæ.nam hæc quoq; osseũ habet.Ply.genitale osseum est lupis.uulpibus.mustelis,quorũ ramenta etiam calculo humano remedia præcipua sunt.poterat sane hoc unũ Aristotelis ac plynii testimoniũ esse ad refellendam eorũ opinionem,qui galem felem esse contendunt.quis enim felem unq̃ uidit genitale osseum habentem? Est illis quidem genitale carneum callosumq; ut cæteris animantibus. mustelis tãtum & lupis,uulpibus.ictidibusq; osseum est.nam qđ dicũt quidam magnũ argumentũ esse,ut galæ feles sint,qđ fœtus suos de loco ad locũ ore plerũq; trãsferunt. quod a felibus fieri quotidie cernimus,certe hoc ipsum dici,& de canibus posset,qm̃ & ipsi ore trãsferunt fœtus.uidim⁹ certe ipsi hoc æque a felibus,& canibus,& mustelis aliquãdo fieri. facile etiam hoc ipsum comprehendi,a fabulis poetarum finxerunt enim Alcmenam cum iunõis indignatione,qa Herculẽ ex iouis adulterio conceperat,parere non posset,iãq; dolores quos continenter septẽ diebus,noctibusq; perpessa fuerat,ægre toleraret,lucinam,quæ p̃esse partubus dicitur,supplicem inuocasse,hanc uero subornatam prius a iunone,uenisse eo,& in ara ante fores regiæ cõstitisse.hic cũ nexis manibus reginæ partũ canendo retardaret,intellexisse regiam ancillam,quæ galanthis uocabať,miroq; astu deam elusisse.uenisse quippe ad eam. risu ac lætitia gestientem,& soluta iam partu reginam mentiendo confixisse.qua re intellecta, admiratione simul,ac dolore concitam deam resolutis manibus surrexisse.tũc subito alcmenã sine ullo cruciatu herculem enixam,lucinam uero a deo cõmotam,ut mox galãthidem ĩ animal sui nominis,hoc est in Galen,idest mustelã transformauerit hac addita pœna,ut ore quo præcipue peccauerat,perpetuo pareret.seruare propterea hoc animal colorem ancillæ pristi-

num,cui

num, cui flaui fuerant crines, & in domibus nobiscum, ut ante uersari, eadem strenuitate esse, oreq; parere, quod Naso his uersib⁹ eleganter expressit. una ministrarum media de plebe galã this flaua comas aderat. idem, numine decepto risisse galanthida fama est. ridẽtem pressamq; ipsis dea sæua capillis traxit. & e terra corpus leuare uolentem arguit. inq; pedes mutauit bra chia prios. Strenuitas antiqua manet, nec terga colorem amisere suum, forma est diuersa prio ri. quæ quia mendaci parientem iuuerat ore, ore parit, nostrasq; domos ut & ante frequentat. hæc sane omnia mustelæ conueniunt. a felibus autem sunt aliena. his enim nullus est cert⁹ color. quædam albæ sunt. aliæ nigræ. aliæ ruffæ. aliæ uariæ. mustelæ omnes flauæ sunt ĩ ĩferiori dũtaxat parte albicantes. uersantur nobiscum in iisdem ædibus, nullũq; est æque strenuũ aĩal postremo quod de nullo alio legitur, ore pariunt. quod etsi uerũ nec ne sit dubitari potest, qa fortassis parientẽ mustelã nemo uidit, de fele certe falsum esse dubitari non potest, quod animal parere multi sæpe conspexerunt. confirmat hoc ipsum Aeliani antiquissimi scriptoris auctoritas, q ĩ libro de aĩalibus Galẽ hoc modo describit κακὸν θηρίον ἡ γαλῆ κακὸν δὲ καὶ ὁ ὄφις. οὐκοῦν ὅταν μέλλῃ γαλῆ ὄφει μάχεσθαι, πήγανον διατραγοῦσα πρότερον, εἶτα μέντοι διαθαρροῦσα ἐπὶ τὴν μάχην. pnitiosa inqt belua gale est, pnitiosa etiã serpens quãobrẽ gale cũ serpente dimicatura prĩo rutã degustat. deĩde ĩtrepida init p̃liũ. enimuero pnitiosũ aĩal nequaq̃ de fele dixisset, quo nullum mansuetius. mustela uero merito dici pernitiosa potest, cum propter alia multa, tum quia (ut Aristoteles, & Ply. referunt) Fel dũtaxat earum contra aspidas est efficax, cætera sunt uenenum, quod etiam de felibus dici minime põt, quibus multi hoc tpe p̃ delicatissimis epulis utuntur. nulla igitur dubitatio est Galen nõ Felem (ut falso creditũ hacten⁹ fuit) sed mustelam esse. alterum genus est siluestrium mustelarum, quæ longe domesticis maiores sunt. a græcis ictides uocantur. Aristoteles, ictis siluestris mustelæ genus est magnitudine melitensis catelli, sed pilo. facie. albedine partis ĩferioris, & morum astutia mustelæ simile est. mansuescit maiorẽ in modum. officit aluearibus (mellis enim auida est) aues etiam petit. ut felis, Genitale eius osseum est. & medicamento urinæ stillationibus esse putatur. sed siluestrium quoq; mustelarum duo genera sunt, alterum sub uentre ruffescit. martem appellãt. Martialis. uenator capta marte superbus adest. alterum cãdidius est, & uiuerra uocatur. Ply. leporum generis sunt, & quos hispania cuniculos appellat fœcunditatis innumeræ, famẽq; balearibus ĩsulis populatis messibus afferentes. certum est balearicos aduersus prouentum eorum auxilium militare a diuo Augusto petiisse. magna propter uẽatum eorum uiuerris gratia est. immitunt eas in specus, qui sunt multiformes in terra, unde & nomen animalia atq; ita eiectos superne rapiunt. utrũq; genus græci γαλᾶσ ἀγρίας. nostri siluestres mustelas nũcupãt. Strabo. πρὸσ δὲ τὸ μέτριον εὕρηνται πλείους θῆραι. καὶ δὴ καὶ γαλᾶς ἀγρίας, ἃς ἡ λιβύη φέρει, φέρουσιν ἐπίτηδεσ. ἃς φιμώσαντες παριᾶσιν εἰς τασ ὀπάς, αἱ δ' ἐξέλκουσιν ἔξω τοῖς ὄνυξιν οὓσ ἂν καταλάβωσιν ἢ φεύγειν ἀναγκάζουσιν εἰς τὴν ἐπιφάνειαν, ἐκπεσόντας δὲ θηρεύουσιν οἱ ἐφεστῶτες. Vbi uero ĩquit mediocritas adsit, plures repertæ sunt uenationes. itaq; de industria mustelas agrestes afferunt, quas educat africa, quas quidem funiculis capistratas intra foramina dimittunt. illæ uero quos capiunt unguibus extrahunt, aut in apertum fugere cõpellunt, egressos uenantur persequentes. a mustela fit mustelinus adiectiuum. Ply. effectum mustelini adipis dicem⁹ alio loco. felis uero proculdubio id animal est, quod nobiscum in domibus frequentissime tenem⁹ ad murum uenatũ, & a græcis αἴλουρος dr̃. in quo similiter pleriq; ex latinis errauere, putantes felem id animal esse quod supra diximus ictida generali noĩe uocari. speciali uero martem dici. græci ãt usq; adeo oẽs hoc de æluro sẽserũt, ut nobis merito liceat gloriari, quod primi omnium tam uulgatũ in lingua eorum errorem deprehẽderimus. est igitur felis, quem uulgo catum nominamus, nec meo qdẽ iudicio inepte. ueteres. n. catũ astutũ dicebant, & qd nos ĩ præsentia cautũ. a quo catones prĩo uolũt appellatos. Cicero, sed hõ cat⁹ nũq̃ terminat, nec magnitudinis, nec diuturnitatis modũ. idẽ quis igit̃ prudẽtẽ, & (ut ita dicã) catũ, nõ ex ipsius habitu, sed ex aliqua re externa iudicet? Astutissimũ aũt esse hoc animal p̃clare ostendit Plyni. feles ĩquit quo silentio, q̃ leuibus uestigiis obrepunt auibus, q̃ multo speculatu in musculos exiliunt excrementa sua obruũt terra. intelligentes odorẽ illũ indicẽ sui esse. sed infinitis pene testimoniis probari põt felẽ apud nos, apud græcos Aeluron id aĩal esse, quod dicimus catũ. Cicero, ipsi quoq; uanitas ridet̃ Aegyptii nullã beluã nisi ob aliquã utilitatẽ cõsecrauerũt, uelut ibim. qd maximã uim serpẽtiũ cõficiat. crocodilũ qd terrore arceat latrones. Felem quod pelle eius scuta cõtegant. ichneumonẽ qd nõ sinat serpentes maximã eius regiõis pestem augeri. idem ægyptioq; morẽ quis ignoret? quorum imbutæ mentes prauitatũ erroribus quãuis carnificinã potius subiret q̃ ibim, aut aspidẽ, aut felẽ, aut canem, aut crocodilum uiolent. Herodotus. πυρκαϊῆσ δ' γινομένης θεῖα πράγματα καταλαμβάνει τοὺς αἰλούρους. οἱ μὲν γὰρ αἰγύπτιοι διαστάντεσ φυλακὰς ἔχουσι τῶν αἰλούρων ἀμελήσαντεσ σβεννύναι τὸ καιόμενον. οἱ δὲ αἴλουροι διαδύοντες καὶ ὑπερθρώσκοντεσ τοὺσ ἀνθρώπους ἐσάλλονται ἐς τὸ πῦρ. τούτων δὲ γινομένων πένθεα

μεγάλα καταλαμβάνει τοὺς αἰγυπτίους. ἐν ὁτέῃσι δ' ἂν οἰκίῃσιν αἴλουρος ἀποθάνῃ ἀπὸ τοῦ αὐτομάτου· οἱ ἐνοικέοντες πάντες ξυρέονται τὰς ὀφρῦς μούνας. Facto inqt incēdio feles diuino numīe corripiunť. nam diuisi ægyptii ignē sinūt ardere, felesq; obseruāt. illæ subeūtes hoīumq; cœtum transilientes conferuntur in ignē, q̄propter ægyptus magno afficitur luctu, cū uero in domo aliqua felem perire contingerit, domestici oēs sola supercilia radunt. Aurelius, & felis instar exeuntes e rimulis mures uenatur. Ply. pici arborum cauatores sunt scādentes in subrectū feliū mō. idē, feles coeūt mare stāte, fœmina subiacēte. idē, feliū & ichneumonū ætas fere quæ canū. idē, feliū & canū genera uiuūt ānis senis. Aristoteles, æluri, & ichneumones tot numero pariūt quot canes, uescunťq; eisdē, uiuūt circiter ānos sex. hæc certe de cato dici dubitari non pōt. itē Ply. Nocturnorum aīalium maxime felium in tenebris fulgēt, radiātq; oculi, ut cōtueri nō sit. idē tradūt smaragdi genus uisum implere, quē nō admittant, feliū pantherarūq; oculis similes, nāq; & illos radiare, nec p̄spici. eosdē in sole hebetari. umbris refulgere, & longius q̄ cæteri nitere. idē felibus lingua imbricatæ asperitatis, & limæ similis, attenuansq; lābēdo cutem hominis. Aelianus Aelurorū mas, q̇dē libidinosissimus est, fœmina aūt amātissima p̄lis, fugit coitū cum maribus. qm̄ semē emittunt calidissimum, & quasi ignem genitalia adurens. hoc cernens mas cōem fœtū dilaniat. illa uero prolis desyderio mares libidine ardentes adit rursus. tradunt autem æluros quæcūq; mali odoris sunt aspernari, ac fugere. hinc uētrē exoneraturos primo scrobē facere, deinde excrementa emittere, terraq; tegere. Herodotus, ælurorū fœminæ q̇dē partu ædito mares rursus nō admittūt. hi uero optato coitu potiri nequeuntes hæc cōminiscuntur. eripiunt fœminis, & subducūt catulos, eosq; interficiūt, interfectos tn̄ nō calcant. fœminæ catulis orbatæ, & nouæ prolis auidæ a᷉d mares accedunt. est. n. animal p̄lis studiosissimū. a cato Catulus dictus per diminutionem, q proprie significat cati, hoc est felis filium pp sagacitatem. Varro, catulus a sagaci sensu, & acuto, hinc Canis. dicuntur tn̄ catuli ferarum omniū, siue īmaniū siue mitiū filii. Virgil. de colubro. Catulos tectis, aut oua relinquens: Ply. simiæ gestāt Catulos, quos māsuefactæ intra domos peperere. idē, raptor appropinquante tigridis fremitu abiicit unū ex catulis. idem, murū quoq; catuli ostentū faciunt. idem, Delphinum catulos nominat, q᷑ huiusmodi pisces etiam feras aliqn̄ appellat, q᷑ sæui sint, & non oua, ut cæteri pisces, sed filios pariant. lacertarū quoq;, & cæteroū serpentiū filii, catuli dicunť a catulus fit aliud diminutiuū catellus, & fœminīo genere catella, & catulinus. catulinam carnem sitauisse romanos Plautus ostendit, & catulos lactentes adeo puros existimarunt ad cibum, ut ēt ad placāda numina, hostiarū uice uterētur. Catulus etiam aliqn̄ pro cane accipitur apuleius catulos secum ducens uenaticos atq; sagaces. unde catularia porta romæ dicta est, q̇a nō longe ab ea ad placandū caniculæ sydus frugibus inimicū ruffæ canes īmolabāť, ut fruges flauescētes ad maturitatē perducerenť. & catulire uerbū, q᷑ est gestire, & coitū maris appetere Plaut. cum meā uxorē uidi catulientē. laberius, catulientē lupā scripsit coitus appetentē. hinc catulio dr̄, cū canes maritari quærunt. quo tempore etiam terra aperitur, ut Varro testať. Ply. catulitionem rustici uocāt gestiente natura semina accipere, eaq; aīam inferente oībus satis. ē etiā Catulus gen⁹ quoddā uinculi, q᷑ interdū canis appellatur. Plau. faciam te delicatum Catulo ut accubes ferreo. cati fons dicebatur, ex quo aqua petronia ī tyberim fluebat, q᷑ in agro cuiusdam erat cati. Catulus ēt nomen proprium est, a quo fit catulaster, sicut ab Antonio antoniaster. sunt aūt hmōi noīa ī aster, & astra, & astrum desinentia nō diminutiua, ut aliqui putāt, sed potius imitatiua. neq; enim ea ratione dicitur oleaster. pinaster. mētastrum. siliquastrum. q᷑ sit parua olea. parua pinus. parua menta. parua siliqua. sed q᷑ siluestria sint. oleam, pinū, mētam. siliquāq; imitantia. & filiaster quo quidā pro priuigno utuntur, non paruus filius, sed qui imitatur filiū. & parasitaster, non paruus parasitus, neq;. n. diceretur a comico parasitaster paruulus, sed qui imitatur parasitū. Cicero, hic noster Antoniaster est. idem, omnino solet esse fuluiaster, idest Antonii, fuluiiq; imitator. & Aurelius philosophastrum dicit non paruū philosophum, sed quasi imitatorē philosophorū, & filiastrā priuignā quasi filiā imitantē. duo tn̄ nomina sunt quæ diminutionē quādā significare uidentur. Surdaster, & recaluaster, quorum alterum significat diminutionē surditatis, alterū q nō toto capite, sed sola fronte calu⁹ est, quasi recalu⁹. pullastra nō paruā pullā significat, sed paruā gallinā, eodē modo pullaster, quo aliqui utuntur, non paruū pullū, sed ipsum pullū significat. sic ēt catulaster, nō paruū catulū, sed ipsū catulū. a catulo (ut Varro inquit) Canis dictus latrabile aīal, ni forte ut tuba, & cornua, ꝙ signū canendo dent, canere dicuntur, sic, q̇a & noctu canis in custodia, & ī uenādo signū uoce dat, canis dict⁹ ē. quēadmodū ꝙ uoce indicant, nocteq; latrēt, latrare dn̄r. uñ & latrat⁹ q᷑ factitio uerbo baubatus dr̄, & baubare latrare. Lucretius. & cū deserti baubabāt in ædibus oēs. a canis caninus dictus. Ply. sanguine canino nihil cōtra toxica præstantius est. idem, siquis linguam caninam in calciamento pollici subditam gesserit, non latrať a canibus. idē, ē uermiculus in lingua canina, q uocať lytta, hic si infantibus catulis eximitur, nec rabidi fiunt, nec fastidium sentiunt

tiunt

tinnt.canini etiã dentes q̃ distingũt duplices ab acutis dicũtur.& caninũ prãdium uocatur abstemium,in quo nihil uini potatur.qm̃ canis uinum non bibit.Item a canis canarius,unde canarii dicti sunt gentes circa Atlantem africæ montem habitãtes,ꝙ uictus eius aĩalis iis promiscuus sit,& uiscera ferarũ diuidua,& canaria lapa genus lapæ exiguæ,quæ canibus adhæret.nã q̃ aliquanto maior est philanthropos appellatur,ꝙ uestibus hoĩum adhærẽs eos amare uideatur.eadem uocatur aprine.tertium uero gen⁹ personata nominatur,nascitur iuxta riuos & flumina. græci enim ἄρκτιον nominant. folia habet ampliora cucurbitis,& hirsutiora,nigrioraq; & crassiora,hac pp amplitudinem foliorum uti ueteres solebant ad personatos faciẽdos,propterea personata dicta est ꝙ persona sit facie conficta,ut alibi latius differemus. græci quoq; eam simili nomine uocant προσωπίδα. Galenus, ἄρκτιον ὁ δὴ καὶ προσωπίδα καλοῦσιν. οὗ τὰ φύλλα τοῖς τῆς κολοκύνθης ἐστὶν ὁμοιότατα, πλὴν ὅσον μείζω τε καὶ σκληρότερα Arctiũ inquit quod & personatam uocant, cuius folia cucurbitæ simillima sunt, nisi ꝙ maiora sunt & duriora.qppe πρόσωπον græce ꝑsonã significat. Vnde ꝓsopopeia appellata ẽ figura,cũ ꝑsona aliqua fingitur,ut puta cũ inanimatũ loquitur ad aĩatũ Oui. qui mõ nasonis fueramus qnq̃ libelli,tres sum⁹.uel ꝙ aĩatum ad inanimatũ.Hora.quod amplius o mare,o terra ardeo.prosopis insula est in delta nili,ĩ qua est atarbechis oppidũ, ut testatur Herodotus.item a canis anticanis,de quo inferius dicemus,q̃ græce procyon nominatur.Cice.anticanem procyon grato qui nomine fertur.item caniculus diminutiũum hoc est paruus canis,cuius fœmininũ est canicula.a quo canicularis adiectiuũ.canis sydus est leporem fugientẽ sequens,posterioribus pedibus diuiditur ab hyemali circulo, pedẽ dextrũ orionis pene suo capite contingens, occidens oriente sagittario,exoriens cũ cancro.habet in lingua stellã unã, quæ proprie appellat canis.magna qdẽ & splẽdida,in capite ãt alterã,quã nõnulli sirion appellant. Sirius stella est ĩ medio cẽtro cæli ad quã cũ sol peruenerit,duplicatur æstus,& nimio calore languent mortalium corpora,latine canicula dicitur,a qua caniculares dies uocati.sirius aliquando pro æstate ponitur ut bruma pro hyeme.Papinius,hic sirius alget,bruma tepet.dicitur ἀπὸ τοῦ σειραίνω,qd est arefacio exsicco,quia tum maxima siccitas est,amnibus,ac fontibus deficientibus, uel ἀπὸ τοῦ σαίρω mutatione,ᾱ litteræ in ε̄.σαίρειν .n.hiare est,quod per æstum præcipue canes faciũt quo tempore plerunq; in rabiem conuertuntur.canem hunc dicunt ab ioue olim Europæ custodem datum ad minoa peruenisse,hunc procri cephali uxorẽ,cũ forte in ægritudinem incidisset sanasse,& ꝓ eo beneficio canem dono accepisse ꝙ studiosa erat uenationis, & huic cani concessum fuerat,ne præteriri ab aliqua fera posset.post eius obitum canem ad cephalum peruenisse.quem cum thebas secum duxisset, uulpẽ cui datũ fuerat,ut canes omnes effugere posset,interficere uoluisse,quapropter iouem cõsilii ambiguum utrũq; in lapidem cõmutasse. nõnulli canem orionis fuisse dixerunt, hunc ꝙ uenãdi studiosissimus fuisset cum ipso cane inter sydera transferri meruisse.orion ut Hesi.scripsit neptũni filius fuit ex euryale minois filia,alii ꝓdiderunt hireum quendã senem fuisse,qui cum apud thebas,ut Aristonicus refert, uel in chio insula,ut pindaro placet,Iouem ac,Mercuriũ hospitio accepisset,petiit ab iis ut aliquẽ sibi filiũ concederent.habuisse.n.se olim coniugem,cui morienti promiserat, se aliam non ducturum optare tamen se filium aiebat,quem sibi hæredem posset relinquere,hoc ut facilius assequeret bouem eis ĩmolauit,carnemq; ad uescendũ apposuit.illi uero accepto bouis corio in illud mĩxere,terraq; inuolutum texerunt. Vnde natus est hireo filius,quem ab uro(ita enim græci urinam uocant)uriona, deinde mutatione unius litteræ oriona nominauit Ouid.tũc super iniecta texere madentia terra.iamq; decem mẽses, & puer ortus erat.hunc hireus quia sic genitus, uocat uriona,perdidit antiquum littera prima sonum.hic ergo cum adoleuisset,ingens uenator euasit,& a diana in comitem assumptus est.idem,ille deæ custos ille satelles erat. ueruntamen usq; adeo uenandi studio elatus est,ut dicere ausus sit,nullũ gigni aĩal posse,ꝙ ipse nõ superaret.quapropter uolentibus diis emisit terra paruum aĩal scorpionem,a quo sụpatus occubuit.Lucanus,ille minax nodis,& recto uulnere sæuus teste tulit cælo uicti decus oriõis .uoluit hic aliquando pliadibus uim inferre,& ut callimachus refert,dianam quoq; uitiare contendit,propter quod sagittis ab ea confixus est.Hora.tentator orion dianæ uirginea domitus sagitta.sunt qui hunc a ioue.Mercurio,ac neptũno genitũ uelint eo modo,quo diximus,& immensi corporis uenatorem fuisse,qui cum aliquando a rege hospitio susceptus fuisset, uitiare illius filiam uoluisse,quapropter oculis ab illo fuisse orbatum.cum itaq; cæcus orion consuleret quomodo recipere oculos posset,responsum ei fuisse,ita demum posse luminibus instaurari,si per pelagus sic contra oriẽtem pergeret,ut loca luminum radiis solis semper offerret,qd ille hoc modo effecit.nam cum audisset strepitum cyclopum,arma ioui fabricantiũ sono ad eos duct⁹,unũ ex his sụp humeris superposuit,& eo duce oraculi iussa cõpleuit, nec immerito fingitur ꝑ mediũ pelagus ire potuisse,q̃ & uastus corpore,& aliq̃ ex pte a neptũno genit⁹ erat. Virg.quã magnus oriõ,cũ pedes incedit medii ꝑ maxĩa nerei stagna,uiã scindẽs,humero su-

pereminet undas, aut summã referens, ãnnosam mõtibũs ornũ, ingrediturq; solo, & caput inter nubila cõdit. sunt etiam, qui icari canem fuisse asseruerũt. itẽ a cãis catena (ut quidã putãt) q canẽ teneat. ꝓprie. n. catenã esse existimãt, q̃ canes ligant, licet ad alia quoq; trãsferat. ab eo diminutiuũ fit catenula, & cateno uerbũ, qđ ẽ ligo, inuoluo. a quo cõcateno cõpositũ. itẽ catenatĩ aduerbiũ, ad canis similitudinẽ, sicut suatim ad similitudinem suis, bouatim ad similitudinem bouis. canis etiam, & canicula talaris ludi signũ est. quẽadmodũ superius ostendimus. qdam ẽt recentiores felẽ, siue catũ, musionẽ uocãt a muribus persequendis μῦσ enim græce ꝓ quo ipsi mus dicimus, exiguũ aĩal est, incola domus nostræ, rosor oĩum rerum, uñ a sono quẽ rodendo facit, latine ẽt sorex uocat, q̃uis aliq murẽ a sorice ita distingunt, ut mus domesticus sit, sorex siluestris. columella, si serpens, aut mus, sorexq; in mustũ ceciderit. Ply. sorices & ipsos hyeme condi auctor est nigidius. sicut glires. murẽ ueteres præcipua aĩalia in ostentis habuerunt. arrosis lauini clypeis argenteis marsicum protendere bellum. carbõi ĩperatori apud clusiũ fasciis, qbus in calciatu utebatur, exitiũ. occentus soricis auditus Fabio maximo dictaturã. C. flaminio magistratũ equitũ deponendi cãm ꝑbuit. plura huiuscemodi aĩalis genera sunt. alii herinaceorũ genere pũgentibus pilis. scribit theophrastus in gyaro insula, cũ incolas fugauerunt, ferrũ quoq; rosisse, qđ in aurariis quoq; metallis crebro facere inuenti sunt. ob hoc exciduntalui eorũ, sempq; furtũ deprehendit, tanta est eis dulcedo furandi, cũ candidi ꝓuenerunt lætũ faciunt ostẽtũ. uenditũ fuisse murẽ ducentis nũmis cõstat, obsidente cassilinũ Hãnibale eũq; q uendiderat, fame periisse, emptorẽ uero uixisse. a mure mus araneus dr, exiguũ aĩal, atq; leuissimũ, qđ aranei mõ tenuissimũ filũ, & gladii aciem cõscẽdit. græci a mure, & mustela, qđ utriq; similis sit μυγάλην uocant. uenenatus huic ẽ in italia morsus, tradũt equos, & iumenta si herbas, in qbus hoc aĩal uirus emiserit, depascant, statim exanimari. itẽ a mure mustela quasi longior mus, & musculus diminutiuũ, qđ mõ paruũ murẽ significat, mõ articulũ, ĩ quo neruorum capita sunt. itẽ murinus, uñ murinũ sanguinẽ, & murinã carnẽ dicimus, & muscerda murũ stercus, & muscipula laquei genus ad capiẽdos mures, & muricidus ignauus. stultus, a muribus cædendis. Plaut. muricida homo ignaue. iners. nã murgisonẽ a mora, & deridẽdo dictũ uolũt. est ãt murgiso. iners. desidiosus. & murginari tardare ẽ. a sorice uero sorice⁹ deducit, & soricinus, uñ soricinos dentes dixit Plautus. cognatũ huic & simile aĩal glis est, & ipsum semiferum, cui uiuaria in doliis, quẽadmodũ & apris fuluius lippin⁹ instituit. sed censoriæ legis pri ceps. Qu. scaurus, & Marcus in cõsulatu suo nõ alio mõ cœnis ademere q̃ cõchylia, aut ex alio orbe cõuectas aues, in iis notatũ nõ cõgregari nisi populares eiusdẽ siluæ, & si misceant alienigenæ nisi uel amne, uel mõte discreti, interire dimicãdo. genitores suos senecta fatigatos insigni pietate alũt. item a uiuo semperuiuum deducit. herba est q̃ græce Aizon dr ἀεὶ. n. sp significat ζώω uiuo. huic herbæ datũ est a natura, ut humidũ uirideq; semp durare possit folio carnoso, leniatq; oblongo. duo eius genera sunt, maius in fictilibus uasculis serit, qđ aliq buphthalmõ a similitudie, hoc ẽ bouis oculũ uocant. βοῦς. n. bos est ὄφθαλμος oculus. alii Zoophthalmõ, hoc ẽ aĩalis oculũ, ambitu. n. effigiẽ oculi imitat ζῶον aĩal est. alii quod amatoriis cõueniat erogẽneton. γεννῶ. n. gigno græci dicunt. ἔρωσ est amor. alii hypogeson, quoniã fere ĩ subgrũdiis nascit. græci nãq; partes tecti ꝓminẽtes γεῖσα appellãt. sunt q ambrosiã potius nominãt. ideoq; ab æternitate eius, deorũ cib⁹ eė cõfingit, & ab aliis uocat amerimnõ, quasi sine cura, & solicitudine. ἀμεριμνία. n. ἡσυχία dr, hoc est qes, trãqllitas, indolentia. & μέριμνα cura, ac solicitudo appellat. alterũ genus est minusculũ, qđ eritheles uocant, quasi amor florescẽs. θάλλω. n. floresco significat. alii tritheles, qđ ter floreat. alii chrysotheles qđ aureũ florẽ ꝓducat, quidã ab æqualitate isoetes. ἶσον. n. æquale dicunt, latini primũ genus a semp sedendo sedum, nominant cubiti altitudinẽ excedẽs, crassitudine plusq̃ pollicari. secundũ uero oculum uocãt aut digitellũ, utrũq; sempuiuũ. qđ minus ẽ ĩ muris parietinisq; nascit, & tegulis, fruticosum a radice, & sursum usq; ad cacumẽ. foliis angustis. mucrõatis. succosisq;. palmo alto caule capitis dolori ꝑsentaneũ remediũ est succo, uel folio tpibus illitis. medet ẽt Aconito & a scorpione feriri id habentẽ negant. est & aliud genus ambrosiæ fruticẽ unũ habẽs densum ramosum tenuẽ triũ fere palmorũ tertia pte radice breuiore, foliis minimis copiosissimo flore erũpente, odore nõ iniocundo, pp quod eam botryn quidã appellant, qđ racemum significat ab odore uinoso. sunt ẽt q ambrosiam uocent herbã aliam, quæ ab artemisia uxore mausoli nomen adoptauit, cũ antea parthenis diceret. alii ab artemide uolont artemisiã cognominatam quod priuatim fœminarũ malis medeat. ἄρτεμις. n. a græcis diana uocatur. aliud quoq; ambrosiæ genus est latioribus foliis nõ nisi in maritimis nascẽs. itaq; Ply. ambrosiam uagi nominis esse scribit, & circa uarias herbas fluctuãtẽ. item a uiuo dicitur uita, quod (ut donatus affirmat) significat ζωὴν. mores. aĩam. alimẽtũ. spaciũ uiuẽdi & fortunã, quæ uiuẽtibus accidit. Teren. nam tua quidẽ Hercle uita hæc expetenda. a uita romani uitulam dixerũt deam, q̃ lætitiæ præerat, unde & uitulari ueteres usurparunt pro uoce lætari & uitulantes dicuntur lætantes, &

uitulatio

uitulatio lætitia.qm̄ eam uerā uitā putabant,quæ in summa lætitia,ac tranquillitate degeret. hinc uiuere frequentissime auctores accipiunt pro uitā agere lætā,atq; iocundā.Martia.expectant curæq; catenatiq; labores.gaudia nō remanent,sed fugitiua uolant.hæc utraq; manu cōplexuq; assere toto,sæpe fluēt imo sic quoq; lapsa sinu.nō est crede mihi sapientis dicere uiuā,sera nimis uita est crastīa,uiue hodie.uitula quoq; aīal brutū ē,& uitulus a uitulādo hoc ē lasciuiēdo dicti sunt.lasciuia.n.ab animi alacritate pcedit,hæc maxīe spectaṫ in uitulis,quos necesse est aliqñ uincire ne nimia lasciuia rūpanṫ. dicit aūt uitulus non modo ex bobus genit⁹,sed ēt ex cæteris quadrupedibus maiorib⁹.Ply.de elephātis,atq; ita salutato sydere ī syluas reuertuntur,uitulorum fatigatos præ se ferentes,tū ēt ex piscibus.idē de balenis,irrūpūt orcæ in secreta,& uitulos earū,ac fœtus lacerāt morsu.uitulus & piscis est,siue potius belua maris corio & pilis tecta,parit in terra pecudū more.canū mō coit,nūq̄ geminis plures educat mām̄is fœtū.non ante duodecimum diē deducit in mare.interficitur difficulter nisi capite eliso.in somno mugit,a quo p̄cipue uituli accepit nomē,tenet disciplinā.uoceq; pariter,& uisu populum salutat cōdito fremitu.noīe uocat⁹ rn̄det.nullū aīal p̄miṫ grauiore somno. Iuuenalis,eripiēt somnū druso,uitulisq; marinis.pellis ei⁹ ēt detracta corpori sensum æquoris retinere dicitur sempq; æstu maris recedente inhorrescere.itē aduersus fulmina remedio esse.diuus augustus eam semper & ubiq; ferre secū solebat,ꝙ tonitrua,& fulgura expauescebat uehementer. præterea dextræ eius pēnæ uis soporifera inesse,somnosq; allicere subdita capiti. hic phoca etiam uocatur.Virg.sternunt se somno diuersi in littore phocæ.phocis uero parua est græcorum regio,insignis oraculo Apollinis delphici.in ea enim est oppidum delphi in quo apollinis templū,ab hoc phocides deriuatur.phocēses ionū populi fuerunt quos lōgis nauibus primū usos fuisse scribit Herodotus.phociō nomē propriū fuit uiri atheniēsis nō minus uirtute q̄ rei militaris gloria clarus.fuit ppetuo paup,cū ditissimus ob frequētes ei delatos honores euadere potuisset.huic cū legati philippi Macedonū regis īgētia mūera offerrēt,hortarēṫq; ut ea accipet q̄uis.n.ipse facile iis careret,liberis tn̄ eius essent necessaria,qbus difficile foret in summa paupertate ad paternā gloriā peruenire.si mei inquit similes erunt,idem hic agellus alet illos,qui me ad hāc dignitatē pduxit,si dissimiles,nolo meis īpensis illorum ali,augeriq; luxuriā.idem,cū ad annū pҏe octogesimū puenisset,ī summū suoꝶ ciuiū odiū īcidit.uitula aliqñ p uacca ponitur uiridioris ætatis.Virg.ego hāc uitulā ne forte recuses,bis uenit ad mulctrā,binos alit ubere fœtus,depono.itē a uita uitellus,luteū oui,ꝙ ex eo uiuat pullus.ipsum.n.aīal ex albo liquore oui corporaṫ,cibus eius in luteo,hoc est uitello est.ouū a græco dṙ ὠὸν.ouorū alia candida sunt,ut columbis.perdicibus.alia pallida,ut aq̄ticis.alia pūctis distincta,ut meleagridū,alia rubri coloris,ut Phasianis.cēchridi,hæc auis ē quæ a tinnitu uocis tinnūculus dṙ ex accipitrum genere fere in ædificiis nidos faciēs.eius pulli singulis fictilibus ollis cōdunṫ,stipātibusq; opercula supponunṫ,& gypso lita uasa ī angulis colūbarioꝶ suspēdunṫ,quæ res colūbis amorem loci sic conciliat,ut nunq̄ deserant locū,ꝙ ex naturali ui accidere existimāt,qm̄ tinnūculus defendit eas ab accipitre,terretq; eā auē naturali potētia in tantū,ut uisum,uocēq; eius accipiter fugiat.intus omne ouū uolucrū bicolor.quæ oblōga sunt oua,gratioris saporis eē existimat Hora.flaccus.quædā gallinæ tā fertiles,ut sexagena oua pariāt.quædā quotidie,quædam bis die,aliquæ in tantum,ut effœtæ morianṫ.Adrianis laus maxīa,hæ(ut Aristoteles refert) puo qdem sunt corpore,ferociūt tn̄,& pullos sæpe interimūt,color his uari⁹.oībus ouis medio uitelli pua inest ueluti sanguinea gutta,qđ esse cor auiū existimāt,primū in oī corpore id gigni existimātes.uigesimo die si moueaṫ ouū,iā uiuētis ītra putamē uox audiṫ.ab eodē tpe plume scit ita positus,ut caput supra dextrū pedē hēat,dextrā uero alā supra caput,uitellus paulatim deficit.incubari oua dicunṫ,dū fouenṫ,plus uicena q̄na incubationi subiicienda nō sunt,& impari semp numero,quarto die postq̄ cœpere Incubari,si cōtra solē cacumine ouorū una manu apprehenso,uniusmodi purus pluceat color,sterilia oua esse existimanṫ.proq; iis alia substituēda.est & aliud experimentū.qm̄ infœcundū in aqua positū fluitat. æstate uñuigesimo die educitur fœtus,hyeme uigesimoquinto.excludere oua dicunṫ,cum fœtus educitur. aliqñ terra tecta excludūt.legiṫ quēdam uini potorē syracusis tā diu potare solitū,donec oua ex eo in terra tecta educerent fœtū.quādoq; ēt ab hoīe pficiunṫ.cū liuia augusta prima sua iuuenta tyberio Cæsare ex nerōe grauida,marē parere admodū cuperet,hoc puellari augurio usa tradiṫ,ouū in sinu fouebat,& cū deponēdū esset nutrici p sinū tradebat,ne ītermittereṫ tepor. nec frustra augurata proditur,genuit.n.tyberiū,q bello alexandrino classi p̄positus fuit.inuentū ēt nup ut oua calido furno īposita modico igne fouerenṫ,hoīe noctu atq; interdiu uersante. & statuto die illinc erūperent fœtus.palūbes q̄uis tria oua pepererint,nunq̄ tn̄ plus duob⁹ educāt,tertiū qđ irritū ē,urinū uocāt,q̄si pot⁹ excremēto plenū.græci.n.οὖρον urinā uocāt,oua ex qb⁹ nihil gigniṫ,a nr̄is irrita,a græcis hypenemia uocanṫ,q̄si ὑπὸ τοῦ ἀνέμου,hoc est a uento concepta,quapropter & zephyria a latinis uocanṫ,hæc fere sine mare mutua fœminarum inter se li

bidinis imaginatione cōcipiunt, q̄dā uento putāt ea generari, hoc ab urinis differūt, ꝙ urina fiūt incubatione derelicta q̄ alii cynosura appellāt. oua aceto macerata usq; adeo emolliūt ut p ānulos trāseāt. optime seruant in lomēto, hyeme in paleis, æstate in furfuribus. serpentes conte cta oua in terra icubant, pter uiperā. huic mas dū coit ī os inserit caput, quod illa abrodit uoluptatis dulcedine, oua intra se parit mollia, ut pisces. tertia die intra uterū catulos excludit, deide singulos singulis diebus parit uiginti fere numero. itaq; cæteri tarditatis ipatientes perēpta matre prorūpunt. item a ui uix deriuat quasi cū ui ac difficultate. Terē. uix retraxi filiū ab amore ancillæ. aliqñ tñ ad tempus refert. Virgili. & quos sidonia uix urbe reuelli, uix idest nuper idem, uix e comspectu siculæ telluris in altū uela dabant læti. uix idest mox. itē a ui uibex qđ ui fiat, græci ὑπώπιον καὶ ἐκχύμωσιν uocāt. sunt aūt uibices plagæ uerberū in corpore humano. cato, ubi societas ubi fides maiorū īsignitas iniuriarū plagæ. uerbera. uibices. uis. dolores. atq; carnificinæ pdedecus, ac maximā cōtumeliā. itē a ui uinco quasi uim facio. proprie enim uincere superare est. Virgi. ubi aera uincere summum arboris haud ullæ iactu potuere sagittæ Cæsar, ueni. uidi. uici. quandoq; tamē per metaphoram pro exprimere ponitur, quasi difficultatem rei dicendo superare. Virg. nec sum animi dubius uerbis ea uincere magnū quā sit. iterdum pro animi compotē fieri. idem, illi uictor ego, & tyrio cōspectus in ostro. ab hoc Victor, uictrix. uictoria. quæ græce νίκη, hoc est nice dicitur, a quo propria nomina nicander quasi uictor uir. & nicanor similiter qđ fuit seleuci macedoniæ regis cognomen. & nicarchus quasi uictor princeps. & Nicolaus uictor populi. qđ nomen conueniri nobis aduersus sentiatium nostrorum popellum nup aperte demonstrauimus. & Nicomachus uictor pugnæ. fuit hoc nomine Aristotelis philosophi filius, ad quem de moribus scripsit. & nicomedes rex bityniæ, & nicophanes pictoris nomē, quasi uictor illustris, & nicostratia, quasi uictorius exercit⁹. item niceteria torques, qui donari ludorū uictoribus solebāt. Iuue. & ceromatico fert niceteria collo. & Olympionices olympiæ uictor. item a uictoria uictoriatus, gen⁹ nūmi, de quo supra dixim⁹ & uictrix in plurali numero uictricia, sicut ab ultrix ultricia, & uictoriosus, uincere assuetus, & uicturus uictoria potiturus. Salu. pyrrhus ne an. M. curi⁹ p̄lio uicturus esset, & uictima, q a post uictoriā īmolabat, & dextra uictrice īmolet. Ouid. uictima q̄ dextra cecidit uictrice uocatur, q̄uis alii dicant, qđ ictu percussa cōcidebat, uel qđ uincta ad aras ducebatur. a uictima fit adiectiuum uictimarius, unde uictimarii negociatores dicebant, q uictimas emebant, ut uenderent. Ply. unde uictimarii negociatores uili mancipio. a uinco cōposita fiūt deuīco, & cōuinco eiusdē cū suo simplici significatiōis, & a uictus fit inuictus, hoc ē fortis, & q uinci nō pōt. Martialis, o dulce inuicti principis ingeniū. itē a uinco peruicax, hoc ē durus. cōtentiosus. nulli cedens quasi peruincere semp uolens, a quo peruicacia, durities. obstinatio animi. cōtentio pertinax. Itē peruicacior. peruicacissimus. peruicaciter. peruicacius. peruicacissime. itē a ui uincio deducitur, qđ ē ligo, q̄si uim iniicio, a quo deuincio, & cōuincio eiusdem significatiōis. Virgili. purpureoq; alte suras uincire cothurno. Cice. maxima mecū familiaritate deuinctus. hīc uīcula, & p syncopen uincla dñr ligamina, & p metaphorā carcer, in quo noxii uincti seruant, & uincti captiui, unde uinctus alqñ p seruo accipit. seneca, qui unus erat e uīctis Cæsaris, mox libertate donatus est. item uitile quicqd ad uinciendū aptum est. Ply. non multum a salice uitilium usu distat. & uittæ ligamenta capitis, quæ græce tæniæ dñr q̄uis proprie tæniæ uittarū extrema dicantur. Virg. fit longæ tænia uittæ. ponitur tñ aliqñ pp similitudinem pro fractarum silicum reliquiis, quæ rupto isthmo sub aquis remanserunt, qđ in silices quasi uittæ quædam tenues uideantur, Ply. nec profunda altitudo miraculū minuit. frequētes qppe tæniæ cādicātis uadi carinas territant. Strabo. ἐπὶ δ' ὅτι καὶ νῦν ταινίαι τις ὕφαλος διατέτακεν ἀπὸ τῆς εὐρώπης εἰς τὴν λιβύην. Item uitex salicis genus, ex quo uasa uiminea fiunt, odore p̄stās. duo genera eius, maior in arborem salicis modo assurgit. græci ἄγνον, hoc est agnum uocāt, quod significat castū qm̄ matronæ in thesmophoriis atheniensium castitatem custodientes iis foliis cubit⁹ sibi sternunt. minor ramosa est foliis candidioribus lanuginosis, a græcis dr̄ λύγος, hoc est lygus prima album florem mittit cum purpureo, quæ & candida uocatur, nigra est quæ tantum purpureū mittit, nascunt in palustribus cāpis. semē potū uini quēdā saporem hēt, caput tentant uini mō. odor & similis est. thesmophoria erāt sacra Cereris q̄ nos cerealia dicimus. ceres saturni atq; opis filia fuit, genuit ex ioue proserpinam, quæ a plutone clam rapta fuit. eā cū p orbē quæreret, ad eleusiū regē puenit, cuius filiū triptolemū tūc genitū p nutrice aluit, proinde eleusiū interfecit, triptolemo regnū tradidit, & currū draconibus iunctū, præterea fruges toto orbe p pagādas. triptolemus oppidū cōdidit, qđ ex p̄ris sui noīe uocauit eleusiū. & cereri sacra prim⁹ instituit, quæ thesmophoria græci nūcupauere, hoc est legifera, qđ ceres legifera dicatur. græci θεσμοθέτην legislatorē appellant, & θεσμοφόρον legiferū. sunt ēt alia salicū genera. est rubens salix, quæ græca dicitur, est candida, quæ amerina Paulo fragilior, ideoq; solido ligans nexu, est nigra, quæ appellatur Viminea, quod utilior sit uiminibus, est breuissima, quam uocant

helicem

helicē.Vimineā ēt purpureā uocāt græcā Vitellinā.Helicē gallicā.amerinā ēt quidam sabinā noīant salicē.Homerꝰ,ὠλεσίκαρπον hoc ē frugiperdā uocauit, qm̄ ocyssime amittit semē anteq̄ omnino maturitatem sentiat.q̇uis aliq ob id dictā frugipdam interp̄tant,qm̄ semen salicis mulieri sterilitatis medicamētū esse cōstat.Itē uimen quasi uincimen omne uirgultū molle,& ad ligandū aptū.Columella,nec refert cuius generis uimen feras,dū sit lentissimū.Ply.& aliæ arbores uirgas sequaces habent ad iuncturas lentitiæ.aliæ prætenues uiminibus texēdis spectabili subtilitate.Fiūt aūt uimina ex populorū uirgis,& ulmi,& sanguineoɋ fruticū,& betulæ.Itē ex arūdine fissa,arundinū foliis,& uite ipsa,& rubis,si aculei recidātur,& corylo intorta,ut miɋ sit cōtuso alicui ligno,maiores ad ligādum uires esse q̄ integro.Principatus āt ad uimina faciēda est salici.A uimine uimineum dr̄,quod ex uimīe est,unde uasa uiminea dicimꝰ,& uiminalis collis,qd' ibi uiminū silua fuerit,& uiminalia q̄cunq; ad ligādū ptinēt.Ply.hæc ē uiminaliū cultura.Item a uincio uincaper uinca herba uulgo nota,quæ in longum crescit.obuia quæq; uinciens,ac puinciēs .folia habet lauro similia,ideoq; chamædephne,hoc est parua laurus appellat,florē facit uiolæ similē.coronamentis adhibet.Item uitta hoc est fasciola,qua crines ligātur,Tænia dr̄.Quidā tñ uolunt tænias uittaɋ extremitates esse,ut quæ ab īsulis pēdent.Vir.fit longæ tænia uittæ.Sed ,pprie tænia fascia est.unde & lapides sub aquis albicātes in longum porrectos tænias uocamus a fasciaɋ similitudīe.Ply. frequentes quippe tæniæ cādicantis uadi carinas territant.itē a ui uietus.hoc est mollis.languidus. sine ui. seu naturalibꝰ uiribus priuatus.& uiere ueteres uincire dicebāt,& uietæ uirgæ dicunt molles.atq; flexibiles & uietores,q̇ uasa uinaria religant,stipantq;,& uiniolus qui se molliter,& effœminate gerit uetus ēt dictus est,quasi uietus,hoc est sine ui ætas enim debilitat uires.Ab hoc fit uetulus diminutiuū,& uetustus eiusdē significationis,& uetustas antiquitas.& uetuste antique.& ueteranꝰ modo uetus.unde ueterana mancipia dicuntur.quæ a nouitiis distinguntur,modo is qui aliquando honeste militauit,& iam est a militia absolutus.& uetustesco uetus fio ,capiturq; frequentius in bonā partē,ueterasco uero in malā. Cice.cū.n,nobilitas nihil aliud sit q̄ cognita uirtus,qs in eo quē ueterascere uideat ad gloriā generis antiqtatē desideret,& inuetero,hoc ē antiquū reddo,& inueteror ueterasco.Vnde inueterati dicūtur,q in malis consenuerūt,& ueterator callidus a multaɋ reɋ gerēdaɋ uetustate.Vnde ueterator seruus dr̄ uersutus,q a nouitio distinguit.& ueternū morbus ppetuū somnū inducēs,q a græcis κῶμα dr̄,qa hic morbus pigros hoīes facit,& oīno ad negocia inutiles,torpētesq; quēadmodū senectus,& iō aliquando ueternū pro pigritia,& segnitie pōit.Vir.nec torpere graui passus sua regna ueterno. Aliquādo pro nimia dormitione ēt naturali.Ply.primis diebus bis septēis tam graui somno ursi p̄munt,ut ne uulneribus qdem excitari queāt. Tūc mirū īmodū ueterno pinguescūt.Quidā falso putāt ueternosum esse hydropicū,qa Cato sic scribit. Veternosus cū plurimū bibit,tunc maxime sitit.Nam & hic de quo loqmur morbus īducit maximā sitim.Terē.ideo eunuchum ueternosum appellat,qa segnis est,torpēsq; semp quasi ueternū patiat.Veterina uero nō a uetustate,sed a uehendo dicunt,ueterina.n.aīalia dicuut quæcūq; uehere q̇d possunt. Ply.ungulæ ueterino tm̄ generi renascunt.Opilius,ueterinā beluā dictā putat quasi uenterinā.a uentre qd' ad uentrē onus religatū gerat.A ueterinis ueterinarius,significatq; eū q ueterioɋ curā gerit & ueterina ducit,Columella nam & arator reperit aliqs bonus,& optimꝰ fossor,aut fœnisector,nec minus arborator,& uinitor.tū etiam ueterinarius & ,pbus pastor. Item a ui ueto fit. qd' est ,phibeo,& quasi uim ,ne qd fiat adhibeo. Vetare.n.,pprie cōtrariū est eius qd' dicimꝰ īperare.Ouidi.Nitimur in uetitū semp,cupimusq; negata.itē a ui uireo,& uiresco,q̇bus usi sūt ueteres,pro maioɋ uiriū fio.itē pro uiride fio,nā quæ uiridiora sunt,maiorem uim habēt.Vnde euiresco fit,qd' significat uiriditatē amitto,Varro,atq; ex sanguinibꝰ dolore euirescat colos,ab his fiunt uirescens. Viride.uiridās.uiridanter,uiror.& uiriditas notæ significationis,& uiridarium locus in quo sunt herbæ,& plantæ uirētes.& uireta loca uiriditate plena.Item a ui uirga quod uim gerat ligādo,uerberandoue . A quo uirgula diminutiuū,qd' modo paruā uirgā significat modo lineā. Vñ uirgatā seu uirgulatā uestē dicimus lineis qbusdā quasi uirgis distinctā,& uirgultū multitudo uirgaɋ pullulātiū.& uirgindemia collectio uirgaɋ ob uerbera,aut ad aliqd uinciendū.Varro,quid tristiorē uideo te esse:an ideo q̇a scapulæ metuūt uirgindemiam.Itē a ui uiriatus,hoc ē magnaɋ uiriū.Lucillius.cōtra flagitiū nescire bello uinci a barbaro uiriato annibale. Vertiū quoq; ueteres magnaɋ uiriū dixerūt.Pompo.homo in currēdo uertius,q cū Atalāta contēdat.itē uirgo a uiridiori,hoc est ualidiori ætate appellata est. Virgi.de pasiphae,quæ triū filioɋ mater erat,ah uirgo infœlix.quæ te demētia cepit,Nūc tñ hoc nomē cōis generis ē,& tam marē,q̄ fœminā significat.rei ueneræ expertē,sicut mulier a mollicie dicit,quæ amplius uirgo non est Vlpianus,quod si ego me uirginē emere putarē,cum eēt mulier,emptio nō ualebit.Cicero,obiurgātibus qd' sexagenarius popiliā uirginem duxisset,cras mulier erit inqt.Mulieris quoq; appellatione(ut Caius iuriscōsultꝰ inqt)etiā uirgo uiri potēs

continet. Vlpianꝰ, uno in loco utroq; significato usus est. Mulierẽ ita arctã, ut mulier fieri non possit, sanã non uideri constat. eãdẽ dixit & mulierẽ, & nõ mulierẽ, primũ pro ea, quæ fœmĩa est, secũdũ ꝓ ea quæ est corrupta. ueteres ẽt omne ĩcorruptũ sub uirginis uocabulo appellauerũt. Cicero, Philosophia. casta, uerecunda. ĩcorrupta. uirgo. A uirgine fit uirginitas. & uirgineus, qđ est aut fuit uirginis. & uirginalis dignus uirgine. Veteres ẽt uirgũculã pro parua uirgine usurparũt. A mulier uero fit muliercula, idest parua mulier. Et muliebris modo quod est, aut fuit mulieris, ut muliebre uestimẽtũ, modo mollis. effœminatus, ut muliebris uox. muliebris aĩus. A quo muliebritas pro mollicie. & muliebriter aduerbiũ, hoc est molliter. effœmĩate Itẽ mulierosus mulieꝝ appetens. Vñ mulierositas. cupiditas fœmineæ uoluptatis. Cicero, simulq; cæteri morbi, & gloriæ cupiditas & mulierositas. & muliero uerbũ, qđ significat effœmino. Varro, & rex, & missellus ille pauper amat, habet ignẽ ĩtus acrẽ. hic ephebũ mulierauit, hic ad medica adolescentẽ traxit. hic cubiculũ pudoris primus polluit. Muliebria uero ĩ multitudinis numero modo pro muliebri natura ponimus, sicut uirilia pro pudẽdis uiri. mõ pro mẽstruis. Celsus, ad muliebriũ fluxũ sedãdũ. Aliqñ pro libidine, Quintili. nobilis adolescẽs a cẽturione muliebria passus. Itẽ a ui uigeo, quasi uim ago. Est aũt uigere ualidũ, ac robustũ eẽ a quo uigor, hoc ẽ firmitas. robur. & uigorosus. firmus. robustus. & uigil. nõ segnis, nõ torpẽs quales sũt dormiẽtes, sed q ĩ uigore suo est. A quo peruigil nõ mõ q assidue uigilat. sed q diligens atq; ĩdustrius ẽ, A quo uigilo, qđ ĩterdũ significat nõ dormio, ĩterdũ custodio. Vñ uigiles dicti sunt nocturni custodes, q & excubitores appellant. A quo præfectus uigilum, de quo supra diximus, & uigilia lucubratio. Vñ sacrarũ lrarũ scriptores, ꝓ festos dies uigilias appellãt qđ uigilare ante diẽ festũ mos est ĩ sacrificiis faciendis, & sacris hymnis cãtãdis. in plurali uero Vigiliæ, nocturnæ custodiæ, quæ & excubiæ dicunt interdũ etiam ipsi custodes. Vigilare etiã aliqñ est studiũ. ac diligẽtiã adhibere. Vnde inuigilare dicimus alicui rei incũbere & peruigilare, assidue uigilare. Martia. nam uigilare leue est. Peruigilare graue est. A quo peruigiliũ, ꝑ uigilia seu custodia. Sueto. de galicula. Nec alia de cã uidet eo die, quo ꝑiit, ꝑuigilium ĩdixisse, q̃ ut initiũ in scænã prodeũdi licẽtia tpis auspicaret. Euigilare uero aliqñ expgisci est, aliquando ad aliqd agẽdũ excitari. Hinc uigilantes dicti sunt ꝑspicaces. industrii. diligẽtes. & uigilãtia, ꝑspicacia, industria. diligẽtia. unde fit uigilantior. & uigilãtissimus. & aduerbia uigilanter. uigilantius. uigilantissime. Itẽ a ui deducit uir, ꝙ ui, hoc ẽ potẽtia præstet. robustiores eñi uiri sunt, fœminæ molliores Significat aũt uir aliquando sexũ, ut est uir, an mulier? unde semiuiri dicunt eunuchi. Itẽ molles, atq; effœminati, & euirati modo eunuchati, hoc ẽ qbus amputata sũt uirilia, modo lasciui. ꝑditi, atq; effœminati. Varro euirauit oẽs ueneri uaga pueros. Plau. adolescẽs euiratꝰ, ac mollis. Virare ẽt ueteres usurparũt pro firmare. fortificare, aliquando ætatem Ply. quod non modo in puero, siue adolescẽte, sed ẽt in uiro admiratione dignũ uideret. interdũ coniugiũ, ut uniꝰ uxoris uir. Nec solũ de hoĩbꝰ, sed ẽt de brutis dr̃. Vir. uir gregis ipse cap. interdũ fortitudinẽ. Curtiꝰ exurgite inqt aliqñ, si uiri estis, atq; arma capescite. Terẽ. Tu ne uiꝝ me aut hoĩem deputas adeo eẽ, nã si utrũ uis hoꝝ mulier unq̃ tibi uisus forem, nõ sic ludibrio tuis factis habitꝰ essem. A uiro uirtus deriuat, quæ ꝓprie fortitudinẽ significat, siue ꝙ uiri maxĩe proprie sit fortitudo, siue ꝙ uir fortis dr̃. Vir. tunc pudor incẽdit uires, & conscia uirtus & tunc diffinit ꝑferẽdoꝝ maloꝝ fortis, atq; inuicta patiẽtia. Quoniã ãt fortitudo cæteris omnibus uirtutibus excellit, factũ ẽ ut oẽs rectæ animi affectiones uirtutes appellent. Sic quicqd uitio contrariũ ẽ, uirtus dicit. Diffiniturq;, uirtus est affectio animi constãs, conueniẽsq;, laudabiles efficiẽs eos in qbus est, & ipsa p sese sponte, sepata ẽt utilitate laudabilis. Siue uirtus ẽ habitus animi naturæ. modo rationi consentaneus. Hora uirtus est uitiũ fugere, & sapiẽtia prĩa. lucillius. uirtus albine est pretiũ ꝑsoluere ueꝝ. Virtus est homini scire id qđ quæq; habeat res, uirtus scire homini utile qd sit honestũ, Quæ bona. quæ mala. itẽ qd inutile. turpe inhõestũ. uirtus quærẽdæ finẽ rei scire modũq;. Virtus diuitiis p̃tiũ ꝑsoluere posse. Hostẽ esse atq; inimicũ hominũ. morũq; maloꝝ. Contra defensorẽ hominũ, morũq; bonoꝝ. Hos magnifacere, his bene uelle, his uiuere amicũ. cõmoda p̃terea patriæ sibi prima putare. Deinde parẽtũ, tertia iam. postremaq; nostra. Virtutũ quatuor genera primaria philosophi cõstituerũt, Primæ dicũtur politicæ. secũdæ purgatoriæ. tertiæ animi iam purgati, quartæ exẽplares. Primæ sũt hominis curantis res humanas. secũdæ ociosoꝝ. q a reꝝ publicaꝝ actibꝰ se sequestrant, & diuinarũ reꝝ capaces decreuerũt se a corporis contagione purgare. dicũtur a qbusdã cõtẽplatiuæ. sicut supiores actiuæ. Tertiæ sũt animi iam purgati, desiccatiq;, & ab omni mũdi huius aspgĩe presse. pureq; detersi. Quartæ quæ in ipsa diuina mẽte consistũt, a quaꝝ exẽplo reliquæ oẽs p ordinẽ defluũt. A philosophis uocãt ideæ, ἀπὸ τοῦ εἶδος qđ spẽm, formãq; significat. a quo idolũ cum accẽtu in penultima simulachrũ dr̃, cuius diminutiuũ est idoliũ similiter accentum supra do habens. Ab idolo fit idolatra, hoc est idolorum cultor a quo idolatria idoloꝝ, hoc ẽ simulachrorum ueneratio, idolothysia immolatio, quæ fit simulachris, ἴδιος uero proprius di-

citur.a quo idiotes,ſiue idiota dr̃ indoctus.& inutilis,q̃ſi ſibi tantũmodo,& nõ pluribus utilis Lucillius.Quidni & tu idẽ illitteratũ me,atq; idiotã diceres.& idiograph⁹ ꝓpria alicuius mãuſcriptus.& idiographũ chirographũ,hoc ẽ priuata ſcriptura.idothea propriũ nomẽ eſt ſic enĩ appellata fuit Prœti regis argiuorum filia.Idomeneus deucaliõis filius fuit cretenſium rex,qui in expeditione græcoꝝ aduerſus Troianos ſtrenue militauit.Hunc cretẽſes q̃ſi deum coluere poſtea tamen ex inſula expulerũt,qui cũ in italiam ueniſſet,Petiliã urbẽ ſup ſalẽtinũ montem calabriæ condidit,& lictius dictus eſt a licto cretæ oppido,unde fuerat pulſus. idumæa regio ſyriæ eſt a meridie Arabiam habẽs A ſeptẽtrione phœniciam,in qua eſt urbs idume finitima phœniciæ palmis abũdans.Lucanus.& arbuſto palmaꝝ diues idume.Vir.Prim⁹ idumæas referam tibi mantua palmas.Virtus ẽt a poetis aliquando pro ope,atq; auxilio capit̃. Plau.deũ uirtute eundem hoſpitio accipiam.Aliquando pro merito.Quæ ĩproba eſt ĩners,p̃tiũ ei,ꝑ uirtute ut ueniat,Græce aũt uirtus ἀρετὴ dr̃.Vnde philaretus propriũ uiri nomẽ,hoc eſt amator uirtutis,& arete nomen mulieris,fuit hoc nomine uxor Alcynoi regis pheacum & arethuſa (ut quidam putant)uirgo uenatrix dianæ comes.Vir.Et tandẽ poſitis uelox arethuſa ſagittis ab hac arethuſa etiam fons appellatus eſt apud ſyracuſas,in quo redduntur iacta in Alpheum qui per olympiam fluens peloponeſiaco littori infunditur,ita quidam amnes ueluti odio maris amnes ſubeũt.unde & ſyracuſæ arethuſides dictæ. Ouidi⁹,utq; ſyracuſas arethuſides abſtulit armis. Claudius ,fuit & arethuſius fons ſmyrnæ,tertius in calchidia,quartus in itaca. Arethous rex fuit in arna urbe Boetiæ.Item a uir uirilis,hoc eſt fortis.magnanimus.A quo aduerbium uiriliter,& uirilitas nomẽ.& uiritim,de quo ſupra diximus.Vnde uiritanius ager dicebatur,qui uiritim populo diuidebatur,& uirago mulier fortis,ꝙ uiro ſimilis ſit,& uirilia opa faciat.Et Virgilius proprium nomen.& Virbius Hippolytus.Hic Theſei & Hippolytæ Amazonis filius fuit,qui dum cælibẽ ducẽs uitã,ſeſe uenatu exerceret,& conſtãti animo ſperneret mulieres, a Phædra nouerca abſente patre amatus eſt,cuius turpi deſiderio, cũ obtẽperare noluiſſet,redeũte patre adulterii ei crimen nouerca obiecit.Quãobrem Theſeus in furorẽ uerſus de filii nece cogitauit.Quod metuẽs Hippolytus cõſcenſo curru fugã arripuit.Veꝝ dum phocæ,quæ tum forte in littus exierãt equoꝝ,ac rotaꝝ ſtrepitu pterritæ ſeſe in mare repente p̃cipitaſſent,exterriti equi currũ cõtemptis habenis p ſcopulos ac ſaxa traxeræ,tãto impetu,ut cõpagibus diſſolutis infœlicẽ iuuenẽ loris ĩplicitũ diſcerpſerint.Hunc poſtea eſculapius reuocauit ab inferis,& priſtinæ incolumitati reſtituit.Hippolytus uero ne rurſus patris irã expiret̃, relicta attica terra in italiã uenit,haud lõge ab eo loco,ubi poſtea Roma cõdita eſt,& mutato nomine ſe uirbiũ iuſſit appellari,ꝙ uir bis fuiſſet.Prĩo anteq̃ ab eqs diſcerperet̃. Deinde poſtq̃ beneficio eſculapii in uitã ẽ reuocatus,ibi oppidũ cõſtruxit,qđ a noĩe acceptæ coniugis uocauit ariciã.Hippolytus aũt dictus eſt ἀπὸ τοῦ ἵππου.qđ ẽ equus,& λύω,diſſoluo. Nam (ut Plato ſcribit in eo libro,q cratilus inſcribit̃)hoc nomẽ,& alia cõplura haud quaq̃ uera fuerũt,ſed conficta ſunt a poetis,& ſimul cũ fabulis initium habuerũt.Sũt q tradãt Hippolytum a Diana dilectũ fuiſſe,& ob id cælibẽ egiſſe uitã.hanc deã cũ amatorẽ ſuũ ꝑdidiſſet,p̃ſtantiſſimum medicũ Eſculapiũ curãdo iuueni aduocaſſe,eũq; ſanatũ,ſecretis recõdidiſſe ſedibus,& Nymphæ aegeriæ,nemoriq; ſolũ religaſſe,ubi & ſiluis italis ignobilis æuum exigeret,uerſoq; ubi nomine uiribus eſſet.Alii Eſculapiũ tradũt nõ hũc,ſed glaucũ Minois filiũ ad uitam reuocaſſe,ꝓp qđ peccatũ iouem domũ eius fulmine incendiſſe,ip̃m uero ꝓp artificii excellentiã cum Apolline patre eius inter ſydera anguẽ tenentẽ collocaſſe.Cauſam uero cur anguem tenere dicat̃ hanc tradunt.Cum de glauco,ſuſcitando cogitaret,ueniſſe ante eum anguẽ,& baculum quẽ mãu geſtabat,arripuiſſe,quaꝓp ira ꝑcitum,baculo fugientẽ ſæpius ꝑcuſſiſſe,tandẽq; interfeciſſe,ueniſſe mox eodẽ alium anguem,herbã ore ferentẽ,& in caput defuncti poſuiſſe,quo facto mox utrũq; fugã corripuiſſe.Sic eam herbam oſtenſam fuiſſe,eſculapio,& hac Hippolytũ ſiue(ut alii uolunt)glaucũ ab inferis ſuſcitaſſe.itaq; anguẽ in eſculapii tutela,& inter aſtra conſtitutũ fuiſſe,ex qua conſuetudine deriuatũ eſt,ut reliqui medici anguibus uterentur.Eſculapius ipſe anguẽ tenẽs ab aſtrologis ophiuchus,hoc eſt ſerpẽtarius dr̃.Nam græce ὄφισ ſerpens uocat̃,A quo ophiuſa inſuſa,quæ latine colubraria dr̃.& ophites lapis,de quo ĩferius dicem⁹, & ophigenæ genus hominum in helleſpõto,quos crates ꝑgamenus ſerpẽtũ ictus ſcripſit contactu ſolitos leuare,& manu impoſita uenena extrahere corporibus. & uarro paucos eſſe ibi affirmauit,quorum ſaliuæ contra ictus ſerpẽtũ mederet̃.Quẽadmodũ in africa gens pſyllorũ fuit,a pſyllo rege dicta,cuius ſepulchrũ in parte ſyrtium maioꝝ fuit,hoꝝ corpori ĩgenitum uirus erat exitiale ſerpentib⁹.& cuius odore ſopiebant̃.Solebãt aũt liberos genitos obiicere ſæuiſſimis eaꝝ,& ita pudicitiã coniugũ expiri,ſerpentibus eos q adulterino ſanguine nati forent minime profugiẽtib⁹.Hæc gens prope ad internitionẽ ſublata a naſamonibus fuit. Genus tñ in paucis,q uel bello aufugerãt,aut abfuerant,remãſit.Simile his Marſorũ genus in italia fuit,quos a circes filio ortos putabãt,ideoq; ineſſe uim naturalem contra ſerpẽtes, Quin,&

omnibus hominibus inesse contra serpẽtes uenenũ existimãt, ferũtq; ictos saliua ueluti feruẽtis aquæ cõtactu fugere, quod si in fauces saliua penetrauerit etiã mori, ꝑsertim humáo ieiuno ore. Itẽ ab ophis ophiophagi, q serpẽtibus uescũtur. Tenet aũt anguẽ ophiuchus mãibus. humeri eius ab æstiuo circulo diuiduntur. Ipso aũt genuũ fine ab æquinoctiali circulo terminaꝛ pede sinistro oculos ꝑmens. dextro aũt scorpioni innixus. Anguis aũt qui ab eo teneꝛ, ꝓpe extremo ore coronã contingit, mediũ præcingens ophiuchũ, a cauda breuior q̃ sꝰpiori corpore qua manus sinistra ipsius signi figuraꝛ, ita tamẽ, ut extrema cauda circulum æquinoctialẽ cũ aq̃læ cauda iungat, occidẽs ex ortu geminoꝝ cancri & leonis ꝑuenit ad terrã. Exoriẽs autem cum scorpione & sagittario apparet. habet in capite stellã unã, in utroq; humero singulas. in sinistra manu tres. in dextra manu q̃tuor. in lumbis duas. in utroq; genu singulas. in dextro crure unã. in utroq; pede singulas, sed clariorẽ in dextro. Anguis autẽ habet in sũmo capite duas sub capite tres. uno loco oẽs. Ad manũ ipsius ophiuchi sinistrã duas, sed quæ maxime ad corpus eius accedit, clarior est, & in dorso anguis, ad ip̃am corporis coniunctionẽ quinque. & in prima curuatura caudæ quatuor. in secũda uersus caput sex. Alius quoq; uirbius Hippolyti, & ariciæ filius fuit, q cum deleto ilio Aeneas in italiã uenisset, missus est a patre in subsidiũ turni. Virgilius, ibat & Hippolyti proles pulcherrima bello uirbius insignẽ, quẽ mater aricia misit. Eductũ ægeriæ lucis. Aricia ad decimũ lapidẽ abest ab urbe. In hac orestes oraculo mõitus simulachrũ scythicæ dianæ, qnod de thaurica regione trãstulerat, priusq̃ argos peteret, cõsecrauit. solebat ad huius tẽplũ magna populoꝝ multitudo cõfluere. ꝓpter quod mẽdici passim in eo cliuo postulandi gratia iacebãt, iuxta nemus erat, qđ aricinũ dicebaꝛ, Itẽ aricinus lacꝰ, qđ speculũ dianæ uocabaꝛ, in quo nũc quoq; insulæ cũ proceris arboribus mobiles conspiciunꝛ. in hoc nemore aegeria Nympha erat, cũ qua loqui solitum numã Romanoꝝ regem existimarunt, huic sacrificare mos erat ꝑgnantes, quod eam putabant facile conceptũ aluo egerere. itẽ a uiro leuir mariti frater, quasi leuis uir, & uiripotẽs. Dicitur enim uiripotens uirgo, quæ ãnos pubertatis excessit, & iam sustinere uirum potest. itẽ uirus, quod proprie significat asperitatem odoris in homine iã adulto. quippe talis odor in puero nõ est. nec ante coitũ mulieris. Ply. ꝓdest & ad uirus alarũ. Idẽ, Signũ est uernis temporibus odoris uirus. Poniꝛ tamẽ per metaphorã, & pro asperitate saporis. idẽ, aqua marina uetustate uirus deponit, idest amaritudinẽ illam & salsedinẽ. idẽ, Virus malimedici, hoc est acor & amaritudo. idẽ, stannũ illitũ æreis uasis saporẽ gratiorẽ facit, & cõpescit eruginis uirus. itẽ pro asperitate coloris. idem de sanguine purpuræ. Tum superadditũ decoqtur uirus. Aliquando pro genitura, hoc est humore, qui e genitalibus fluit. idẽ equarũ uirus a coitu in lychnis accensum dentiũ dolori ꝓdesse existimãt. idẽ, uirꝰ uerrinũ e scropha a coitu exceptũ priusq̃ terrã atingat, grauitati auriũ prodest. Nonnunq̃ ꝓ ui naturali. idẽ, de magnete lapide suo loco dicemꝰ, cõcordiaq; quã cũ ferro habet. Sola hæc materia uirus ab eo lapide accipit. retinetq; longo tpe aliud apprehẽdens ferꝝ. itẽ uirus ꝓ ueneno accipiꝛ. Vir. ille malũ uirus serpẽtibus addidit atris. a uirus fit uirulẽtus, hoc est plenus ueneno & uirosus mõ mali odoris. idẽ, uirosaq; pontus castorea. Cõstat enim castoreum fœdi, & execrandi odoris esse, adeo ut prægnãtes odore eius eiiciant fœtũ, mõ mali saporis. Varro, Rãcidam carnẽ apposuit nobis, & uirosam. Virosa mulier nõ a uirus, sed a uir deduciꝛ. Dicuntur. n. mulieres uirosæ, quæ appetentes sũt uirorum, sicut mulierosi uiri, qui appetẽtes sunt mnlieꝝ. lucillius, uetulã atq; uirosam uxorẽ cædã potius q̃ castrẽ egomet me. Afraniꝰ, uigilãs ac solers sicca. sana. sobria, uirosa. nõ sum. & si sum non desunt mihi, qui ultro dent, ætas integra est. formæ satis. Præterea a ui uices dictæ, quod nomen ueteres pro pugnis usurpabant, Plau. Vices eius memorat, & cicatrices denudat. item pro pœnis, qđ ui fiant. Horatius, uicesq; superbæ, te maneãt ipsum, quoniã nõ per uicissitudinẽ pugnare solet, factũ est, ut uices pro alternatiõe capiamus, caretq; hoc nomen singulari recto, & uocatiuo. Ab hoc fit uicissim aduerbium, quod proprie significat per uices, ut uicissim incumbunt oneri, hoc est modo unus, modo alius incũbit oneri. Capitur tamen aliquando pro secundo loco, siue e diuerso. Cicero sed ego admiratione quadam uirtutis eius, ille uicissim opinione fortasse nõnulla, quam de moribus meis habebat, me dilexit. Item uicissatim eiusdẽ significationis. Neuius, uicissatim uolui uictoriã, & uicissitudo alternatio. Terentius, omniũ rerum uicissitudo est, Veteres pro uicissitudine uicissitatem dixere. Accius, uicissitatemq; imputandi tradit. item uicarius qui nicem alicuius gerit Liuius, hunc ego institutũ disciplina mea uicariũ pro me reipub. do, dicoq;. Quintil. uicariã ei operã impendi. interdũ uicẽ proloco ponimus. Horatius, fungor uice cotis acutũ reddere quæ ferrũ ualet exors ipsa secãdi. Vnde inuicẽ aliquando pro secũdo loco accipimus. Plyniꝰ, habes res Vrbanas, inuicẽ rusticas scribe. Proprie tamẽ inuicẽ significat alterutrũ. mutuo. Quĩtilianus, qui se ardentissimo amore inuicẽ dilexerũt. itẽ a uis uibro deducitur, qđ est moueo, & quasi ui agito. Vir. Sibila lambebãt lĩguis uibrãtibus ora Hinc uibratio excussio. agitatio. & uibrissæ pili in naribꝰ hominũ dicti, ꝙ iis euulsis caput uibreꝛ. Vibrare ẽt per metaphorã ali-

quando accipitur pro eo quod est uocẽ in cantando crispare, uis a græco deflectiť ἴς. enĩ diciť potẽtia. robur. præter hæc a uenio (ut quidã existimãt) uer dicitur. qđ tum uenire incipiũt uirgulta, & frondes ac flores arborũ, atq; herbarũ. Vir. Et nũc omnis ager, nũc oĩs parturit arbos. Nũc frondẽt siluæ, nũc formosissimus annus. Sũt tamẽ qui uer a uiuendo. quasi uiuer nominatũ uelint. Alii a uertendo. ꝙ tum se uertere incipiat tẽpus anni. quippe uer nouũ anni initiũ est Diuidiť enim uer ut cæteræ partes anni in partes tres, nouũ. adultũ. & præceps. Ver sacrum dicebant ueteres, in quo sacra, & ludos faciebant, quod quidam quasi religiosum putant dictũ Sisenna, quondam sabini, feruntur uouisse, si res cõmunis melioribus locis constitisset, se uer sacrum facturos. Alii quasi uitabile, & execrandũ. quoniam itali magnis periculis adducti uouebãt quæcunq; proximo uere nata essent apud se animalia immolaturos. Sed cũ crudele uidereť pueros, ac puellas innocentes interficere, perductos in adultã ætatẽ uelabãt, atq; ita extra fines suos exigebãt. Liuius, uer sacrũ factũ erat priore anno. M. portio, &. L. Valerio consulib⁹ id cũ. P. Licinius pontifex nõ esse recte factũ collegio primo, deinde exauctoritate collegii patribus renũciasset, de integro faciendũ arbitratu pontificum censuerunt. ludosq; magnos, qui una uoti essent tanta pecunia quãta assolerent faciendos. Ver sacrũ uideri pecus, quod natum esset inter calẽdas Martias, & idus Maias. P. Cornelio. &. T. Sempronio cõsulibus. Sunt q uer a græco deriuatũ uelint. Græci eĩm ἔαρ uer dicunt, unde earinus dicitur uernus. A uer deducitur uernus sicut ab æstate æstiuus. Itẽ ueruactũ, quod est terra uere proscissa. Plynius, quidam utiq; ab eqnoctio uerno ꝓscindi uolunt, quodq; uere semel aratum ẽ, a tpis argumento ueruactum uocatur. Hoc in nouali, atq; requieto necessarium est. Varro, Multum interest in rudi terra, an in ea seras, quæ quotannis obsita sit. quæ uocatur restibilis, an in ueruacto, quæ ĩterdum requiescit. Item uerno, quod est pullulo. Martialis, dum tibi uernarent tenera lanugine malæ hoc est pullularent, & pilos emittere inciperent. interdum per metaphorã pro cano accipitur. Plautus, dum auiculæ uernãt. Quippe uerno tempore oĩa lætari uideť. Itẽ Vergiliæ, ꝙ earũ ortu uer finẽ facit, uel ꝙ circa æquinoctiũ uernũ sit earꝫ ortus matutĩus. Stellæ sũt quæ & Pliades, & institor uestis dicunť, ut supra ostendimus. Itẽ, uereor qđ significat timeo. quoniã timẽtes pericula, ea quæ proximo uere nascerenť, immolaturos se uouebant. q̃uis alii uereor dictũ uelint, quasi ualde reor, quia ea quæ timemus, multifacere ac diu cogitare solemus. Proprie tamen uereri liberorũ est, qui honesti gratia mouenť, Timere seruorũ. qui id non honesti gratia sed pœnæ formidine faciunt. unde reuereri honorare est, qđ est timor aliquid agendi qđ repꝫhendi possit, & uerecũdari, qđ est uerecũdia teneri. Cicero, alterũ cũctantẽ, & quasi uerecũdãtem incitabat, & uerecundus proprie, qui uerecundia teneť. cuius cõtrariũ est inuerecundus, unde fit uerecunde aduerbiũ, idest cũ pudore. Aliquando tamẽ uerecũdus pro audaci, & cõfidẽte accipiť. Plau. sic est, uera prædico, nisi etiã hoc falso dici insimulaturus es. nimis uerecunda es. Itẽ uerũ hoc est solidũ. syncerũ. nõ falsum. qđ uerno tpe sole arietẽ ingresso, oĩa uere nascunť, partusq; ad maturitatẽ perueniũt. cũ aliis tẽporibus nata sæpe deficiãt. Hinc ueritas dcã & uerifico uerbum. A quo uerificatio. & uerisimile, qđ licet non sit uerum, ueri tamen similitudinem habet, A quo uerisimilitudo. & uere aduerbiũ. & uerax qui nõ mentiť. A quo ueracitas pro integritate sermonis. & ueridicus, qui uera dicit. A quo ueridicentia contrarium mẽdacitatis. Itẽ uerna seruus domi natus, qđ hoc tẽpus anni ad generandũ maxime sit idoneũ, & quia domini cũ ancillis cõsuetudinẽ habebãt uerno tẽpore, ideo seruos domi natos uernas appellauerunt. Ab hoc uernaculus fit. diciť aũt uernaculũ quicqd domi nostræ nasciť. Vnde uernaculã linguã dicimus uulgarẽ, hoc est domi natã, & Vernaculũ morẽ domesticũ. uernaculũ ẽt pro proprio, & peculiari capimus. plynius, potissima nobilitas dať uuis peculiaribus, atq; uernaculis italiæ. Vernaculi ẽt dicunť malis morib⁹ homines, & lingua proterua, qđ uernaꝝ similes sint, qbus ars est adulari, & maledicere. Hinc ueteres uernilitũ pro adulatore posuere. Cecilius, credo nimis tãdẽ hic sit uernilitus. Et uerniliter scurriliter, siue adulatorie, quõiam hac arte uti uernæ solebant. Quidã etiã uernilitatẽ pro scurrilitate usurparũt. A uerna fit diminutiuũ uernula, Itẽ a uer uernatio diciť. quod significat coriũ uetus, quo serpẽtes exuunť. quoniã id uere fit. Plynius, lendes tollunť adipe canino, uel anguibus in cibo sumptis anguillarũ modo, aut uernatione, quã exuũt pota. idem, anguinæ uernatiõis mẽbrana cũ oleo tedæq; resina calefacta auribus prodest. Eadem diciť senectus. Idem, anguinus adeps erugini mixtus, siue earum senectus exuta, si affriceť ruptas oculorũ partes sanat. item a uere uerto, quia uere annus ĩcipit uerti. cuius frequentatiuum est uerso. Vir. Gorgona desecto uertentem lumina collo. aliquando tamen poniť pro fallo. decipio. idem, seu uersare dolos, seu certe occũbere morti. Nã uerso huius uerbi frequentatiuũ est, a quo uersipellis diciť, quolibet faciem cõmutans, hoc est uersutus, ac dissimulator. Plautus, uersipellem se facit, quãdo lubet, & uersutus hinc diciť, qui aliquando poniť pro perito. Plautus, nec magis uersutum, nec quo careas ægrius. Proprie tamen uersuti dicunť, qui mentem crebro ad mallitiã uertant. siue (ut Cicero inquit) quoꝝ tãq̃

celer rota mens uersať. Hinc uersutia calliditas. malitia. & Versute. callide. malitiose. & uersutiloquus. ac uersutiloquax. qui uersute loquiť, & cum uersutia blatterat. Nõnũq̃ etiã uerto ponitur pro muto. Virg, quæ te genitor sẽtẽtia uertit? Interdũ pro traho. idem, Et uersa puluis inscribitur hasta. Sæpe etiã uerto & uerso pro considero. uoluo. agito accipiunť. Idem, nunc fluctus habent, uersantq́ʒ in littore uenti. idem, quid iuuenis magnũ, cui uersat in ossibus ignẽ Hĩc fit animaduerto quod est cõsidero. intueor. & requirit accusatiuũ sine præpositione. Plau. animaduerto hominem subalbidũ. tremulũ. aliquãdo tamen usurpať pro punio. Sed hoc ab eo differt, quod punire est quorũcunq́ʒ, siue iure. siue iniuria. Animaduertere autẽ est eius, q in alterũ habet potestatem ordine, ac rite, hoc est cum animaduersione punire, & postulat accusatiuum cũ in. Gellius, uerebať enim ne nimia ira percitus in eũ grauius animaduerteret. Hinc fit animaduersio, quod modo considerationem significat, modo pœnam. hoc est punitionem. a uerto deducitur ueru, & uerutũ de quibus supra diximus. & uertumnus deus. qđ in portãdis ac uertendis rebus præsit, & ueratrũ elleborum. quod mentem uertat. Persius, hebria ueratro. herba est cuius duo genera sunt, albũ & nigrũ. utrũq́ʒ radice fibrata ceparũ mõ. Nigro, equi. boues. sues. necanť, cũ candido uescanť sine detrimẽto. plurimũ nasciť ĩ oeta mõte. & in uno eius loco quem uocant Pyram. nigrũ purgat per inferna. Alii euchymon a bonitate saporis, alii Polyrizon a radicum multitudine uocãt. Nam ῥίζα radicẽ significat, πολὺ multum. a quo Polypꝰ. polymita. polymnia. polyphagus. polygrãmꝰ. polytrichꝰ. polydectes. polydora, polypodiũ. de qbus parti superius diximus, parti dicemus inferius. Itẽ ꝓpria nomina. polycletꝰ, q statuariꝰ maximus fuit. Polydorus Priami filius ex Hecuba. Polydamas uir Troianus qui cum Antenore & aenea urbẽ troianã græcis tradidisse dř. Polymnestor rex Thracum, cui tpe belli Troiãi Priamus de statu Troiæ dubitãs filiũ Polydoꝝ cũ magno auri pondere cõseruãdũ misit, sed ille deleta Troia, nimia auri cupiditate Polydoꝝ interemit. Quod cũ mater Hecuba intellexisset, simulauit se ingens adhuc auri pondꝰ uelle illi secreto ĩdicare, qđ pro filio acciperet, qđ auarus rex ueꝝ eẽ existimãs moxq́ʒ ad hecubã profectus, illius unguibꝰ obcæcatꝰ est. Et Polyphemꝰ neptuni filius ex Thoa filia Phorci, ad quẽ cũ ulysses in siciliã profectus cũ duodecim comitibus ꝑuenisset, tres cados optimi uini secũ portãs admiratus est magnitudinẽ. formãq́ʒ hominis unicũ oculũ in fronte hñtis, q solus sub antro tollebat lapidẽ, qualẽ uigiti boũ iuga uix mouere potuissent. Ab eo igiť sciscitatꝰ est ulysses, qđ genꝰ hominũ, qui mores essent, & ꝑ Iouẽ obsecrauit, ut liceret sibi tuto abire. Ille uero superbe respondẽs, nõ timere se Iouem inqt duosq́ʒ ex comitibus Vlyssis apprehẽdens, ritu feræ ĩmaniter deuorauit. Totidẽq́ʒ postridie absumpsit sũmo mane. idẽ etiã uesperi fecit. Quãobrẽ Vlysses sibi iam, & reliqs timens, cadũ optimi uini, qđ secũ tulerat Polyphemo obtulit, & ut sibi ac cæteris ꝑceret obsecrauit, qđ Cyclops facturũ se promisit, si rursus sibi uinum offerret. Oblato itaq́ʒ tertio poculo mente alienatus, in medio antro ĩmane corpus dormiturus extendit. Hunc igiť Vlysses uĩo somnoq́ʒ sepultũ aĩaduertens ĩmisso in oculo telo excæcauit. Sed exurgẽs tandẽ Cyclops, cũ aperire antri hostium gregibus cogereť, ĩmanẽ exinde lapidem amouit. Verũtamen exeuntes pecudes manibꝰ palpabat, quod cũ Vlysses cũ comitibus animaduertisset, induti pecudũ pelles Cyclopis manꝰ effugere. & polytes alter Priami filius ex Hecuba. & Polyxena eiusdem Priami filia, quæ post captã Troiã iugulata fuit supra tumulũ Achillis, habetq́ʒ accentũ in antepẽultima. Ouidiꝰ, placet Achilleos mactata Polyxena manes. & polypotes perithoi, & hippodamiæ filius. & polyptoton q̃si multorũ casuũ. figura est, cũ diuersis casibus sermo uariať, ut littora littoribus cõtraria fluctibꝰ undas. Polysyntheton q̃si multipliciter cõiũctũ. alia figura, cũ sermo multis cõiunctionibus cõcatenať. Vir. Tectũq́ʒ larẽq́ʒ, armaq́ʒ, Amyclæũq́ʒ canẽ, crassamq́ʒ pharetrã. & polygonus qđ ueteres pro eo qđ est fœcũdus usurparũt. & polygonius multorũ angulorum. & polydeuces, quẽ nos dicimꝰ pollucẽ. & polymorphꝰ multiformis. & polylogꝰ uerbosus. & polygotano herba sine foliis asparagi caule, in cacumine aculeũ hñs, uñ & leucacãthã noĩant. & phynion & ischada radice Cyperi, quæ cõmãducata dolorẽ dẽtiũ sedat. Nõnulli ẽt scorpion appellant, q̃uis & alia herba scorpiꝰ dicatur, semẽ habẽs ad similitudinẽ caudæ scorpiõis, & folia pauca, quæ aduersus animal noĩs sui plurimũ ualet. & polytricon, qđ multitudinẽ capilloꝝ faciat θρίχες. n. capilli dicunť. herba ẽ quã græci adiantũ uocãt, qa nõ madefiat hũore ab α priuatiua ꝑticula, & διαίνειν qđ significat madefacere. & enim æstate uiret, bruma non marcescit, aquas respuit, ꝑfusum mersũq́ʒ sicco simile est, & topiariis opibus idoneũ. Quidã etiã Callitrichon uocant, qđ pulchros faciat crines. Nã in uĩo coctũ cũ semine Apii adiecto oleo copiose, & defluere prohibet capillũ, & crispũ, dẽsumq́ʒ facit, propter qđ nõnulli a luxuria capillorũ Trichomanes appellãt. Vulgo aũt Capilli ueneris dicũtur. caret radice, parietũq́ʒ asꝑgines, ac fontiũ maxime specus sequiť, saxaq́ʒ manãtia. qđ certe mirũ est, cũ aquas nõ sentiat, calculos e corpore mire pellit, frangitq́ʒ, ꝓ̃ferti qđ nigriꝰ est, qua de cã potius q̃ qđ in saxis nascať, saxifragium a nobis appellatum existimamꝰ. Bibiť e uĩo quãtũ terni đcerpũt digiti, urinã cit. Serpẽ

tium uenenis resistit, capitis dolores corona ex iis sedat. Folium in urina pueri impubis tritũ cũ aphronitro, & illitũ uentri mulierũ præstare dicitur, ne fiat rugosus, dicit̃ etiã a quibusdam herba hæc pollytrix, & callytrix. Plyniꝰ, pollytrix ĩ uino data morbo regio medet̃. Idem, gallitrix decocta in aqua, humidis ulceribus ꝓdest & pollyonemon, q̃si multarũ tibiarũ herba cunilæ similis, semĩe pullegii, surculosa, multis geniculis, corĩbo odorata, acri, & dulci odore. Hæc ferro factis uulneribus cõmãducata ĩponitur, quinta die soluit̃. Et pollygonũ a geniculorum multitudine herba, quã nos sanguinariã uocamus foliis rutæ, & gramini similis, a terra non attollit̃, succus eius infusus naribus supprimit sanguinẽ, alii hãc calligonon appellãt a multitudine seminis, aut densitate fruticis. alii halmada. alii caninothrõ. alii dema, multi myrtopetalon. itẽ oreon, qđ in mõtibus nascat̃, & polygalon a lactis abundãtia. herba est palmi altitudine, in caule sũmo foliis lenticulæ, quæ pota lactis ubertatẽ inducit. Et polygenneton, quasi multoꝶ generũ. Sic enĩ Maronites pictor insignis uocauit frequentiã, quã pinxit athenis. Et polypostere Boetiæ oppidũ. Et polyægas ĩsula a caprarũ multitudine, & polycarpꝰ ꝓpriũ uiri nomẽ, quasi multi fructꝰ. Et polymedia troadis oppidũ, quæ hellesponto adiacet. Et polyenei eiusdẽ troadis populi, cuius primꝰ locus amaxitus dictus est, deinde crebenia, ipsaq; troas antigonia dicta postea Alexandria colonia romana. Scamãder amnis nauigabilis, & ĩ ꝓmõtoriũ sigeũ oppidũ, deinde portus acheoꝶ in quẽ influit xãthus simoenti iũctus, stagnũq; priꝰ faciẽs palæscamãder granicus diuerso tractu in ꝓpontidẽ fluit, & scamãdria urbs parua, ac mille qngentis passibus remota a portu ilii, uñ oĩs rerũ claritas extra sinũ fuit Achilleon oppidũ iuxta tumulũ Achillis a mitileneis cõditũ, ubi classis eius steterat. In sigeo fuit aeantion a Rhodiis ĩ altero eoꝶ aiace ibi sepulto, q græce aeas dr̃, & ĩpo instatiõe classis suæ supra aeolida, & partẽ Troadis teutania, quã misy antiqtus tenuere, nã æolis quõdã mysia dicebat̃. Ibi caicus amnis & in regiõe, quæ amplissima est, lõge clarissimũ Asiæ Pergamũ, qđ intermeat Silenus, Pergamena uocat̃ eius tractus iurisdictio, & Polydora insula ꝓpõtidis, & Polypodra ĩdiæ oppidũ, & polyteba oppidũ mesopotamiæ. Est ẽt nigri genus ellebori, qđ melãpodion noĩant, a melanpode quodã, qui eo uti ĩdiuinationibꝰ artis solebat, uel a pastore eiusdẽ noĩs, qui primꝰ hanc herbã inuenisse dr̃, dũ capras eo purgari ãiaduertit, datoq; earũ lacte furentes parotidas sanari cãdidũ purgat uomitiõe, & morboꝶ cãs extrahit quondã terribile habitũ, postea tã ꝓmiscuũ ut pleriq; id studiorũ grã sumpsisse memorent̃, ad ꝓuidẽda acrius, quæ cõponebãt, ut Carneades, dũ Zẽonis libris respõsurus cõstat eẽt, Drusum hoc medicamẽto liberatũ comitiali morbo fuisse in Anticyra insula. In qua ideo tutissim e sumunt̃, quoniam sesamoides admiscent, hoc genus herbæ in anticyra nascens similis erigeronti, quidã a loco anticyricon uocant. Farina utriusq; ellebori admixta radiculæ, qua laneæ lauant̃, sternutamẽtũ facit. Durare uim eiꝰ triginta annis ferũt. Tradũt etiã si cũ albo elleboro caro coquat̃, carnẽ absumi. Antiquoꝶ error fuit elleborũ propter metũ partius dare, cũ celerius erũpat quo largius sumit̃ Themison, binas nõ amplius drachmas donauit, alii q̃ternas dedere, elleborũ fortissimi ducis similitudĩe æquãtes, cõcitatis enĩ intus oĩbus cõstat ipsum primũ exire. Mures polẽta admixtũ necat, Galli sagittas uenenato elleboro tingũt, circũcisoq; uulnere teneriorẽ sentiri carnẽ affirmãt. Muscæ quoq; necant̃ albo trito, & cũ lacte sparso. Eodẽ & phthiriasis curat̃. Ita enĩ uocat̃ morbus pedicularis. Nã græci phthira pediculum noĩant, uñ phthirophagi dicti sũt populi iuxta pontũ euxinũ solis piscibus uiuẽtes, a tenuitate uictus quasi pediculis uescant̃ ita appellati. Iidẽ saltiæ a ueteribus noĩant̃. Sunt & alii phthirophagi, quos & soritas uocãt, hos arabis fluuius ab indis distermĩat, nullũ alium cibum noscentes q̃ pisciũ, quos unguibus dissectos, torrent sole, panẽq; ex eis cõficiũt. Itẽ a uerto uersus deducit̃, quod aliquãdo est nomẽ, aliquãdo aduerbiũ, quando est nomen mõ carmen significat, a quo diminutiuũ fit uersiculus, mõ ordinem, siue tractũ. Virgilius, ille etiã seras in uersum distulit ulmos. idẽ triplici pubes quã dardana uersu ĩpellũt. Aliquãdo etiã cantũ. Plynius, cantũ imitantur lusciniæ iuniores, uersũq; quẽ imitẽtur accipiũt. Quando uero est aduerbiũ aliquãdo accusatiuũ requirit, & fere semper postpõit̃ ut Italiam uersus. Plau. Ego portũ uersus pergam, & perquirã, quẽ si nõ ĩuenero domũ uersus reuertar. Itẽ quoq; uersus, quaq; uersus, utroq; uersus. i. in unãquanq; partem, & quocũq;, & in utrãq; partem. Aliquando adiunctam habet aliquã præpositionẽ, ut ad occidentẽ uersus, ad castra uersus. in forũ uersus. interdũ aduerbiũ, ut sursum uersus, siue susum uersus, & deorsũ uersus. reperit̃ etiã uersum, unde aduersus, & aduersum deducimꝰ, q̃ aliquando significant cõtra. Terẽtiꝰ, nec seruulorum quisq̃ qui aduersum ierãt. modo apud uel erga. idẽ, aduersũ hũc me loqui, idem, & id gratũ fuisse aduersum te habeo gratiam. Hinc fit aduersor uerbũ, idest repugno & cõtrarius sum, a quo aduersarii dicuntur, sibi inuicem repugnantes. Veteres aduorsem pro aduersariũ dicebant. item controuersia quæ est certarũ personarũ de re propria contentio, a quo res controuersa dicitur, de qua est cõtrouersia, & controuersari ẽ cõtẽdere. Prorsus quoq;, qđ & prorsum ueteres dicebant, nõnulli ĩter quos marcellus, quasi porro uersus, seu

porro uersum dictã existimant, significat autẽ quãdo aduerbiũ est non recte & uere. Teren. eo pacto prorsus illic alligaueris filiũ, modo omnino. Noniꝰ. prorsus & a radicibꝰ euulsa ẽ arbor. Quando uero est nomen significat rectũ. Vnde prorsi limites dicunť. in agrorũ mensuris, qui ad orientem directi sunt. Item a uerto fit uersura. antiqui uersurã facere dicebant, mutuo pecuniã sumere ꝙ initio qui mutuabãť ab aliis, nõ ut domũ ferrẽt, sed ut aliis soluerent id faciebãt & uelut uertere creditorem uidebanť. Donatus uero uersuram facere dicit eum, qui æs alienũ ex ere alieno soluit. Terentius, uersuram solues, idest creditorem mutabis, & uerticulum cuiꝰ diminutiuum est uerticillũ, significatqꝫ instrumentũ illud, quod fuso adhibeť, ut facilius uertatur. item uertebra, siue uertibulum, ubi summæ ossiũ partes ñ equaliter finiũt, sed quibusdã crassioribus nodis cõglobatæ, & substringunť facilius neruis & tutius uertuntur, & anteuorta & postuorta deæ Romanorũ, qđ præterita nossent, & futura prospicerẽt, & uertigo cõuersio. rotatio. Itẽ morbus capitis, cum uerti ea uidentur, quæ cernimus, & uertex siue uortex, uentorũ rotatiõe effracta, nubes de qua supra diximꝰ. itẽ cõtorta in se aqua & qcquid aliud similiter uertitur. unde pars summa capitis ꝓpter flexum capillorum dicitur uertex, ex quo natum est illud prouerbium. A uertice usqꝫ ad calcem, hoc est a principio ad finẽ. ab huiꝰ similitudine qđ in mõtibus eminẽtissimũ est, Vertex appellať. item altissimæ partes cœli quas græci polos uocant, dicunť uertices, ꝙ circa hos mundus roteť, ꝓpter qđ etiã cardines dicunť, a similitudine eorum cardinum, circa quos ualuæ uoluuntur. Vir. Foribus cardo stridebat aenis, qđ nomen ex eo tractũ putãt, ꝙ sint quasi cor ianuæ. Ponitur tamẽ aliquãdo cardo pro opportũitate. idẽ haud tãto cessabit cardine rerũ. Quod seruius inde tractũ existimat, qđ in prouerbio dicitur. Res in cardine est. idem, circa id uerti cardinẽ dicimus, in quo summa rei est. Vnde cardineũ siue cardinalẽ pro præcipuo ponimus. Hinc cardinea dea de qua supra diximꝰ. Et primi sacerdotes sacrosanctæ romãæ ecclesiæ cardĩales uocitati. quãuis aliæ quoqꝫ ecclesiæ suos habeãt Cardinales, ut Rauennas. aquilegiensis, & beneuẽtana. Carduus uero herba ẽ uulgo nota olĩ tam celebris ut Carthagini in Hispania, cordubæqꝫ sestertia sena millia redderet. ita aliquãdo ĩganeã uertimus ea quoqꝫ quæ a feris nõ tangunť. Siluestriũ duo genera sunt. Vnũ fruticosiꝰ. Alterũ unicaule, utriqꝫ folia spinosa mucronatis cacuminibꝰ. Alterũ florẽ purpureum mittit. inter medios aculeos celeriter canescẽtem, & abeuntẽ cũ aura. Græci scolymõ uocãt, utriusqꝫ radix ex aqua decocta potatoribus sitim mirum ĩ modũ excitare diciť. Stomachum corroborat, & uuluis mulierũ prodest ad gignendos mares. Manducatus hic carduus odorẽ oris mirifice cõmendat. A carduo carduelis dicta est. ꝙ carduorũ semine pascať, parua auicula est, capite rubro, alis. luteo. albo, nigroqꝫ distinctis. ĩperata facit, nõ uoce tantũ, sed pedibus, & ore pro manibꝰ. Est quæ boũ mugitus imitať, & hinnitus equoꝝ, ob id a qbusdã taurus, ab aliis anthꝰ nominata, ꝙ flore, qui græce anthos diciť, pascať. Cœli cardines etiam axes uocanť, quoniam linea quæ ab uno mundi Cardine in alterũ tendit, diciť axis a similitudĩe axis, qui est stipes teres, circa quẽ rota nertiť, a quo axungia dicta. qm̃ eo genere pinguedinis ungi axis solet, ut facilius circa eũ rota uertatur. Hinc axẽ aliqñ pro plaustro, aliquãdo pro septentrionali ꝑte ponũt, ꝙ hic polus dũtaxat nobis notus sit, circa quẽ orbis uertať. Assis uero tabula sectilis appellatur. Ply. uernisqꝫ assibus cõtabulare pauimẽta oportet. Hinc fit coassare qđ est contabulare, & coassatio cõtabulatio. Vitruuiꝰ. gelicidia, & pruinæ non patiuntur pauimenta integra permanere. Itaqꝫ si necessitas coegerit, ut minime uitiosa fiant, sic erit faciundũ. Cũ coassatũ fuerit super altera coassatio struatur, clauisqꝫ fixa duplicẽ præbeat cõtignationi loricationẽ. Ply. sub dialia pauĩmẽta græci inuenere, talibus domos cõtegẽtes facili tractu, & tepẽte, sed fallax ubicũqꝫ imbres gelãt. Necessariũ bias per diuersum coassatiões substerni. Capita eaꝝ præfigi clauis ne torqueanť. coaxare ãt factitiũ uocabulũ est, ac ꝓpriũ rãarũ, ut balare ouiũ. crocidare coruorũ. Barrire Elephantoꝝ. A quo Elephanti ipsi barri dicunť, & os dentiũ ebur, quasi e barro. A quo eburneus, qđ ex ebore est, siue instar eboris albũ, ut eburnea facies. Horatius, quid tibi uis mulier nigris dignissima barris? Itẽ axis fera est in india humili pelle, pluribus candidioribusqꝫ maculis sacrorũ liberi patris. Axẽ ab agendo dictũ quidã putãt. Nã ueteres axit pro egerit usurpauere. Axis ergo circa quẽ aliqd agiť, hoc est moueť, uñ actiosi factiosi dicebantur. ꝙ una qd agerent facerẽtqꝫ. Itẽ axies mulieres, siue dii una aliquid agẽtes. axamẽta uocabantur carmina saliaria, quæ a saliis sacerdotibus in uniuersos hoĩes cõponebanť. Nã uersus in deos singulos facti a noĩbus eoꝝ appellabanť, ut ianuli. iunonii. mineruii. Axare ẽt antiq pro noĩare posuerũt. Axius paphlagonũ fluuius est. Axon ionũ in minori asia. axus macedonũ ad quẽ ducũt, quæ uolũt nigra aut fusca nasci, sicut quæ cãdida nasci uolũt, ad halialmonẽ ducũt. Itẽ conax flumẽ ẽ in extremis Rhenorũ. Sunt q axem græcã uocẽ eẽ existimãt. Quippe a græcis ασδωĩ, sed hoc quoqꝫ ἀπὸ τοῦ ἄγω deriuatũ esse manifestum est, qđ significat duco. Assis uero ab assidẽdo dicitur, sicut asser qđ eiusdem est significationis. & ab eo fit diminutiuum assula hoc ẽ tabella. A quo fit assulatĩ aduerbiũ, qđ ueteres pro mĩutatĩ usurpauerũt. Plau. priꝰ q̃ pul-

fando exitiũ forib⁹ assulati dabo. Idẽ. nisi dedolabo assulati uiscera. Itẽ a uerto siue uerso uersicolor. qd' apud iuriscõsultos significat id qd' uertit, hoc est mutat colorẽ. unde uestes, quæ ex lana nõ tincta, hoc est natiuo colore factæ sunt, coloriæ dicunt, qa naturalẽ colorẽ habent, siue albũ, siue pullũ, siue ruffum, q̃ uero in aliũ colorẽ uersæ sunt, uersicoloriæ. Proprie tamen uersicoloriæ, siue uersicolores dicunt, quæ uariis cõstãt coloribus, q̃si eos mutare inuicẽ uideant, ut est cauda pauonis, & collũ colũbæ. Liuius, punico bello interdictũ fuisse mulieribus ne uersicoloribus uestirent, qd' quomodo accipiẽdũ sit, Valerius maxim⁹ declarat. Quã fœmĩæ tollere cupiebant, quia iis nec ueste uarii coloris uti, nec auri plus semiuncia habere, nec iũcto uehiculo, ꝓpius urbẽ mille passus nisi sacrificii gratia uehi ꝑmittebat. Idẽ corpus alteri magnitudine eximiũ uersicolore ueste, pictisq̧, & auro cælatis refulgẽs armis. Ply. uersicolorib⁹ uiperarũ maculis. Idẽ, primũ (ut arbitror) uersicolores istas maculas chiorũ lapidicinæ ostẽderũt, cũ extruerẽt muros. Idẽ, ingens præterea turba primorũ uersicolorũ nigra. cãdida, ordearia appellata, & comitatu frugis eius & eodẽ colore. illud quoq̧ Virgilianũ uersicoloribus armis exponit seruius depictis, ꝓpter qd' bellicosus ostẽdit. Itẽ ueruex ab inuersis testiculis dr̃, est enim mas iter oues, cui iuersi, siue adempti sũt testiculi. nã qui ad generãdã sobolẽ integer tenet, dicitur aries. hoc itaq̧ differt ueruex ab ariete, ꝙ canterius ab equo. maialis a uerre. capus a gallo. caper ab hirco. Est enim proprie caper mas inter capras castrat⁹. Martialis, dum iugulas hircum factus es ipe caper. Nam Virgilius improprie caprum pro hirco posuit, dũ inquit, uirgregis ipse caper, sicut ẽt improprie brutũ aĩal uirũ appellauit. ponitur tamen caper pro masculo capraꝝ. & aries pro masculo ouiũ, dum sunt adulti, nec tamẽ coierũt. nã qui mĩores sunt, iter capras hedi. inter oues agni dicunt. Sed q post cal. Augusti cõcepti sunt, uocãtur socordes. nã coitus ouium optimus est a. iii. idus maias usq̧ ad cal. Augusti. sectarius ueruex a sequendo dicitur, qui gregẽ agnorũ ꝓcedens ducit, queadmodũ superius ostendimus. Caper & capra a carpendis uirgultis dicũtur. Rodit enĩ hoc animal omne uirgultũ. & in primis uites, ꝓpter quod baccho ĩmolari caper solebat. Ouidi⁹. rode caper uitẽ, tñ hic cũ stabis ad arã. in tua quod spargi cornua possit, erit. A capra caprea dicta, qd' quãdã (ut Varro inqt) capræ similitudinẽ hẽat. sunt. n. siluestres capræ, unde capreoli dicti. Virg. capreoli sparsis ẽt nũc pellibus albo. Capreoli ẽt uitiũ ueluti cincinni dicunt, ꝙ arbores, siue pedamẽta capiãt, qbus iuoluunt. Itẽ a capra capricornus cæleste signũ, de quo superius diximus, & capreus siue caprinus, qd' ex capra est. unde capreũ uillus, & caprinũ sæuũ dicimus. & capero uerbũ, qd' est rugis frontem contraho, & aspitatẽ uultus ostendo, tractũ a caprorũ frõtibus crispis. Plautus, quid illud ẽ? qd' ille caperat frontẽ seueritudĩe. hinc caperatũ rugosum dicimus, siue a cornuũ caprinorũ similitudine. itẽ a capreis capreæ dictæ. insula est ultra surentũ cãpaniæ urbẽ circiter octo milia passuũ, tyberii principis arce quondã nobilis, nũc coturnicũ multitudine, quæ ex italia euolãtes illic prĩcipio autũni capiunt. quo tpe pinguissimæ sũt. Findũt eas a sup̃iori pte, & detracto adipe reliquum corpus sale cõdiũt, adipẽ liquant, seruãtq̧ in alabastris, cõdiẽdis epulis iocũdissimũ. qd' gẽus ganeæ antiqui ignorarũt. Itẽ a capris alia insula in africa una ex fortunatis, de qua supra diximus. itẽ alia ultra corsicã capraria, quã græci aegimurõ dixere insidiosa naufragiis. iuxta quã alia insula, quæ a specie planaria uocatur, æqualis freto, ideoq̧ nauigiis fallax, & aliquãto ãplior gorgona. Itẽ cõtra cossanũ littus igiliũ & dianiũ, quã artemisiã uocãt. & contra magonem menaria, a pisciũ, qui menæ dicũtur multitudine. Colubraria a multitudine serpẽtiũ, qb⁹ abũdat. uenaria a uenis metalloꝝ. & ilua, quæ clara ẽ fodinis ferri, a græcis Aetalia dicta. ab ea planasia. & ultra tyberina ostia in antiano stura, & mox palmaria, & sinonia, & aduersus formias pontia, & in puteolano sinu pandataria. Deinde prochyta, quã quidam ab aeneæ nutrice appellatam falso existimant, quasi procaieta. dicta est aũt prochyta, quia profusa est ab aenaria ĩsula. nã græci προκεχύσθαι dicũt ꝓfusum esse. Aenaria ipsa a statione nauiũ æneæ uocitata ẽ, ab Homero. Virgilio. Lucano, inarime dicta, Virgi. tum sonitu ꝓchyta alta tremit, durũq̧ cubile inarime iouis ĩperiis ĩposta typhoeo. Lucanus, cui saxa uaporat cõditus inarimes æterna mole. Typhoe⁹ græci pithecusam uocant, nõ a simiarũ multitudine (ut quidam ignari existimarũt) quia πιθηκὸς græce simia dr̃, sed a figulinis doliorũ. Fiebant enim in ea insula dolia ex creta. græce uero dolium πίθος uocatur. in huius sumitate oppidũ fuit, qd' pluratiuo numero pythecusæ dicebãtur. Ouidius. in arimẽ, ꝓchytẽq̧ legit, sterilique locatas colle pythecusas. iter pausilippũ & neapolim megaris. Itẽ inter corsicam & sardiniã insulæ paruæ, quæ cuniculariæ appellãt. & pinton & fossæ. Corsicã græci Cyrnõ appellãt. Coloniæ sunt ĩ ea mariana a mario deducta, & aleria a sylla dictatore. Sardiniam qdã sandaliotin uocitauere ab effigie soleæ, q̃ græce sandalium dicitur. Alii ichnusam a similitudine uestigii. ἴχνος enim uestigium nũcupatur. cõtra pestanũ sinũ leucasia ẽ, a sirene ibi sepulta sic uocata. cõtra ueliã põtia, & isacia, utræq̧ uno nomine oenotrides appellatæ, & cõtra uibouem paruæ, quæ dicunt itachesiæ. uersus africam pytiusæ sunt a græcis ita uocatæ a frutice, qui ibi frequẽs pineo. & græce πίτυς nomina

tur. Colubrariã, de qua supra diximꝰ, græci Ophiusam nōiant. Inter hãc & pytiusam ebosus ē cuius terra serpētes fugat oīum uenenosorū aīaliū exps, eadē cūiculos gignit, populātes messes duaꝝ ꝓpinquaꝝ īsulaꝝ, ꝗ a nr̄is Baleares uocant, a græcis qa funda bellicosæ sūt, dicuntur Gymnasiæ. Ab iis mare ipm balearicū uocaṫ. Itē a capra caprimulgi dicūṫ, aues sunt merulæ aspectu aliq̄to grādiores fures nocturni iterdiu nō uidenṫ, nec ipsi uidēt. intrant pastoꝝ stabula, caprarūq; uberibus pp succū aduolāt qua iniuria emoriunṫ ubera capraꝝ, & capræ ipsæ q̄s mulsere cæcæ fiūt. Similis huic est alia auis noīe Platea, quæ ad eas aduolat quæ in mari mergūṫ, & capita earū morsu corripit. donec capturã extorqueat. Eadē cū se īpleuit cōchis, calore uentris coctas euomit, atq; ita carnē sumit testas excreans. Dicta est aūt platea a latitudine corporis. Græci.n. πλατὺν latū dicūt, unde plateæ areæ, seu uiæ latiores appellanṫ. Sūt q putent capras nō a carpēdo, sed a crepitu crurū appellatas, ꝓpter qđ eas prisci capras dixere Auribus eas spirare nō naribꝰ, nec unq̄ febri carere nōnulli putant. ꝙ aīa his aīalibus ꝗ ouibus ardētior ē, calidiorq; cōcubitus. Tradūt & noctu nō minus cernere q̄ īterdiu, & ideo caprinum iecur, si in cibo sumaṫ restitui uesptinā aciē iis, quos græci nyctilopas, nr̄i luciosos uocant, qui īterdiu nihil, uesperi satis uidēt, meliusq; sine lucerna quoꝝ morbus lucio dr̄. Varro, is plane cæcꝰ nō luciosus est. idē, uespe aūt uidere, quos appellāt luciosos. depēdet ex caprarū mēto uillus, quē arūcū uocāt, hoc siqs apprehēsam ex grege unā trahat, cæteræ ueluti stupore quodā attonitæ spectāt, caprarū barba sirulū uocaṫ, & noneolæ appellanṫ papillæ. quæ ex earū faucibus dependent. Morsus earū arboribus exitialis est, Oliuas lambendo quoq; steriles faciūt, ob quā cām Mineruæ īmolari a ueteribus solebāt. Capronæ nō a capris dictæ sunt, sed a capite q̄si a capite ꝓnæ. Sūt.n. comæ, quæ ante frontē depēdēt. Lucil. aptari caput fluitare capronas altas frontibus īmissas ut mos fuit illis. Itē caprificus nō a capris, sed a carpendo uocitata est, ꝙ parietes, ac muros carpat. Est.n. Caprificus e siluestri genere ficus nunq̄ maturescens, quæ fere ruptis saxis aut parietibꝰ solet erūpere. Ab hoc fit Caprificor, a quo caprificatio. Est aūt caprificari adhibita caprifico, ne fructus ꝓpinquæ ficus ante maturitatē decidāt ꝓuidere. Quippe caprificus qđ ipa non habet, alteri tribuit, qm̄ eū naturalis causarū trāsitus atq; e putrescentibus semper aliquid generaṫ. Nascunṫ in caprifico parui culices, qui fraudati alimēto in matre, hoc est putri eius tabe ex qua nati sunt, ad cognatā ficū euolāt, morsuq; ficorū crebro ꝓpter auiditatē cibi aperientes ora eorū, atq; ita penetrātes, solē primo secū inducūt. mox lacteū humorē absumunt. atq; ita maturitatē, quā mr̄es n̄ hn̄t cognatæ arbori īducūt. A caprifico caprifici appellati sūt cāiculares dies, ꝙ eo fere tēpore mulieres Romanæ liberæ simul atq; ancillæ sub arbore caprifico sacra faciebant. Erat aūt initiū caprificorū post exortū canis, qui dies Vulcano sacer erat. Ouidiꝰ nocte sequente diem canis erigoneius exit, Est alio signi reddita causa loco, proxima Vulcani lux est ubi luxtria dicunt. Lustranṫ pure q̄s facit ipse tubæ. Ply. aestiuæ mellis uindemiæ attici signū dederūt initiū caprificorū, diē Vulcano sacrū. idē, Camæleōti figura & magnitudo ē lacerti, nisi ꝙ crura habet recta, & excelsiora latera uētri iunguntur, ut piscibus & spina simili mō eminet rostrū simile suillo cauda prælonga, in tenuitatē desinēs, & īplicās se uiperinis orbibꝰ ungues adunci, motus tardior. ut testudini corpus asperū, ut crocodilo, oculi in recessu cauo tenui discrimīe ꝑgrandes & corpori concolores, nunq̄ eos operit, nec pupillæ motu, sed totiꝰ oculi uersatione circū aspicit. ipse celsus hianti semp ore. Solus aīaliū nec cibo, nec potu alitur nec alio q̄ aeris alimēto, & coloris natura mirabilior. mutat nāq; eū subinde, & oculis, & cauda & toto corpore, redditq; semp quēcūq; ꝓxime attingit, ꝑter rubrum, candidūq;, defuncto pallor est. sanguis in corde. & circa oculos tantū. uiscera sine splene, circa caprificos ferus, īnoxius alioquin hyeme latet, ut lacerta. Quod aūt hoc sit caprificorū tēpus ostēdit alibi. Ply, cum inquit, Alterū genus est mellis æstiui ipso syrio explēdescente post solstitiū diebus triginta fere. Quod uero eodē tpe sub caprifico mulieres sacrificarent. Macrobius testaṫ his uerbis. Nonis iuliis diē festū esse ancillarū tā uulgo notū est, ut nec origo, & cā celebritatis ignota sit. Iunoni enim Caprotinæ die illo liberæ pariter, ancillæq; sacrificabāt sub arbore caprifico in memoriā uirtutis, quæ in ancillarū aīs pro cōseruatiōe publicæ dignitatis olim apparuit. Nā post urbē captā cū sedatus eēt Gallicus motus, respublica uero esset ad tenue deducta finitimi oportunitatem inuadendi romani noīs aucupati ꝑfecerūt sibi posthumiū liuiū fidenatiū dictatorē q mādatis ad senatū missis postulauit, ut si uellēt reliqas suæ ciuitatis manere, matres familias sibi & uirgines dederenṫ, cūq; patres essent in ancipiti deliberatione suspensi, ancilla nomīe tutela, seu Philotis pollicita est se cū cæteris ancillis sub noīe dominarū ad hostes iturā, habituq; matrūfamilias, & uirginū sumpto hostibus cū ꝓsequētiū lachrymis ad fidē doloris īgestæ sūt. Quæ cū a liuio in castris distributæ fuissent, uiros plurimo uino ꝓuocarūt, diē festum apud se esse simulātes, quibus soporatis ex arbore caprifico, quæ castris erat ꝓxima, signum Romanis dederūt, q cum repentina incursione supassent, memor beneficii senatꝰ oēs ancillas māu iussit emitti, dotēq; eis ex publico fecit, & ornatū, quo tūc erāt usæ, gestare cōcessit, diēq; ipm nonas

caprotinas nűcupauit,ab illa caprifico,ex qua signű uictoriæ cœperűt,sacrificiűq; statuit ánua solénitate celebrandű,cui lac qđ ex caprifico manat,pp eius facti memoriā adhibetur.itē a capra caprigenű dicimus,qđ ex caprarű genere est.& caprariű,quo qdá utunť pro custode caprarum.& caprile pro loco ubi capræ tenentur.& rupicapra,de qua supra diximus,capra silueftris hircus uero nō diciť,nisi postq̄ coire,fetereq; incœperit.quidā ab hirsuto dictum opinanť. Vñ hircipili hoíes uocanť,qui duros habent pilos.hirsutus āt ab horreo & seta deduciť,quasi horrens setis,& similiter hirtus & hispidus eiusdē significationis.hoc est setosus.horridus. Vigili. cui laterű tenus hispida nāti frōs hoíem p̄fert,ab hirco fit hircinus adiectiuű. Apuleius,homo sordidus,& hircina libidine fetēs.Itē hirquitallus puer q tum primum ad uirilitatē accesit a libidine hircorű ita appellatus.hirquus enim & per.c.& per.q.scribitur.unde hirqui oculorum anguli dicunť.Virg.trāsuersa tuētibus hirquis,idest oculis in hirquos,hoc est ī angulos oculorum retoris.tractű est āt ab oculis hircorű,qui ob libidinis ardorem trásuersum semp aspiciunt.hirci cyniphii dicűtur a flumine africæ,qui cyniphs,siue cyniphos uocatur iuxta oensem ciuitatem,quo noíe ēt regio appellatur,in qua maximi sunt hirci,hinc grex cyniphius,hoc ē grex hircorű diciť.& cyniphia pellis hircina.Martia.de udonibus,non hos lana dedit,sed olētis barba mariti.cyniphio poterit planta latere sinu uestis quæ ex hircorű seu capellarum pilis fit,ciliciű uocatur,ꝙ eius usus ī cilicia ortus sit,ex phrygia quippe cilicia,& cætera eius generis solebant afferri,sed ꝙ primű ea tonsura(ut Varro scribit)in cilicia sit instituta nomen id a ciliciis sumpsere. Arietē quidam ab ara dictum existimant,qđ aris imponi ad sacrificia soleret.ab eo fit Arietinus adiectiuű.Ply.arietinű iecur ad id utile est.idem,arietinű cicer,qđ arietio capiti simile est,unde ita appellať.& arieto uerbű,qđ est percutio,tractű ab arietű similitudine cuiꝰ firmissimum caput,& solidissima cornua faciűt,ut magno ípetu non mō se inuicē,sed qcquid obieceris pcutiant.hīc arietatio dr̄ pcussio & frequēs ictus. aries ēt ab huius similitudine bellica machina appellať.materia,ac tabulatis testudo cōtexitur,quæ ne flámis exuri possit corio,siue cilicio seu centone uestiť.intrinsecus accipit trabē,quæ si adunco p̄figitur ferro,falx uocať ab eo ꝙ incuruata ē,ut ex muris lapides extrahat,si uero caput ipsius ferro tegiť,aries appellať. uel ꝙ instar arietini capitis fieri solebat,uel ꝙ hēt durissimá frontē,qua subruat muros,uel ꝙ more arietű retro cædit ut cű ípetu uehementius feriat.testudo āt a similitudine ueræ testudinis uocabulű sumpsit,q̄a sicut illa modo reducit caput,mō ꝓfert,ita hmōi machina interdum reducit trabē,interdű effert.ut uehemētius feriat.Itē aries cæleste signű est. quidam hűc existimant eē quē Hesiodus & Pherecides scripserunt habuisse aureā pellē. tradűt phryxű athamantis regis thebarű ex hesphele uxore filiű una cű sorore Helle,cű defűcta mr̄e nouercæ,quæ Ino uocabať,insidias ferre nō possent,cōsentiēte patre de fuga cogitasse.itaq; arietem aurei ueleris datű sibi a matre dű uiueret(ut qdā uolunt)ut alii a patre,cōscendisse,& pōtű ea pte,q̄ angustiorē trāsfretare cœpisse.hellē puellari timore exterritā decidisse in pōtű,unde qui prius pontꝰ dicebatur,hellespontus est uocatus.phryxű uero icolumē ī colchos ad oetā regē puenisse,hic arietē quo uectus fuerat ímolasse ioui & pellē aureā in tēplo fixisse. arietē ipsum ī cœlű a ioue trāslatű,& inter sydera locatű pristinā effigiē tenuisse,qui a phryxo phryxeus est uocatus. alii hűc eē arietē dicűt,q libero patri p deserta libiæ exercitű ducēti,& siti laboranti,apparuit,fontēq; amœnissimű ostēdit ut superius diximus.quapropter liber pater tēplű ioui āmoni eo in loco cōstituit & simulachrű cű arietinis cornibꝰ fecit arietē inter sydera figurauit,ita ut cű sol. in eo signo foret,oía nascentia recrearenť,qđ ueris tpe fit,ea maxime rōne,quod p eum liber siti pereuntē exercitű liberauerat.duodecim p̄terea signorű principē tradűt hűc esse uoluisse,ꝙ optimus exercitus sui ductor fuisset.sunt ēt qui scribant quo tpe bacchus Aegyptű tenebat,Ammonē quēdá ex africa uenisse,& pecudű multitudinē ac liberű duxisse,quo facilius,& illiꝰ gratiá sibi cōciliaret & ipse aliqd inuenisse diceret.itaq; pro eo beneficio agrű ei a baccho datű q est cōtra thebas ægyptias,& q simulachra eius fecerunt,cornuto capite ea figurasse,ut hoíes memoria tenerent,hunc primű pecus ostendisse.bacchű uero memoriæ gratia arietē in cœlű transtulisse.hoc sydus in æqnoctiali circulo cōstitutű ē. caput est ad exortű habēs a primis pedibꝰ exoriēs,& caput pistricis pene cōtigēs hēt in capite stellá unā,ī cornibus tres.in pede priore de primis unā.in scapulis quatuor.in cauda unā.sub uentre unā.in lűbis tres.in pede posteriori unā.aries ēt marinus piscis.siue marina belua est cādore tm̄ cornibus assimilatis.hedum dictű putāt quasi fœdű,agnű uero a græco ἁγνὸς,quod castum significat,eo ꝙ sit hostia pura & īmolationi apta.ab his hedinus,atq; aginus deducunť.a ueruex fit ueruecinus.Ply. & hircinus,ac ueruecinus adeps ei utilis est.Itē a uerto uermis,q̄a sese uertēdo hoc est torquēdo repit unde uerminari positű ē ꝓ torqueri,& uermina dicuntur dolores corporis cű quodá minuto motu,quasi a uermibus scindi uideať. Varro,septimo mense uerminari cœpit,ptű putauit propiquű.Ply.magi eo uermía,& dysenteriā curari putāt.idē morbꝰ ēt uerminatio dr̄ p̄sertim in eqs,ac iumētis.Ply.iumētorű urinæ tormina uesptilione ad alligato finiűtur uerminatio ter

Puer hirquit

circũlato uerendis palũbo,mirũ dictu palũbus emiſſus morit̃,iumentũq; liberat̃ cõfeſtim.uerminare uero ẽ uermes habere.Corne.celſus,nihil eſt pnitioſius pueris,dũ uermināt,hoc ẽ dũ uermes habent.hĩc uerminoſæ aures dicunt̃,quæ uermes intus habent.oriunt̃.n.qñq; in auribus uermiculi,qui ſi iuxta ſunt ꝓtrahendi oriculario ſpecillo ſunt,ſi lõgius,medicamẽtis euocandi,cauendũq; ne poſtea naſcant̃.Martia.de auriſcalpio.ſi tibi moroſa prurigine uerminat auris,arma damus tātis apta libidinibus.a uermis fit diminutiuũ uermiculus,a quo uermiculor uerbũ,qđ eſt uermes facio.Plyni.uermiculant̃ magis minuſue q̃dā arbores oẽs tñ fere,idq; aues caui corticis ſono experiunt̃.hinc ẽt uermiculare ueteres dixerunt,minuta opera facere,& uermiculata opa paruis teſtulis elaborata,q̃lia ſunt quæ nũc a muſeis muſeaca uocāt.muſea.n.dicuntur,quæ in ædificiis ex pumicibus depẽdentia fiũt ad imaginẽ ſpecus arte reddendam.Ply.uermiculatis ad effigiẽ rerũ,& aĩaliũ cruſtis.Lucil.arte pauimẽto,atq; emblemate uermiculato,& uermiculatim aduerbiũ dicimus minutĩ.nobis placet hoc genus operis quod græci ἀπὸ τοῦ ἐμβάλλω,qđ eſt interſero,emblema uocant,triſariā diſtingui,ut qđ ĩ parietib⁹ fit uermiculatũ ſiue muſeacũ dicat̃,qđ in lignis,ſegmentatũ,de quo ſupra diximus,qđ in pauimẽtis teſſellatũ.conſtat tñ hæc apud auctores ſæpe cõfundi.multa ſunt āt uermiũ genera.eſt hirudo in aq̃s habitās,quæ & ſanguiſuga appellat̃,maximũ elephantorũ malũ,etenĩ in potu hauſta ubi in ipſo ani canali ſe fixit intolerabili afficit dolore.Hora.nõ miſſura cutẽ niſi plena cruoris hirudo.Itẽ in gāge flumine indiæ piſces ſunt,q a facie uermes dicunt̃ binis branchiis,ſexaginta cubitorũ,cærulei,q̇bus tāta uis eſt,ut elephātos ad potũ uenientes mordicus cõprehẽſa ꝓboſcide abſtrahānt.Teredines uermes ſunt in ligno naſcentes a terẽdo dicti ſiue a græco.nam & græci τερεδῶνας uocāt.quatuor earũ genera ſunt.primũ capite ad portionẽ grauiſſimo,rodũt dentibus,hæ tm̃ in mari,hoc ẽ nauibus ſentiunt̃.& hæc ꝓprie dr̃ teredo.terreſtres uero tineæ uocant̃,& q̃ culicib⁹ ſimiles ſunt,thripes.thrips aũt ἀπὸ τοῦ θρύπτειν,appellata ẽ,qđ ſignificat terere.quartũ genus eſt ex uermiculoꝝ genere,quorũ alii putreſcẽte materia gignunt̃,alii pariunt̃.ex eis qui uocat̃ ceraſtes,cũ tm̃ eroſerit,ut ſeſe circũagat,generat aliũ.ceraſtes autẽ a corniculis appellat̃,quæ gemina habet in capite.eſt & ceraſtes ſerpentis genus quadrigemina p̃ferens cornicula,quorũ oſtentatione ueluti eſca illico ſolicitatas aues perimunt.nā reliq̃ corporis de induſtria arenis tegũt,nec ullũ indiciũ ſui p̃bent.niſi ex ea pte,qua inuitatis dolo paſtib⁹ necẽ auiũ aucupent̃.dictæ ceraſtæ ἀπὸ τῶν κεράτων,hoc ẽ a cornib⁹.coſſus uermis eſt q ĩ robore naſcitur.hoc ueteres ꝓ delicatiori cibo ueſci ſolebāt,atq; ẽt faria ſaginare,ut uermiculi quoq; altiles fierẽt.ab huius ſimilitudine antiq coſſos uocauere,hoĩes rugoſos atq; aſperæ cutis.intra hoĩem tineæ gignunt̃ tricenũ aliqñ pedũ,& pluriũ longitudine,& in capillo,ac nõnunq̃ ĩtra ueſtes pediculi,qui tāta multitudĩe ĩterdũ gignunt̃,ut morbũ faciāt,qui a græcis phthiriaſis,a nobis pedicularis dr̃,qua fœditate Sylla dictator & apud græcos Alcmā clariſſim⁹ poeta obiiſſe tradunt̃.lacedæmonius hic fuit,uel(ut crates refert)e lydia.ſardenſis poeta lyricus fili⁹ damātis claruit.xxvii.olympiade,cũ apud lydos regnaret ardis pater aliatæ,& cũ nimio amore puellā quādā deperiret,amatorios cātus primus inuenit.e ſordibus aridi ſoli pulex gignit̃ A a polluendo dictus,ſaltu.& poſteriorũ crurũ laſciuia ĩſignis tarmes genus uermiculi eſt,carnẽ exedẽs.ẽ & alius uermiculus,quẽ uulgo nõ inelegāter pedicillũ uocāt,q̃ſi paruũ pediculũ qui ĩter pellẽ carnẽq; pnitioſo morſu hoĩem lædit.ẽ & aliud genus ĩfixo ſp ſanguini capite uiuẽs,cui uni ex oĩbus aĩalibus cibi exitus nõ ẽ,ſed uſq; adeo ĩtumeſcit ſacietate,ut ipſo alimẽto moriat̃,hoc græci κρότωνα uocāt.latini rediuiũ a rediuiendo,hoc eſt ſoluendo,ꝙ carnem aĩaliũ ſuctu reſoluat.ceræ quoq; uermiculũ gignũt qui aĩalium oĩum minim⁹ exiſtimatur,& ab Ariſtotele dicit̃ Acar.Itẽ aĩalia in eſculis naſcunt̃,quæ appellant̃ galbæ mire exilitatis,unde q primus ſulpitiorũ cognomẽ galbæ tulit,ab exilitate ita uocitatus eſt,q̃uis alii econtrario qđ p̃pinguis fuerit,ita noĩatum ſcripſerint.talem.n.galli uocant galbam.alii ꝙ oppidũ hiſpaniæ fruſtra diu oppugnatũ illatis demũ galbano facibus ſuccenderit.nõnulli ꝙ in diuturna ualitudine galbeo hoc eſt remediis lana inuolutus aſſidue uteret̃.in lanis quoq;,& ueſte puluis tineas gignit p̃cipue ſi araneus una ĩcludat̃.ſitit.n.& omnẽ humorẽ abſorbens auget ariditatem.hic & in chartis naſcit̃,habet & canis in lingua uermiculũ,quẽ ſupra diximus Lyttā appellari.Itẽ aliud peculiare malum,uermẽ alatum,qui lancinat aures,quæ defendi morſu nõ poſſunt.Ricinus a nr̃is dicitur.Ariſtoteles κυνοῤῥαιστὴν uocat.Var.Quidā nucibus græcis in aqua tritis perungũt catulorũ aures,ꝙ ricini ſoleāt,ſi hoc unguine non ſis uſus,eas exulcerare.Columella,fere autem per æſtatem ſic muſcis catulorum aures exulcerantur,ut ſæpe totas amittant.qđ ne fiat amaris nucibus cõtritis liniẽdæ ſunt.Quod ſi ulceribus iam præoccupatæ fuerint,iunctam picem liquidā Suillo adipi uulneribus inſtillari conueniet.hoc eodẽ medicamento cõtacti ricini concidunt.Ab huius animalis ſimilitudine ricinus dicit̃ herba inſtar arboris,quæ alio nomine Cicy appellat̃.Alii uocant ſcrotonẽ.Alii Chibim.Alii Siſamon ſilueſtre.Alii Siſelin cyprion.Nonnulli pentadactylon.Alii Helioſcopiũ,quia ſemper ad ſolẽ uertitur ἀπὸ

του σκοπεῖν

τοῦ σκοπεῖν τὸν ἥλιον. Dioſcorides arboroſum fruticem uocat ſimilem ficui, ſed minorē, folia ſimilia platano, ſed maiora. lenia. & nigriora, ex qua exprimiť oleū cicynū. ſemē ꝓducit huic aīali ſimillimū. ideoq; nomē quoq; ab eo ſumit. eſt e genere tithymalli, quā noſtri herbā lactariā uocant. alii lactucā caprinā, cuius lacte īſcripto corpore cū inaruerit, ſi cinis inſpergatur, apparet litteras tradūt, & hoc mō adulteras quoſdā alloqui maluiſſe, q̄ codicillis tithymalli multa ſunt genera. primū characias, q maſculus exiſtimatur ramis digitali craſſitudine quinq; aut ſex. cubitali longitudine, a radice foliis fere oleæ, ſemē eius cū melle decoctum ī uſu eſt ad catapocia, hoc eſt pilulas faciēdas ſoluēdi alui gratia. ideo medici noſtri tpis herbā hanc corrupto (ut in pleriſq; aliis) uocabulo catapuciam uocāt. alterū qđ myrſinitē noīant. alii caryotē foliis myrti acutis, & pūgentibus, fructus eius nux uocať. ideo herba ipſa caryotes appellata eſt, nam κάρυον græci nucē uocant. tertiū qđ paralius nūcupať, ſiue tithymallis folio rotūdo. caule paulū alto ramis rubētibus.. quartū ſimili mō heleoſcopiū ſemine albo colūbis gratiſſimo. q̇ntū cypariſſum pp foliorū ſimilitudinē cū cupreſſo. ſextū platyphyllō uocant. alii corymbiten. alii amygdalitē, a ſimilitudīe, nec ulllius latiora ſunt folia. ſeptimū dendroides, hoc eſt ramoſum, & codion, & leptaphyllō a tenuitate foliorū, comoſiſſimū ex oībus, & cauliculis maxime rubentibus & ſemine copioſiſſimū. eſt & alius uermiculus cimex uulgo dictus, odore fœdus, ex ligno naſcens, chartiſq; & paleis. Itē alius tunicas ſuas trahens cochleæ mō, ſed ita ut pedes eius ſpectenť. Ariſtoteles Xylotrophō uocat, & proceſſu tpis trāſit in chryſaliden ſpoliatus ſtatim expirat. cātharides uermiculi ficorū ſunt. & pyri, & pinus, & cynacanthe, quæ arbuſcula ē, ueluti acinos uuæ producens. latini canināſentē, & uulgo uuā ſpineā nominant. rurſus culices aceſcēs uinū gignit, quos Ariſtoteles culices uīarios uocat. nā generali noīe, & alii uermiculi parui alati dicunť culices, īter quos ſunt q muliones appellantur arborarii pici roſtrū habētes, & plus uno die nō uiuentes. culices græci κώνωπας uocāt, unde conopeū uocitatū eſt tētoriū, ad arcēdos culices cōtextū, qđ ſupra lectū explicari cōſueuit. quinetiā in niue uermiculi naſcūtur, q niuales tineæ dicunť. Ariſtoteles uermes in niue uetuſtiori, q̇bus hirti ſunt pili & rubidi, & ipſa nix uetuſtate rubeſcit, ſed in niue mediæ terræ candidi, & grandiores inueniunť, torpēt oēs ac difficulter mouenť. & ignis uermē gignit uolucrē maioris muſcæ magnitudine, q pyralis, & a q̇buſdā pyrauſta noīatur, uiuēs q̄diu in igne eſt, cū primū euaſit, moritur (ut ſupra diximus) hypanis fluuius in ponto circa ſolſtitiū defert tenues mēbranas acinorū inſtar, q̇bus erūpit uermiculus ad ſimilitudinē ſupradicti, nec ultra diē uiuit ob id hemerobiō uocať, quod uitā unius diei habeat. ἡμέραν. n. græci diē dicūt. βίον uitā. eſt & aliud genus culicū, quos uocāt centrinas fucis apum ſimiles ignauia. malitiaq; cū pnicie uerorū, & utiliū. interimunt. n. illos atq; ipſi emoriunť, a pūgēdo āt nomē ſumpſere, qđ græci dicunt κέντειν. cōuoluolus uermis ē minor eruca corrodēs pubeſcentes uuas, quē alii uoluocē appellant, qđ uitiū frondibus bōbicū more ſeſe conuoluunt. remediū eſt falces poſtq̄ exacutæ ſunt, fibrina pelle detergere, quēadmodū & cōtra erucam, quæ puſillus & ipſa uermis eſt, ab erodendo uocata, remedium eſt uiſco uitē ābire. cōuoluolū ēt herbā uocāt naſcētem p fruteta, nullo odore, nec crocos ītus habēs, ſed florē tm̄ ac cādorē lilii referens, ueluti rudimentū naturæ lilia facere cōdiſcētis, dicta cōuoluolus, qđ ſeſe rei cui adhæret inuoluat. eruca quoq; herba ē ita dicta, qđ beſtiolas oēs corpori innaſcentes erodat, huius in cōdiendis obſoniis tanta eſt ſuauitas, ut græci euzomon appellarint, ob bonitatē iuris, εὖ enim bene dicūt ζωμὸν ius, uenerē mirifice ſtimulat (ut ſupra diximus) raucæ uermes ſūt terreni, radices arborū lædētes. Ply. olea ubi quercus effoſſa ſit male ponitur, quando uermes qui raucæ uocātur, in radice quercus naſcuntur, & tranſeūt. multipeda aīal eſt e uermibus terræ piloſum, multis pedibus, arcuatim repens tractuq; contrahēs ſe, a græcis Ips uocať. alii ſcolopendrā noīant. alii millepedā. alii centipedā. onyſcus uero ſiue tylus uermiculus eſt pluribus pedibus, colore fuſco, ſub lapidibus, aut figulinis uaſis uiuens, q tactus arcuat ſeſe, atq; in globū cōtrahit ad ſimilitudinē paruæ pilæ, hic in cortice punici mali decoctus cū porri ſucco dolorē auriū ſanat. cāpe uermiculus eſt hortēſes maxime herbas, & arborum frondes erodens, dicta ἀπὸ τοῦ κάμπτειν, quod flectere eſt. Columella, nec ſolum teneras audent erodere frondes, implicitus cōchæ limax, hirſutaq; cāp. ehic hippocampæ dicti ſunt piſces, q & eq marini appellanť. a flexu caudarū, quæ piſcoſæ ſunt. Ply. hippocāpinus cinis alopecias tollit. hinc ēt pityocāpe uermes ſunt e pinū arbore naſcentes morſu uenenato, nec diſſimili a bupreſtis morſu, de qua ſupra diximus. Ply. uſus ſapæ contra cātharidas, bupreſtim pinorꝫ quas pityocampas uocant. galenus πιτυοκάμπαι πίτυος εἰσὶ κανθαρίδες βουπρήσει ὁμοίως. Rotundæ tineæ in hominum corporibus dicuntur ad differentiam aliarum, quæ non ſunt rotundæ. Ply. Aiſoi ſuccus aluū ſiſtit, & dyſenterias, & tineas rotundas pellit. uermes terreni lūbrici appellantur a lubricitate, ut opinor dicti. inter uermiculos & locuſta poni poteſt, de qua ſupra diximus. & bruchus uermiculus haud diſſimilis locuſtæ herbas erodēs, ſine alis tamen. & gryllus, cui magnā auctoritatem perhibent. Nigidius, magiq;, q retro ambulat ter

ram terebret, noctibus stridat. blattæ quoq; uermiculi ex igni sunt lucē fugientes & tenebrarum alũnæ in balneis maxime humido uapore prognatæ. plura earũ genera sunt, molles quæ in oleo decoctæ uerucas mirifice tollunt. alterum genus mylochon uocant, qd circa molas fere soleat nasci. græci enim μύλον molã uocant. tertiũ genus est odoris tedio īuisum, hãc quidã putãt a cimice, de quo supra diximus, nõ differre. tauri uocãtur scarabei terrestres ricino similes, nomen cornicula dedere. quidã pediculos terræ uocant. melolãtha quoq; genus scarabei est colore uiridis nascens (ut Aristoteles refert) e uermib⁹ fimo bouis aut iumenti creatis. sunt ēt ex scarabeorũ genere grãdiores cornua p̄longa bisulcis dentata forficibus in cacumine habentes, quos Nigidius lucanos appellat. alii e fimo ingentis pilas auersi pedibus uolutant paruosq; in iis contra rigorem hyemis uermiculos nidulanť. hos ægyptii loco numinũ colunt, qm̃ solis operũ similitudo quædam huic animali est. est & genus eorũ albis guttis distinctum qd fullo appellať, uolitant alii magno cũ mugitu, alii terrã frequentibus foraminibus excauãt crustas habent oēs dũtaxat ad tutelã pēnarum a natura datas. in thraciæ ptib⁹ iuxta olynthiũ locus est paruus, in quo unũ hoc aĩal necať, ob hoc dictus cãtharolethrus. κάνθαρος .n. græce scarabeus uocatur. ὄλεθρος pernices dicitur. papiliones quoq; īter uermiculos numerãt, multa eorum genera nullũ aĩal imbecillius est solo fere tactu necatur. is qui lucernarũ luminibus aduolat, inter mala medicamenta a magis p̄cipue numeratur. lucet ignium modo noctu, laterum, & clunium colore cicindela, a græcis lampyris dicta. quidam noctilucam. alii nitedulam uocant, non ante matura pabula, aut post defecta cõspicitur. nũc pēnarum hiatu refulgēs, nũc cõpressu obumbrata. huius aĩalis stellantes uolatus maturitatis hordei signum rusticis p̄bent mira benignitate naturæ. ab hac lychnus pensilis, quē uulgo lampadem uocant, cicindela appellatur, quæ nocte tota seruatur accensa, & lãpyridis instar lucet. Martialis de cicindela, ancillã tibi sors dedit lucernæ totas quæ simul exigat tenebras. item uermes sunt aranei. uespæ. stelliones bõbices. & uesparũ genere pseudospecæ, de quibus supra diximus, uermes sunt & muscæ notũ animal, alis sonãs, cui aculeus in ore pro lingua est, nec ad punctũ, sed ad suctum a natura datus, ut culicibus, & quibusdam aliis. muscæ humore exanimatæ, si cinere condãtur redit uita, hoc aĩal græce μῦα dicitur, a quo fit cinomyia, hoc est canina musca. muscam sine memoria esse prodiderũt. in creta mons quidam est carina nomine, nouē miliũ passuum ambitu intra qđ spatiũ muscæ nõ reperiuntur, natũq; ibi mel nusq̃ attingunt, quo experimento singulare medicamentis eligitur. e uermiũ etiam genere sunt tabani, qui & asili dicũtur, in extremis fauis aliqñ nascentes ueluti grandiores apes, gallinarũ mõ incubãt, qđ exclusum est primum uermiculus uidetur candidus. græci hoc malũ œstrum nominant. Virg. est locus silaris circa ilicibusq; uirentem plurimus alburnũ uolitans cui nomen asilo, romanũ ē œstrum graii uertere uocantes. asper acerba sonans. quo tota exterrita siluis diffugiunt armenta. crabrones uespis similes sunt, degunt siluestres in arborũ cauernis. uita bimatũ nõ transit. ictus eorum nõ fere sine febri ē. sunt qui putent ter nouenis punctis interfici hominem. Mitiorum minores opifices uocanť, q hyeme moriuntur. maiores dicuntur matres, hæ biēnio durant. nidos uere faciunt fere quadrifores, in qbus opifices generentur. his educatis alios deinde nidos maiores faciunt, in quibus matres futuras ꝓducant. opifices tunc munere funguntur, & pascunt eas. & cicadæ uermes sunt, quarum duo genera. minores q̃ primæ proueniunt, & nouissimæ pereunt, hæ mutæ appellanť, nõ ꝙ nihil canãt, sed ꝙ parũ canãt. & maiores, quæ canũt, eædēq; nouissimæ ꝓueniunt, & primæ intereunt, hæ uocantur achetæ, hoc est argutæ ἀπὸ τοῦ ἠχῶ, quod est sono crepito, unde echo dicta est uox in nemoribus, & locorũ concauitatibus resonãs. & inter has, q̃ minores sunt uocãtur tettigometræ, hoc est cicadarum matres. τέττιξ enim cicada dicitur μήτηρ mater, sed illæ magis canoræ sunt. in utroq; genere mares cãtant, fœminæ silent. in oriente iis hoĩes uescuntur, p̄sertim parthi licet opibus abundēt, ante coitũ mares præferunt, post coitũ fœmĩas. sola cicada ex oĩb⁹ quæ uiuũt, sine ore ē, pro eo aculeatũ qddã ĩ pectore habet lĩguæ simile, quo rorē lãbit, & pectus ipsum fistulosum, quo uocē emittit. excitatæ cicadæ cũ subuolant, humorē emittũt, qđ argumentũ est rore eas ali. quidã duo alia genera earum faciunt, surculariã q̃ grãdior est, & frumentariã, quã alii auenariã uocant, qm̃ simul cũ frumētis arescentibus apparet. Cicadæ nõ nascunť ubi raræ arbores sunt. in regino agro silent oēs, ĩ locrensi ultra flumen cantant. formicæ quoq; uermes sunt, & ex pusilibus uermibus nascuntur. condunt æstate cibos q hyeme sufficiant. siquis onera q̃ gerunt, corporibus earũ comparet, iudicabit nulli aĩali secũdũ portionem uires esse maiores. morsu minora onera gestant, maiora auersæ postremis pedibus impellunt. semina cõdunt semirosa, ne rursus in fruges exeant. madefacta imbre ad solem ꝓferũt, atq; exsiccant, deinde reponunt, operanť & noctu plena luna ĩterlunio cessant. silices itinere earũ attriti spectantur, & in opere semitæ factæ, tm̃ in oĩ re põt quantulacũq; sedulitas. sepeliuntur inter se, qđ nulli alteri aĩali præter hoĩem accidit. aliquando pēnatæ reperiuntur. indicæ formicæ cornua habent, egerunt aurũ ex cauernis terræ in regione

gione

giõe ſeptẽtrionaliũ idorũ, qui dardæ uocanť, colorẽ feliũ habent.magnitudinem ægypti luporum.aurum ab his hiberno tpe erutum indi per æſtatem furantur illis ꝓter feruorem ſolis in cuniculis latẽtibus,quæ tñ odore ſolicitatæ prouolant, & crebro raptores lacerant,q̃uis uelociſſimis camelis fugientes,tãta eſt eius aĩalis cũ amore auri feritas atq; pernicitas.ob eã cãm raptores ferinas carnes p diuerſa loca diſponunt,ut illis diſtractis auri ſtrigmẽta tuti aſportẽ quæ fuſionis ignari,aduenis mercatoribus uẽdũt.eſt & genus formicarũ uenenatum, qđ a fugiendo ſolẽ ſolifuga noĩatur.concitatur.n.acrius feruore ſolis, ideoq; eum fugit quantũ põt non nouit eas italia.betica ſolpugas appellat.Lucanus,quis calcare tuas metuat ſolpuga latebras.idem genus eſt leonũ in regione ægypti ſub promõtorio,qđ auſtri cornu appellať,q formicæ dicuntur,& genitalia ſurſum uerſa habent,colorẽ aureũ,glabriores ſunt ægyptiis. ſcorpius quoq; ſiue ſcorpio uermis eſt uenenoſus eo importunior cæteris, qđ grauiore ſupplicio afficit,lenta morte triduo cõficiens.ictus eius fœminis letalis eſt,præſertim uirginib⁹,uiris tm̃ matutino tpe,priuſq̃ aliquo fortuito ictu ieiunũ uenenũ emittat.id in cauda habet, ferit ſemp obliquo ictu.nec unq̃ deeſt uenenũ medio die,cũ feruet ſolis ardoribus,nec cũ ſitit ſemp inexplebilis potu.in Africa pẽnas, nõ ferit man⁹palmã,nec niſi pilos attigerit.ipſe ſuæ plagæ ĩpoſitus,aut aſſus in cibo ſumptus,aut potus in duobus cyathis meri lenit dolorẽ.fœtũ ſuum deuorat,unũ tm̃ relinquens ſolertiſſimũ,q ſe in matris clunibus includẽs a cauda,& a morſu ſe tutũ facit.ſcorpius quoq; cæleſte ſignum eſt.nã cũ forte orion inter uenandũ dianæ dixiſſet ſe quicquid ex terra oriretur facile interficere poſſe,ferunt terrã ea temeritate permotam ſcorpionem produxiſſe,q necaturus orionẽ uidebatur.iouẽ ãt utriuſq; audaciã admiratũ ſcorpionem ĩ cælo collocaſſe,ut documento mortalibus eſſet,nulla re eſſe minus fidendum,quapropter dianã cui ob uenationis ſtudiũ carus erat orion,ab ioue poſtulaſſe,ut idem ſibi petẽti beneficium daret,quod terræ ultro tribuiſſet,quocirca iouem ita cõſtituiſſe,ut oriente ſcorpione orion occidat.huius ſcorpionis chelæ ita premuntur ab æquinoctiali circulo ut eũ ſuſtinere uideanť.chelæ aũt ſcorpionum,& cancrorũ brachia dicuntur. Virg.qua locus erigonem inter chelaſq; ſequentes.cauda ãt cõtingit hyemalem circulũ.occidit inclinato capite, oritur erectus a chelis. in his ſtellas habet binas in ſingulis,in fronte tris,inter ſcapulas totidem.in uentre duas,ĩ cauda quinq;.in ipſo cacumine,quo uidetur percutere,duas.item ſcorpio militare inſtrumẽtum eſt,quod uulgo nunc baliſtam uocant ita dictus ꝙ paruis ac ſubtilibus ſpiculis inferat mortẽ, ſiue ꝙ ſcorpionis ſimilitudinẽ habeat,cũ arcus hinc atq; hinc chelarũ ſimilitudinẽ præ ſe ferãt ſpiculũ caudæ.baliſta uero funibus,& neruis tẽdiť,& maiora ſpicula multo lõgius iactat,emittit ẽt in nauali bello ſagittas oleo incẽdiario,ſtuppa.ſulphure. & bitumine obuolutas, atq; ardentes,quæ tabulas pice unctas,& reſina repente ſuccendunt.Ouidi.quam graue baliſtæ mœnia pulſat onus.a baliſta fit uerbũ exbaliſto , quod eſt decipio,circumuenio.Plau.ego hũc cõmunẽ meũ,atq; nr̃m oĩum hoſtẽ exbaliſtabo lepide.itẽ baliſtatiũ,locus ĩ quo ſita ẽ baliſta.idẽ ĩtẽta baliſta ẽ,ꝓbe,quã ego haud multo poſt emittã e baliſtario.baliſta ἀπὸ τοῦ βάλλειν dicta ẽ, hoc eſt a iaciẽdo ſcorpionẽ.qdã arcubaliſtã uocant.eſt ẽt ſcorpius herba ſemen habẽs ad ſimilitudinẽ caudæ ſcorpionis,folia pauca.ualet aduerſus aĩal noĩs ſui.hanc herbã Theophraſtus nepã uocat,quod nepa ſcorpion apud græcos ſignificat.quãuis enim aliqui putauerint nepã camarũ eſſe decepti,eo qđ apud Plautum ſcribitur,retrouerſum cædam imitabor nepam.conſtat tñ nepam ſcorpium eſſe,qui & ipſe aliquando retrograditur mordendi gratia.Cicero,ſerpere angues.natare anaticulas.uolare merulas. cornibus uti uidemus boues. nepas aculeis. ſuam deniq; cuiq; naturã eſſe ad uiuendum ducem.item ſcorpiuros alia herba eſt,quã ẽt heliotropiũ noĩant,a nobis cũ de ſole differemus,dicẽda.eſt & alius uermis locuſtæ ſimilis, ſine pẽnis,qui trixalis græce uocať.latinũ nomẽ nõ habet.itẽ tipula uermis eſt ſex pedes habens, ſed tantæ leuitatis,ut ſuper aqua currens non deſidat.Plaut. neq; tipulæ leuius pondus eſt q̃ fides lenonia.quidã etiam leontophonon exiguum uermem eſſe dicunt,cuius cinis cum carne ĩ cibo datus leonẽ necat,quod falſum eſſe inferius oſtendemus. item gurgolio uermis exiguus, de quo ſuperius diximus,frumenta in horreis,ſatiſue deuorãs, dictas ita ob paruitatem,ꝙ nil aliud ſit q̃ guttur.Virgil.populatq; ingentẽ farris aceruũ gurgulio. itẽ gurgulio appellať uia patens & ueluti fiſtula quædã a naribus ad pulmonẽ conſtans cartilagine,& carne per quã ſpiritus meat ac remeat. & hæc ſpiritalis fiſtula dicitur, ſicut alia fiſtula quæ ab ore ad uentrem tranſit gula.& cibalis fiſtula appellatur cõſtãs neruo,& carne.itẽ ſalamãdra ẽ uermis inter oĩa uenenata maximũ ſcelus.cætera.n.ſingulos feriũt ſalamãdra populos necare pariter improuidos põt.nã ſi arbori irrepſerit,oĩa poma inficit ueneno,& eos q ederint ĩterimit.idẽ facit ſi ĩ puteũ cadat.ſaliua eius q̃cũq; ꝑte corporis uel ĩ pede imo reſperſa oĩs in toto corpore defluit pilus.eſt aĩal lacerti figura ſtellatũ,nũq̃ niſi magnis ĩbribus ꝓueniẽs, & æſtate deficiens, cui tantus rigor,ut ignẽ tactũ extinguat,nõ alio mõ q̃ glacies.a ſuibus tñ ſine nocumento mãdiť.itẽ uermis eſt lacerta cuius duo genera.altera eſt maior,hæc lacerta uiridis dicitur. altera minor

hanc quidam zignyda. alii chalciden uocãt. in utroq; genere mas dicitur lacertus. Virgilius, nunc uirides ẽt occultant spineta lacertos. lacertus ẽt brachiũ in homine dicit᷑, a quo fit lacertosus, hoc est robustus, ac ualidis lacertis. lacertus ẽt piscis est, de quo inferius dicemus. lacertã ore parere uulgus existimat, qđ Aristoteles negat. Constat tñ eas nõ incubare, oblitas quo sint loco enixæ, qm̃ huic aĩali nulla memoria est. itaq; catuli eorũ p se erumpunt. ranas quoq; quidã parũ inter uermes adnumerant. multa earũ genera. sunt ranæ terrestres, licet ĩ dulcib⁹ aquis uiuant. sunt & marinæ. in mari rana piscatrix dicitur, qm̃ eminentia sub oculis cornicula turbato limo exerit, atq; ita assultantes pisciculos pertrahit, donec eã prope accedãt, ut assiliat. mares, dum fœminas ad coitũ cient ololygones uocantur (ut supra diximus) E terrestribus quædam in uepribus tñ uiuũt, ob id a rubis rubetæ appellatæ. græci phrynos uocãt. maxĩe oĩum geminis ueluti cornibus, plenæ ueneficiorũ. tradũt officulo eius, qđ est ĩ dextro latere in aquã feruentẽ deiecto statim uas refrigerari, nec postea feruere nisi exempto. & econtrario aliud esse in sinistro latere, quo deiecto feruere aqua uideatur, id apocynon uocari, qm̃ canũ impetus eo cohibeantur. aliæ inter harundines, fruticesq; uersantur, ob id a calamis dictæ calamitæ. hæ inter oẽs & minimæ sunt, & uiridissimæ, & a quibusdam diphthitæ nominantur. sunt ẽt sine uoce, & si hauriantur, uentres boum distendũt. est & rana parua arborem scandens & ex ea uociferans, in cuius os siqs expuat, ipsamq; dimittat, tussi liberari dicitur. tradit Democritus, ꝙ siqs extrahat ranæ uiuenti linguã, nulla alia corporis parte adhærente, ipsaq; dimissa in aqua illam imponat supra cordis palpitationẽ mulieri dormienti, quæcũq; interrogauerit uera responsuram. inter uermiculos postremo apes quoq; ponunt, & certe uermiculi sunt dũ nascũtur, ideo apes dictæ, ꝙ sine pedibus sunt. Virg. trũca pedũ primo. quãuis aliqui apes ab eo dictas uolũt, ꝙ se pedibus inuicem tenent. ab hoc fit diminutiuũ apecula, siue apicula, qm̃ & apes & apis dicimus in nominatiuo, & apiarium locus, in quo apes tenentur, quod & alueariũ dicitur, ab alueorũ multitudine. & mellariũ a melle, & a melissis hoc est apibus melisson. & apiũ herba quã græci selinon uocãt, cuius plura genera. quod .n. sponte in humidis nascitur heloselinũ uocatur. ἕλος enim dicitur palus, uno folio est, nec hirsutũ. rursus in siccis hipposelinũ, quo equi libenter uescunt᷑, pluribus foliis est, simile helioselino, id & petroselinũ, & olus atrũ, siue olisatrũ nuncupant, ut supra ostendimus. tertiũ oreoselinũ, quasi montanũ apiũ, cicutæ foliis, radice tenui, semine aneti, minutiori tñ, his fere oĩbus opes uescunt᷑. itẽ ab apibus apiastrũ, quod nõ ẽ siluestre apiũ (ut Valla scripsit) sed herba quæ a melissis melissephyllon appellatur, hoc est apium foliũ, & a melle dicit᷑ mellitena, nullo magis flore gaudent apes. copia ipsius facillime examina continent᷑, & si ea purgantur aluearia, nõ fugiũt apes. ĩ sardinia hæc herba uenenata est. itẽ ab apis apiarius deducitur, q curã apiũ habet, & alueos tenet. Ply. prouentũ .n. sperant apiarii large florescente thymo. & apiana uua prædulcis, quã ꝑcipue infectãt᷑ apes. uespæ. muscæq;. nunc uulgo a muscis muscatula dicitur. græci stican uocant. itẽ ab ape apiastra auis apes comedens, quæ merops ẽt uocatur genitores suos reconditos pascens pallido intus colore pẽnarũ superne cyaneo, priori subrutilo, nidificat in specu sex pedũ defossa altitudine. Virgi. meropes aliæq; uolucres. manifestus hic Seruii error notatur, qui meropem inquit uiridem esse, & uiridiores pẽnas habere. creãtur ãt apes ex bobus, sicut crabrones ex equis. fuci ex mulis. uespæ ex asinis. conduntur apes a uergiliarum occasu, nec ante fabas florentes ad opera, & labores exeunt. cum per cœlum licet, nullus operi perit dies. primũ fauos construunt, hoc est cellulas, domosq; a fouendo dictos, ꝙ in iis sobolem fouent, fingunt primo cæra, dehinc melle implent. cæram ex floribus faciunt, quæ quanto iocundiore materia cõposita est, tanto in hac meliorẽ mella qualitatem accipiunt. melligenẽ capiũt e lachrymis arborũ, quæ glutinũ pariunt, ut salicis ulmi. arundinis. succo gũmi. resina. his primũ alueũ intus totũ, ut quodã tectorio illinunt, & alii amarioribus succis, ne aliarũ bestiolarũ auiditates iis noceat. his fores quoq; latiores circũstruunt, melligo hæc uocat᷑. primũ fundamẽtũ operis dr̃ metys, hoc ẽ purgamẽtũ cæræ, ex quo partẽ aluei priorẽ apes illinũt. secũdũ pissoceron ex cæra, & pice, siue gũmi, siue resina mixtũ, uñ nomẽ habet. græci .n. πίσσαν picẽ uocant, κηρὸν cærã. tertiũ propolis dictũ, hoc modo quasi suburbanũ, qđ ante alueũ sit, propolin Varro inquit uocant, qđ apes faciunt ad foramen introitus, porrectũ in alueũ, maxĩe æstate, quam rem ẽt noĩe eodẽ medici uocãt in emplastris. propter, quã rem etiam carius in sacra uia quã mel uenit. est ãt propolis fauorum stabilimentũ qua oẽs frigoris, aut iniuriæ aditus obstruunt᷑. odore ẽt usq; adeo graui, ut quidam pro galbano utãtur. post hæc cõuehitur erythace, quã alii sandaracã. alii cerinthũ nominãt. hic est apiũ dũ operantur cibus, q sæpe ĩ fauorẽ inanitatibus sepositus inuenit᷑ saporis amari, sed plen⁹ humoris. gignitur ãt rore uerno ex arborũ succo. Varro. erythacẽ uocant, qua fauos extremos inter se cõglutinant, qđ est aliud melle propoli. itaq; in hoc uim esse illinendi. quo circa examen ubi uolunt cõsidere eũ ramum, aliãue rem oblinũt hoc admixto apiastro. Aristoteles. aggerũt apes suis cruribus cærã atq; erythacen. idem, sed recondunt aliud quoq; cibarii genus, cui

durities

durities cæræ proxima, qđ σανδαράχην, hoc est sandaracham nõnulli appellant. Idẽ, habent ẽt quo secundo cibo alantur, qđ κήρινθος, hoc est cerinthus uocatur, uerũ hoc deterius est, & dulcedine prope ficus, nã & cerinthe herba est folio candido. incuruo. cubitalis. capite concauo, mellis succũ habente. erythace a coloris rubedine dicit͛. græce. n. ἐρύθημα rubor appellat͛. cæra ex oĩum arborũ satorũq; florib⁹ confingit͛, excepto rumice. & chenopode herbis, q̃rũ prima uulgo nota est. secunda effigiẽ habet pedis anserini. Aristomachus solensis tanto apum amore flagrauit, ut duodeq̃draginta ãnis nihil aliud fecerit. Hyliscus quoq; thasius usq; adeo has in desertis coluit ut agrius, hoc est agrestis fuerit cognominatus. apes intra sexaginta passus opus suũ faciũt. cõsumptis ãt in proximo florib⁹, speculatores ad pabula ulteriora trãsmittunt. noctu deprehensæ in expẽditione, supinæ excubant, ut alas a rore defendant. ĩterdiu stationes ad portas faciunt more castrorũ. noctu usq; ad aurorã quiescunt, donec una excitet oẽs duplici, aut triplici bõbo, q̃si tuba, aut cornu aliquo. tũ cateruatim prouolãt, si dies futurus est quietus.. uentos. n. imbresq; ꝑdiuinãt, & tũc cõtinent se tectis. cũ ad opera ꝓcessere, aliæ flores aggerũt pedibus, aliæ rorẽ ore, adolescentiores ad hæc opera exeunt, & supradicta cõuehunt. seniores intus operantur, & aduecta disponũt, quæ flores portãt prioribus pedibus onerant se mora, pedes priores rostro, & onere graues remeant. excipiunt eas ternæ, aut quaternæ, atq; exonerant. singulæ præterea sua officia habent. aliæ construunt. aliæ poliunt. aliæ suggerunt. aliæ ex eo, quod allatũ est cõparant cibũ. neq;. n. separatim uescuntur, ne operis aut cibi, aut tẽporis inæqualitas fiat. primos fere tres ordines inanes struunt, ne promptũ sit, qđ inuitet furãtem. nouissimi maxime melle implentur, dũ uehunt, secũdos captant flatus, si procella oriatur apprehensis pediculo lapillis se librant. sæpe ẽt lapillum in humeros ĩponunt. laborãtes miro studio obseruãt. cessantiũ inertiã notãt. castigãt. sæpe etiam morte puniunt. oĩum aĩantiũ mũdissimæ sunt. amoliuntur e medio cũcta, nullasq; inter opera spurcitias relinquunt. excrementa operantiũ intus unũ congesta in locũ diebus turbidis, & qñ ab opere cessant educunt. cum aduesperascit minus, ac minus in alueo obstrepunt, donec una circũuolet, eodẽ quo excitauerat bõbo, quasi somnũ indicẽs, instar castroꝝ. tunc repẽte oẽs silẽt. domos primũ plebeiis ædificant, deinde regibus. si prouentus largior speratur, ẽt fucis, hæ cellarũ minimæ sunt, sed ipsi maiorres apibus. sunt ãt fuci sine aculeo uelut ĩperfectæ apes, nouissimeq; a fessis, & iã emeritis inchoatæ, serotini fœtus, & quasi seruitia uerarũ apium. alimenta nõ cõgerũt, sed ab aliis conuecta cõsumunt. ad ꝓcreationẽ tñ sobolis conferre aliquid uidentur, insidentes seminibus, quibus apes figurantur. itaq; ad fouendã & educandã natã prolẽ familiarius admittũtur. exclusis deinde pullis extra tecta perturbantur. Virgilius. ignauũ fucos pecus a præsepibus arcẽt. multæ apes singulos fucos aggressæ trucidant. quidã tñ fucos propriũ genus esse existimant, quẽadmodũ ex eodẽ genere fures, lata aluo ad furãdum pronos, ita appellatos, quia furtim deuorant mella. alii fucos ex apibus fieri putãt. aculeũ. n. apibus uentri insertũ esse, qui si ad unũ ictũ ĩfixus fuerit, illas statim emori, sed cũ intantũ fuerit adactus, ut intestinũ sequatur, sic fucos ex apibus fieri, nec mella facere, ueluti castratis uiribus, sed sola frequentia fœtui prodesse. fucus ẽt herba est, quæ græce φῦκος θαλάσσιον, latine fucus marinus dicitur. tria eius genera latum & alterũ longius quadãtenus rubẽs. tertiũ crispis foliis, quo in creta uestes tingũtur. a nostris ẽt alga dicitur. & tertiũ genus alga ruffa appellat͛. ab hoc fuco uerbũ deducit͛, & passiuũ eius fucor, qđ est coloro. & coloror. uñ fucatæ mulieres dñr, q̃ uel medicamẽtis qbusdã colorant͛, uel uitia corporis inductis coloribus tegũt. & fucus color ipse, siue medicamentũ dicitur. Plautus uitia corporis fuco occulunt. Virg. fucũ pro cæra posuit, quæ ex diuersorũ coloꝝ florib⁹ colligitur. fucoq; & floribus oras explent. fucus ẽt pro fraude metaphorice ponitur, in qua ueritas occultatur. Terentius. & ꝑ alienas tegulas uenisse clanculũ ꝑ ĩpluuiũ fucũ factum mulieri. hĩc fucilis res falsa dicitur, & quasi fucata. fœtus quõ ꝓgenerent apes, magna est inter eruditos cõtentio. nunq̃. n. uisus est apum coitus. multi existimauerunt cõpositis floribus aptissime confici. Virg. illum adeo placuisse apibus mirabere morẽ, quod nec cõcubitu indulgent, nec corpora segnes in uenerẽ soluũt, aut fœtus nixibus ædunt. uerũ ipse e foliis, natos & suauib⁹ herbis, ore legunt, ipsæ regẽ, paruosq; quirites sufficiũt, aurasq; & cærea regna refigunt, alii coitu unius, qui rex dicitur, gẽnerari apes existimant, hunc esse solum marem præcipua magnitudĩne fatiscat, ideoq; fœtũ sine eo non ædi, apesq; reliquas, nõ tanq̃ ducẽ, sed tanq̃ marem fœminas comitari. sunt ãt reges maiores paulo q̃ cæteri, & oblongi, rectioribus cruribus sed minus amplis pẽnis, pulchri coloris & nitidi, leuesq;, ac sine pilo. dubium an careat aculeo maiestate tantum armatus, an aculeum qdem ei natura dederit, sed usum eius negarit, ꝙ regem decet clementẽ esse, nec arma nisi per ministros, ubi ius postulat exercere, hoc certe constat regem aculeo nõ uti. mira plebis circa eũ obedientia, cũ ꝓcedit, una est, totũ examẽ circa eũ cõglobatur, cingit, tuet͛. uideri ab aliquo nõ finit. aliis tẽporibus cũ plebs in labore est, ipse intus opera circuit, exhortãti similis, solusq; ĩmunis. satellites quosdã & quasi lictores circa se continue habet

qui īperata faciant,nūq̄ niſi migraturo examine foras exit. in procedendo ſe quæq; ꝓximam illi cupit eſſe,& in officio cōſpici gaudet.feſſum ſubleuāt humeris,fatigatum ex toto portant. ubi ille conſedit,oēs caſtrametanť. rege defuncto mæret plebs ignauo dolore, non cibos cōuehit,nō exit,triſti tm̄ murmure circa corpus cōglobať,tandem fame moriuntur. cū uero alias apes defunctas educunt,triſticiam quandā oſtendunt,& funerantium more comitātur exequias.color regis melleus eſt,quaſi electo flore,ex omni copia factus,neq; uermiculus naſcitur ut cæteræ apes,ſed ſtatī pēniger eſt.cæteræ cū formā cape cœperūt nymphæ appellanť. Ariſtoteles, ἐνχἄμα δὲ ἐν πᾶσι τοῖς κυττάροισ ἔνεστιν ὁ γόνοσ. ἀλλ' ἐν ἱοισ μὲν ἤδη μεγάλα ἔνεστιν, ὥσε καὶ πέτεσθαι. ἐν ἱοισ δὲ νύμφαι. ἐν τοῖς δὲ σκώληκες ἔτι. hoc eſt non æquus in omnibus alueis fœtus.in q̇buſdam enim magni iam ſunt, ut uolare queāt,in aliis nymphæ.in aliis etiam uermiculi.ſirenes & cephenes impfectæ apes ſunt, & inutiles operi, niſi quod multitudīe, quæ ad calorē multū confert,fœtus adiuuant.quo.n.maior eoꝝ turba eſt,eo maior fit prouentus. Ariſtoteles fœtus apiū ſirenū,& cephenū albi quādiu uermiculi ſunt, poſtq̄ creuere fiunt apes ſirenes,& cephenes.clerū abortū apiū eſſe Plyniꝰ ſcribit, cū fœtū morbo,aut ignauia aut naturali infœcūditate non eduxere.in quo certe miror uirū alioquin doctiſſimū erraſſe. clerū uermiculū eſſe conſtat nocentem aluearibus. Ariſtoteles.examina infeſtantur clero.ſic.n.uocāt uermiculos,qui in pauimento naſcuntur,ex quibus creſcētibus uelut aranea abducitur alueo & faui cariæ pereunt.hinc morbus quoq; eiuſmodi clerus uocatur,hoc eſt fauus cum fœtu putrefactus.cum uero alia cā utputa morbo,aut ignauia,aut infœcunditate naturali fœtum non peragunt blapſigonia dicitur,quaſi prolis detrimentum, ἀπὸ τοῦ βλάπτω,quod nocco eſt, & γόνος fœtus .cū deficit alicuius aluei cibus impetū in proximos rapinæ ſtudio faciunt, at illæ contra dirigunt aciem,& aliis quoq; cauſis ſæpenumero dimicant duo imperatores, acies inſtruunt,utroq; ſuos euocante cōmilitones,quæ dimicatio iniectu pulueris, aut fumo tota dirimitur. Virgilius.hi motus aīorū atq; hæc certamina tanta,pulueris exigui iactu cōpreſſa quieſcent.gaudent plauſu,ac tinnitu æris,atq; euocanť,poſtq̄ effecto opere,& educto fœtu,functæ ſunt omni munere,exercitationē nihilominus ſolēnem habēt, ſpatiatæq; ī aperto,& gyris in alto æditis,tū demū ad cibum redeunt.uita eis longiſſima ſeptē annorū eſt. alueū nunq̄ ultra decēnium duraſſe produnt.ſunt qui mortuas, ſi intra tectū hyeme ſeruenť, deinde ſole uerno torreanť,ac ficulneo cinere toto die foueantur,reuiuiſcere exiſtiment. qn̄ uero in totū amiſſæ ſunt uentribus bubulis recentibus cū fimo obrutis,uel ut Virgilius ſcribit,iuuencorum corpore exanimato reparanť.odere fœdos odores,& infectos fugiunt procul. itaq; unguenta redolentes infeſtant. Vua in apibus dr̄,qn̄ examē cōglobatum botri inſtar dependet. Virgilius.hic uero ſubitū ac dictu mirabile monſtrū aſpiciunt, liquefacta boum p uiſcera toto ſtridere apes utero & ruptis efferuere coſtis, immēſaſq; trahi nubes,atq; arbore ſumma confluere,& denſis uuam dimittere ramis.Seruius. Vuā dimittere,ideſt in morē uuæ botryonē defluere, qđ græci dicunt βοτρυδὸν.Columella.deinde cū examen glomeratū in proximo frondētis arbuſculæ ramo conſederit,animaduertito an totū examen in ſpeciem unius uuæ dependeat. Iuuenalis.ſolicitus tanq̄ lapides effuderit imber,examenq; apiū longa conſederit uua.Plynius, tunc oſtenta faciunt priuata ac publica uua dependēte in domibus templiſue ſæpe expiata magnis euentibus.ſedere in ore īfantis Platonis,tum ēt ſumitatē illā ꝑdulcis eloquii ꝓtendentes.græci quoq; hoc ipſo loquēdi mō utunť. βοτρυδὸν ἐξηρτῆσθαι τὰ σμήνη cæra eſt, quæ fit exp̄ſſis fauis,& auro purificatis.optima eſt quæ punica uocatur,oīum candidiſſima,proxima quæ maxime fulua. nomē a græco habet κηρίον .n.græci. fauū uocant, κήρινον cæreum.nigreſcit addito chartarū cinere,ſicut anchuſa admixta rubet.cæra aliqn̄ pingere maiores noſtri ſolebant.quapropter & tabellæ ita pictæ cæræ uocabanť. Ouidi.perlege diſpoſitas generoſa p atria cæras. e cæra ēt fiebāt pugillares, in q̇bus ſcribere mos erat.un̄ ceras aliqn̄ pro libellis,ſiue epiſtolis,ac ēt ipſis pugillaribus capimus.idē,nōne libet medio ceras implere capaces quadriuioꝛ parieti quoq; depicto,& armis cæra punica cū oleo liquefacta,cādens ſetis īducebatur,uterūq; admotis gallæ carbonibus adurebatur ad ſudorē uſq; . poſtea candelis ſubigebatur. deinde linteis puris,ut ſicut marmora niteſcerent.Ply.uarioſq; in colores cæra trahitur ad īnumeros mortalium uſus parietumq; ēt,& armoꝝ tutelam.ab hoc fit cærare,& incærare uerbū,qđ eſt cæra tegere.Perſius.genua īcærare deorū.& cæreus adiectiuū,qđ aliqn̄ ex cæra fit,ut cærea cādela,ad differentiam eius quæ ex ſeuo eſt, ſiue alio pingui.aliquādo mollem,ac facilem , & tanq̄ cæra tractabilem.Hora.cæreus in uitiū,flecti monitoribꝰ aſper.nōnunq̄ pinguem.Accius.pīguem turturē,cereāq; ficedulā.a cæræ uidelicet colore.qn̄q; unctū.Martia.cærea ſi pēdet lūbis, & trita lacerna.cæreus uero ſubſtantiuū,funale ſignificat, quē in ſaturnalibus ſolebant humiliores potentioribus,cū cādelis pauperes,locupletes cæreis uterenť.Martia. hic tibi nocturnos ꝑſtabit cæreus ignes.itē a cæra cærinus color(de quo ſupra diximus). Itē ſyncærū,qđ ꝓprie ſignificat ītegrū,tractū ab eo,qđ q diuidere fructū cōem alueoꝝ cū ſocio uolūt,ſimul cū cæra mel pti

untur,ꝙ

untur,ꝙ ſi mel tm̄ ſine cæra conſignent,fraudant ſociũ,nec agunt integre.ſunt qui tradant ſocietate fraudata alueos mori.ſyncerũ itaq; dictũ quaſi ſimul cum cæra σὺν enim apud græcos ſimul ſignificat in cõpoſitiõe,quẽadmodũ apud nos Con.unde ſynæreſis dicitur figura,quæ diuerſa cõiungit,ut cũ dicimus Antoni gladios,pro Antonii.& derit pro deerit. & ſynagoge coadunatio.& ſynalœphæ,quaſi cõpreſſio,cum de fine dictionis uocalis obiicitur,ſequenti dictione incipiente a uocali.ut ſemp ego auditor tm̄.& ſyncope cõciſio,cũ littera uel ſyllaba de medio dictionis abſcinditur.& ſyncategorematica cõſignificatiua. & ſyntheſis confuſio.ẽ.n.(ut Donatus inquit) hyperbaton undiq; cõfuſum,ut illud Virgilii, tris notus abreptas in ſaxa latentia torquent,ſaxa uocant itali,mediis quæ in fluctibus aras.& ſynechon,continens.& ſynecdoche cõceptio,cũ a parte totũ,uel a toto pars ĩtelligitur,a parte totũ,ut flãmas cum regia puppis,hoc eſt nauis.a toto pars,ut quã multæ glomerãtur aues,ubi frigidus amnis trans portũ fugat.& ſyllepſis figura,quæ dici latĩe cõceptio põt,quãdo pluratiua dictio ſingulari uerbo cohæret.Virg.ſociis & rege recepto,aut ſingularis plurali uerbo cõnectitur.idem. ſunt nobis mitia poma,caſtaneæ molles,& preſſi copia lactis.aut pro multis unus ponitur.Idem, armato milite complet.aut pro uno multi.idem.uos o Calliope precor aſpirate canenti.& ſynodus cõuentus,ſiue cõuenticulũ.& ſynonyma,quæ ſub diuerſis uocibus idem ſignificant. & ſynatrœſmus figura,quæ & ſingulis uerbis,& pluriũ uerborũ coniunctiõe fieri poteſt. ſingulis hoc mõ ſed cũ ad ſupplicium ſumendũ ſe confirmaret,multa ſimul eũ reuocabant officia.cõſuetudo.tempus.exiſtimatio.periculum.religio.plurium uerborum.coniunctione ſic,nemo enim nocens ſine ſummo mœrore eſt iudices.ſed multa ſimul eum perturbant, quod adeſt ſolicitudinis plenũ,qđ futurum eſt formidoloſum.lex paratum ſupplicium oſtentans,uitia ex uitiis coacta,occaſionem arguendi maleficii captans inimicus,quæ quotidie uehementer eius animum excruciant.& polyſyntheton figura,cum ſententiæ multorũ articulorum conuenienti copia continentur,ut ille hũc pœna cõſtrictũ trahebat,hic ãt uociferabať,cõcurſus uero non mediocris erat,cũ tamẽ oẽs opitulari uellẽt, ſed nemo auderet,neq; ibi magiſtratus aderat,nec circũſpicientes,quo potiſſimũ cõfugeremus,reperiebamus.& ſyncaceoſis figura,quæ docet diuerſas res coniungere,& cõi opinioni cũ ratione aduerſari,ut nec hominis auari,atq; aſoti unum atq; idem uitium eſt.uterq; enim neſcit uti,atq; utriq; pecunia dedecori eſt. quare merito utriq; pari pœna afficiuntur,quos pariter nõ decet habere.& ſynonymia figura,quæ cõmunio nominis interpretatur.utimur ãt eo genera elocutionis.quotiens uno uerbo non ſatis uidemur dignitatem aut magnitudinẽ rei demoſtrare,ideoq; in eandẽ ſignificationẽ plura cõferuntur ut ſi dicamus.proſtrauit.afflixit.perculit.& aſynthetõ,qđ incopoſitũ,ſiue ſolutũ a latinis dicitť cũ demptis diſiunctionibus,& ꝓpoſitionibus diuerſa proferuntur. Cicero. expecto uim edicti ſecuritatẽ p̄toris.faueo oratori. cupio, opto dãnari Aproniũ. & ſyntaxis, quæ latine conſtructio ſiue coordinatio interpretať.& ſyntheſis,quæ cõpoſitio a noſtris dicitur, fitq; cũ ſingulare nomẽ multitudinem ſignificans cũ uerbo plurali coniungitur,ut pars infruſta ſecant,& turba ruunt.ſyntheſis ẽt ueſtis genus ẽ de qua ſupra diximus. & Symmachus nomẽ propriũ, qđ ſignificat cõcertatorem,auxiliariũ.& ſymachia.auxiliũ.cõcertatio. & ſymmetria cõmenſuratio,cuius tñ latinũ nomẽ in uſu non eſt.Ply.nondũ habet latinũ nomen ſymmetria.& ſympathia uſitatiſſimũ apud latinos,qđ dici cõpaſſio poteſt.& ſymbole cõmiſſura.& ſymbolum idicium,quaſi ſimul collatũ,de quo alibi diximus.& Symmathetes cõdiſcipulus. & ſympoſium cõpotatio.& ſyndipniũ cõcœnatio.& ſympotes,cõpotor.& ſympotria cõpotrix.&ſymphitũ herba de q̃ alibi diximus.coagulum ſiue conſerua latine appellata & ſymphonia cõſonãtia & ſynœcus cohabitator cõtubernalis.& ſyſtole correptio. & ſyngraphũ(de quo alibi diximus) & ſymplegma cõplexus,cõcurſus.& ſymplegades inſulæ põti mille quingẽtis paſſibus ab europa diſtantes,cyaneæ ab aliis dictæ.Symplegades ãt ob id appellatæ, ꝙ ĩter ſe concurriſſe aliquando fabulis traditur. id ãt fictũ iccirco ẽ,qm̄ paruo diſcretæ interuallo, ex aduerſo intrantibus geminæ cernebanť,pauloq; deflexa acie,coeũtiũ ſpeciẽ p̄bebant.& ſympudearia funera a ueteribus dicebanť,q̇bus ludos adhibebãt,q̃ſi ſimul pudẽda.uerũ ut ad ꝓpoſitũ reuertamur qm̄ q̃ integra ſunt,ẽt ĩcorrupta ſunt,poniť aliq̃n ſyncærũ pro puro ĩcorrupto,ĩmaculato. Hora.ſyncærũ eſt niſi uas,quodcũq; ĩfũdis aceſcit.ab hoc fit ſyncæritas,hoc eſt ĩtegritas. & ſyncære,ĩtegre.cuius cõtrariũ eſt ĩſyncærũ,hoc eſt uitiatũ,corruptũ. Vir.inſyncærus apes tulerit cruor.ſimili quoq; mõ procærũ a cæra deduciť, qđ ꝓprie ſignificat prolixũ,& in longum productum,quaſi ad ſimilitudinẽ cæræ extenſum.a quo procæritas longitudo.aut prolixitas,& procæriter aduerbiũ.extẽſe.proceres uero capita trabiũ ꝓprie dñr,hoc eſt mutili q̇dam extantes, a quo principes ciuitatis ſunt proceres appellati,ꝙ ii ita in ciuitate eminent,ſicut illi ĩ ædificiis quidã tñ ꝓcerũ a creſcẽdo,q̃ſi ꝓcretũ,hoc ẽ excretũ dictũ uolũt. & Procris Cephali uenatoris uxor fuit.Proconeſſus urbs fuit ĩ minori aſia.item a cæra cærinthe,herba ẽ folio cãdido ĩcuruo,cubitalis,capite cõcauo,mellis cum cæra mixti ſaporẽ habẽte cuius florũ auidiſſimæ ſunt

apes. Itẽ a cæra cærotũ ſiue cæratum. græce κηρωτόν, de quibus ſupra diximus acæratum a cæræ priuatiõe, qđ ſignificat lutũ cũ paleis mixtũ, & cæroma, qđ cæroto ſimile ſit. cæroma enĩ dicebatur quo ungebantur athletæ, dum certaturi erant. hoc uero ex oleo, terraq; conſtabat, nec ex omni qdẽ terra, ſed ex quibuſdam eius generibus, quibus robuſtiora fieri corpora, & ad tolerãdos æſtus, atq; algores firmiora arbitrabãtur, ut erat albida quædam terra pertenuis, ex albano agro, & rubrica & baianus puluis, & qui iuxta mõtẽ ueſuuiũ colligebať, aliæq; huiuſmodi terræ cõplures. adhibebať qppe oleũ tum ad agilitatẽ pſtandã, ut corpora lubrica fierent, tũ ꝙ natura olei eſt tepefacere mẽbra, & cõtra algores munire. tertia uero ad indurãdos magis artus & aduerſus æſtum firmandos adiungebatur. Statius de palæſtris. poſtq̃ oleo gauiſa cutis, petit æquor uterq;, procurſu mediũ, atq; auſta ueſtiť harena, tũ madidos artus alterno pulue re ſiccãt, collaq; demerſere humeris, & brachia late uaſta tenent. tãta uero quorundã in inuenien dis ad huiuſmodi cõcertatiões terris cura fuit, ut tradãt Patrobã Neronis pricipis libertum ex ægypto aduehi feciſſe harenã e nilo tenuiſſimã, dũtaxat ad corpora palæſtræ ſtudiis exercẽda. Patrobæ huius mẽtionẽ facit Martial. Vexat ſæpe meũ Patrobas cõfinis agellũ. cõtra libertum Cæſaris ire times. lacedæmoniũ cæroma, aqua frigida uocabať. qm̃ lacedæmonii pueros ſuos ad tolerandos æſtus, atq; algores eiuſmodi aqua madefactis corporibus obdurabãt. uñ apud Virgiliũ, Seruius dum locum illum exponit. natos ad flumina primũ, deferimus, ſæuoq; gelu duramus, & undis. laconũ inqt morẽ exprimit. Martialis. cur Lacedæmonio luteũ cæromate corpus perfundit gelida uirgine, ne coeat. at q cæroma illud, qđ peractis ludis ex athletarũ corporib⁹ diſtrĩgebať admixto luto, ac ſudore, cœnoq; ad uarios mediciæ uſus utile erat, ideoq; magna diligentia cuſtodiebatur. a ſtrigili, ſiue ſtringendo ſtrigmentum hoc uocabant tanta in gymnaſiis græcoꝝ luxuria, ut aliqñ magiſtratus ludoꝝ octingentis ſeſtertiis ſtrigmẽta huiuſmodi uendidiſſe tradanť. Ply. quin & ſordes hominis ĩ magnis fecere remediis quæſtuoſoꝝ gymnaſia græcoꝝ qppe ea ſtrigmẽta molliunt. calefaciũt. cõplẽt. ſudore & oleo medicinã facientib⁹. efficaciora ad eadẽ ſtrigmenta a balneis, & ideo miſcenť ſuppuratoriis medicamentis. nã illa quæ ſunt e cæromate permixto cœno articulos tm̃ molliũt. calefaciũt. diſcutiunt efficacius. ſed ad cætera minus ualẽt. ponitur ẽt aliqñ cæroma pro loco in quo palæſtritæ ungebantur. Martialis. Silentũ cæroma teris. Plynius. idem palæſtras athletarũ imaginibus, & cæromata ſua exornãt. & uultus epicuri per cubicula geſtant, ac circũferunt ſecum. itẽ a cæra cæriũ deduciť, qđ faui ſimilitudinẽ habeat. diciť a græcis κηρίον, ulceris genus eſt, idq; duas ſpecies habet. alterũ eſt ſubalbidũ furũculo ſimile, ſed maius & cũ dolore maiore, quod ubi matureſcit, habet foramina per quæ fertur humor glutinoſus, & purulẽtus, nec tñ ad iuſtã maturitatẽ peruenit. ſi diuiſum eſt, multo plus intus corrupti q̃ in furũculo apparet, altiuſq; deſcendit, raro fit, niſi in ſcapulis. alterũ eſt minus ſuper corpus eminẽs, durum, latum, ſubuiride, magis exulceratũ. ſiquidẽ ad ſingulorũ pilorum radices foramina ſunt, per quæ fertur humor glutinoſus, ſubpallidus, craſſitudinẽ mellis, aut uiſci referens. ſi inciditur uiridis intus caro apparet, dolor, & inflãmatio ingens eſt. Ply. ramorũ fici teneri cauliculi cũ melle ulceribus quæ cæria uocantur illinunť. idem. groſi illitæ cũ melle, & foliis cæria ſanãt, & canis morſus. item a melle & cæra mellicæris mellicærides. gãgilia. atheromata. ſtratomata. tubercula ſũt eiuſdẽ fere generis, quæ & in ceruice, & in aliis, & in lateribus oriri ſolent, habent inter ſe mediocres differentias. qñquidem neq; periculo terrent, neq; diuerſo genere curanť, oĩa aũt incipiunt a paruulo, & diu paulatimq; increſcunt, ac tunica ſua includuntur. quædã ex his dura ac renitẽtia, quædã mollia cedentiaq; ſunt, quædã ſpatio nudantur, quædam tecta capillo ſuo pmanẽt fereq; ſine dolore ſunt. gãgilia renituntur atheromati, ſubeſt quaſi tenuis pulticula. ſtratomati pingue qddã, idq; latiſſime patere cõſueuit. mellicæridi liquidior humor, idemq; preſſim circũfluit, unde a melle & cæra, hoc eſt a fauo nomẽ accepit. Ply. melilotus deferuefactus in uino dulci peculiariter contra mellicæridas efficax. item a cæra cæroſus, ideſt ueluti cæram habẽs admixtã. unde mel cæroſum nõdũ depuratũ, & adhuc cæra cõmixtũ. Ply. teſtes fibri nõ adulterati hãmoniaci coloris eſſe debent, circũdati liquore ueluti mellis cæroſi, odoris grauis. guſtu amaro, & acri. itẽ cærites lapis, de quo ſupra diximus a cæræ colore. mel uero a græco deductum, qđ diciť μέλι, unde μέλιτα mella, & μέλιτται, ſiue μέλισσαι apes. mel optimũ ẽ ubi optimoꝝ florũ copia abundat, hinc mel atticũ cæteris præferunt, qđ & hymetiũ dicitur. hymetus enim mons eſt Atticæ regionis iocũdiſſimus, & oĩum græcorũ mõtiũ obtinẽs principatũ, diuerſis floribus, & thymo maxime abundans. quapropter in eo repertas primo apes uolũt Erichthei temporibus, q̃uis aliqui in Theſſalia potius uelint ſub Ariſteo, aliqui ĩ inſula Cho, ut Eumenes, nõnulli in Creta temporibus Saturni, ut Meander. Vir. ſemper frondentis hymeti. Iuue. dulciq; ſenex uicinus hymeto. Martia. hoc tibi theſei populatrix miſit hymeti, pallados a ſiluis nobile nectar opus. ex hoc monte marmora etiam pulcherrima cauabantur. Plynius. L. Craſſus orator primus peregrini marmoris Colũnas habuit hymetias. poſt Atticũ

mel primum

mel primū locū obtinet siculū ex hibla. Hic mons ē & regio Siciliæ, in qua thymi & salicū copia. idē mons Megara uocat̃. Apiū ibi magna copia, quæ ab eo Hyblææ dicunt̃. Virg. hyblæis apibus florē depasta salicti. Martialis, cū dederis siculis mediæ de collibus hyblæ, cecropios dicas tu licet esse fauos. Sed ex melle attico illud præstātiꝰ esse putatur, quod ad argentarias gignit̃. uocaturq; Acapnistū, qđ genere quodā cōpositionis a fumo purgatū sit, quippe ἀ, priuatiua particula est, καπνὸς fumus. Alicubi faui cæra spectabiles sūt ut in peliginis. Alibi mellis copia, ut in Creta, Cipro. Africa. Alibi magnitudine, ut in septētrionalibus regionibus. Viso iā in Germania octo pedū longitudinis fauo. Vernū mel anthinū uocatur, qđ ex floribus faui cōstruant̃, quos græci ἄνθηα appellant. Mel uero æstiuū uocat̃ horæum, qđ græci oēs fructus æstiuos nominát horæos. quoniā id tēpus per excellentiā horā uocant, in omni melle, qđ p se fluxit, optimū est, appellaturq; tacitū. Tertium genus mellis siluestre est, eximiturq; post primos autūni imbres. Ericæū id uocant. ab erica frutice, quā & sisarū nominant. Folia habet tamarici similia. Hæc tum herba sola floret in siluis, ideoq; melli nomē præbet. Plurimi syderiten eā appellant. Athenienses tetraditen. Cū eximenda sunt mella, apes abigi fumo debēt, ne uel irascant̃, uel ipsæ auidius uorēt. Acraton mel purū, atq; integrū dicit̃, qđ neq; acescere icœpit, nec ullū passum est uitiū. Bithymū mel dicit̃, qđ ex utriusq; thymi floribus collectum est. Duo enim sunt thymi genera. Candidū, & nigrū. Hoc genus mellis albū nō fit, sed ē oculis & ulceribus aptissimū. Tantū autē refert in apibus pabulum, ut mella quoq; uenenata nascātur. Herba est heraclie in ponto alba, uexatio quidem iumentorū, sed præcipue caprarū, quā aegolethron uocant, a capris interimendis. αἶγα quippe græci caprā nominant, ὀλέθριον perniciosum, exitiale huius flore cōcipiunt mella, noxiū uirus, cū aquoso uere marcescit. Quapropter non fit hoc oībus annis. Aliud quoq; mellis genus in eodē ponti situ, qđ ab insania, quā gignit μαινόμενον uocant, id existimat̃ fieri flore rhododendri, qui fructex est, quē & rhododaphnē nominát. & neriū folio similis amygdalæ, sed maiori piguioriq; semie patēti, ut cornu, intus lana, similis hyacintho, radice oblōga gustu salsa. angusta folia eius, quadrupedū sūt uenenū. Capræ si aquam biberit, in qua folia eius maduerint, mori dicuntur, & ĩ Perside, & in Mauritāia uenenati faui gignuntur. Itē in Corsica. Ouidius. Quā puto de gelidæ collectū flore cicutæ melle sub infami corsica misit apis. Mel quidā dicunt cœli sudorē esse, alii syderū saliuā, alii purgātis se aeris succū. cōstat sane ex aere decidere, syderū maxime exortu sub lucāis tēporibꝰ. itaq; cū prima aurora folia arborū melle roscida inueniūtur. A melle mellatio dicit̃ uindemia mellis. Plynius. Aestiua mellatione decimā partē apibus reliqui placet. idē. Hæc ergo mellatio idibus fere nouēbris includit̃. Itē melligo, quæ proprie significat succum illū e lachrymis arborū, siue florū, quē apes deuorāt. postea ad alueos regressæ, euomunt. opaq; cōponunt. Plynius. primū itaq; fauos cōstruūt. cærā fingunt, deinde sobolem, postea mella. Cærā ex floribus. melliginem a lachrymis arborū, quæ glutinū pariūt salicis. Vlmi. arundinis succo. gūmi, Resina. His primū alueū ipsum ĩtus totū, ut quodā tectorio illinūt, & aliis amarioribus succis cōtra aliarū bestiolarū auiditates. Ponitur tamē melligo pro succo cuiuscūq; fructꝰ florescentis adhuc atq; ĩmaturi. idē. omphacinū e uite fit psitia, aut aminea, cū sint acini ciceris magnitudine ante canis ortū. In pria lanugīe demetit̃ uua. eiusq; melligo, & reliquū corpꝰ sole coquit̃, nocturni rores cauent̃. In fictili cōdita melligo colligit̃, subinde Cyprio ære seruat̃. Itē a melle mellonia, mellis dea est. & melleū, qđ mellis, ut melleꝰ color. melleus sapor. aliqñ etiā dulce, ut mellea uox. melleus puer. & mellitū, qđ melle conditū est. & mellifluū, ex quo fluit aut fluere uidetur mel, hoc est dulce. iocundū, ut melliflua oratio. mellifluꝰ sermo, & melliloquus, qui dulce loquitur (ut Cicero inquit) e cuius ore melle dulcior fluit oratio. & melimella, mala dulcia. qđ sint mellei saporis, eadē mustea uocant̃ a celeritate nascendi. prima enī proueniunt, uulgo Nana uocāt, a paruitate arborū, in quibus producuntur. Martia. ĩfanti melimella dato, fatuasq; mariscas. Nā mihi quæ nouit pūgere, chia sapit. Et mellis animal, quod sit mellis auidissimū, & aluearibus semp infestū. Vulgo id taxonē uocant, in cauernis uiuens asperū, mordaxq;, magnitudine Vulpis colore felis. capite albis, ac nigris ueluti lineis distincto rostro ĩstar Suis oblongo. pelle aspera atq; prædura. Quapropter ex ea pharetras, & canū collaria obtegunt. Varro. ne uulnerēt̃ canes a bestiis, ĩponunt̃ iis collaria, quæ uocant̃ mel'iū idest cingulū, circū collū ex corio firmo cū clauis capitatis. Frontinꝰ. & scuta erant melliū pellibus tecta. Plynius. Hanc esse mellibus in metu solertiā, ut sufflata cute distincte ictꝰ hominū & morsus canum arceant. ignorauerunt hoc lōgissimis tēporibus latini omnes, Græciq; alii aliter hoc uocabulū exponētes. Nos primi omniū errorē hūc, ut plerosq; alios e nostrorū mētibus ostensa ueritate discussimus. Et melos, cantus suauitas quod & neutrū, & indeclinabile est, Persius, cantare credas pegaseium melos. Et melodia, quod interpretatur meleus cantus. Quidam dicunt melos proprie uocari cantum pastoralem, & Mellissus propriū nomē fuit rex cretēsis antiquissimus, qui primus diis sacrificauit, habuitq; filias duas Amaltheam, &

melissam, quæ Iouē infantē caprino lacte, ac melle nutriuerūt. Itē a melle melite insula, melle abūdās in Africa uersus Pachynū Siciliæ ꝓmōtoriū. unī catelli afferebanť melitēses, siue melitæi appellati. Errasse in hoc Plynium cōstat, qui meliten insulam, ex qua melitenses catuli feruntť, scribit inter Curcurā esse, quæ Melæna cognominata est, & illyriū. Lapsū aūt in hūc errorē existimo cognatiōe uocabuli. Nā melitinæ insula in Adriatico fuit nō lōge a Curcura, quæ dī Melæne. Ptholemæus. insulæ sunt in Dalmatia issa, quæ & urbs est. Pharia quæ & urbs. Nā Pharus parua ægypti insula dicta est contra nili hostia, ita appellata a nauclero Menelai, cui id nomen fuit, ibi ab aspide interempto, & sepulto. in hac Alexander macedo nouā urbē cōdere statuit. Sed cū magnæ sedis capax nō esset, ex illius aduerso cōdidit Alexandriā. in eadē ingēs turris fuit nauigātibus lumen exhibēs a Philadelpho rege constructa, quæ inter spectacula orbis numerať. Hinc turres oēs, ex qbus lumina nauigātib⁹ exhibētur, nōnulli Pharos appellāt. A pharia insula phariēsis deduciť. A phar⁹ pharius. Pharisæi secta quædā iudæorū fuit, religioni indulgēs. ꝑterea īsulæ in Dalmatia Curcura, Melæna cognominata. Meliten uero in africa fuisse idē Ptholomæ⁹ aptissime scribit, & Strabo τοῦ δὲ παχύνου πρόκειται νῆσος μελίτη. ὅθεν τὰ κυνίδια, ἃ καλοῦσι μελιταῖα. Hoc est Pachyno adiacet insula Melite, ex qua catuli sunt, quos melitæos appellāt. Melitinē quoq; a copia mellis appellatā arbitranť. Itē a melle melitites potionis genus dulcis, qđ fit ex melle & musto, quinq; cōgiis austeri musti, congio mellis, & salis cyatho sufferuefactis. differtq; a mulso, qđ mulsum eodē qdē mō, sed ex ueteri uino fit qđ facillime cū melle concorporať. Reuocat hoc auiditatē cibi, aluū mollit frigido potu. calido sistit. corpora auget. Multi longitudinē senectæ mulsi tm̄ potu, sine alio cibo tolerauere. cū diuus Augustus Pollionē Romulū centesimū iam annū excedētē interrogasset, qua nā ratōe uigorē illū animi corporisq; custodisset, respōdisse illū tradūt ītus mulso, foris oleo. A mulcēdo aūt dictū est mulsum, quasi melle delinitū. Mulcere enī delinire est, quasi mellicere, hoc est molle reddere. Pacuuius. Quid me obtutu terres, mulces laudibus? Hinc demulceo fit, hoc est delinio. & mulciber dictus Vulcanus, qđ molliat ferrū, ac mitius reddat. Mulsa etiā aqua, siue hydromeli dī, quæ fit despumato in ea melle, ꝑclarāq; utilitatē habet, in cibo ægrotātiū leui. uiribus recreādis, ore. stomachoq; mulcēdo. ardore refrigerādo. Tradunt etiā hūc potum utilē esse hoīb⁹ animi humilis, atq; præparci, quos micropsychos appellāt. Est ēt melitites lapis, qui succū emittit dulcē, mellitūq; tusus. & ceræ mixtus eruptiōibus. pituitæ maculisq; corporis medeť, & fauciū exulcerationi. Itē a melle thalassomeli, qđ fit equis portionib⁹ maris, mellis. imbris. fictiliq; uase. & picato cōditur, & elæomeli oleū, quod in Syria ex ipsis oleis manat sapore melleo, nō sine nausea, aluū emollit. bilē detrahit &. Oxymeli, qđ & acetū mulsum appellať. id hoc mō ueteres tēperabāt. Mellis heminas decē. Aceti ueteris heminas quinque, Salis marini pondo. tymbræ quadrantem. aquæ marinæ sextarios quinque, pariter coquebant deferuescente decies cortina, atq; diffundebant, īueterabātq;. itē a melle mellaria, de quib⁹ supra diximus, quæ & apiaria dicuntur. & aluearia. & melisones uocantur. & mellarii, qui opus mellis exercent, & ab apibus dicunť apiarii, & mellarium uas, quo in sacrificiis Maiæ deæ ueteres utebanť, in quo nō mel, sed uinū inditū erat. & uinū ipsū sub lactis noīe ferebatur. qđ faun⁹ eius pater in amorē illius lapsus, cū uolūtati suæ repugnantē haberet primo uirga myrtea uerberatā, deinde uino sopitā compressit in serpentē trāsfiguratus, propter quod & myrteam uirgā in templo eius haberi nefas erat, & super caput eius extendebatur uitis, qua maxime eā pater decipere tētauerat, & uinū in tēplū eius nō suo noīe solebat inferri. itē meliceria, de quib⁹ paulo ante diximus. A melle, & cæra. itē melilotos, quasi dulcis. & mellea lotos herba est notissima, & ubiq; nascēs, apiū cibus. Laudatissima tamen in Attica, ubicūq; uero recens, nec candicans. & croco q̃ simillima, quanq̃ in italia odoratior, & candida est. Dicitur latine sertula regia, a sertis, quæ ex ea fiunt. Ouidius. pars thyma, pars rores, pars meliloton amant. Lotos proprie herba est ī ægypto, quā Homerus inter herbas subnascētes deoꝝ uoluptati, primam nominauit. Hæc recedētibus aquis nili prouenit similis fabæ, in cuius capite fructus est pauperi similis intus grana. ceu miliū, ex quo incolæ faciūt panē, radicē habet mali cotonei magnitudine optā nigro cortice, qualis est, q castaneas tegit. interius cādidū corpus gratū cibis & crudū & coctū. Ab hac sata fit lotometra, ex cuius semine simillimo porri fiūt panes in Aegypto a pastorib⁹ maxīe aqua uel lacte subacto. Negāt qcq̃ illo salubri⁹ eē, nā qui eo uiuūt, nec dysēteria, nec tenasmo, nec aliis morbis uentris infestanť. Est & alia lotos, quā multi trifoliū dicunt. itē alia lotos agrestis in libya nasciť, hasta duobus cubitis lōga ramos plurimos ꝓferens, folia simillima trifolio, semē minus q̃ feno græco gustu uenenosa. Quidā ēt loton milium uocaure. Eadē Africa loton aliā insignē arborē gignit. quā uocāt celtin, magnitudine pyri. incisuræ in foliis crebriores faciūt ne ilicis uideanť. Fructui magnitudo fabæ, color croci. Tā dulcis ibi cibus est, ut nomē ēt genti dederit. Siquidē lotophagi appellanť. Quintil. sunt qui tradanť a poetis gustu cuiusdā germinis apud lotophagos. & sirenū cātu deliniti uoluptatē saluti ꝑtu-

lisse, dum laudis falsam imaginem persequūtur. ferunt uentris nō sentire morbum, qui eo uescātur, uinum quoqꝫ ex eo exprimitur, simile mulso, bacchæqꝫ cōtusæ cum siliqua ad cibos in doliis seruātur. Ligno color, niger quod ad tibias expetiť, e radice cultellorū capuli fiūt. Theophrastꝰ. Lotus nasciť queādmodū myrtus aduersus inter se densus sup germina, gustatu inter lotophagos prædulcis. suauis. innocuus. ac uētri utilis. idē, multa hæc arbor, fructuqꝫ copiosa est. Exercitū itaqꝫ Ophelli, cū Carthaginē ꝓficisceret, uel eo fructu diebus pluribus pastū commeatuū defectu accepimus. Est igitur in insula lotophagia, pharide uocata, larga copia, sed nō minor incontinēti. Hæc arbor italiæ quoqꝫ quōdā familiarissima fuit, sed terra mutata. Plynius. Faba græca, quā Romæ a suauitate fructus Siluestris qdē, sed cerasorū pene natura lotō appellāt ꝑcipueqꝫ domibus expetiť ramorū petulantia breui caudice latissima expatiantiū umbra, & in uicinas domos sæpe transilentiū. Nulli opacitas breuior, nec aufert solē hyeme decidētibus foliis. nulli cortex iocūdior, aut oculos excipiēs blandius. Nulli rami lōgiores ualidiresqꝫ, aut plures, ut dixisse totidē arbores liceat. Cortice pelles tingūt, radice lanas. itē a melle melicraton, quo aliqui utunť pro mulso. Itē melculū, hoc est paruū mel, quo uerbo blādiēdo utimur. Plau. meū corculū, meū melculū. Item mellifico, hoc est mel facio. A quo mellificꝰ. & mellificator. & mellificatrix. & mellificatio, deducunť. Diocles panicū mel frugū appellauit a frugis dulcedine, & quod dysentericis, & ad tormina ꝓdest, queādmodū mulsum. Itē a melle & oleo qd' græci ἔλαιον uocāt elæomeli. Oleū ē in syria sponte ex ipsis oleis manans. sapore melleo, aluū mollit, bilē detrahit, q duos ex eo cyathos bibere, torpescūt. excitātqꝫ crebro. Pugnatores dū certaturi sunt, cyathū unū ex eo ꝑsumūt. Itē a uerto, uerro deduciť, quod aliquādo significat traho. Virgilius. quippe ferant rapidi secū uerrātqꝫ per auras. Aliquādo idem qd' uerto. idem. Adnixi torquēt spumas, & cærula uerrūt, æquora. Nōnunq̄ capitur pro mundo, qd' trahēdo sordes mūdenť. Iuuenalis. Verre pauimentū. nitidas ostende columnas. Ab hoc fit uerriculū rete piscatoriū, quod trahēdo e uado educiť. & uerricula, quod ueteres pro articulo usurparūt. & euerriator, qui iure accepta hæreditate iusta facere defuncto debet, quæ si non fecerit, seu qd in ea re turbauerit, suo capite luat. Exuernæ sunt purgatio quædā domus, ex qua mortuus ad sepulturā ferendus est, quæ purgatio fit per euerriatorē, certo genere scoparū adhibito ab extra uerrēdo dictæ. & uerruca, qd' ꝓprie significat locū supeminētē. nā quæ supeminēt uerri solent. Cato. cēseo inqt si rē seruare uis faciūdū, ut q̄dringētos aliquos milites ad uerucā illā ire iubeas, eā uti occupēt imperes. Hinc uerrucæ ī corporibꝰ dicunť, supeminentes ueluti globuli duriores, quos uulgo porros appellāt. Ply. ocymū mixto atramēto sutorio uerrucas tollit. Huius diminutiuū ē uerrucula, hoc est parua uerruca. & uerrucosus homo diciť, uerrucis plenus. & uerrucosa loca, inæq̄lia, & diuersas ptes eminētes habētia. & uerrucaria herba, quæ uerrucas tollit, alio nomine heliotropiū uocata, de quo īferius dicemꝰ. itē a uerro uerpus, hoc est mediꝰ digitus a uerrendo podice, iudæi enī quia patiunť hæmorroidas, hoc est sanguinis fluxū, hoc digito uerrēdo utunť podici. Vnde & ipsi uerpi aliqñ uocitati inueniunť. idē digitus & impudicus ob eandē causam diciť, & infamis, & qñ porrigebať, signū derisionis & cōtumeliæ erat. Martia. Ostendit digitū sed impudicū Alconti Dasioqꝫ Symmachoqꝫ. idē. Nā mea iā digitū sustulit hospitibus. Iuuenalis. ipe minaci ꝑberet laqueū, mediūqꝫ ostēderet unguē. Persiꝰ. frontēqꝫ atqꝫ uda labella infami digito, & lustralibus ante saliuis, Expuit. Primꝰ uero in māu digitus pollex uocať, qd' cæteris potētior sit. Pollere enī posse ē, unde pollētia potētia. & Aequipolleo, pro equaleo. Græci ἀντιχεὶρ nominant, quasi pro manu, qd' non minus in officio sit q̄ manus. & quasi manus altera uideať, alio noīe appellať hallus, ἀπὸ τοῦ ἅλλομαι. salto, qd' constricta manu ꝓximū digitū solus scādat. A pollice pollicaris deduciť. Ply. crassitudine pollicari. Pollici uicinus, index siue salutarius uocať, ꝙ eo res quas uolumus ostēdimꝰ. Qui aūt inter minimū & mediū est medicinalis, siue a gestione anuli. Anularis, qd' neruus quidam de corde natus ad eū digitū in manu sinistra deriuať, & desinit implicitus cæteris eiusdē digiti neruis. Postremus, ꝙ omnium paruissimus sit, minimus uel auricularis, ꝙ eo ad mundandas aures uti solemus. Itē a uerto cōposita fiūt anniuersarius, qd' singulis uertentibus ānis fieri solet. Aduerto, qd' est cōuerto. Aduerto enim, & auerto contraria sunt aduerto oculos, aduerto animum, hoc est cōuerto aliquo. Auerto oculos animūue, idest aliunde remoueo. Virgil. Dii talē terris auertite pestē. inde aduersus. & auersus. Nam aduersus est oppositus. A quo aduersus. & aduersum ꝑpositiōes deducūť. Auersus est terga oñdēs. Cice. & aduersus, & auersus impudicus es. Sed auersus poniť aliquando metaphorice pro irato, ꝙ a rebus quas detestamur auertere oculos solemus. Virgili. iam dudum auersa tuetur. Nam si intuetur, quō a uersa nisi iratā intelligas. Circūuerto notæ significationis. interuerto qd' proprie est rē aut accōmodatā, aut creditā callide, doloseqꝫ ne domino restituať efficio. ut Cicero. candelabrum, qd' rex ægipti ioui capitolino dono tulerat, Verre q illud cōmodato acceperat, iteruersū eē cōqueritur. Marcellus iuriscōsultꝰ, Si duo hæredes rē apud defunctū depositā dolo interuerterēt. Per

uerto, mõ cõuerto, mõ deprauo. a quo fit peruerſus, qđ ꝓ ĩprobo accipit, hoc eſt eo, q̃ mores ꝑuerſos hẽt. Obuerto, cõtrauerto. Vir. cornua uelatarũ obuertimꝰ antẽnarũ. Trãſuerto, in obliquum uerto. uñ trãſuerſi oculi dicũt. Euerto, cõuerto. extrauerto. eruo. demolior. a quo euerſio, præuerto. ꝑter eo, qđ etiã præuertor dicit. Virg. Veteréq; fuga ꝑuertitur hebrũ. Aliquãdo reuoco. Plau. flebilis ꝑuertit metus, accurro ut ſciã qd uelit. Nõnunq̃ antepono. idẽ, illuc redeundũ eſt mihi ne me uxorẽ ꝑuertiſſe dicãt præ republica. Inuerto. cõuerto ſiue in cõtrariũ uerto. Vnde ĩuertere ueſtẽ dicimus. Subuerto, demolior. Diuerto, ſeparo. deflecto. A quo diuerſio. remotio. ſeparatio. deflexus. & diuerſus, uarius. & diuerticulũ. ubi de uia iter flectit. Teren. ubi ad ip̃m ueni diuerticulũ. Diuerticula ẽt dicunt domicilia in uia, ad quæ diuertẽdũ ſit. Vnde & diuertere pro ſtabulari, ſiue hoſpitari accipimus. A quo diuerſoriũ ſtabulum. & diuerſito frequẽtatiuũ. Gel. Ad ip̃a Platonis penetralia, ipſarũq; rerũ pondera, & dignitates ꝑgendũ eſt nõ ad uocularũ eius amœnitatẽ, nec ad uerborũ uetuſtates diuerſitãdũ, hoc eſt deflectẽdũ. Itẽ diuortiũ ſeparatio oĩum rerꝝ. Cice. ſic doctrinarũ facta diuortia. Virg. obiiciũt equites ſeſe ad diuortia nota, hoc eſt ad deflexus uiarũ. Proprie tamẽ diuortiũ dicit diſtractio mr̃imonii, differtq; a repudio, ꝙ repudiũ inter nõdũ cõiunctos ſit. Diuortiũ uero coniunctorũ eſt. Modeſti. diuortiũ intra uirũ & uxorẽ fieri dr̃. repudiũ uero ſpõſæ remitti uidet, ꝙ in uxoris ꝑſonã non cadit. Paulus. repudiari ẽt futurũ matrimoniũ põt. Non recte aũt ſponſa diuertiſſe dr̃. Tractũ aũt repudiũ ẽ, ut repudiare ſit ob rẽ aliquã pudẽdã repellere. & diuerſor, qđ mõ diuerto ſignificat, mõ conuerſor. Itẽ reuerto qđ & reuertor dr̃, hoc eſt redeo. a quo reuerſio. interdũ tamen reuertor, & redeo idem ualẽt qđ uenio ſiue diuerto. Cicero. ad chryſippi laqueos reuertamur, cum nihil de chryſippo antea dixiſſet. Itẽ conuerto notæ ſignificationis. A quo conuerſio, & conuerſor, qđ eſt utor, & conſuetudinem habeo. A quo cõuerſatio pro cõſuetudine. Itẽ aĩaduerto, qđ ex aĩa, & uerto cõponit, quaſi aĩam cõuerto, ideoq; aliqñ hoc uerbũ ſignificat ĩtueor attendo, q̃ſi aĩam hoc eſt mẽtẽ cõuerto, & tũc exigit poſt ſe accuſatiuũ ſine ꝑpoſitiõe. Cicero. ſæpe ego aĩaduerti multos in ipſis rerꝝ primordiis id facere ſolitos. aliqñ punio. uerbero iram exerceo, nec eius dũtaxat, q in alterũ ordĩariã hẽt poteſtatẽ (ut Valla ſenſit) ſed cuiuſcũq;. Plautus. is cũ in herũ aĩaduertiſſet grauius, hoc eſt irã cõuertiſſet, iõq; accuſatiuũ exigit cũ ꝑpoſitione in. Aĩa enĩ aliqñ pro mente accipit. i. pro aĩo. Macrobius, tunc enĩ anima libera eſt, & nulla corporis contagiõe ĩpedita. Aliqñ pro ira. Plau. animã cõprime. Vnde aĩoſi, iracũdi dicũtur, & animati. Acciꝰ. ego ne auxilio motus temere hoſti me aĩato offerã. Virgi. quos animoſi euri aſſidue frãguntq; feruntq;. Cicero. ego uero nihil ita aĩato hoĩe miſerius ducerẽ. & ea pars animæ, in qua iræ ſedes eſt, uocat animoſa. Proprie tñ aĩa ſpiritus eſt. Virgi. aĩas in uulnere ponũt. diciturq; ἀπὸ τοῦ ἀνέμου, qđ uentũ ſignificat, qppe uentus ſpiritus eſt. Hinc & prouento ſæpe uſurpatur. idẽ quantũ ignes, animæq; ualẽt. Plau. ne quid emittat animæ dormiẽs. Nõnũq̃ ponit pro alitu oris. nã & ip̃e ſpiritus eſt. Virg. animas & olẽtia medi, ora fouent illo, & ſenibus medicant anhelis. Plau. an feret anima tuæ uxori. idem. ieiunitatis plenus animã fetidat. idẽ pro aqua poſuit. Ni ego illi puteo ſi occepſo animã omnẽ intertraxero. Aliquãdo pro ſono. Varro. & phrygias audire animas. Quãdoq; ẽt ꝓ ipſo hoĩe ſecũdũ opinionẽ Platõis, qui uult nõ cõiũctũ, hoc eſt animã corpuſq;, ſed ſolã animã hominẽ eſſe. Virg. ite ait egregias animas, quæ ſanguine nobis, hãc patriã peperere ſuo. Quidã animã ab animo ita diſtinguũt, ut anima ſit qua uiuimus. animus quo ſapimus. Macrobius. animus enĩ ꝓprie eſt mens, quã diuiniorẽ aĩa nemo dubitauit. idẽ, ſecũdũ ergo hoc cũ ex ſũmo deo mens, & ex mẽte aĩa ſit, aĩa uero & condat & uita cõpleat omnia. Frequẽter tamẽ hæc duo cõfundũtur. unde & pro ira tam animũ q̃ animã dicimus, ſed rectiꝰ animã. Ply. de ira. ergo & hæc animi aſperitas, ſeu potiꝰ animæ dulciore ſucco mitigat. itẽ de uento utrũq; uſurpatũ inuenimus. Vir. mollitq; animos & tẽperat iras. Animas in hoĩe q̃tuor eſſe dicunt. Vitalẽ, quæ & in uermibus eſt, qui tm̃ mouent. Senſualẽ, ut in mutis animalibus, in qbus eſt ſenſus, & timoris, & gaudii. intellectualẽ quæ ẽ in hominibus tantũ, qui & cogitare, & iudicare poſſunt, & quæ ĩfra omnes eſt phyſicã, hoc eſt naturalẽ, quæ eſt in herbis, atq; arboribus, quæ & ſi nõ mouent uitã tamẽ habẽt cũ naſcant, creſcant, & pereãt. Quidã exiſtimauerũt animũ cor eſſe. Vñ excordes. uecordes. & cõcordes dicti, Empedocles animũ cenſuit eſſe cordi ſuffuſum ſanguinẽ. Alii partẽ quandã cerebri animi pricipatũ tenere opiati ſũt. Quidã nec cor, nec cerebri ꝑtẽ eẽ animũ uoluerũt, ſed alii ĩ corde. Alii in cerebro dixerũt animi eẽ ſedẽ & locũ. Alii animũ putarunt animã. hoc ẽ ſpiritũ eẽ Zeno ignẽ affirmauit. Ariſtoxenus ipſius corporis intẽtionẽ quandã uelut in cantu, & fidibus, q̃ harmonia dicit, Zenocrates naturã cuius uis in natura maxima eẽt. Plato triplicem finxit animã, cuius principatũ, ideſt rationẽ in capite ſicut in arce poſuit, & duas partes irã. ſ. & cupiditatẽ locis diſcluſit irã in pectore, cupiditatẽ ſubter ꝑcordia locãs. Dicearchus nihil eſſe animum ſcripſit, ꝑterq̃ nomẽ totũ inane, fruſtraq; animalia, & animãtes appellari, neq; ĩ hoĩe eẽ animũ uel animã, neq; in beſtia, uimq; omnem eã, qua uel agimus quid, uel ſentimus in omnibꝰ cor-

iquietus,ac curis plenus.Solicito aũt a ſolo deductũ eſt,quaſi ſolo cito,hoc eſt loco dimoueo. Solũ.n.neutro genere dr̃,q̃cq̃d alicui rei ſubiacet. Vnde nauis ſolum eſt mare. Vir. de mari ſubtrahitq; ſolũ.Hinc ſolum ꝓ loco ponit.Itẽ pro terra,ꝙ pedib⁹ noſtris ſubiecta ſit,unde natale ſolũ dicimus patriã,hoc eſt terrã in qua nati ſumus.& exulẽ q̃ ex patria eiectus eſt q̃ſi extra ſolũ,quẽadmodũ idẽ extorris appellatur quaſi extra terrã.a quo exulo uerbum, hoc eſt patria priuatus ſum.& exiliũ ipſa priuatio.itẽ ab hoc ſolo ſolidũ dr̃, qđ mõ ſignificat continuũ,ac iuge.Plau.Decẽ ãnos ſolidos errauit puer.Modo plenũ.integrũ.nihil uacui aut cõcaui habens Virg.Solidoq; adamãte colũnæ.Hinc fit ſolido uerbũ qđ eſt roboro firmo.a quo cõſolido.& ſolidatio.a quo cõſolidatio. & ſolide aduerbiũ.& cõſolida herba, quæ & cõferua.& coagulũ dicitur.& græce ſtrygnõ.Quidã ẽt ſtrumũ appellãt,ꝙ ſtrumis illita ſanãdis peculiaris eſt alii cõferuã uocãt aliã herbã,a cõferminãdo,quæ in aquis dulcibus naſcitur.Spõgia uerius aquarum q̃ muſcus,aut herba uilloſæ denſitatis,ac fiſtuloſæ.Curatũ ea legimus ꝓ lapſum ex alta arbore putatorẽ quẽdã,oĩbus fere oſſibus cõfractis circũdata uniuerſo corpori,& aqua ſua ĩſperſa quotiẽs inareſceret.itẽ a ſolidũ inſolidũ dicimus,aduerbialiter,hoc eſt ĩ ĩtegrũ,ut oẽs ꝓmiſerunt inſolidum ſe ſatiſfacturos,hoc eſt integre unuſqſq; p ſe & nõ oẽs ſimul. itẽ a ſolo fit ſoliſtimũ,qđ ſoli eſt.ita.n.a ſolo ſoliſtimũ dicim⁹,ſicut a medio mediaſtimũ antiq nõ modo balneorum, ſed ædiũ quoq; miniſtros mediaſtimos uocabãt,ꝙ medii eſſent ad p̃ſtanda officia. de tripudio ſoliſtimo dictũ ẽ a nobis ſuperius.& ſolidus nũmi gen⁹,quo ĩ p̃ſentia utimur. Vigĩti ſolidi librã cõſtituũt,& ſolitaurilia,q̃ ĩmolatio erat triũ hoſtiarum diuerſi generis. Tauri. Arietis. uerris, qa oẽs ſolidi,ĩtegriq; ſint corporis. Alii ſolidũ nõ a ſolo,qđ terrã ſignificat,ſed ab oſcoꝝ uocabulo dictum uolũt.Oſci.n.ſolõ totũ uocãt.uñ ſoliferreũ genus teli appellatũ, quaſi totũ ferreũ.& ſolers in omni re prudens,q̃ſi totus ars. A quo ſolertior ſolertiſſimus,& ſolertia, ĩduſtria,quorũ cõtraria ſunt iners,q̃ſi ſine arte.Inertior. Inertiſſimus. Inertia. & ſolẽne qđ oĩbus annis p̃ſtari debet.a quo ſolẽnitas appellata.& ſolor,q̃ſi ſolidũ reditegro.a quo ſolatiũ,& quo poetæ potius utunt,ſolamẽ.Virg.Solamẽq; mali de collo fiſtula pendet. & conſolor.& cõſolatio.& cõſolabũdus.& cõſolamẽ.& cõſolatoriũ.unde cõſolatoriã epiſtolã dicimus. & cõſolatoriũ carmẽ. Quidã ſolatiũ a cõſolatiõe ita diſtingũt,ut ſolatiũ re fieri dicãt.cõſolationem uerbis.& cõſolari,oratiõe ſolari.& ſoliũ,armariũ e ligno factum in,quo reges ob corporis ſui tutelã ſedebãt,dictũ quaſi ſolidũ.Ponit tñ abuſiue,ꝓ ſella regali & ꝓ uaſe, in quo uel balneamur, uel cõdimur. Quidã tñ ſoliũ a ſedẽdo deductũ putãt,ut ſupra oſtendim⁹.unde & ſoliſternia.& ſolaria appellata.& ſolox lana craſſa quaſi ſolida. Itẽ pecus lana cõtectum. Titĩnius. Lana ſoloci ad purpurã data.Lucillius.Montano hirco,atq; ſoloce.ſicut econtrario oues,quæ uentrẽ lana nudũ habẽt,apicæ dicunt.Itẽ a ſolon, qđ oſcorũ lingua totũ ſignificat ſolus deriuatur.Nam q unus eſt,totus eſt. Aurelius.etenim cũ unus erat in mũdo, unius error oĩum fuit,& oẽs errauimus ĩ eo uno. Ab hoc ſolitarius dictus,q ſolus uiuit. Vnde ſolitaria uita,& ſolitarius paſſer.& ſoliloquus,q ſolus loqtur.& ſoliloquiũ, qđ p nos cõtemplãdo loqui ſolemus.& ſolitudo quã ueteres ẽt ſolitatẽ dixere,& ſolea,qđ ſola pedibus ſubiiciatur. Genus calciamenti eſt plãtis ſubiectũ.nã cætera ꝓpe nuda teretibus corrigiis nectunt, quæ dicuntur amenta,eo ꝙ aptãtes ea ad mentũ trahũt.Ply.Corneliæ gracchorũ matri ſedens ſtatua poſita fuit,ſoleiſq; ſine ammento inſignis in Metelli publica porticu. Ammẽta ẽt dicunt, quibus uĩciunt iacula, ut mitti poſſint.uñ ammẽtatas ſoleas.& ammẽtata iacula dicimus.Quidã putãt hoc uocabulũ a græcis acceptũ, q hæc ἄμματα uocant.Soleas uero uoce græca crepidas nominamus.& p diminutionẽ latinã crepidulas, earũq; ſutòres crepidarii dicunt.Cicero. Hoc calciamenti genus gallicas uocat.Cũ gallicis & lacerna cucuriſti.Solea ẽt piſcis eſt,de quo ſupra diximus.Item materia roborea,ſup qua paries cratitius extruit. Quidam ẽt putant Crepidas latinũ uocabulũ eſſe,a crepitu,hoc eſt a ſono,quẽ ambulãdo reddunt appellatas. Crepare enim proprie ſonare eſt.Vnde crepitus dictus eſt.Teren.Sed hoſtiũ cõcrepuit. Eſt autẽ crepit⁹ ſonitus uiolẽtus,ex ĩpulſu reſultãs. A quo increpare eſt cum impulſu uocis,& ĩmani ſonitu reprendere.incuſare,inſultare,a quo fit increpitare frequentatiuũ.Virgi.Hoſtis amare qd increpitas. mortẽq; minaris? Idẽ. Aeſtatẽ increpitans ſeram.& increpatio huiuſmodi reprehenſio. a crepo fit frequẽtatiuũ crepito,qđ proprie eſt cimbaloꝝ, tympanorũq;,& alioꝝ huiuſmodi.a quo fit crepitaculũ,qđ ſiſtrum dicit,frequẽs in ſacris Iſidis.Eſt enim ſiſtrum æneũ crepitaculũ, cuius p anguſtam laminã ĩ modũ balthei recuruatã traiectæ mediæ paucæ ungulæ, criſpante brachio trigeminos ictus,reddũt argutũ ſonũ.Virg.Regina in mediis patrio uocat agmina ſiſtro.Martia.de crepitaculo,ſiqs plorator collo tibi uernula pendet,Hæc quatiat tenera garrula ſiſtra manu.& crepitulum ornamentũ capitis eſt,quod in capitis motu crepitũ facit. Crepitus ẽt turpis uentris ſonitus appellat.Cõcrepo quoq; a crepo deducitur eiuſdem cum eo ſignificationis.Siſenna.Conglobati & collecti concrepant armis. & percrepo. Lucil. percrepa pugnam Pompili factam,Corneli cane.Aliq̃ñ tñ per metaphorã capitur pro conqueror,uel doleo.Idem.

leo.Idẽ.Et crepat antiquũ genus ut pietate repletũ. Plaut. Qui crepat defunctũ patrem.Hora. Qui posthuma grauẽ molliciẽ,aut pauperiẽ crepat.Aliqñ pro icito. Turpi.Age tu,Hymenæum increpa.Nonnũq̃ ꝓ frangor.Virgi.Et acuto murice remi obnixi crepuere. a quo crepido deriuatꝛ,q̃ ꝓprie est ꝓrupti saxi altitudo,& moles.Idẽ.forte ratis celsi cõiũcta crepidĩe saxi, Expositis stabat scalis,& põte parato.Quãdoq; ꝓ ferio.Ennius. Sed sonitus aures meas pulsu pedũ ĩcrepat.Cicero.itaq; uir bonus habeat hãc uim,ut si digitis cõcrepuerit possit ĩ locupletũ testamenta nomẽ eius irrepere.a crepo ẽt capræ,& a principio crepæ sunt appellatæ, ꝙ cruribus crepent,ut supra diximus.& crepilupci a crepitu pellicularũ quẽ faciũt uerberãtes.Mos.n. Romanis erat in Lupcalibus nudos discurrere,& pellibus obuias quasq; fœminas ferire. Crepera res(ut Nonius scribit)dubia dr̃.Vnde & crepusculũ,lux dubia.& decrepiti senes, ĩ dubio uitæ cõstituti,uel ꝙ nec mouere se pp senectutẽ,nec ullũ facere crepitũ possunt.& creperũ bellũ anceps,& dubiũ.inde increpito qdã dictũ putant,qa male dicta fere ĩcerta,& dubià sunt.Itẽ a crepo crepor,pro crepitatiõe deducitꝛ.& crepũdia,puerilia ornamẽta,de qbus supra diximus. Solũ quoq; aliqñ ꝓ deserto usurpãt poetæ. Vir.Heu male tũ libyæ solis erratꝛ in aruis.& a solus deducitꝛ sol,ꝙ tantã claritatẽ solus obtineat.Vnde assyrii quoq; huic nomini adad nomen addiderũt,qđ eoꝝ lingua significat solũ.Ab eo fit solaris.unde solaris radius dr̃.& solaris annus,cũ sol expleto ꝑ oĩa signa circuitu ad id unde digressus fuerat,redit,qđ fit fere trecentis sexaginta quinq; diebus.Sicut lunaris annus dicitꝛ,q mẽse uno suũ cõficit cursum. & Magnus annus,cũ oẽs planetæ in unũ locũ recurrũt,qđ fit(ut scribit Hortẽsius)spatio duodeci miliũ & noningẽtorum anno rũ.& solaris herba, quã græco noĩe heliotropiũ dicimus, ꝙ se cũ sole circũagat, ẽt nubilo die,tantus est eius syderis amor,& nocte cõtrahat ceruleos flores.Magnus est medicoꝝ nostri tpis error,q cicoriũ putãt heliotropiũ esse,cũ cicoriũ sit intybũ erraticũ,cui radix lõga,& lenta,qua ad uincula ẽt utuntur,estq; herba frigidissima,cũ heliotropiũ tẽperata sit, & aliquid habeat caliditatis.Cicoriũ qdam ob singularẽ salubritatem chreston appellãt. Græci.n. χρυσὸν utile uocant. Alii pancration,qđ παγκράτιον omnipotens sit.Magi putant huius succo cũ oleo perunctos fauorabiliores fieri, & q̃ uelint facile ĩpetrare.Solaris quoq; lapillus est,quẽ similiter græco uocabulo heliotropiũ noĩant porracei coloris,sanguineis uenis distinctus,de quo supra diximus,sicut solis gẽma.Alius lapillus est candidus,q ad speciẽ solis in orbẽ fulgẽtes radios spargit.Itẽ a sole solanus.unde subsolanus uẽtus,de quo supra diximus,qđ sub sole oriente nasci uideatꝛ,& solanũ herba quã alii strichniũ, alii halicacabũ. alii ꝙ uesice medeatꝛ,& calculis uesicariã uocant,hac coronarii utuntur in ægypto, qđ ederæ folio similis sit. Siquis eam drachmæ folio sumpserit,uariæ species,ac lætitia plenæ aĩo obseruantꝛ.Duplicatũ põdus insaniã facit.ideo manicõ qdã e græcis, e latinis Furialẽ herbam noĩant. Quicquid ponderi adiiciatur,mortẽ reꝑsentat.Sunt qui dorion appellent, ꝙ cuspides ea in præliis tingerentur. Strychnis ẽt & halicallios.& erythros.& neuris nũcupatꝛ.Xenocrates nullũ eẽ corporis malũ scribit,cui hæc herba nõ sit salutaris.Itẽ a sole solariũ horologiũ,locus in quo horæ ad solẽ cõspiciuntꝛ.Primus Romanis hoc statuisse dr̃.L.Papyrius cursor ad ædem Quirini, cum eam a patre suo uotã dedicaret ante duodeci annos,q̃ cũ Pyrrho bellatum est.Nã prius ortus tãtum,& occasus solis noĩabantur,adiecto ẽt post aliquot ãnos meridie,quẽ Accensus cõsulum pronũciabat,cũ e curia inter rostra,& græcostasin ꝓspiciebat solem.Curiæ qppe duoꝝ generum erant,& ubi sacerdotes res diuinas curabant,ut curiæ ueteres,& ubi senatus humanas, ut curia hostilia,quã primã ædificauit Hostilius rex Ante hanc rostra erant dicta a rostris nauiũ, quæ ex hostibus capta,ibi fixa sunt.Liuius.naues antiatũ partim in naualia Romæ subductæ, partĩ incensæ,rostrisq; earũ suggestũ in foro extructũ adornare placuit Rostraq; id templũ appellatũ.Sub dextra hoꝝ a comitio locus erat,ubi nationũ legati subsistebant,q ad senatũ mittebantur.Is a græcis pp nationis excellẽtiã græcostasis,hoc est statio græcorũ est nominatus. Accẽsus præco erat ita dictus,ꝙ ad censum solitus esset uocare.Cõsul.n.qui exercitui imperaturus erat,dicebat Accenso,Calphurni uoca illiciũ oẽs qrites huc ad me. Accensus dicebat sic. oẽs qrites ite ad cõuentionẽ huc ad iudices.dehinc cõsul loquebatꝛ ad exercitũ. Impero qua conuenit ad comitia cẽturiata.Censor uero sic accenso imperabat,ut populum uocaret.Quod bonũ,fortunatũ.fœlix.salutareq; sit populo romano Quiritiũ.Reiq; publicæ populi romãi Quiritium,mihiq;,collegæq; meo fidei,magistratuiq; nostro oẽs quirites,pedites.armatos.Priuatosq; curatores oĩum tribuũ siqs ꝓ se,uel ꝑ altero rõnem dari uolet,uoca Illiciũ.Prætor aũt accenso iubere solebat,ubi ei uidebatꝛ meridiẽ esse ut inclamaret meridiẽ eẽ circa muros ire solitus,ut illiceret populũ in eũ locũ, unde uocare posset ad concionẽ. Hinc est uersus ille ueteris Comœdiæ. Vbi primũ accẽsus clamarat meridiẽ.Illiciũ est,cũ circa muros itur,ut populus alliciatꝛ ad magistratus cõspectũ.Qui eos uocat ascẽdit ĩ locũ. Vnde uox ad concionẽ uocantis exaudiri possit.Marcel.scribit,Accẽsos gen⁹ militiæ eẽ administrãtibus ꝓximũ,dicti qđ ad necessarias res sæpi⁹ acciatꝛ,ueluti accersiti.Põpeius uero Accensi inqt dicebantꝛ,q in locum mor

tuoꝝ militum subito subrogabatꝰ, dicti ita, qa ad censum adiiciebantꝰ. Manifestus est error utriusq;. Itē a sole solstitiū dr̃, q̄si solis statio, cū sol ultra nō ꝓgreditꝰ, sed retrocedere īcipit. Singulis qppe annis duo solstitia sunt. Vnū æstiuū in principio cancri. Cū sol ad īferiores īcipit circulos cōmeare. Alterū hyemale in principio capricorni, qn̄ sol ad nos īcipit reuerti. Virg. Humida solstitia, atq; hyemes orate serenas. Præterea a sole solifuga, q̄ & solpuga dr̃, de qua superius diximus, & insolo uerbū, quod significat ad solem sicco, sicuti infumo, sicco ad fumum. ab hoc insolatio dr̃, quēadmodum a fumo, Infumatio. Ply. Cærā uinaceo crate sub diuo siccant sole, Lunaq;, hoc. n. candorē facit si sic siccatꝰ, & ne liquefaciāt, ꝓtegunt tenui linteo. Candidissima uero fit post insolationē, ēt humi recocta. Plau. Atq; hillas īfumatas, & sumē. Hillas hoc ē Farta intestina tenuissima. Veteres. n. hillas intestina tenuiora dixerunt. unde bouille oppidū uocitatū, q̄si bouis hillæ nō lōge ab urbe, ꝙ eo uulnerata bos sua trahēs intestina deuenerit. Laberius. Neue aliter hūc p̄dicabis, quō uideo adolescēti nr̃o cædis hillas. īsolare quoq; puellæ crines dicuntꝰ, dū faciē tectæ passos ad solē tenent cādicādi gr̃a & ipsi crines insolati dicūtur. Itē. solati dicuntꝰ q̄ sole correpti sunt, quēadmodū syderati, q̄ sydere. Ply. Sic & solatis prosunt. sol græce ἥλιος dicitur. a quo Helius propriū nomē. & Heliogabalus, qui Antonii Caracallæ filiꝰ fuit, natus ex Semiamira formosissima fœmīa apud phœnices, quo tempore pater eius cū parthis bellū gerebat. Hic matris ingenio apud Antiochiam ad imperium assumptus est, impetrauitq; a senatu, ut mater in ordine senatorio locaretꝰ, qđ nunq̄ antea fuerat mulieri concessum. & Heliopolis, de qua diximus. & Heliochrysos herba, aureū florē ꝓducēs. Solus græce μόνος dicitur. a qua monas monadis deducitur qđ significat unitatē. & monachus solitarius. & monarcha, unicus oīum princeps. A quo monarchia unius principatus. & monacris Archadiæ mons, quasi solus uertex, siue sola summitas. & Monychus proprium nomē, quasi μόνος ὄνυξ hoc est solus unguis, qđ pedē instar equi habuerit. & monomachia singulare certamen. & monosceli hoīes indici singulis cruribus miræ ꝑnicitatis ad saltū, σκέλος. n. crus dicitur. Idē. Sciopodes uocantꝰ, ꝙ in maiore æstu humi iacentes σκιᾷ ποδὸς, hoc est umbra pedis se ꝓtegant. & monoptoton unius casus. & monoxylū, qđ ex solo est ligno. & monœcus, de quo inferius dicemus, quasi sola ædes. & monoceros, unicornus. & monodos Prusiæ filius, qui dētium loco os unū cōtinuū habuit, quēadmodū Pyrrhū epirotarū regē habuisse Plyniꝰ refert, ὀδοὺς. n. dēs dr̃. Itaq; monodos dictus, quasi unicus dens. & monophthalmus, unius oculi. Soliduriꝰ, nō a sole, seu solido, aut solo deriuatꝰ, sed ita uocatꝰ lingua gallica deuotus. Cæsar cū sexcentis deuotis, quos galli soldurios appellāt, quoꝝ est cōditio, ut oībus ī uita cōmodis una cum iis fruātꝰ, quorū se amicitiæ dediderunt. Si quicq̄ per uim accidat, aut eundem casum una ferant, aut sibi mortē cōsciscāt. Itē a solus soliuagus dr̃, qui solus uagatꝰ & soleo, qđ significat cōsueui, quasi solus, hoc est totus eo. Cuius præteritū est solitus sum. a quo insolitus ꝓ insueto. & insolens proprie eiusdem significationis. Teren. Quid tu Athenas insolens? Aliqn̄ tamen ꝑ metaphoram pro arroganti ponitꝰ hoc est eo, q̄ non solita agit, sed excedit legē humanā, & naturalē. Ci. Nec erat uerendū, ne uera prædicans sese nimis uideatꝰ, aut insolens, aut audax. Hinc insolentia ꝓ arrogantia deducitꝰ, & insolenter aduerbiū, arroganter. Veteres insolū pro insolitū usurparūt Afranius. orbitatē senectuti tuæ malū metui, qđ insolū nō uenit, cæco ac dementi. idem. ne ueniret, qđ nō agitꝰ īsolū. a soleo fit cōpositū assoleo. Pla. Oppido sic assolet. OPES MISERAS. Miseros diuites, opes. n. pro opulentis posuit (ut mos est poetarum) Miseros aūt iō diuites uocat. qa cōtinuis delatorum calūniis infestabantꝰ. ops dea est, quæ cœli ex uesta filia fuit, & soror ac cōiunx Saturni. Græci Rheā uocant, hanc q̄dā putāt terrā esse, ab opere ita uocatā, ut supra diximus, qa ex operibus terræ, humanæ uitæ alimēta quærātꝰ, fructusq; & fruges ex ea nascantꝰ ab hac opes, hoc est diuitiæ dictæ, qa diuitias oēs in agris esse, ueteres existimabant. Hinc locupletes dicebāt loci. i. agri plenos. & pecunia ipsa a pecore appellabatꝰ. & pascua cēsoriis tabulis dicebātꝰ oīa, ex q̄bꝰ populus redditꝰ hēret, q̄a diu hoc sol ū uectigal fuerat. Multatio quoq; nō nisi ouiū, boūq; impēdio dicebatꝰ. Maxima multa erat triū miliū, & uiginti assuum, qa nō licebat quōdā pluribus triginta bobus & duabus ouibus quenq̄ multari. exstimabaturq; bos centussibus. ouis decussibus. Minima āt multa uniꝰ ouis erat. & ouis qn̄ multa erat, masculino genere ꝓferebatꝰ. Varro. Quādo citatꝰ neq; respōdit, neq; excusatꝰ est, ego ei unū ouē multā dico. Multa pœnā significat, ꝙ osci pœnā uocāt multā. Var. āt iccirco pœnā multā dici existimat ꝙ olim singula ob peccatū exigebantꝰ. ut ouis. aut bos. postea multa simul exigi cœperūt, & uinū atq; oleum addi. in hoc āt multa differt a pœna, ꝙ pœna generali noīe dr̃ oīum delictoꝝ coertio, multa uero est sp̄alis peccati, cuius aīaduersio pecuniaria est. pœna aūt (ut Vlpia. inq̄t) non tantum pecuniaria, sed capitis, & existimationis irrogari solet. Et multa q̄dē ex arbitrio eius uenit, qui multā dicit, pœna āt nō irrogatꝰ, nisi q̄ lege, uel quo alio iure sp̄aliter huic delicto imposita est, quinimo multa ibi dr̃ ubi sp̄alis pœna nō ē īposita. itē multā is dicere pōt cui adiudicatio data ē. Magistratus. n. solos, & p̄sides ꝓuīciarū posse multā dicere ꝑmissum est. Pœnā āt

unusqsq; irrogare pōt, cui huius criminis, siue delicti executio cōpetit. a multa fit multo uerbū, qđ est punio, condēno. Veteres tñ aliqñ ꝓ augeo usurparūt, & uoti cōpotē reddo. Nonius. & uobis qdē gratias ago, cū uotis me multatis meis. ab hoc multatio, hoc est condēnatio deriuatur. Multatitia pecunia uocaẗ, q̄ ex multa pcipiẗ. Ex his apparet q̄ ridicula sit opinio eorū, qui multā p c scribi debere, & a mulgeo uerbo deriuari scripserunt. Est. n. mulgere lac e mammis exprimere. unde mulctra dr̄ ipsa extractio lactis. Virg. Bis uenit ad mulctram, binos alit ubere fœtus. a quo mulctrale uas appellaẗ, in quo lac colligiẗ. idem. implebunt mulctralia uaccæ. itē a mulgeo Caprimulgi dicti, quos, Aristoteles a caprarū mām̄is A egothelas uocat. A ues sunt grandiores, merulæ aspectu, fures nocturni. int erdū. n. uisu carent, intrant pastoꝝ stabula caprarūq; uberibus aduolāt ob suctū lactis, qua iniuria uber emoritur, caprisq; ita mulctis oboriẗ cæcitas. itē emulgeo, qđ significat sine labore tollo. Terē. Emulsi argēto senē. Præterea a multus fit multitudo, qđ significat frequentiā, ac copiā. Ci. Sed ut pōtifices ueteres pp sacrorū multitudinē tris uiros epulones eē uoluerūt. & multifariam, ac multicia indumēta, de quibus supra diximus. & multū, ac multo aduerbia & multesima pars pro quātitate infinita. Lucil. Quā paruula pars, quā multesima cōstet. & multiuidus, multa uidens. & multipes, multoꝝ pedum ac uermis, de quo supra diximus. & multiplex, inuolutus. uarius. multas plicatiōes habens. & multiplico. a quo multiplicatio. & multifacio. magni existimo. & multiuolus, qui multarum rerum desiderio tenetur. & multiloquus, qui multa loquitur. & multifidus, multis modis fidens. multū & satis hoc distant, ꝙ multū infinitū est. satis finitum. auaris illud, hoc parcis, & se cōtinentibus applicandū est. Lucil. Nam si quod satis est homini, id satis esse potuisset, hoc sat erat. Nunc cum hoc non ē quid credimus porro diuitias ullas animum mihi explere potesse. Ludos ꝑterea celebrantes Bubecios apellabant. Seruius. Rex ouiū, boūq; effigie primum æs signauit, frugem aratro quæsitam siquis nocte depastus esset, aut secasset, puberi quidem capitale erat, suspensusq; Cereri grauius necabatur q̄ homicidio conuictus. impubes ꝑtoris arbitratu uerberabatur, quies. sonusq; in stramentis erat. Dona amplissima imperatorum, ac fortium ciuium erant, quantū quisqs uno die plurimum errauisset cognomina hic erant pilūni, qui pilum in pistrinis inuenerūt. pisones a pinsendo. Fabii. Lentulii. Cicerones, ut quisquis aliquod huiusmodi genus optime sereret. in sacris, nihil religiosius cōfarrationis uocabulo erat nouæ nuptæ farreum, de quo supra diximus, præferebāt. A grum male colere censoriū probum iudicabatur. Virum bonum non aliū quā qui bonus colonus esset iudicabant. Cato. Maiores nostri uirū bonū cum laudabant, ita laudabant bonū agricolā, bonūq; colonū, amplissime laudari existimabatur, qui ita laudabaẗ. Imperatorū manus colebant agros, & scindi se laureato uomere terra gaudebat, serētē inuēit data dictatura. L. Quintū. Cincinnatū, tria iugera terræ trās Tyberim, quæ postea prata quintia appellata, ore adhuc pulueris pleno, cū uiator uela corpus inquit, ut proferam senatus, populiq; romani mādata. unde Serani cognomē adeptus ē. Gloriam deniq; a farris honore adoriā ueteres appellarunt. A dor. n. farris genus ē. Edor quōdam ab edendo appellatū, uel ꝙ adoratur ut fiat tostū. ex hoc mola salsa in sacris fiebat. ideo ergo adoriam gloriam uocabant, ꝙ gloriosum eū putabāt esse, qui farris copia abundaret. Id genꝰ farris adoreū quoq; far nūcupatur. ab opibus opulentus dr̄ diues, quasi diuitiarū plenus. a quo opulentia, quā ueteres ēt opulētitatē dixere. Plau. Quasi q̄ eiꝰ opulentitatē reuerearis. Cecil. timet ne opulentitate nostra sibi iniuri faciā. Hinc ēt opuliscere pro ditescere capiebant. Furius. quo magis in tātis possunt opuliscere cāpis. Itē opimus. diues. pinguis. Vnde opima spolia dicuntur, quæ dux duci detrahit. Vir. Aut spoliis ego iam raptis laudabor opimis. & opime aduerbiū abūdanter. & opiparū, magnarū opū. unde opiparum cōuiuiū dicimus. a quo opipare aduerbiū abundanter. copiose. ops quoq; aliqñ pro opibus a ueteribus usurpaẗ. a quo inops paup diciẗ. & inopia pauptas. aliqñ tñ inops, & inopiosus nō ab opibꝰ, sed ab ope deduci uideẗ significātq; sine ope. Vnde inopem animi. inopem cōsilii dicimus, hoc est sine ope animi, sine ope consilii. Virg. Sæuit inops animi. Plau. Sæpe ego res multas tibi mandaui dubias egenas inopiosas consilii. Item ab ops opis dicta, hoc est auxiliū. opem quippe ferre in rebus dubiis dicimus. Teren. Iuno Lucina fer opem, serua me obsecro. ab hoc fit opitulor uerbum, qđ ē adiuuo, subuenio. Terent. Sin opitulor, huius minas. ab eo opitulatio. & opitulus Iupiter. & opitulator. Itē ab ope Opigena iuno, quā matronæ colebāt, qđ ferre eā opē in partu laborātibus credebant. & opifer, opē ferens. & oppidū, quod opis causa ædificatur. Item ab ops opalia dicta festa eius deæ, quæ eodē die, quo saturnalia celebrabanẗ. qm̄ opē saturni coniugē esse crediderunt. Rhea dicta ē ἀπὸ τοῦ ῥέω fluo, ꝙ terra affluens sit oīum rerum, eadem Cybele appellatur, uel a monte, atq; oppido phrygiæ Cybelo, ubi sacra eius primo īstituta sunt, uel ἀπὸ τοῦ γιβάλον, qđ ē κυμβάλον dicitur, atq; instrumentū est, quo in sacris eius utebantur, pp quod aliquādo per simplex. l. scribitur, corripiturq; a poetis. Martia. hinc Cybeles uiduæ illinc sacraria Vestæ. aliquando per duplex. ll. & producitur, ut apud Propertium, & Lucanum frequenter. & ter

ra, q̧ dea sit telluris, pp q̧ curru uehi fingiẗ a poetis, qa terra pendet in aere, & rotis sustineri, qa rotatur, sempq; uoluiẗ mũdus, & turritã coronã gestare in capite, qm̃ terræ subditæ sunt urbes in quibus turres esse manifestũ est. & mater deũ, qa oĩa gignit. & mater alma, ab alendo. & mater phrygia, a mõte phrygiæ, quẽ pluratiuo numero Dindyma uocãt. Vir. Ite p alta Dindyma in eo sacra sibi p Corybãtes ĩstituit. a quo Dindyme & Dindymene a nõnullis uocaẗ. & berecynthia a mõte phrygiæ qui βερέκυνθος appellaẗ. & pales, qđ sit pabulo℞ dea. uñ eius festa pacilia dicta sunt, quasi palilia (ut Varro sentit) ut alii, qm̃ ꝓ partu pecoris ea sacra fiebãt. parilibus conditam a Romulo urbẽ romã fuisse manifestũ est, quẽ diẽ festum p̃cipue minores habuere. TRADVCTA EST GETVLIS. Trãslata ad getulos, hoc est ĩ Africã missa in exiliũ. Traduco ex trans & duco cõpositũ est, sicut traiicio ex trãs & iacio. Duco manifestæ significationis ẽ, differtq; a traho, q̧ ducimus eũ q spõte sequiẗ. Trahimus ãt nolentẽ seq. Seneca. Fata uolentẽ ducunt, nolentẽ trahũt. Virg. Duciẗ infœlix æuo confectus Aletes. Per metaphorã tñ duco aliqñ accipiẗ ꝓ auoco, & delectatiõe quadã demulceo. Ci. Dantq; se ad ludendũ, fabularũq; auditõe ducunẗ. Aliqñ pro ago, siue patior. Vir. Nate dea potes hoc sub casu ducere somnos? Nõnũq̃ pro educo, extraho. Idẽ. Ille tñ clypeo obiecto cõuersus ĩ hostẽ ibat, & auxiliũ ducto mucrone petebat. Nõnũq̃ pro excito. Cice. Quod si quẽ statuæ magnopere delectant, si quis earũ honore, aut gloria duciẗ. Quãdoq; pro allicio. idẽ. postremo p̃tio aut mercede ducuntur. est etiam qñ ꝓ erigo, atq; extollo capiẗ. Virg. Pars ducere muros moliriq; arcẽ. Et pro existimo. Apule. Ego sic aio duco mox me iter meos futurũ. Et pro cõtraho, siue auerto. Martia. Quæ ducis uultus, & nõ legis ip̃a libenter. A duco dux deriuaẗ, q alios ducit. unde & ducẽ gregis dicimus. & ducẽ belli, q ẽt ductor appellaẗ, cuius fœmininũ est ductrix. Itẽ ducto frequentatiuũ, cuius aliud frequentatiuũ est ductito, ueteres quoq; a ducẽdo dubenũ dicebãt, quẽ nunc dominũ dicimus. Itẽ a duco ducatus pro ipso ducendi officio. Iustinus. Cũ uariis frustrationibus non sine risu deferreẗ, & honoratũ ĩsuper ducatu aduersariũ cerneret, irã in ipsum Philippũ uertit. ultio neq;, quã ab aduersario nõ poterat, ab iniquo iudice exegit, & ductus pro ipsa ductione. Vnde aquæductus dicunẗ deductiones aquarũ. & ductile, qđ facile duciẗ, attenuaturq;. Vnde æs ductile appellaẗ, qđ malleis obseq̃tur, tenuaturq; ĩ laminas, cuius cõtrariũ est æs caldariũ, qđ funditur tm̃, & malleis fragile ẽ. Cõposita quoq; a duco fiunt adduco, qđ ꝓprie est inuitũ, & quasi renitentẽ duco. Teren. Si illũ põt, q alicuius rei est, ẽt eũ ad neq̃tiã adducere. Ponitur tñ aliquãdo pro suo simplici. idem. Adducimus tuã bachidẽ aliqñ ꝓ cogo. Cic. Nullo ĩbri, nullo frigore adduci ut capite operto sit. Interdum ꝓ cõtraho. Virgi. Vbi ignea uenis oĩbus arcta suis miseros adduxerat artus. Hinc adductã frõtẽ irati, hoc est cõstrictã dicimus. Nõnũq̃ pro torqueo roto. Idẽ. Ipse ter adductas circũ caput egit habenas. plerũq; ẽt ꝓ produco, extẽdo. Idẽ. Ocyus adducto torquẽs hastile lacerto. Circũduco notæ significationis. introduco, ĩmitto. & ĩtra aliquẽ locũ duco. Itẽ instruo doceo. a quo introductio appellaẗ ĩstructio, doctrĩa. & ipsum (ut ita dicã) principium eruditiõis, q̃ græci εἰσαγωγήν, hoc est isagogen uocant. Vnde porphyrius. opus suũ, qđ de dialectices principiis scripsit isagogen uocauit, quãobrẽ & isagogicon ĩtroductoriũ dicim⁹. Obduco mõ tego. idẽ. Obducat pascua iũco. mõ ecõtrario detego, apio. Luci. Vos interea lumen aferte, atq; aulã obducite. Nõnũq̃ ẽt facio, cõtraho. Ply. Iã callũ obduxerat. ꝑduco usq; ad finẽ duco. Apule. Iãq; familiã ad stabulũ ꝑduxerat. Abduco. aufero. abigo. Curtius. Armentũ omne abductũ. interdũ tñ ꝓ suo simplici accipiẗ. Li. Flauius supplemẽtũ ab Roma abduxerat. Subduco. deduco. reduco, de q̃bus supra copiose disseruimus. Educo extraho, quasi extra duco. Virg. hoc dicens eduxit corpore telũ. poniẗ tñ aliqñ ꝓ erigo. idẽ. Arãq; sepulchri, congerere arborib⁹, cœloq; educere certãt. aliqñ pro nutrio, ꝓueho, qđ mõ primæ, modo tertiæ cõiugatiõis ẽ. Vnde libero℞ eductio, seu educatio diciẗ. Teren. Eduxi a paruulo, habui amaui pro meo. produco, mõ extẽdo, & q̃si longius duco. Virg. Abnegat excisa uitã ꝓducere terra. Hĩc ꝓducta syllaba dr̃ lõga. & productio elõgatio. & producte aduerbiũ lõge, mõ pario ĩstituo. facio. ut bona arbor bonos fructus ꝓducit. Terẽ. Seni aĩam primũ extinguerẽ ipsi illi, q illud produxit scelus. Aliqñ ꝓ prosequor usurpaẗ. Vir. Nec te tua funera mater produxi. Aliquãdo ꝓ extraho & foras duco. Terẽ. Produxi ac uẽdidi. induco, qđ proprie ẽ ĩtroduco. Plau. Induc eã in domũ & qd agat obserua ꝓtinus. Aliqñ tñ induco poniẗ ꝓ ĩmitto, fingo. Ci. Hinc ille Giges induciẗ a Platone. Aliqñ ꝓ ꝑsuadeo. Luci. Huius ego aĩum si ĩduco, ut ab amore meretricis desistat. Nõnunq̃ ẽt inducere est q̃busdã ueluti fallaciis decipe. idẽ. Miserũ senẽ sirenũ cãtu inductũ. Hinc Rhetores inductionẽ uocãt argumenti genus, cũ p ĩterrogationẽ similiũ cogimus aliquẽ alqd fateri, ueluti manu in id, qđ uolumus, eũ ducẽres. Vt si fiat ĩterrogatio talis. Quod ẽ pomũ generosissimũ, nõne qđ optimũ? cõcedeẗ. Qui equus generosissimus, nõne q optim⁹. & plura in eundẽ modũ, tum id subiungiẗ, cuius rei gratia ragatũ est. Quid hõ nõne is generosissimus, qui optimus? Fateri hoc illis concessis ꝓculdubio oportebit. Quidã inductionẽ ita definiunt. inductio est oratio, quæ rebus nõ dubiis captat assensionẽ eius rei, quæ instituta est.

ſtituta eſt. Alii inductionẽ dicunt eſſe orationẽ, per quã fit a particularibꝰ ad uniuerſalia ꝓgreſſus. Diduco. diuido. ſeparo. Colu. Equitiũ, qđ tripartito diducitur. Reduco, ĩterdum retro duco, ut ſuperius diximus. Curti. Reductiſqꝫ in caſtra copiis corpora curare iubet. interdum libero, & ſine periculo recipio. Apule. Meqꝫ oppido ĩ arcẽ reduco. Hinc reduces dicunt, qui pericula euaſerunt. Virg. Vt reduces illi ludunt ſtridentibus alis. Aliqñ ẽt reduco pro replico accipit a quo reductum, replicabilem dicimus. idẽ. inqꝫ ſinus ſcindit ſe ſe unda reductos. Seduco, qđ proprie ſignificat ſeorſum duco. Accipitur tñ frequenter in malã partẽ, pro eo ꝙ eſt a recto ad uitium traho. Vnde ſeductores dicunt, qui ad uitia homines hortant. Traduco, modo traiicio ut traductis in Aphricã copiis. Modo ad ulteriora duco. Plau. Traduce adhuc lineã pluſculum aliqñ trãſſero, ut hoc loco. Traducta eſt Getulis, hoc eſt trãſlata ad getulos. Vnde ẽt traducere librũ ex una lingua in aliã quidã dicũt, hoc eſt interꝑtari. ab hoc traduces dicunt, qui aliunde tracti, ac propagati ſunt. Conduco, qđ mõ ſignificat colligo. congrego. Varro. Mane ſuſcitat roſtra, populũ in foro conducit. Modo locatũ accipio. Ci. Vt ſæpe in noſtra repu. uidemus mercede cõducti. Hinc deriuat cõductio, ſicut a loco locatio. interdũ emo. Plau. Cædendũ cõduxi ego illũ. Aliqñ cõuerto. Lucil. Et uirtute tua, & claris cõducere chartis Modo ꝓſum. Ci. Põt autẽ, ꝙ reipu. inutile ſit, id cuiq̃ cõducere. idẽ. Facillimã ãt in ea repu. eſſe poſſe concordiã in qua idẽ cõducat oĩbus. Vnde cõducibile dicimus utile. Ply. Quo nihil cõmodius nihil rei, de q̃ agimꝰ cõducibilius cogitari potuiſſet. GETVLIS. ad Getulos, hi Africæ populi ſunt. Africã initio Libyes habuerũt, deinde Afri, poſtea getuli, poſtremo Mauri, & Numidæ. Mitti autẽ nocẽtes grauiore exilio in Africã ſolebãt, aut in põtũ, uel inſulas remotiores. mitiore uero Tybur, Præneſte, uel in inſulas Cãpaniæ. Vel Getulis dixit, ut remotiorẽ Africæ partẽ, ac magis ĩfeſtã noĩaret. Africa una ẽ ex tribꝰ orbis terrarũ partibus. Quicqd terrarũ iacet a freto ad Tanaim Europa dr̃. Quicqd a freto ad Nilũ Africa. Vltra q̃cqd eſt Aſia eſt. Africa ab orientis parte Nilo terminat, a cæteris ꝑtibus cingit mari. breuior eſt, q̃ Europa, & ubi flumẽ attingit latior, unde in iuga exurgẽs ꝑgit ĩcurua ad occaſum, faſtigatqꝫ ſe molliter, & fit paulatim adductior. Vbi finitur anguſtiſſima eſt. quãtũ incolit fertilitate p̃ſtat, uerũ maxima pars inculta eſt, & uel harenis ſterilibus obducta, uel ob ſitũ cœli deſerta, uel multo ac malefico genere aĩaliũ ĩfeſta. Mare quo a ſeptẽtrione cingit, Libycũ uocat a meridie æthiopicũ. ab occidente atlãticum. Ea pars quæ Libyco adiacet, Cyrenea dr̃ a Cyrene urbe, quã ibi Battus Cyrini regis filius cõdidit, & a Cyrene uirgine ita noĩauit, q̃ Penei regis Arcadiæ filia fuit, ſiue (ut poetæ dicunt) Penei fluminis, q̃ ob formæ p̃ſtantiã e Pelio mõte Theſſaliæ rapta fuit ab Apolline, & in Libyã ducta ex qua q̃tuor filios ſuſcepit. Ariſtæum. Nomiũ. Auctonũ. & Argeũ. Proxima totius ꝓuinciæ nomine Africa dr̃, poſtea Numidia. deinde Mauritania. Sed Mauri in Atlãticũ pelagus expoſiti ſunt. Vltra eos ſunt Troglodyte, & Caruſii uſqꝫ ad Aethiopias, hi & reliqua huius, & totũ latus qđ meridiẽ ſpectat, uſqꝫ in Aſiæ cõfinia poſſidẽt. At ſup ea, quæ libyco mari abluũt, ſunt libyes & leucoæthiopes, & natio frequẽs, ac multiplex getuli, quoꝝ regio Getulia uocat, quæ proximos hẽt Garamãtes, de quibus ſupra diximus. Getulus primas duas ſyllabas correptas habet. Oui. Quid dubitas uinctam Getulo me tradere Iarbæ. Sed ab hoc fit Getulus adiectiuũ, qđ eaſdẽ ſyllabas ꝓductas habet. Virg. & Getulæ urbes, genus inſupabile bello. Vir. Vbera cui dederint getula in ualle leænæ. Iuuena. Cũ getula ducẽ portaret belua luſcũ. Iarbas Iouis filius fuit ex Garãmante nympha, & getuloꝝ rex, quẽ Virgilius ſcribit in cõnubiũ petiiſſe Didonẽ. Libyã a græco dictã putant, uel a Libya uxore Epaphi Iouis filii, uel qđ pluuia egeat ꝑꝑ nimiã ſiccitatẽ, hoc eſt ꝙ λείπει ὕειν, hoc eſt deſinit pluere. A libya libycus. deducit uñ libycũ mare. & libyes. & libs uentus. & libanotus. de q̃bus diximus & libyſſa libyca. Itẽ qñ ſubſtantiuũ ẽ, oppidũ Bithiniæ. in quo Annibalis tumulus fuit, & libyſſis libyca. Virg. Et pelle libyſſidis urſæ. & libyſſinus. Martianus. Graui, ac libyſſino calore exuſtus. a quo libyſſinus dictus ẽ Apollo ab iis qui Pachinũ Siciliæ ꝓmõtoriũ incolebãt, quẽadmodũ ſuperius diſſeruimꝰ. Itẽ libycus cãpus in agro argeo appellatus ẽ, ꝙ ĩ eo fruges ex Libya allatæ ſunt. Quã ob cauſam & Ceres ab Argis libyſſa uocitata eſt. Africa uero dicta ẽ, ꝙ ſine frigore ſit. q̃ppe græci φρίκην horrorẽ dicũt. Aſia ãt ab Aſia nympha Oceani, & Tethios filia iapeti cõiuge, ſiue ab Aſio Cotyi filio (ut Lydi affirmant) eſt ẽt Aſia palus quædã, ſed tunc primã ſyllabã ꝓductã habet. Virgi. Iã uarias pelagi uolucres, & q̃ Aſia circũ. Cũ uero ꝓuinciã ſignificat. correptã. idẽ. Europa atqꝫ Aſia pulſus. Europa a Nympha Europa nomẽ hẽt, Oceani ſimiliter & Tethyos (ut qdã uolũt) filia, ſiue ab Europa filia Agenoris, quã iupiter ſub ſpecie Tauri rapuiſſe fert, q̃uis alii a p̃donibus raptã dicant quoꝝ nauis Tauri effigiẽ habebat. GETVLIS. Ad Getulos. Veteres datiuũ frequenter ꝓ accuſatiuo poſuere. Terẽ. Interea mulier quædã ab hĩc triẽniũ ex Andro cõmigrauit huic uiciniæ. Titini. Vbi Ambitioni uirtutẽ uideas antecedere. Var. Tanta porro ĩuaſit cupiditas honorum pleriſqꝫ, ut uel cœlũ ruere, mõ magiſtratũ adipiſcantur, exoptẽt. NEC CEPIT ARENA NOCENTES. Senſus ẽ, nõ ſunt puniti delatores ĩ amphitheatro, ſed acti ĩ exiliũ, in quo p̃ponit tẽ

pora Domitiani tpibus Titi. Nã Titus quẽadmodũ Sueto. refert, licet aliqñ in asperrima insularũ delatores miserit, frequentius tñ in foro flagellis, ac fustibus cæsos nouissime traducebat ꝑ amphitheatri harenã, & aliqñ subiici in seruos, ac uenire imperabat. Domitianus uero ut eã pestẽ oĩno ex urbe tolleret, eos ad Getulos usq;, & Syrtium loca relegauit. HARENA. Amphitheatrũ. Contentũ ꝓ cõtinente. Harena. n. spargi amphitheatrũ solebat, ne uel pugnantes fœdarent cruore occisorũ, uel cruor sparsus spectãtibus esset horrori, ꝑsertim in gladiatorũ dimicatiõe, ꝑꝑ qđ parata semꝑ erat iuuenũ multitudo cũ scopis, qui harenã uerrerẽt, cruorẽq; obtegerent. stulte qdam ætate nostra ꝑ harenã putarũt theatrũ ĩtelligi, ĩ quo nec beluarum, nec gladiatoꝝ ludi celebrabant. Sed stultius harenæ amphitheatrialis causam lõge aliã q̃ nos diximꝰ augurati sunt. Herena puluis ẽ minutissimꝰ, aridus. ideoq; ab ariditate dictã nõnulli existimãt & sine aspiratione scribũt. Alii ab hærendo appellatã putãt. & iccirco addũt aspirationẽ, uel ꝙ sibi inuicẽ ꝑꝑ tenuitatẽ cohæreat, uel ꝙ ꝑ eã cũ calce mixtã, & cementa ĩter se, & tectoria parietibus hæreãt, hæc si grossior est, Sabulũ appellat. a quo saburra dicta harena ĩmũda, qua naues onerari usq; ad certã mensurã quo stabiliores sint, cõsueuerũt. Virg. & Cimbæ ĩstabiles fluctu iactãte saburrã. Glarea uero minutissimos lapillos significat, qui in fluuiorũ ripis, uel maris littoribus reperiũtur. Ab harena harenarius deriuat. uñ iupiter hrenaraius, de quo supra dixim ꝰ itẽ harenosus, sicut a sabulo sabulosus. & a glarea glareosus. Plyni. Littus non harenosum, sed Alga, & fluuiorũ sordibus plenũ. itẽ harenula diminutiuũ sicut a glarea glareola. Plau. Glareolã manu effundẽs. Harenæ tria genera sunt. Fossitia, cui quartã partẽ calcis addi in ædificiis iustũ ẽ. fluuiatilis. & marina, cui tertia pars addi debet. ab harena quoq; harenatũ dr̃ compositio ex calce, & harena facta, sicut marmoratũ ex marmore. Ply. In græcia tectoriis etiã harenatũ, ꝙ inducturi sunt, prius ĩ mortario ligneis uectibus subigũt. Idẽ. Expimentũ marmorati est ĩ subigendo donec rutro non cohæreat. a sabulo quoq; sabuletum dr̃ locus, in quo sabulũ abũdat. CEPIT. Accepit. Capere. n. proprie accipere est. Virg. Tu pater cape sacra manu, patriosq; penates. Per metaphorã tñ pro diuersitate rerũ cũ quibus iungitur diuersa significat. Capere manu cõprehendere est, capere oculis, uidere. capere auribꝰ, audire. capere mente, intelligere. capere cõsilio, eligere. Teren. cũ illũ gnatũ cepimus. Cice. Ob eã credo causam, ꝙ ĩsit aliqd ꝓbi, quod capiat ignaros. Vir. Ante locũ capies oculis. Capere astu uel dolis decipere. idẽ. Captiq; dolis lachrymisq; coactis. Capere muneribꝰ, aut beneficiis ꝓpitiare. Lucil. Nõ bene pro meritis capit nec tangit ira. Capere cãtu, aut uoluptate, delectare. Virg. Carmine quo captæ. interdũ etiam capere pro facere metaphorice usurpat. Teren. Nõ si capiundos mihi sciã inimicos oẽs hoĩes. Et pro pati. idem. Dũ abs te absum, oẽs mihi fuere labores, quos cepi, leues. & pro accipere temere. Vir. Cape saxa manu, cape robora pastor. & pro cõtinere. Apule. Cũ id uasculũ uix semiũciã caperet. a quo capax dr̃, qđ cõtinet aliqd. Cuius cõparatiuũ ẽ capacius. & suplatiuũ capacissimũ. & cõtrariũ eius incapax. itẽ caput, ꝙ inde (ut Varro inquit) initiũ capiant sensus, & nerui, de quo & eius deriuatiuis ĩferius dicemus. & capulũ, q̇cqd aliquã rẽ intra se capit. Vnde id quo mortui efferũt capulũ uocat. Plaut. Perii misera, ut osculat carnifex capuli decus. a quo capularis senex dr̃ iã morti propinquus. & mox capulo efferendus. Capulũ ẽt manubriũ ensis appellatur, sed hoc qa mãu capiat. Apule. Ensemq; capulo tenus ĩfixit. & catinũ (ut Varroni placet) qđ pultẽ, & iurilenti qd caperet. Et capunculũ uas fictile, non qđ ansis capiat sed qđ capax sit. in eundẽ sensum hoc uerbo usus ẽ Teren. Dii boni q̇d turbæ est? Aedes nostræ uix capient scio, hoc est uix sufficient ad tantã turbã capiẽdã. interdũ ẽt capere accipit ꝓ occupare, & suum facere. Vir. Certãtq; illudere capto. Varro. Quid hic uenator nõ cepit? Cicero. Nauẽ quãdã pyratarum præda onustã cepere. Hinc capi uirgo dicit, q̇a apud ueteres põtificis maximi manu præhensa ab eo parente, in cuius potestate erat, ueluti bello capta abducebat. Hinc ẽt uincti, captiui dñr ꝙ nõ sui iuris sint, sed ĩ potestatẽ nostrã redacti. & captiuo uerbũ, quo nõnulli iuniores sunt usi. & captiuitas pro ipsa uendicatione. Quoniã ãt, qui ita capti sunt nõ sunt amplius sui iuris, sed libertate priuati sunt. ideo captos aliqñ pro priuatos siue ĩpeditos accipimus. Hinc mẽte capti dñr amẽtes, hoc ẽ q mentis cõpotes nõ sunt. & capti oculis, q̇ officio occulorum, hoc ẽ uisu priuati sunt. Virgi. Aut oculis capti fodere cubicula talpæ. Et pro amore accendere. uñ capti amẽtes dñr. Lucilliꝰ. At metuis porro, ne aspectu & forma capiare altera. Et ꝓ suscipere, siue id spõte, siue ĩuiti faciamus. Vnde cape dolorẽ. cape solicitudinẽ. cape molestiã. cape uoluptatẽ dicimus. in quo notãdũ ẽ, ꝙ hoc uerbũ reciprocũ quẽdã sensum hẽt, ut idẽ sit cepi uoluptatẽ, & cepit me uoluptas. Cicero. Magnã cepi ex litteris tuis uoluptatẽ. Quintil. Nec me tãta capiebat uoluptas, qđ fluẽtia ceris mella cõderẽ. Nõ tñ in oibus hẽt hũc usum. Capere cõsilium est deliberare. Cic. Cũ ãt cõsiliũ hoc prĩceps cepisset. Cape rationẽ, ẽ modũ inuenire. Plau. Rationẽ cepi, ut & amãti obseq̃rer. & patrẽ nõ offenderẽ. A capio fit capso, qđ significat ꝑhẽdo. a quo capsa, qđ res ĩ ea recõditas capiat. Cuiꝰ diminutiuũ ẽ capsula. Põpeiꝰ tñ a græco potiꝰ deduci hoc uocabulũ putat. Græci. n. capsas κάμπτασ appellãt. A capsa fit capsarius. qđ (si Vlpiano credimus)

credimus) significat eũ,q̃ mercedis gratia seruanda ĩ balneis uestimẽta suscipit. Itẽ a capiendo capũculũ uocitatũ uasis fictilis genus. Itẽ capto, cuius aliud frequentatiuũ est captito. Verum hæc nõ significant frequenter capio, sed blãditiis qbusdã,& illecebris, obsequiis aliquid (ut ita dicam) uenor, ut hic obsequendo captat aurã popularẽ.i.quærit.uenat̃. Martia. Capto, tuã pu det heu, sed capto maxime cœnã. Tu captas alias, iã sum⁹ ergo pares. Declarat hoc idẽ Martia. alibi cũ inquit. Laudantẽ Seliũ cœnæ dũ retia tẽdit, hoc ẽ.n.cœnã captare, laudationibus qui busdã,& blanditiis cœnæ retia tendere, hoc est uenari. Hinc huiusmodi uenatores captatores dicuntur. & uenatio ipsa captatio. Cice. Captator ille popularis auræ. Itẽ captus substantiuũ, hoc est deceptio. cuius dimiuutiuũ est captiũcula, quæ & captio dicitur. Aliqñ tñ capto pro ca pio accipit̃. Martia. Si captare feras aucupis arte placet. Locus captus uocat̃ ad sacrificandũ legitime cõstitutus. itẽ captus perceptio. Seneca. Quod captu qdẽ difficile est, sed facile memoria retinet̃. Aliqñ ẽt captus pro delectatione accipitur. Cice. Nõ possum adduci, & suscipere e pecunia captũ. Itẽ a capio capitiũ (ut Varroni placet) qd pectus capiat.i.cõprehẽdat, q̃uis alii ob id potius appellatũ putent, ꝙ sit capitis tegmen. Et capis poculi genus. cuius diminutiuum est capidula. & capula uas uinarium, quo ueteres utebãtur, ansatum, qd facile capi posset. & cal par, quo noĩe ueteres dolium significabant. Varro. Quia anteq̃ nomen dolii prolatum eẽt, id genus uasorum calpar diceretur, & capulum. a quo capularis, de quibus supra diximus. Et capesso uerbũ, qd proprie significat capio. Apule. Dũ simul illi & gratias agerem, & dona capessere. Aliqñ tñ ponit̃ pro perficio, ĩpleo. Virg. Mihi iussa capessere fas ẽ. interdũ pro ĩmitto. Plau. Quo magis te in altũ capessas æstus te in portũ refert. Nõnunq̃ pro recipio. Idẽ. Nunc pergam heri imperiũ exequi, & me domũ capessere. & caplũ nodi genus in fune, quo indomita iumenta capiunt̃. & capedo spaciosum aliqd, & alicuius rei capax. a quo intercapedo pro spatio atq; ĩ teruallo, qd inter aliqua ĩterpositũ est. itẽ a capio nõnulli copiã dictã putãt, q̃si capiã, qđ multa capiat. Est ãt ꝓprie copia facultas, potestas, ut faciã tibi copiã spectãdi ludos.i.dabo tibi facultatem, uel faciã tibi potestatẽ. Nec fere apud oratores cũ alio uerbo iungit̃. Apud poetas uero ẽt cũ aliis uerbis, & præcipue cũ do. Virg. Postq̃ introgressi, & corã data copia fandi. Sine his aũt duobus uerbis copia plerũq; pro abũdãtia accipit̃. Vnde copiã orationis dicimus, quẽadmodũ ubertatẽ, copiã pecuniarũ copiã frumenti. in plurali uero pro eodẽ significato quãdoq; accipitur, ut noui copias tuas, & omnium rerum copias habeo. peculiariter tamẽ in plurali multitudinem copias appellamus, ut Copiæ Pompeii. Copiæ Cæsaris, pro quo multi nostri tẽporis latinæ linguæ parũ periti gentes usurpãt, quẽadmodũ ẽt copiã in singulari ponũt ꝓ exẽplari. Sed pro multitudine militũ ẽt ĩ singulari aliqñ reperit̃. Põpeius ad domitiũ, nec solus cũ ista copia tantã multitudinẽ sustinere poteris. Idẽ. Etiã atq; ẽt hortor, ut cũ oĩ copia, q̃primum ad me uenias. a copia copiosus deducit̃, hoc est abundãs, & copiari castrense uerbũ, hoc est copias cogere, queadmodũ lignari. pabulari. aquari. & copiose aduerbiũ, abundanter. ueteres copẽ ꝓ copiosũ dixerũt. Pacuuius. O multis modis uarie dubiũ, & prospere copẽ diẽ. Plau. Atq; ego nũc, ut gloriosum faciã, & copi pectore. Hinc copona primo. deinde Caupona, taberna uinaria pp copiã rerũ, quæ ibi uendunt̃. Itẽ mulier ipsa quæ tabernæ ꝑest, sicut copo & caupo ipse tabernarius. Vlpia. Caupones & stabularios æquæ eos accipiemus, qui cauponã uel stabulũ exercent, institutoresue eoꝝ, cæterũ siqs ópera mediastini fungit̃, nõ continet̃ hoc noĩe. A caupone fit cauponor uerbũ, qđ est lucri cã, quasi ad cauponẽ uendito. Ennius. Non cauponantes bellũ sed belligerantes. Ferro nõ auro uitã cernamus utriq;. itẽ cauponaria, ars cauponandi, sicut coquinaria, ars coquendi. itẽ a capio cõposita fiũt. accipio, qđ a capio Vlpia. ita distinguit, ut capere sit qñ cũ effectu accipit̃. Accipere uero siqs nõ sic accipit, ut habeat. ideoq; non uideri quẽpiã cape, qđ sit restituturus. Paulus tñ iuriscõ. ẽt eũ cepisse existimat, q̃ alteri acq̃siuit, accipere ẽt aliqñ ꝓ audire usurpat̃. Virgili. Accipe nũc danaũ ĩsidias & crimine ab uno disce oẽs. Ci. Accipe nunc aliud eius facinus nobile. & pro sentire. Apule. Neq; tu ita accipis, ut res se habet & ꝓ tractare. capiturq; & in bonã, & in malã ptẽ. Cice. Roga ipsum, quẽadmodum ego eũ Arimini accepi. Teren. Ego abs te miseris sum acceptus modis. & pro cõuiuari. idem. Accipit hõnemo melius prorsus atq; prolixius. Aliqñ etiam pro decipere. Luci. Sic inquã ueteratorẽ illũ ueterẽ lupũ Annibalẽ acceptũ. Quid sit accipere conditionem. accipere fidẽ. acceptũ ferre. & acceptilatio, supra demonstrauimus. ueteres accepso pro acceperim usurparũt. Pacuuius. Aut finã qcq̃ profari priusq̃ accepso, quod peto. ab accipio accipitrẽ qdã deductũ putant, ab accipiẽdis malo mõ aliis auibus. est.n. auiũ rapax, plura eoꝝ genera. Cercon. claudũ altero pede nominant Triorchen a numero testiũ. Romani hunc buteonẽ appellant esaloa græci uocãt qui solus omni tpe apparet. cæteri hyeme abeũt. Nocturnus accipiter cymindus uocatur, rarus ẽt in siluis de hoc Aristo. sic scribit. chalcis raro apparet, mõtes incolit, atro colore est magnitudine accipitris, quẽ palũbariũ nominant, forma longa ac tenui. iones cymindin appellant. cuius Homerus ẽt meminit, cũ inquit chalcida dii ꝓhibent hoĩes dixere cymindin. Hæc hybris ẽ

quá alii nõ aliá eẽ q̃ ptyngen uolũt, die minus appet, q̃a non clare uidet, sed nocte uenatur more aquilæ, pugnat ẽt cũ aquila adeo acriter, ut sæpius ambæ ĩplexæ deferant̃ in terrã, & uiuæ a pastoribus capiant̃. in Thraciæ pte sup amphipolin hoĩes atq; accipitres societate quadã aucupant̃. hi ex siluis & arũdinetis excitant aues. illi supuolantes deprimũt. Rursus captas aucupes cũ accipitribus diuidũt. Ii enim missas in sublime accipiunt unguibus. nec desunt q accipẽserẽ piscẽ ab accipiendo deriuatũ existiment, qđ frequens mẽsis accipiat̃. a qbusdã dicit̃ Elops pisciũ apud antiquos nobilissim⁹ habitus, unus oĩum squãmis ad os uersis. Ci. Nã cũ eẽt apud se ad lauerniũ Scipio, unaq; Põtius, allatus est forte scipioni accipenser, q ad modũ raro capit̃ sed ẽ piscis (ut ferũt) in primis nobilis. cũ ãt Scipio unũ & alterũ ex iis q eũ salutatũ uenerant, ĩuitasset, pluresq; ẽt inuitaturus uideret̃, ĩ aurẽ pontius. Scipio inqt uide qd agas. Accipẽser iste paucoꝝ hoĩum est. Martia. ad palatinas Acipensera mittite mẽsas, Ambrosias ornãt munera rara dapes. itẽ ab accipio præaccipio. aquo præacceptio deducit̃. Est. n. præacceptio figura, q̃ & p̃sumptio a nostris dr̃, a græcis prolepsis, cũ poeta aliqd p̃accipit, ad eáq; subseqtur q̃litatẽ, ut Virgili⁹. Cũ dicit pãchaiá tellurẽ fleuisse Euridicen Orphei uxorẽ, q̃ cũ Aristæũ Apollinis filiũ, a quo amabat̃, a serpente calcaneo læsa occũbuerat, dixit panchaia Rhesi, quã. s. ille lõge post Orpheũ tenuit, fuit & alia Eurydice Climeni filia uxor Nestoris, ex qua septẽ filios, & filiã unã suscepit. Aristæus e Cyrene filia Penei Archadiæ regis ab Apolline genit⁹ est. Hic primus apiũ, ac mellis usũ, coagulũ lactis, & alia multa inuenit. occipio qđ significat ĩcipio. Terẽtius. Siqd narrare occepi. Nec mihi ꝓbabile ur̃, qđ Donatus scribit, occipere ab occipite deductum qđ sit quasi rei caput ĩstituere. ueteres quoq; occepso usurparũt ꝓ incepero. Plau. Ni ego illi puteo si occepso, aĩam oẽm ĩtertraxero. occupo ẽt ex ob & capio cõponit̃. ẽ ãt occupare ui aliqd capere. Liuius. Nã & ipsis uocãtibus urbẽ hãc accepi, nõ occupaui. proprie tñ occupare est qđ in cõe positũ erat añ cæteros cape. Quintil. Multa nihilominus, quæ libera fuerant transeunt in ius occupantiũ, sicut uenatio. aucupatio. Hinc occupatitius ager dr̃, q̃ desertus a cultoribus propriis ab aliis occupat̃. & occupatus hõ, q ante negocio aliquo detẽtus nõ põt alteri operã dare. Cice. Nemo me cõuenire uoluit, cui essem occupatus, hoc est cui me excusarẽ, qđ quibusdam aliis negociis essem p̃uentus. Hinc occupatio uocata, cũ necessariæ rei, & cui ante oĩa dare operã debemus, cũ diligentia uacamus. Ab occupo fit cõpositũ præoccupo eiusdẽ significationis. a quo præoccupatio, siue occupatio apud rhetores schema quoddã, cũ aliqd nos reticere dicimus, & tñ tacitũ intelligit̃, qđ fit, uel cũ rẽ notã eẽ putamus auditoribus, uel cũ suspitionẽ excitare maiorẽ reticẽdo possumus, a græcis parasiopesis uocat̃. Quale ẽ illud, in præsentia iudices in iussu populi, quæ ĩprobissime gesserit reticebo. De falsis eius litteris quas ad senatũ miserit nihil dicã, qd illi sæpe ĩterminati sitis, omittã. Nã & hæc uobis nota sunt, & quæ nouissime multo indigniora cõmisit, q̃primũ cognoscenda. Itẽ illud cogis me iniuriæ tuæ causam proferre, nihil agis, non dicam, sed ipsum tempus eam patefaciet. itẽ a capio percipio, qđ ẽ intelligo. sentio. A quo perceptio. & decipio. deludo. defraudo. a quo deceptio. & decipula, qđ genus laquei est ad decipiendas ac capiendas feras. itẽ excipio, qđ ĩterdũ pro suscipio capitur. Virg. Heu q̃s te casus deiectã cõiuge tanto excipit? interdũ pro separo. seiungo. Idẽ. Clypeum cristasq; rubẽtis excipiã sorti. Aliqñ pro colligo. Martia. Ventris onus misero, nec te pudet excipis auro. Itẽ pro cœlo, abscõdo. Plau. Neq; partẽ tibi ab eo indipisces, neq; furẽ excipies. Nõnũq̃ pro capto, indago. Ci. Quædã dari ad ptractandos aĩos hoĩum, & ad excipiendas eorum uolũtates. Quãdoq; ꝓ subsequor uerba loquẽtis. Virg. Tũ sic excepit regia Iuno. Est ẽt quãdo pro circũuenio, & dolo capto repitur. Idẽ. Nõ ego te uidi Dãmonis pessime caprũ, excipe insidiis. & alibi. Scelerũ furiis agitatus Horestes Excipit incautũ. Hinc excipula deriuat̃, sicut a decipio decipula. Est aũt septũ ex harundinibus cõtextis ad capiẽdos pisces. Ply. Hyemato lacu fluctibus glomeratæ uoluunt̃ anguillæ, in tãtũ mirabili multitudĩe, ut in excipulis eius fluminis ob hoc ip̃m fabricatis singulorũ miliũ globi repiant̃. Itẽ exceptio. & excipuũ, qđ excipit̃ sicut p̃cipuũ, qđ añ capit̃. exceptionẽ appellat Vlpianus q̃si quãdã exclusionẽ, q̃ ĩterponi actiõi cuiuslibet rei solet ad excludẽdũ id qđ ĩ intẽtionẽ, cõdẽnationẽue deductũ ẽ. replicatiões nihil aliud sunt, q̃ exceptiões. & a pte actoris ueniũt, quæ qdẽ ideo necessariæ sunt, ut exceptiões excludat. semp. n. replicatio iccirco obiicit̃, ut exceptionẽ oppugnet. illud tenẽdũ est oẽm exceptionẽ, uel replicationẽ exclusoriã esse. exceptio actorẽ excludit. replicatio reũ. Item a capio anticipo, hoc est p̃uenio. p̃occupo. a quo anticipatio. & Intercipio, qđ est aliquẽ ĩter aliqd agẽdũ occupo. aliqñ ẽt capio. Et præcipio, qđ modo significat, anteuideo. Virgi. Omnia p̃cepi, atq; aĩo mecũ ante peregi. p̃cepi, hoc est ante uidi. mõ p̃uenio. Idẽ. Exultatq; animis & spe iã p̃cipit hostẽ. A quo præcipuũ, de quo diximus. & aduerbiũ præcipue, quasi ante oĩa, siue p̃uentis oĩbus. Aliqñ iubeo. unde præcepta ꝓ iussis accipim⁹. idem. Ipsi numerũq; modũq; carinis p̃cipiãt. Aliqñ monere, instruere. Idẽ. Nãq; ita discedens p̃ceperat optimus armis Aeneas. Hinc artiũ magistri præceptores appellantur. & placita eorum præcepta. & præceptiones dicuntur.

nõ ꝙ cẽtuplus ſit, ſed cẽtũ libraꝝ, homo cẽtenarius nõ ꝙ ſit cẽtũ geminus, ſed ꝙ habeat cẽtũ annos. Grex cẽtenariꝰ, nõ ꝙ ſint cẽtũ greges, ſed grex cẽtũ capitũ. Dicimꝰ ẽt binariũ. ternariũ cẽtenariũ numeꝝ. qa numerus oĩa cõplectiť, pp qđ recte dicimus cẽtenariũ numeꝝ ãnoꝝ ingressus eſt. nõ aũt cẽtenariũ ãnũ, & millenariũ numeꝝ põdo uehit. nõ aũt millenaria pondo. item ſingulũ. binũ. trinũ. ſiue ternũ. quaternũ. quintũ. ſenũ. octonũ. nouenũ. denũ. undenũ. duodenum. ternũdenũ. quaternũdenũ. quinũdenũ. ſenũdenũ. uel denũquaternum. denũqnum. denũſenum. denũſeptenũ. denũoctenũ. denũnouenũ. uicenũ. uicenũſingulũ. uicenũbinũ. uicenũternũ. ſiue ſingulum. & uicenũ binũ. binũ & uicenũ. ternum & uicenũ. & ita deinceps, tum tricenũ. quadragenũ. quinquagenũ. ſexagenũ. octogenũ. nonagenum. cẽtenũ, qbus oratores utroqꝫ numero utunť, ſed frequentius plurali p̃ſertim ubi ſubſtãtiuũ nomẽ, cui addũtur, tñ pluraliter declinať, ut binæ lr̃æ. binæ nuptiæ. bina arma. bina caſtra. Neqꝫ enĩ recte diceremus duæ lr̃æ. duæ nuptiæ. duo arma. duo caſtra. Poetæ uero frequẽtiꝰ ſingulari utũtur. Sed oratores fere ꝓpriã uſurpãt ſignificationẽ hoꝝ noĩum. Binus. n. ſiue bini ſignificat ſingulis duo. Ternus, ſiue terni. ſingulis tres. Quaternus, ſiue quaterni, ſingulis quatuor, ut creabanť olim bini conſules. i. p ſingulos ãnos, ſiue ſingulis ãnis duo, & accepimus oẽs a Cæſare bina talẽta, hoc eſt ſingulis nobis data ſunt a Cæſare duo talẽta. At poetæ nõ ita accipiũt, ſed ꝓ ſuis fere primitiuis hæc noĩa uſurpãt. Virgi. Gurgite ſepteno rapidus mare ſubmouet amnis, ſepteno gurgite, hoc eſt ſeptẽ gurgitibus. Idẽ. Per duodena regit mundi ſol aureꝰ aſtra, ꝓ duodecĩ aſtra. Veꝝ nõ modo poetæ, ſed alii quoqꝫ ſcriptores nonnũq̃ hoc mõ accipiũt. Ply. Prodigioſa ſũt, q̃ circa hoc tradit Theophra. auctor alioqn grauis, ſeptuageno coitu durare libidinẽ cõtactu eiꝰ, ſeptuageno coitu inqt. hoc eſt ſeptuaginta coitibus. Sed in his noĩbꝰ notãdũ ẽ, ꝙ a trigita tricenũ dicimus. g. lr̃a in. c. mutata, ſicut pro uigeno uicenũ. Tricenũ uero a trecentũ dicimus, q̃a hæc noĩa ſupra cẽtũ qdẽ ſyncopanť, infra uero non ſyncopanť, qppe duceni dicimus ꝓ ducẽteni. Triceni ꝓ trecẽteni. Quadrigeni. quingeni. ſexageni. ſeptingeni. octingeni. Nõgeni, uel nonigẽi. ꝓ quadrigẽteni. qngẽteni. ſexcẽteni ſeptĩgẽtẽi. octingẽteni. nongẽteni. uel noningẽtẽi. Cẽteni aũt, & millẽi pp dictionũ breuitatẽ nõ ſyncopãť. Sũt itẽ noĩa numeralia ſimplex. duplex. triplex. quadruplex. decuplex. cẽtuplex. & ſimilia. A quibus ſimplicitas. duplicitas. triplicitas. & reliqua. itẽ ſimpliciter. dupliciter. tripliciter, & alia huiuſmodi aduerbia. Veteres ẽt ſimplicitus pro ſimpliciter dixere. Nũeralia p̃terea aduerbia ſunt ſemel. bis. ter. quater. decies. cẽties. millies. & ſimilia. in quibus notandũ eſt ſicut ſupiora illa q̃ diximus ſupra cẽtũ ſyncopãtur, infra cẽtũ uero minime, ita hæc e diuerſo infra cẽtũ ſyncopari, ultra uero nõ ſyncopari, ut uicies pro uiginties. Tricies pro triginties. & ſimiliter. quadragies. quinq̃gies. ſexagies. ſeptuagies. octogies. nonagies. Cætera uero nõ ſyncopanť. Quinqes. ſexies. ſepties. octies. nouies decies. centies. ducẽties. tricẽties. quadrigẽties. quigẽties. ſexcenties ſeptĩgenties. octingenties. noningẽties. millies. biſmillies. termillies. quinqeſmillies. decieſmillies. uicieſmillies, & deinceps. Mille ſubſtãtiuũ nomẽ, & neutri generis aliquando ẽ, cuius pluratiuus nũerus ẽ millia. Declinaturqꝫ hoc mille, huius mille, Et in plurali hæc millia, hoꝝ milliũ. ideoqꝫ cũ gtõ iungiť. Cicero. Añ fundũ Clodii, quo in fundo pp inſanas illas ſubſtĩctiões facile mille hoĩum uerſabať ualentiũ. idẽ. Qui unq̃ in illo inuentus eſt, qui. L. Antonio mille nummũ ferret expẽſum. Quadrigariꝰ. ibi occidiť mille hoĩum, Quin ẽt declinatũ hoc nomẽ a ueteribus inueniť. Lucil. Hũc milli paſſuũ qui uicerit, atqꝫ duobus campanus ſonipes ſubcuſſor nullus ſequeť maiore ſpatio, ac diuerſus uidebiť ire. idem. Tu milli nũmũ potes uno q̃rere cẽtũ uno, milli nũmũ inqt, hoc eſt mille nũmis, hoc eſt qđ græci χιλιάδα uocãt, dicũtqꝫ unã chiliada, & duas chiliadas, hoc eſt unũ mille. & duo milia. Aliqñ mille adiectiuũ eſt. itaqꝫ mille hoĩes dicimus. mille uiros. mille ꝓpugnacula. Nec licet dicere millia hoĩes. qa ſubſtãtiua ñ cohærent ſine copula. Dicimꝰ tñ decẽ milia, & ducẽti hoĩes, qđ ita ĩtelligiť, decẽ milia hoĩum & ducenti hoĩes. A mille (ut qdam putãt) Millus deriuať, collare canũ uenaticorũ, factũ ex corio, multis clauis ferreis eminẽtibus aduerſus ĩpetũ lupoꝝ. a multitudine ergo clauorũ hoc ẽ a mille clauis millũ appellatũ uolũt. Scipio Aemelianꝰ ad populũ. Nobis inq̃t reipu. p̃ſidio eritis, q̃ſi millus cani. Nos millũ potius quaſi mellinũ dictũ exiſtimamꝰ. qđ ex pelle aĩalis quod melis dr̃ fere hæc collaria fiant. Varro. Ne uulnerenť canes a beſtiis, ĩponunť iis collaria q̃ uocanť meliũ. i. cingulũ circũ collũ, ex corio firmo, cũ clauis capitatis. Quod autẽ aĩal ſit melis, nos primi hac ætate, ut pleraqꝫ alia, tenebris ignorãtiæ obducta apuimus, Taxonẽ id uulgus uocat. Plyniꝰ Frõtinuſqꝫ tegi ſcuta meliũ pellibꝰ ſcribũt, eãqꝫ eẽ huic aĩali ĩ metu ſolertiã, ut ſufflata cute diſtente ictus hoĩum, & morſus canũ arceãt. itẽ a mille millies aduerbiũ. & milliarium, hoc ẽ mille paſſuũ ſpatiũ. & millenus. a quo millenariꝰ numerus, ſicut a cẽtũ cẽtenarius. & milliũ frugis genus pp multitudinẽ acinoꝝ. Adhibeť hoc neruoꝝ doloribus in ſacco feruẽs qm̃ ẽ caloris capaciſſimũ. itaqꝫ talis uſus eius ẽ ad oĩa, q̃bus calor ꝓfuturus eſt, ab hoc milliaria auis uocitata, qđ millio pĩgueſcat. itẽ a mille miles appellatus q̃ſi milleſimus qcqꝫ, hoc ẽ qſqs

ex millenario numero fuerit.Legio.n.primo(ut Var.inq̄t)triũ miliũ fiebat,& singulæ trib⁹Tatien siũ.Rãniũ.Luceriũ mille militũ mittebant.Hinc militaris dr̃ ad militẽ spectans, ut militaris panis.militaris toga.res militaris.& militia,pro bello & re militari.& milito uerbũ, hoc est militiã exerceo.& militariter aduerbiũ,hoc est more militũ,uel more militiæ,& cõmilito cõmilitonis,qui simul militat,hoc est socius in bello.& cõmilitiũ ip̃a belli societas.Militiæ apud ueteres tria genera erant.Alii euocati dicebant̃,qui nõ milites sed promilites erãt.Alii tumultuarii,q necessitate aliqua electi ad unũ dũtaxat bellũ militabãt. Alii sacramento religati, qui post electionẽ in rẽpu.iurabãt,qđ militare sacramẽtũ dicebat̃, hi plenã militiã habebãt, erãtq; quinq;,& uigĩti ãnis obligati.Miletus ãt urbs fuit Ioniæ,eius regiõis caput A qua milesii dicti alia eiusdẽ noĩs fuit in Creta. Alia in Lesbo ĩsula.a qua milesia uellera dicta,ꝙ ibi optime lana tingeretur.Milo ꝓpriũ nomẽ uiri est.Fuit hoc noĩe Athleta Crotoniẽsis,qui taurũ ĩ olympico certamine ictu nudæ dextræ occidisse dr̃,& sine fatigatiõe stadii spaciũ supra humeros portasse,totũq; eo die comedisse,hic tñ exitũ uitæ miserãdũ habuit.nã cũ ætate grãdæu⁹ relicta palæstra,p siluestria Italiæ loca iter faceret,uidit quercũ ꝓxime uiã patulis ĩ pte media ramis hiantẽ ut creditũ est,uolẽs an ullæ sibi reliquæ uires adessent,ĩmissis ĩ cauernas arboris digitis, deducere,& rescindere quercũ conatus ẽ,ac mediã q̇dẽ ptẽ discidit,diuellitq;.Quercus ãt,cum ille q̄si pfecto qđ erat cõnixus,man⁹ laxasset cessante ui rediit ĩ naturã, manibusq; eius retẽtis, ĩclusisq; stricta denuo,& cohæsa dilacerãdũ hoĩem feris,atq; alitibus p̃buit.A milone milonianus dr̃.uñ miloniana Ciceronis or̃o dr̃ ꝓ Milone acta.Milo ẽt Indiæ mõs ẽ, ĩ quo hoĩes nascũtur auersis plãtis octonos digitos ĩ singulis pedibus habẽtes.IMPENSIS.Beneficiis . meritis. ut supra diximus.PRINCIPIS.Domitiani,qui delatores castigans,uitæ ciuium cosuluit.

AD DOMITIANVM EPIGRAMMA QVINTVM.

i VNCTAM PASIPHAEN.Laudat Domitianũ, ꝙ ita fabulas ueterum rep̃sentet ut possint quæ ficta sunt uideri uera fuisse.Pasiphae Solis filia fuit,& uxor Minois,regis Cretæ.Minos cũ pulchriorẽ taurũ sacrificare Neptuno solitus esset, deteriorẽ aliq̄ñ apposuit,quapropter indignatus deus uxorẽ illius cõpulit in tauri amorẽ. Alii hoc a uenere factũ tradũt,ꝙ oẽm solis ꝓgeniẽ insectaret̃,qa sol oĩa cernẽs cõpertũ eius cum Marte adulteriũ diis ĩmortalibus ĩdicauerat. Pasiphae igit̃ amoris ĩpatientia sibi febricari a Dædalo bouẽ ligneã fecit,sub qua latens cũ tauro cõcubuit,ex quo p̃gnãs facta genuit Minotaurum,q parti hoĩs effigiẽ hẽbat, ptim tauri. Qua re cõpta ĩdignatus Minos in Dædalũ,q bouẽ fabricauerat Labyrintho eũ cũ Icaro filio ĩcludi iussit,qđ metuẽs Dædalus,alis sibi & Icaro e cæra fabricatis e Creta ĩsula euolauit.Icarus alis,ꝙ nimis alta peteret,calore solis liquæfactis in mare decidit,qđ ẽ ĩter Myconẽ,& Gyarũ,ob id Icareũ dictũ. Nã Icari⁹ Oebali Laconũ regis filius fuit,pr̃ Penelopes.Itẽ mõs ẽ in Attica regiõe Icarion uero sæuissimus pirata fuit,Dædalus in Siciliã puenit,ubi tũ Cocalus ĩperabat, quẽ psecutus Minos a Cocali filiab⁹(ut Aristoteles refert) iuxta Camerinã urbẽ ĩterfectus ẽ,& apud ĩferos iudex aĩarũ factus. Virgil.Quæsitor Minos urnã mouet,ille silẽtũ,Cõciliũq; uocat uitãq; & crimina discit.A minos fit Minoius.Idẽ. Dædalus ut fama ẽ,fugiẽs minoia regna.Hãc igit̃ fabulã ita p̃sentauit Domitian⁹ut fuerit historia uisa nõ fabula.hoc ipsum spectaculũ Nero prius ædiderat,ita ut oẽs ligneo iuuẽcæ simulachro abditã mulierẽ inire cõspexerint.Icariũ prĩo statim conatu iuxta cubiculũ ei⁹ decidere, ipsũq; Neronẽ cruore respgere.Dædalus pr̃ia Atheniẽsis Mitiõis filius fuit,nobilis architectus, fabricã materiã prim⁹ inuenit,& ĩ ea serrã.asciã.ppẽdiculũ.terebrã glutinũ.lithocollã.Quidã falso scribũt Talaũ sororis filiũ ab eo ĩterfectũ inuidia ĩgenii,q̃m figuli rotã,& serrã primus inuenisset.Nã figulinã prim⁹ ĩuenit Chorœb⁹ Atheniẽsis.Rotã Anacharsis scythes,uel(ut alii uolũt) Hipbios Chorinthius.Dædalus cũ Athenis ab Ariopagitis expulsus in Cretã nauigasset,prĩo bouẽ ligneã fabricauit deĩde Labyrinthũ,in quo minotaurus includeret̃.Portẽtosissimũ hoc humani ĩgenii opus fuit,itinerũ ambages.occursus.ac recusus inexplicabiles cõtinẽs.crebris foribus ad fallẽdos exitus.redeũdũq; in errores eosdẽ.Quatuor hi fuisse memorant̃.Primus ĩ ægypto,q(ut aliq sentiũt)regia Mothe rudis prĩcipis fuit,ut alii, sepulchrũ Meridis.Plures honori solis extructũ fuisse existimãt.Hinc Dædalũ sumpsisse cõstat exẽplar ei⁹ Labyrinthi, quẽ fecit ĩ Creta,sed cẽtesimã tm̃ eius portionẽ imitatũ.Secũdus hic ab ægypto Labyrinthus fuit. Tertius in Lẽno. Quartus ĩ italia,oẽs lapide polito fornicibus tecti.italicũ Labyrinthũ fecit sibi Porsena rex Etruriæ sepulchri cã,simul,ut & externorũ regũ uanitas quoq; ab italis suparet̃. Var.Sepultus ẽ Porsena sub urbe Clusio,in quo loco monumẽtũ reliq̄t lapide q̈drato. Sĩgula latera pedũ lata tricenũ,alta q̇nq̈genũ.inq; basi q̈drata ĩtus Labyrinthũ inextricabilẽ,quo siqs ĩproperet sine glomere lini,exitũ inuenire neq̄at.Supra id q̈dratũ Pyramides stãt q̇nq;,q̈tuor in angulis,& ĩ medio una.in uno latere pedũ septuagenũ q̇nũ,alte centũ q̇nq̈genũ, ita fastigatæ,ut ĩ sũmo,orbis æneus,& petasus unus oĩbus sit ĩposit⁹,ex quo pẽdẽt excepta cathenis titinnabula,q̄ uẽto agitata lõge sonit⁹ referãt.Supra quẽ orbẽ q̈tuor pyramides ĩsup singulæ extãt

altæ pedũ cẽtenũ, ſupra q̃s uno ſolo ꝗnq; Pyramides tantæ altitudinis, ut reliquæ totius molis altitudinẽ ſuperẽt, Dædalo ãt ĩpoſitũ nomẽ exiſtimãt ἀπὸ τοῦ δαιδάλλειν, qđ eſt uariare. Alii hoc uerbũ poti⁹ a Dædalo deriuatũ putãt, ob multiplex uariũq; ĩgeniũ hoĩs, pp qđ græci Dædalon uariũ dicũt. & Lucr. terrã ob rerũ, artificiorũq; uarietatẽ Dædalã noĩat. En. ſimili mõ Mineruã. Vir. Circẽ. Plato. Logodædalos uocãt, q dolũ colũt ſermonis ornatu. CREDITE. Vos ſcilicet q Domitiani ludos ſpectatis. Credite, fidẽ habete. Credere. n. aliqñ ẽ dictis uel factis fidẽ habere. Virg. Ora dei iuſſu nõunq̃ credita teucris. A quo creduli dñr, q̇ q̃cũq; facile credũt. & credulitas ipſa facilitas credẽdi. Sicut ecõtrario, Increduli, q nõ facile credũt. & incredulitas credẽdi difficultas. Aliqñ credere ẽ fidei cõmittere. Ci. Vitã, ac fortunas cui crediderim meas. Interdũ ſeruãdũ cõmittere. Plau. Vbi is obiit mortẽ q mihi id aurũ credidit. plerũq; ẽt ꝓ cõfidere uſurpaſ. Virg. O formoſe puer nimiũ ne crede colori. Salu. Virtuti ſatis credebãt. Itẽ ꝓ mutuare. Martia. Dimidiũ dõare lino q̃ credere totũ Qui mauult, mauult pdere dimidiũ. Hĩc creditores, ꝑprie dñr, qbus mutuata pecunia debeſ. Vlpi. tñ creditores dicit eos eſſe, q̇bus debetur ex q̃cũq; actione, uel ꝓſecutiõe, uel iure ciuili, ſine ulla exceptiõis ꝑpetuæ remotiõe, ſiue honorario ſiue ordinario. ſiue extraordinario. ſiue pure. ſiue ĩ diem. ſiue ſub cõditiõe. Creditũ ẽt a credo deduciſ, ſignificatq; id qđ nobis debeſ. & hoc differt a mutuo (ut Plau. ſentit) quo genus a ſpecie. Nã creditũ cõſiſtit extra eas res, quæ põdere. numero. menſuraue cõtinenſ, ſicuti ſi eãdẽ rẽ recepturi ſumus creditũ eſt, nõ ãt mutuũ. Itẽ mutuũ nõ põt eſſe niſi pecunia, aut alia res proficiſcaſ. Creditũ ãt fit iterdũ, ẽt ſi nihil ꝓficiſcatur, ueluti ſi poſt nuptias dos ꝓmittatur. Veteres ꝑ credas creduas uſurpabãt. Plau. Ipſus nec amat, nec tu creduas. Itẽ a credo fit credibile, quod ita ueriſimile ẽ, ut facile credi poſſit. Cuius cõtrariũ ẽ incredibile, qđ nõ ẽ credẽdũ. & credibiliter aduerbiũ, q̃ſi ueriſimiliter. & incredibiliter cõtrariũ. IVNCTAM. Coniũctam, copulatam hoc eſt cum tauro coeũtẽ. iungere, copulare eſt, quaſi in unũ agere. Hinc iunctura dr̃, qđ ſignificat cõiunctionẽ. & iunctim aduerbiũ ſine interuallo. Sueto. Magiſtratus & maturius ĩchoauit & pene iũctim pcurrit. & iugũ, qđ mõ eſt arduitas mõtis, & ut ſupra diximus, procliuis, ac prona ſupinitas, qđ arteſ, ſimulq; iungaſ. Vnde dr̃ iugoſus, hoc ẽ ꝓcliuis. Virg. Dum iuga montis aper, fluuios dũ piſcis amabit. Modo ĩſtrumentũ ruſticũ, quo colla boũ, ſiue alioꝝ aĩaliũ arando, currumue, aut aliud onus ducendo teruntſ, ꝙ eo colla iunganſ. Hinc iugerũ dictum, qđ eſt mẽſura terræ ducẽtoꝝ & quadraginta pedũ ĩ lõgitudinẽ, & dimidii ĩ latitudinẽ, qđ tm̃ ſpatii arari uno die ab uno pari boũ cõſueuit. Itẽ iugo uerbũ, qđ ẽ cõiungo, & quaſi ad unũ iugũ alligo. Vnde iugatũ dicim⁹, cõiunctũ. Ci. Hoc qdẽ eſt cõe uirtutũ, oẽs. n. ĩter ſe iugatæ ſunt. & adiugare ꝓ cõiungere accipim⁹. Plau. Mater ẽ terra, ea parit corpus. Mater aĩa adiugat uoluntatẽ & iuges eiuſdẽ iugi pares. A quo iniuges boues, q nũq̃ ad iugũ adhibiti ſunt. & cõiuges uirum atq; uxorẽ. & cõiugiũ matrimoniũ. Virg. Cõiugio iũgã ſtabili, ꝓpriãq; dicabo. & cõiugalem thorũ ĩ quo nuptiæ fiũt. & cõiugus a. um. qđ cõiũgit. & cõiugatio apđ grãmaticos, ꝙ p eã multa uerba ad unã formã, quaſi ad unũ iugũ cõiunganſ. & apud rhetores cõiugata, q̃ ab uno genere ueluti iugo flectunſ, ut a iuſtitia iuſtus. iuſte. iuſtũ. Hinc locũ a cõiugatis dicimus, cũ ita argumentamur, ſi riſus gaudiũ ẽ. & ridere gaudere, & iuga iuno, ꝙ matrimonia cõiungat. a qua iugarius uicus Romæ appellat⁹ ẽ, ĩ quo ara fuit iunonis iugæ, & iugalis nodus, ſiue iugale uinculũ, copula matrimonii. Vir. Cui uĩcla iugalia curæ. idẽ. Sicui me uinclo uellẽ ſociare iugali, & iuge auſpiciũ ẽ, cũ uinctũ iumẽtũ ſtercus facit. & iugis aſſiduus. cõtinuus, quaſi ſp, & ſine aliq̃ ĩtermiſſiõe iugo affixus. a quo iugiter aduerbiũ, hoc ẽ cõtinue. & cõiugatio apud grãmaticos hoc ẽ declinatio uerboꝝ ꝙ paria ſint, & uno iugo quaſi aſtricta. Bigæ quoq; & quadrigæ a iugo dictæ, ꝙ ille duoꝝ hæ q̃tuor equoꝝ iugo aganſ, illi biiugi, ſiue biiuges eq dñr, hi q̃driiugi ſiue quadriiuges, ꝙ bini, ſiue q̃terni ad unũ iugũ alligati ſint, & qm̃ ſex aliqñ eq ad unũ currũ adhibebanſ, qđ primũ a diuo Auguſto factũ legim⁹, hi ſeiugi, ſiue ſeiuges appellati ſunt. Nam q ſoli ſine curru ad curſum adhibenſ, Græca uoce κέλητες, hoc ẽ celetes uocanſ. Ply. Antiq celetas tm̃ dicebãt ĩ ſacris. poſtea uero & q bigis, uel quadrigis uiciſſent, latĩe dñr deſultorii, a deſiliẽdo, ꝙ ex iis facile deſiliaſ. Sueto. de Cæſare. Quadrigas, bigaſq;, & equos deſultorios agitauerũt nobiliſſimi iuuenes. A quadriga quadrigarii cognomẽ deductũ. iugũ ẽt a ueterib⁹ id dicebaſ ſub quo ignominiæ gr̃a uicti hoſtes mitti ſolebãt. Id hoc mõ fiebat, fixis in terra duabus haſtis, ſup eas ligabaſ tertia, tũ uicti hoſtes diſcĩgebanſ, & ita diſcĩcti ſub illa tranſire cogebanſ inermes. Hinc ſubiugare dictũ debellare, atq; ĩperio ſuo ſubiicere. itẽ iugũ in uinea dr̃, cũ duabus aut plurib⁹ pticis, harũdinibuſue ĩ terra defixis, aliæ ſupra eas alligãſ, ĩ q̇bus uites cõiũgũſ, & quaſi iugũ, hoc ẽ ſũmitatẽ q̃dã faciũt. a quo uites ipſæ ſeu uineæ iugatæ dñr, ꝙ ſi haſtilibus ĩ terra defixis ſingulæ trãſuerſæ pticæ ĩ unã tm̃ ptẽ ordinis adnectãſ. Vniiugæ uineæ dñr, & genus ipſum iugi canteriũ ruſtici uocãt. Ply. Salices quædã in ꝓceritatẽ magnã emittunt iugis uinearũ pticas. Idẽ. Seriora fere anno ad fructũ arbuſtiua, q̃ uitis iugata. Idẽ. & ſi luxuriauerint palmites, ĩtorqueri debẽt, ut quatuor materias, uel duas, ſi uniiuga erit uinea, emittat. Idẽ. Sim

plici iugo

plici iugo constat uniiuga, porrecto ordīe, quē cāteriū appellāt. Hīc iugari uineæ dicunt, quæ ī iugū cōstituunt. Columel. Seqtur iā adminiculādæ, iugādæq; uineæ cura. Quæ uero uineæ quadruplici ordine pticarū īstructæ sunt, cōpluuiatæ dicunt, a cauis ædiū cōpluuiis. Qppe ī quaternas ptes totidē iugis diuisa est. Sex certe uinearū genera memorant. Vnū cū sparsi p terrā palmites sunt. Secundū cū p se uitis subrecta est. Tertiū cū adminiculo cōtinet sine iugo, q̄ si in lōgū extēdat, & ad quartū usq; pedamētū (sic.n.adminiculū uitis uocamus) pueniat, Draco dr̄ siue iuniculus a iungendo. Ex quo fiūt quæ masculeta uocant. Quartum genus est, cū pedata uinea est simplici iugo, quā diximus uniiugā uocari. Quītū cū quadruplici, quæ uocatur cōpluuiata. qm̄ uero iugum aut ptica fit siue harūdine, aut crine, funiculoue, ut in hispania, atq; Brūdusio, aut cū breuiores palmites sunt sarmentis ipsis īter se iūctis funiū mō. Hoc genus ī arcus speciē formatū, funetū dr̄. Sextū genus est, cū uites arboribus maritant. idq; dr̄ uitis siue uinea arbustiua. Iuga ēt dicunt tabulæ nauiū, ī qbus sedēt, q̄ trāstra dn̄r. & hoc ad græcoꝝ imitationē. q hæc ζυγὰ appellāt. Vir. Inde alias aīas, q̄ p iuga lōga sedebāt. deturbat, laxatq; foros. Itē a iungo iuncus deducit, qm̄ usus eius ad iūcturas, & oīa uitilia utilissimus est. Alterū genus eius marinū uocāt, & græci oxyschœnō, hoc est acutū iuncū. Tria huius genera sunt. acutus. & sterilis, quē marē appellāt. Frugifer quē græci melācranim, nos atriferū uocitamus. qm̄ semē nigrū ferat. Et tertius magnitudine carnositateq; insignis, q̄ mariscus appellat. Cōmodior āt ad texendū mariscus est, quē ēt holoschœnō, hoc est totū iuncū uocitāt. Ex eo tegetes fiūt, & marinæ nassæ, & elegātiū lucernarū lumina p̄cipua medullæ amplitudine hoc est materiæ, q̄ lucernis adhibentur, quæ dicunt ellychnia, ut stupa. palea. & similia, quæ oleo. sæuo. cæra. aut alio huiusmodi liquore tecta cōburunt. ἐλλύχνιον græcū uocabulū est. Vnde nimiū studium in orationib⁹ cōponēdis Demostheni quondā obiicientes τὰ τοῦ ἐκείνου ἐλλύχνιον ὄζειν dicebāt, hoc ē opa illius ellychniū redolere. Est & aliud iunci triāguli genus, quod cypon uocant iuxta terrā cādidus, cacumine niger, pinguisq;, radix oliuæ nigræ similis, quā cū oblōga est cyperida uocāt. Hæc psilotri uim hēt. sed cauēdū ne affinitate noīs decipiamur. Nā cypus qdem iunci genus est (ut dicimus) Cyprius uero alia herba est, quæ gladiolus dicit radice bulbosa, & odore uicino nardo. Apollodorus tradit barbaros suffitum huius herbæ ore excipiētes cōsumere lyenes. & nō egredi domibus, nisi hoc suffitu pcepto, uegetiores. n. firmioresq; hoc modo fieri. Est & p se indica herba, quæ cyperis uocat, gingiberis effigie cōmāducata croci ui reddens. Est & aliud iunci genus, qđ tropicē uocāt, huius semine allicit somnus. Sed seruare modū oportet, ne sopor fiat. Est & odoratus iuncus in Syria cœle nascēs, sed laudatissimus ex nabathea affert cognomē theucitis. Est āt rotūdus uinosæ mordacitatis ad linguā. In confricando odorē rosæ emittit rubētibus fragmētis, reliquo aspectu nihil fere a cæteris sui generis differēs. A iūco ionceū dicimus, qđ ex iunco est. Itē a iūgo deducit iugulus anterior colli ps, unūuox alitusq; pcedit q p eā pectori caput iungat, & qa ī iugulo mortifera statim plaga ē præ cæteris mēbris. ideo ueteres petere iugulū, & ferire iugulū dixerūt, p eo qđ est petere mortē, uel īferre mortē. & iugulare p iterficere. Itē a iungo cōposita fiunt adiungo, qđ est addo. & adiūgo ēt dr̄, q̄si ad unū iugū appono. Abiūgo. sepo. alieno. hoc & abiugo dr̄. Pacu. Quæ te res ab stabulis abiugat, certū est loq. Circūiūgo notæ significatiōis. interiūgo subsisto, tractū a curru cuius rotæ interiecto sude iungūt, ut quiescat. Martia. Et cū currere debeas bouillas interiungegere q̄ris ad camenas. iniūgo demādo. subiūgo addo. uñ subiūctiuus modus a grāmaticis dictus qa subiungit alteri uerbo. ut respōdebis mihi cū ad te uenero. Martia. Ne ualeā si nō totis Deciane diebus, & tecū totis noctib⁹ eē uelim. Vir. Si me fata meis paterent ducere uitā Auspiciis & spōte mea cōponere curas. Vrbē Troianā primū, dulcesq; meoꝝ, relliquias colorem. & subiunctiuæ cōiunctiōes, qa cæteris ptibus subiungunt, ut rex hominūq;, deūq;. Disiungo separo. a quo disiūctiuæ cōiunctiones appellatæ, qa res, uel psonas disiūgūt, ut hoc uel illud, meum uel tuum erit, hodie uel cras. & disiunctio separatio, ut cū alter ab altero absumus. Cicero. Neq;.n. nō pōt mihi molestissima esse disiunctio nostra, in tāta rerū oīum uarietate. Seiungo, eiusdē significatiōis, ut seiūctos bonos a malis, fortes a timidis, iustos ab iniqs Cōiungo, simul iūgo. a quo cōiunctura. cōiunctio. & cōiunctiuus modus p subiunctiuo. & coniunctim aduerbiū, sicut a disiūgo qdā usurpāt disiunctū. TAVRO. Taurus pprie bos ē ad procreandū sobolē reseruatus, sicut in capris hircus. in ouibus aries. in pullis gallus. dr̄ aūt a græco, qđ est ταῦρος. Huic aīali in aspectu ganerositas est. Toru⁹ est frōte. auribus setosis. cornibus in procinctu dimicationē poscētibus, ingēs prioribus ī pedibus cōminatio. Gliscēte ira alternos replicat, spargēsq; in altū harenā eo stimulo mirifice ardescit. Minora huic q̄ boui cornua tenuioraq;. Generationē q̄drimus īplet, Singulis tauris denas boues eodē anno tradūt. Si post coitū ī dextrā ptē abeūt, tauri, generatos mares eē existimāt, si in læuā fœminas. Cōceptio uno initu pficit. Tauri nō sæpius q̄ bis die ineūt. Boues aīaliū soli ēt retro ambulantes pascunt. Vita fœminis. xv. annis longissima, maribus. xx. Robur qnto anno. Quibus minimū corporis, plus laboris.

Lauatiõe calidæ aquæ tradunť pinguiores fieri,& siqs incisa cute spiritũ uiscera per harundinẽ adigat. Syriacis bobus nõ sunt palearia,sed gibber in dorso . Domitura boũ ĩ trimatu optima postea sera est,ante pmatura. Aptissime cũ domito iuuencus instruiť. Hoc aĩal tanq̃ laboris, & agriculturæ sociũ quodãmodo ueneramur. Quapp dãnatus olim romæ fuisse legiť, q̃ concubino pcaci ruri se omasum edisse negãti bouẽ occiderat,nec aliter ĩ exiliũ actus,q̃ si colonũ suũ interemisset. Thessaloꝶ gẽtis inuẽtũ ẽ equo iuxta q̃drupedãtẽ cornu ĩtorta ceruice tauros necare. Prius hoc spectaculũ Romæ Cæsar dictator exhibuit. Est frequés in pdigiis priscoꝶ bouem locutũ,quo nũciato senatũ sub diuo haberi cõsueuisse. Bos in ægypto pro numĩe colitur apim uocãt,ĩsigni in dextro latere cãdicãte macula, q̃ cornibus lunæ similis est iã crescere incipientis. Nodũ sub lingua hẽt,quẽ catharũ appellãt. Nõ ẽ fas eũ certa uitæ spacia excedere. Mersum ĩ sacerdotũ fonte enecãt,aliũq; multis lachrymis,& luctu quẽ substituãt quærũt.& donec inuenerint derasis ẽt capitibus mœrẽt. Inuẽtus deduciť a sacerdotibus Memphĩ, ubi gemina ei delubra sũt,quæ thalamos denoĩant. Alterũ ĩtra se mortiferũ est . in altero dira portẽdit. rñsa priuatis dat.& de manibus cõsulẽtiũ accipit cibũ. Germanici Cæsaris manus aduersatus est, q̃ haud multo post extinctus fuit. Cũ se prũpit in hoĩum cœtus,sine streptu ĩcedit. Lictoꝶ iussu & pueroꝶ caterua comitať cõcinẽs carmẽ honori ei⁹,ille intelligere uideť, & adorari uelle. fœmina bos semel ĩ ãno ei ostendiť,semperq; eodẽ die,& inueniri eã, & extingui memorant. Mẽphi locus est in Nilo,quẽ a figura uocãt phialã.ibi singulis annis aureã paterã,argẽteãq; demergũt diebus septẽ, quos apis natales habẽt. Tradũtq; neminẽ p eos dies a crocodilis attigi. octauo ãt die post horã sextã redire beluæ feritatẽ. Hinc apim,qdã serapin.qdã osyrim noĩant. Tradũt.n. Osirim Iouis filiũ fuisse ex Niobe filia Phoronei. Hunc cũ phoroneo auo in argiuorum regno successisset,& plures annos argiuis imperasset, Aegialũ fratrẽ regno achaiæ pfeciť se.ipsum uero gloriæ desiderio trãsfretasse ad ægyptios,quos cũ ditioni suæ subegisset,Inachi primi Argiuoꝶ regis filiã,a quo ipsa Inachis & Inachus achaiæ fluuius.& Inachia regio dicta, quæ Io uocabať in ægyptũ fugatam sibi matrimonio cõiunxisse. Sic utrũq; diuinos honores meruisse, cũ illa litteras Osiris uarias artes ægyptios docuisset. Tibul. Primus aratra manu solerti fecit osiris,& tenerã ferro sollicitauit humũ. Prim⁹ in expta cõmisit semina terræ. Pomaq; nõ notis legit ab arboribus. Hic docuit tenerã palis adiũgere uitẽ. Hic uiridẽ dura cædere falce comã. Verũtamẽ Osirim a Tiphone fratre p fraudẽ occisum fuisse,ac dilaniatũ,eiusq; membra ab uxore diu q̃sita. Quæ cũ nõ inueniret,in maximos fletus prumpere solitã. Qua re commotos ægyptios tã diu ea q̃siuisse, quoad iuxta Syenẽ inuenerũt. Hæc urbs ẽ ĩ cõfinib⁹ Ethiopiæ,atq; Aegypti supra Alexãdriã uersus meridiẽ qnquaginta milia stadioꝶ,q̃ directæ locata est sub tropico æstiuo,hoc ẽ sub cãcro ĩ extremo torridæ zonæ.uñ cũ sol ad cãcrũ uenit,in medio solstitii die supra uerticẽ urbis cãdẽs nullã prsus umbrã facit. Luca. Vmbras nusq̃ flectẽte Syene,Eo in loco philosophi effodisse puteũ dicunť nimiæ altitudinis,quẽ sol recto ĩtuitu irradiabat octauo kalẽdas Iulii cũ Sol in cancro erat. Inuenta igiť hoc loco mẽbra Io , q̃ postea Isis uocitata est,collegit,ac sepulturæ mãdauit,Locũq; p sepulchro elegit tutissimũ , nec facile puiũ,hoc ẽ insula Abatõ,quæ inaccessibilis interptať,qm̃ in palude est iuxta Mẽphim limosa, ac papyris obsita. Paludẽ ipsam stygẽ,hoc ẽ tristitiã noĩauit. Voluitq; neminem in eam insula traiicere nisi certis diebus. Siqs ĩ ea palude piisset ei sacra cẽtũ ãnis soluebãť, qđ tetigisse uideť Virgili⁹. Cẽtũ errãt ãnos. Cũ uero post hæc bos ægyptus iuxta hũc locũ apparuisset,existimarunt hũc ossirim eẽ,& ut deũ adorare cœperũt,mutatoq; noĩe,Apim uocauere,qđ lingua eoꝶ bouẽ significat. deĩde dictus ẽ serapis. Ouidi. Et comes ĩ põpa.corniger apis erat. Idẽ. Nunq̃q; satis q̃situs ositis. Tibullus. Te canit,atq; suũ pubes mirať Osirim,Barbara mẽphitẽ plãgere docta bouẽ. Martia. Nõ illã mille catastæ uincebãt,nec q̃ turba serapin amat. Ergo in sacris Isidis imitatio est inuẽti osiridis,quẽ a Typhone fratre dilaniatũ toto orbe q̃siuisse narrať. Alii ideo hæc sacra instituta existimãt,ꝙ Isis paruulũ filiũ Osiridi patri supstitẽ,noĩe Hoꝶ, cũ semel amisisset,timẽs ne id filio cõtigisset,qđ patri euenerat,ĩ maximos fletus prupit. Sed illo tãdẽ inuẽto mœrorẽ ĩ letitiã cõuertit. Hoc igiť imitari sacerdotes ægyptii, & deglabrato corpore pectora sua tõdere lamẽtariq; ueluti amissum filiũ,deĩde q̃si inuentũ pducere,& mœrorẽ oẽm in lætitiã uertere. Iuuena Plãgentis populi currit derisor Anubis. Erat aũt Romæ tẽplũ Isidis iuxta cãpũ martiũ. Idẽ. Si cãdida iusserit Io ibit ad ægypti finẽ,calideq; petitas.a Merœ potabit aq̃s ut spargat in ædem isidis,antiquo q̃ pxima surgit ouili.in hoc tẽplo sacra ei deæ quotidie celebrare solebãt,pila ferentes,& sistra,& primo cũ fletu pdeuntes,deĩde cũ cãtu redeũtes , qđ circa octauã diei horã fieri solebat. Martia. Nunciat octauã phariæ sua turba iuuencæ. Et pilata redit iãq; subitq; cohors. Bos a græco deduciť, qđ est βοῦσ,hoc ẽt ἀπὸ τοῦ βόσκω ,quod est pasco. Cuius futurum ẽ βώσω.a quo detractione.s.litteræ bos fieri scribit Aristarchus. Hic boariũ forũ Romæ appellatũ,ꝙ ĩ eo boues uenderenť.& bubulcus,q̃ uel bob⁹ arat,uel boues fundi aratorios pascit A quo bubulcitare uerbũ. Plau. Decet me amare,& te bubulcitare. Iuniorũ

familiæ

familiæ bubulcũ noĩauerũt,q̃ bobus optime utebať.& bosphorus a bouis meabili transitu,pp angustiá freti. Duo aũt bosphori sunt. Alter iuxta Bizantiũ,q bosphorus thracius dr̃. Alter in itroitu meotidos paludis. de quo Ouidius. Bosphorus & tanais supat. scythiæq; paludes. Hic bosphorus cimerius appellať,a cimeriis populis,q frigidissimã eius ptẽ incolũt. unde quicũq; terras frigoribus occupatis habitãt. Cimerii appellantur,quales fuerũt inter baias,& cumas in ea regione,in qua cõuallis satis eminenti iugo circũdata est,quæ neq; matutino, neq; uesperti no tpe sole cõtingiť.& boetia.a quo boetii populi regio Europæ,a boue,quã cadmus Ageno ris filius Thebarũ cõditor ĩmolauit,anteq̃ urbẽ ædificaret. Ouid. Mœnia fac condas,boetiaq; illa uocato. Eandẽ urbẽ Amphion muris ornauit,Bacchi & Herculis clarissimã patriá quá tan dẽ Alexãder magnus euertit. ciuesq; oẽs sub corona uẽdidit. Hæc urbs aliqñ a poeti; Draconi gera noĩatur,qa a Cadmo cũ qnq; uiris ex dracone ab ipso ĩterfecto natis cõstructa fuit. Dr̃ aũt hæc thebe,& thebæ thebarũ. Fuit & alia urbs hoc noĩe in ægypto,quá Busiris Aegypti rex con didit. Græci heliopolim,hoc ẽ solis urbẽ uocauere. Huius ambitũ centũ quadraginta stadiorũ fuisse scribit Herodotus,urbẽ insignẽ publicis,priuatisq; ædificiis,& cæterarũ oĩum urbiũ fœlicissimá. Plyni⁹ tradit totá pẽsilẽ fuisse,subter quã reges soliti erãt maxĩos exercitus armatorũ educere,nullo ex oppidanis id sentiente,& qđ est mirabilius,mediã fluuius intersecabat. Cẽtũ portas habuisse eá tradũt. Iuue. Atq; uetus Thebe centũ iacet obruta portis. Ab hac thebe Thebæi dicunť. A Thebe uero Boetiæ Thebani. Sed Thebæi græcũ est. Nã græci ẽt Thebanos uocant Thebæos. Fuit & alia Thebe(Homero teste)in Cilicia patria Andromaches, quæ Hectoris uxor fuit. Oui. Nec cruciere minus,q̃ cũ Thebana cruẽtum,Hectora Thessalico uidit ab axe trahi. Itẽ alia Thebe(teste Plynio)in Lucania,q̃ regio est inter Apuliã & Calabriã. Cuius populi Lucani dicũť,siue q eorũ regio sita ẽ ad partẽ luciferæ stellæ,siue q loca æetherea sint,& ob id multæ lucis,siue a Lucillio duce,seu q primo in loco cõsederit. Itẽ a boue græca uoce bootes qđ latine dicere possumus bubulcũ. Est ãt cæleste sydus,qđ arctophylax uocať,& more bubulci seq̃ plaustrũ uideť. Ouidi. Arctophylax formã terga sequẽtis habet. Neq;.n.recte sentit Aratus bootẽ nõ a plaustri similitudine uocitatũ,sed qđ plaustri instar circa polũ, quẽ boreũ dicimus,uersari uideatur. Duo sunt cœli uertices,quos latini mõ axes,mõ cardĩes,qđ circa eos rotari orbis uideatur,appellant. Græci polos nuncupauere. unus australis,siue antarcticus, hoc ẽ arctico oppositus,qui terræ obiectu a nobis cerni non põt. Alter septẽtrionalis,siue arcticus, siue arctous siue boreus,q nunq̃ occidẽs semp cõspiciť. Virgi. Hic uertex nobis semp sublimis, at illũ sub pedibus Styx atra tenet,manesq; pfundi. Nostris tñ tpibus Lusitani oceanũ ingressi & ad sinistrã nauigãtes intantũ pcessere,ut septẽtrionale arctũ nõ cernãt,uideant autẽ stellam eodẽ fere semp loco sitã,qua sibi ducatũ p̃bente,p plures nauigent dies. Ex quo cõiecturã faciunt australẽ hũc polũ esse. Mira res,cõpertũ ætate nostra,qđ tot ante secula cernere non potuerunt,& scire iã nos uideri anctarticũ posse,qđ maiores nostri excellẽti ingenio, ac doctrina uiri prorsus ignorarũt. Duæ ẽt arcti sunt,quæ septentrionali polo nixæ uehunť. Arctico circulo clausæ,& ita collocatæ,ut utraq; resupinata alterius cõtegat caput,sed caput eius quæ superior est,ad caudã inferioris cõtendat. Alterã maiorẽ ursam. siue elicẽ. Alterã minorẽ ursã, siue græcorũ lingua cynosurã,hoc ẽ canis caudã noĩant. Illã populi græciæ notare soliti. Hanc sidonii aspicientes continue nauigant. Oui. esse duas arctos,quarũ cynosura uocatur sidoniis. Elicẽ graia carina notat. Elicẽ scribit Hesiodus calistona lycaonis Archadiæ regis filiã fuisse. Hanc studio uenatiõis inductã relicto patre sese in siluas cõtulisse,factãq; unã ex comitibus Dianæ,a qua cũ mirifice amareť,quadã die solã in siluis inuentã Iouẽ cõpssisse. Quod facinus cũ aliquã diu cælasset,tandẽ iussam cũ cæteris uirginib⁹ lauari,tumore uteri,crimen detexisse. Quãobrẽ indignatã deã,in ursæ effigiẽ illã cõmutasse,quæ græce ἄρκτος appellať. In ea specie nõ multo post filiũ pepisse,quem arcada noĩauit. a quo postea dicta est Arcadia Peloponensi regio. & Achaiæ pars,undiq; a mari remota, Initio drymodis,mox pelasgis appellata, a qbusdã ẽt parrhasia, cũ parrhasiæ oppidũ Arcadiæ sit. Parrhasio dictũ pãis de mõte Lycæi. ab hac arcades populi,& arcadici mores. Alii tradũt Iouẽ ĩ Dianæ specie,cũ remotã a cæterarũ uirginũ cõsortio cõpisset,cũ ea cõcubuisse. Cũq; Diana uiso tumore uẽtris eius rei causam scrutareť,respõso accepto,q id culpa eius euenerat,ira pcitã,in eã quã diximus effigiẽ illã cõmutasse, & dum forte in silua(ut mos ẽ ferarũ)uagareť,Ab Aetolis captã ad Lycaonẽ simul cũ filio ductã fuisse, & regi dono datã. Vbi cum patrii moris,& legũ ignara sese ĩ Iouis Lycæi tẽplũ cõiecisset, moxq; eã filius eẽt subsecutus arcadib⁹ eos ĩterficere uolentib⁹,a Ioue exceptos,& in cœlo collocatos fuisse. matrẽq; arcton,hoc ẽ ursam,filiũ uero arctophylaca,hoc ẽ ursæ custodẽ uocitatũ. Sũt ẽt q̃ affirmẽt iunonẽ cũ Iouis cõcubitũ cũ Calistone ĩtellexisset,accẽsam ira,illã ĩ ursam cõuertisse,eandẽ mox Dianæ obuiã factã a dea fuisse interfectã,deinde ĩter sydera collocatã. Nõnulli iouẽ ferũt,ueritũ ne iuno qđ minata fuerat,pellicẽ eo in loco dep̃hẽderet,Calistonẽ ĩ ursæ effigiẽ cõmutatã ibi reliqsse,iunonẽ dolo pcepto hãc uenãti deæ ostẽdisse, a qua cõfectam fuis-

se sagitta,& a Ioue inter sydera relatã.Proptereaq; hoc sydus nõ occidit, q̃a Thetis Iunonis nutrix ab ea rogata est una cũ cæteris maris diis,ne factũ ex pellice cæleste signũ in mare paterent occidere.Oui.Gurgite ceruleo septẽ prohibete triones.Syderaq; in cœlũ stupri mercede recepta,Pellite,ne puro tingat in æquore pellex. Cynosurã uero minorẽ ursam eẽ mãifestum est. Hãc unã ex Iouis nutricibus,& nymphis idæis fuisse trãdũt inter curetas uersari solitã, qui Iouis fuerũt ministri.Nõnulli ẽt elicẽ,& Cynosurã nymphas iouis nutrices dixere accepti beneficii gr̃a in cœlo a ioue collocatas,& utrãq; arctõ nũcupatã,a nostris ẽt septẽtriones.a græcis uero ἁμάξας hoc est currus noĩatas.Var.Triones rusticoꝶ uocabulo boues uocitatos scribit, & quasi quosdã terriones,hoc est arandæ terræ ac colendæ idoneos,qđ ergo antiqui græcorum ἅμαξαν,hoc est plaustrũ dixere,nostri ueteres a bubus iunctis septẽtriones uocitarũt, a septem stellis,ex q̃bus q uasi iuncti triones figurant.Vel ideo magis hæ septẽ stellæ triones appellatæ, qm̃ ita sitæ sunt ut ternæ quæq; stellæ ꝓximæ ĩter sese trigonã,hoc ẽ triquetrã figurã cõstituãt quã recẽtiores uocãt triãgulũ.Quippe maiores nr̃i,cũ ab initio rõnẽ sydeꝶ scrutarẽt,pro nũero,ac situ,posituraq; stellarũ, uarias aĩaliũ,aliarũq; rerũ effigies figurabãt. Quoniã ergo ex his septẽ stellis duæ pariles uno ĩ loco uiderent,ꝓ bubus eas accepere.Reliq̃s uero quinq; plaustri figurã designarunt.itaq; & ꝓximũ huic sydus bubulcũ,hoc est bootẽ appellauere, q̃a more bubulci currũ seq̃tur.At q ad formãdã maioris ursæ effigiẽ,non septẽ istas dũtaxat,sed quinq; & uiginti stellas q̃dã astrologi adnotarũt.in capite septẽ.in singulis auribus binas.ĩ humero duas.in pectore unã.in pede priore claras duas.in sũma cauda clarã unã.inter scapulas unã. ĩ cruce posteriore duas.in extremo pedis duas.supra caudã tris.Arctophylacis nomẽ post Homeri tp̃a(ut opinor)inuentũ.Nã ille & plaustrũ,& arcton,& bootẽ noĩat.Arctophylacis nunq̃ facit mẽtionẽ.Cynosurã cõstituũt,in humero stella una splẽdida.in pectore clara una.inter scapulas clara una.ĩ uẽtre clara una.sup cauda claræ tres.Sed harũ triũ q̃ ĩfima est, polus appellatur,ĩ quo totũ orbem circũagi existimãt.Aratus.Certior est cynosura tñ sulcãtibus æquor.Quippe breuis totã fido se cardine uertit.Minorẽ arctõ ẽt phœnicẽ uocãt,qđ Thales,q̃ de rõne astroꝶ diligẽtissime scripsit,& hãc prius notauit,uocauitq; minorẽ arctõ.Phœnix fuit,q̃ cã est,ut phœnices eã obseruẽt,quã ab suo inuẽtore acceperunt,& ex illi⁹ noĩe uocarũt phœnicen,cũ ii q peloponẽsũ incolũt,ꝓprie dũtaxat arcto utant,q̃uis sub minore certius nauigari cõpertũ sit. Aratus,Hic Iouis altrices elice,cynosuraq; fulgẽt, Dat graiis elice cursus maioribus astris.Phœnicas cynosura regit,sed cãdida tota. Sũt q̃ scribũt elicẽ nomẽ oppidi prĩo fuisse in Pelopõneso in quo nata sit Calisto, & ab eo hoc sydus elicen uocitatũ.Ab arcto arcturus dictus quod ursæ cauda interp̃tat,hoc est ἄρτου οὐρά.Stella quædam est arctophylacis,siue bootes,quẽ maioris ursæ terga sectari supra diximus. Habet.n.arctophylax in manu sinistra stellas quatuor,quæ dicuntur nunq̃ occidere.in capite stellã unã.ĩ utroq; humero singulas,sed clariorẽ quæ ĩ dextra & sub ea alterã obscurã.& in cubito dextro clarã unã.in zona unã lõge cæteris lucidiorem, in utriusq; pedibus singulas.Quæ ĩ zona est arcturus appellatur.Oritur autũni tp̃e. De arctophylace huiusmodi ẽt recitant fabellã.Cũ Lycaon Calistonis pater iouẽ hospitio suscepisset,tentãdi numinis gratia arcadẽ iouis,& Calistonis filiũ nepotẽ suũ ĩter alias cõcisum carnes illi in cõuiuio apposuisse,pp qđ indignatũ deũ,deiecta in terrã mẽsa,domũ fulmine ĩcendisse, ipsum ĩ lupi effigiẽ trãsmutasse,filio ãt collectis ac cõpositis mẽbris uitã restituisse, & ætolo cuidã tradidisse educandũ.Hunc cũ adoleuisset,& uenator factus matrem aliqñ, quæ in ursam cõuersa fuerat,in siluis eẽt cõspicatus,studio cõficiẽdi eã usq; in iouis Lycæi tẽplũ p̃secutũ fuisse, quod ĩngredi arcadũ lege capitale erat.itaq; cũ utrũq; necare ex lege oporteret, miseratiõe(ut supra diximus)iouis ĩ cœlũ fuisse trãslatos.Ab arcto arctous deducit,hoc est septẽtrionalis.& arcticus,& oppositũ eius antarcticus.Itẽ a boue bucephalus dictus, q̃si bouis caput, equus alexãdri & urbs, de q̃bus supra diximus.itẽ bup̃stis.& buphthalm⁹.& buglossus herbæ,de q̃bus similiter dictũ est. itẽ bumastus gen⁹ uuæ grossioris,ꝙ tumeat ad similitudinẽ mãmarũ bouis, βοῦς enĩ græce bos dr̃ μασός mãma sicut a similitudine digitoꝶ,Dactylus uocat aliud uuæ genus in longum porrectæ,quod græce δάκτυλος digitus appellatur,& quæ paruos acinos habẽt, sed mites,ac suauitate certantes dicuntur Leptoroges.λεπτὸς enim subtilis a græcis dicitur ῥώξ acinus. itẽ bucardia lapillus bubulo cordi similis,babylone tm̃ nascens, de quo supra disseruimus.& bouille oppidũ q̃si bouis hillæ.& buberii ludi,quos ueteres a bobus pecoreq; appellarũt,de q̃bus similiter dictũ iã fuit.& bucẽtes,q græce βουκεντὴς dr̃, hoc est tabanus a pungendis bobus. κεντεῖν.n. pungere est,& bucentrũ stimulus.Græci.n.βούκεντρον nominant.& eribœa iuno,q̃si lis bouis.Eris.n.græce lis dicit q̃a Isidẽ in bouẽ mutatã nimia indignatione p̃secuta est.& bucolicũ carmẽ a custodia armentoꝶ hoc ẽ ἀπὸ τῶν βουκόλων,qui dicuntur armentarii,qđ p̃cipua aĩalia apud rusticos sint boues.hoc ãt carmẽ humile est,& rustica simplicitate gaudet,rusticæq; in eo p̃sonæ introducunt.Cuius originẽ q̃dam hãc referunt.Quo tempore Xerses persarũ rex græciã inuasit,cum omnes intra muros laterent,nec possent Dianæ sa

cra p̃solui

cra psolui, puenisse ad mõtes Laconas rusticos, & in eius honorẽ hymnos cecinisse. unde natũ bucolicũ carmẽ posterior ætas elimauit. Alii Horestẽ tradunt, cum Dianæ fascelidis simulãchrũ ex scythia raptũ adueheret, ĩ Siciliã tẽpestate delatũ fuisse, illic cõpleto anno Dianæ festũ hymnis celebrasse nautis suis collectis, & pastorũ multitudine cõuocata. Sic eã cõsuetudinem apud rusticos postea pmãsisse. Sunt q nõ Dianæ, sed Apollini Nomio cõsecratũ hoc carmẽ uelint, quo tpe Admeti regis pauit armẽta. Nõnulli rusticis numinibus a pastoribus dicatum, ut pani. faunis. satyrisq;. bucolicon ẽt genus ẽ panacis, hæc herba est ferulæ similis, quæ in ipso fine Arcadiæ, & circa erymãthi fontes, & ĩ Africa, & in Macedonia nascit quinq; cubitoꝝ, foliis, primo quaternis, mox senis in terram iacẽtibus, ampla magnitudine rotũdis. in cacumẽ uero oleaginis, semine in muscariis dependẽte, ut ferulæ. Excipit succus inciso caule messibus radice ĩ Autũno, q opopanax appellat. Herba hæc ipso noĩe oĩum morborũ remedia pmittit. dicitur enim ἀπὸ τοῦ πάντα ἀκεῖν, hoc est a sanando oĩa, ideo inuẽtio eius diis ascripta est. Vnũ genus asclepiõ cognominat, qm̃ is filiã Panaciã appellauit. hac euulsa scrobẽ repleri uario genere frugũ religio erat, ac terræ piamẽtũ. Succũ igit q ex Macedõia affert bucolicũ uocãt, quod βουκόλοι, hoc ẽ armentarii hunc succũ spõte erũpẽtẽ excipiũt. Alterũ genus heraclion uocant, & ab Hercule tradũt inuentũ. Alii origanũ heracleoticũ siluestre, qm̃ est origano simile. Tertiũ panaces genus chiromõ cognominat ab inuẽtore, foliũ lappato simile, flos aureus, radix parua. Quartũ genus ab eodẽ chirone reptũ centaurion cognominat. Chiron eni centaurus fuit, Saturni & Phillyræ filius Oceani filiæ. Nã cũ Saturnus Iouẽ filiũ quæreret, in Thracia cũ Phillyra Oceani filia in equũ uersus dr̃ cõcubuisse, ex qua Chironẽ cẽtaurũ genuit, dimidio hoĩem reliqua parte equũ, qui a matre Phillyrides est dictus, hic nõ modo cẽtauros sed uniuersos suæ ætatis hoĩes bonitate, & iustitia supauit. Aratus, Hic erit ille pius Chiron iustissimus oẽs, inter nubigenas, & magni doctor Achillis. Nauigauit cũ argonautis, quoꝝ medicus fuit, medicinã & herbarũ uires inuenit. Medicinã Esculapius. Citharã Achilles. Astrologiam Hercules, ab eo didicerũt. Ad hũc cũ aliqñ Hercules diuertisset, ipseq; sagittas illi⁹, sanguine hydræ tinctas manibus cõtrectaret, & secũ miraret, quõ illis ĩmania cẽtauroꝝ corpora interfecisset, una e manibus forte delapsa pedẽ uulnerauit, pp qd doloris magnitudĩe pditur extinctus. Sed post nouẽ dies miseratiõe deoꝝ ad astra sublatus est, & sagittarii signũ cõstituit. Oui. Nona dies aderat, cũ tu iustissime chiron, Bisseptẽ stellis corpore iunctus eras. Quidã tñ sagittariũ nõ Chironem sed Crocũ esse dixerũt Euphenes musarũ nutricis filiũ, hunc domiciliũ ĩ mõte Helicõe habuisse, & cũ musis cãtu ac cithara delectari solitũ, sæpe ẽt studio uenatõis exerceri, q̃propter magnã laudẽ, & laboris, & ingenii assecutũ. Hinc musas a Ioue petiisse, ut eũ ĩter astra collocaret. itaq; Iouẽ, ut oĩa illius artificia in uno corpore referret, crura eius eqna fecisse, qd equo multũ uenãdo usus fuisset, sagittas ei addidisse, ut acumẽ, ac celeritas indicaret. Satyri caudã in corpore fixisse, q nõ minus hoc musæ delectarent, q̃ Satyris liber. Figurat ad occasum spectans, & uelut mittere sagittas ĩcipiens. Præceps occidit. exorit directus. habet in capite stellas duas. in arcu duas. in sagitta unam. in dextro cubito unã. in manu priori unã. in uẽtre unam. inter scapulas duas. ĩ cauda unam. Præterea ante pedes coronã hẽt septẽ stellarũ. Itẽ bucula pua bos. Ply. Eidem morbo buculæ iecur cõtritũ pdest. Idẽ. Mirõnẽ ageladis discipulũ bucula maxime nobilitauit celebratis uersibus laudata, qñ alieno pleriq; ĩgenio magis q̃ suo laudantur. Extãt nunc quoq; de ea uersus ausonii poetæ. Bucula sum cœlo genitoris facta Mirõis, Nec puto me factã sed puto me genitã. Buccula uero cũ gemino. c. significat paruã buccã. Bucca os est. Cic. Et qc qd in buccã uenerit, ad te scribã. in quo notandũ est, q os, & bucca, siue in plurali buccæ, nõ exteriorẽ partẽ, hoc est labia significãt (ut uulgus existimat) sed interiorẽ. Quintil. Ore magis, q̃ labris loquendũ est. Est ergo bucca interior illa cõcauitas uñ uox pdit, & qua cõcipit flatus. Iuuena. Notæq; p oppida buccæ. Horati. Vt iuppiter ambas inflatus buccas. Ambas buccas inquit, hoc est utrũq; latus oris. Plau. Nescio utrũ maiores buccæ an mãmæ fierẽt. Ply. Infra oculos malæ homini tm̃, quas prisci genas uocauere. xii. tabularum interdicto radi cas uetante, pudoris hæc sedes. Intra eas hilaritatẽ, risumq; indicantes buccæ. Sonus ille, qui ex inflatiõe buccarũ erũpit factitio noĩe Sclopus appellat. Persius. Nec sclopo tumidas intendis rumpere buccas. Buccula ẽt pars cassidis est, p quã mittitur spiritus. Iuuena. Lorica & fracta de casside buccula pendens. a bucca etiam Buccea fit, hoc est frustulum alicuius rei esui aptæ, quãtum. s. bucca cõmode capit. Cuius diminutiuũ est buccella. Augustus ĩ epistola ad Tyberiũ. Ne iudæus quidẽ mi tyberi tã diligẽter sabbatis ieiuniũ seruat, q̃ ego hodie seruaui. q ĩ balneo demũ post horã primã noctis duas bucceas mãducaui priusq̃ ungi ĩciperẽ. Quidã Buccinã quoq; a bucca deductũ existimãt ĩstrumẽtũ, quo signũ dat ĩ hostes ad pugnã. Oui. Caua buccina sumit illi Tortilis ĩ latũ. a cui⁹ similitudine buccinũ cõchæ genus, de quo supra disseruim⁹. & ideo p duplex cc. scribendũ censent. Nos a boũ potius, uoce deductũ putamus, & p simplex. c. scribi debere q ueluti boũ qdã mugitus sit. Siqdem & græci βουκανιστήριον bucinam noiant, & βουκανιστὴν

bucinatoré. Verũ hæc noïa illi a latinis (ut arbitror) quẽadmodũ pleraq; alia sumpsere. Nam bucinã ipsi proprie σάλπιγγα noïant. Tritonis ĩuẽtũ fuisse bucinã tradũt. Hunc.n.cũ conchã cõcauã inuenisset, tulisse eã ad gigãtes, & ibi sonitũ quẽdã inauditũ ꝑ conchã misisse, quo audito ueritos hostes, ne qua ĩmanis fera ab aduersariis adducta fuisset, primo fugæ sese dedisse, deĩde uictos ĩ hostiũ ꝑuenisse ꝑtãtẽ. Tritõ maris de⁹ Neptuni, & Salaciæ marinæ deæ filius, ꝙ primũ in tritonide palude uisus fuerit. Est ẽt fluuius tritõ ĩ Lybia defluens ĩ paludẽ tritonidẽ. deinde in mare Libycũ. in hac palude insulã eẽ scribit Herodotus noĩe Phla. ĩ qua signa extãt aduentus Iasonis, q̇n ad eã tpe Ogygii regis apparuisse Palladẽ uirgin ali ætate, ex cuius noĩe & ipsa tritonia uocitata ẽ. Quapropter quosdã mineruã Neptũni, & tritonidos paludis filiã eẽ scripsisse, sed patrẽ dedignatã dedisse se Ioui, & a Ioue in filiã receptã. Rursusq; cũ galeas, & scuta Aegyptiis inuenisset, ea postmodũ ad græcos trãstulisse, q̃ iuxta Tritonidẽ incolũt diẽ quẽ putãt natalẽ mineruæ, ludicris uirginũ ĩter se decertãtiũ celebrãt. Sic boere quoq; non ἀπὸ τοῦ βοάω, qđ est uoco, sed a boũ mugitu deductum opinanť. Pacu. Clamore & sonitu colles resonantes bount. Var. Exeũt citi, strepũt, boũt. dr̃ ẽt boo boas. a quo bocas genus piscis, q̃ ueluti mugitũ quẽdã emittit, & reboo reboas. Virg. Reboant siluæq;, & magnus olympus. Itẽ a boue Bucerũ pecus, qđ de bobus dr̃. & buceriæ, hoc ẽ boum armẽta. Lucil. Lanigidæ pecudes, & equoꝝ duellica ꝑles, buceriæq; greges. Itẽ bubulus a boue deriuať. & bouillus. Plyni. Bouillæ carnis iure facile curať. Idẽ. Stomachũ exulceratũ lactis asinini, & bubuli potus reficit. Itẽ a boue bubalus, siluestris bos, colore niger, quo nũc passim ducẽdo currui. & uehẽdis onerib⁹, ac ẽt terræ arandæ utunť. Apud ueteres non erat ĩ usu. Ex Africa primũ id aĩal allatũ ꝑdiť, imperitũ uulgus uros quoq; bubalos uocat, a bouis q̈dã similitudine, excellenti & ui & uelocitate aĩal. In hercinia id silua germaniæ nasciť, magnitudine parũ ĩfra elephãtũ, specie, & colore, & figura tauri. Neq; homini, neq; feræ, quã cõspexerit, parcit. hos studiose foueis captos ĩterficiunt, relatis in publicũ cornib⁹ q̃ sint testimonio. Magnã ferũt laudẽ, q plurimos ĩterfecerint. Amplitudo cornuũ & figura, & species multũ a nostroꝝ boũ cornibus differũt, hæc studiose exq̃sita ab labris argẽto circũcludũt, atq; in amplissimis epulis pro poculis utunť. Itẽ a boue bubonia boũ dea, sicut mellonia mellis, & bauli, q uicus ẽ ĩter Baias, & Missenũ, ubi boues quõdã Herculis, dũ iuxta Cumas hospitatus eẽt, stabulati eẽ dicunť. Hic boalia primũ locus appellatus ẽ, deinde uetustate corrupto uocabulo bauli. Symmacus corrupta boalia baulos nuncupat hæc ætas. Martia. Dũ petit a baulis mater cesellia baias, Occidit ĩsani crimĩe mersa freti. Corne. Tacitus Nero matrẽ elicit ad baias, ubi q̄nquatriũ celebrabat, excipitq; manu, & cõplexu, ducitq; baulos. Id uillæ nomẽ est ĩter Missenũ ꝓmontoriũ, & baianũ lacum, flexo mari abluiť. & Meliboeus ꝓpriũ nomẽ pastoris, qđ curã bouũ habeat. & Meliboea littoralis urbs magnesiæ ꝓpinqua Thessaliæ. A quo fit adiectiuũ meliboeus. a. um. bupleuron quoq; a bouæ noĩatum existimãt, qđ in spõte nascẽtiũ herbarũ numero græci habẽt caule. cubitali. foliis multis. longisq;. capite aneti. Laudatũ ĩ cibis ab Hippocrate medico, & glaucone, & Nicãdro. radix eius ĩ uino urinæ ciẽdæ cõtra serpentes dať. Itẽ buphonon aliã herbã, quã alii chamæleonẽ, alii Ixiũ uocãt. Cuius duo genera, Cãdidior asperiora folia hẽt serpitq; ĩ terra echini mõ spinas erigẽs. radice dulci. odore grauissimo. Quibusdã ĩ locis uiscũ gignit albũ. unde & Ixia, siue Ixiũ uocať. Nã græci ἰξὸν uiscũ noĩant camæleon a folioꝝ uarietate appellať. Mutat.n. cum terra colores ad similitudinẽ chamæleõtis aĩalis, de quo alibi dicemus. Huius succus occidit canes, suesq; in polẽta addita aqua, & oleo. cõtrahit in se mures, ac necat, nisi ꝓtinus sorbeãt aquã. Radicẽ eius q̄dã decoquũt in cibo cõtra fluxiões, quas græci reumatismos uocãt. Ex nigris aliq̄ marẽ dixere, cui flos purpureus eẽt, & foeminã. cui uiolaceus. Radices ricinos canũ necãt. Itẽ iuuẽcas anginæ mõ. q̈re q̄dã buphonõ eã noĩant ἀπὸ τοῦ φόνοσ, qđ ẽ mors, & βοῦς bos. Alii cynozon q̄a foetore ricinos a canũ aurib⁹ expellit, ὄζων.n. canis, κύων olens dr̃. Itẽ a boue boua, siue boa, utroq;.n. mõ dr̃, serpẽtis genus, uel qđ ꝑrio bubuli lactis succus alať, uel qđ instar bouis turgeat. in tantã.n. aliq̄ñ magnitudinẽ excrescit, ut diuo Claudio principe occisæ in uaticano solidus in aluo spectatus sit infans. Hinc boua ẽt siue boa morbi genus est, cũ corpora papularum multitudine rubẽt ad similitudinẽ eoꝝ q boa serpẽte icti obturgescunt. ignorauit hoc Festus Põpeius, q boã scripsit eẽ crurũ tumorẽ uiæ labore collectũ. Ply. Ebuli folia contrita, & ueteri uino ĩposita boã sanãt. i. rubentes papulas. Papularũ duo genera sunt, altera ĩ qua ꝑ minimas pustulas cutis exasperať, & rubet, leuiterq; rodiť, mediũ hẽt pauxillo lenius, tarde serpit, idq; uitiũ maxime rotũdũ incipit, eadẽq; rõne in orbẽ ꝓcedit. Altera ãt est, quam agriam, hoc ẽ ferã græci appellant, in qua similiter quidẽ, sed magis cutis exasperať, exulcerať, ac uehemẽtius erodit, & rubet. interdũ ẽt pilos remittit. Virg. Ardẽtes papulæ, atq; ĩmundus olentia sudor membra sequebať. Hinc papillæ capitula mãmarũ uocitata, ꝙ papularũ sint similes. Papicarduorũ flores dicuntur. Lucre. Vestem nec pluuias auiũ, paposq; uolãtis. Papeus scitharũ lingua iupiter appellatur. Ho c genus morbi, qđ boa a nobis dicitur, a græcis appellatur ὑδράκιον ab Hy-

dro(ut q̄dam

ri. Vndecim milibus hæc classis censebat̃. Hinc minor census reliquã multitudinẽ habuit. ide una cẽturia facta est immunis militia. Hi proletarii, & capitecẽsi appellati. Proletarii, qui supra mille qngenta æris incẽsum deferebãt. Capitecẽsi, quibus cẽsus erat non amplior trecẽtoꝝ septuagintaquinq;. illis nomẽ ĩpositũ a munere, officioq; prolis ædẽdæ, qd' cũ re familiari ꝑua minus possent rẽpu. iuuare, sobolis tñ gignẽdæ copia ciuitatẽ frequẽtarẽt. Ii uero capitecensi appellati, ꝙ ob tenuitatẽ rei familiaris nõ ære, sed capitibus cẽserent̃. Proletarioꝝ tñ ordo honestior aliquãto, & re, & noĩe, q̃ capitecensorũ fuit. Nã & asperis reip. tẽporibus, cũ iuuentutis inopia esset in militiã tumultuariã legebant̃. armaq; iis sũptu publico præbebant̃. Capite censos uero primus. C. Marius bello Iugurtino scripsisse tradit̃. Salustius ipse interea milites scribere nõ more maiorũ, nec ex classibus, sed ut libido cuiusq; erat. Capitecensos plerosq; id factũ ab inopia bonorum, alii per ambitionẽ consulis memorabant, qd' ab eo genere celebratꝰ, auctusq; erat. & homini potentiã quærẽti egẽtissimus q̀sq; opportunissimus. Sic pedestri exercitu ornato, distributoq; Seruius Tullius ex primoribꝰ ciuitatis duodecim equitũ cẽturias scripsit. Ad equos emẽdos dena milia æris ex publico data. & qbus equos alerent, uiduæ attributæ quæ bina milia æris in annos singulos penderẽt. Hinc eqtũ quoq; interdũ classes dicuntur Vir. Scio me danais e classibus unũ. idem. Classibꝰ hic locus. Et classes clypeatas antiq dixerũt quos nũc exercitus uocamus. Classem uero procinctã extructũ exercitũ. itẽ classici testes uocabantur, qui signãdis testamẽtis adhibebãt̃ Classis etiã collectio nauium dicta ἀπὸ τῶν καλῶν, hoc est a lignis. unde & calones appellati, qui ligna militibus portant. Aliquãdo tamẽ ꝓ una naui ponit̃ classis. Virg. Et lyciæ ductorẽ classis orõtẽ. A classe classiarius deducit̃, qd' significat assiduũ. diligentẽ. quia oĩum classiũ ciues semper parati erãt ad omnẽ reipu. necessitatem. Propter quod ab assedando etiã assidui dicebant̃. Apule. Et laudũ eius classiarius, atq; assiduꝰ præco. At qui priuatim quoscũq; in iudiciũ uocabãt iussu magistratuũ, qd' uilissimoꝝ hoĩum officiũ erat, dicebant̃ liburni, ꝙ fere liburnia essent, quæ regio est inter Dalmatas, atq; illyricos, in qua sunt Salonæ urbs insignis. Iuuena. primus clamãte Liburno Currite, iã sedit, rapta ꝓperabit abolla. Martia. Procul horridus liburnus, & querulus cliẽs. Liburnũ uero neutro genere genus est nauigii uelocissimũ a liburnis primo inuenti. Ad cuius similitudinẽ uehiculũ quoq; cõstructũ fuit, quo romani principes uehi solebãt. Iuuena. Diues & ingenti curret supra liburno. De nauigio. Hora. ibis liburnis sup alta nauiũ amice, ꝓpugnacula. Hæc & liburnicæ appellant̃. Sueto. Vtrobiq; parte liburnicarũ demersa, simulq; eius, qua uehebat̃ fusis armamẽtis, & gubernaculo difracto. Quidã etiã liburnas fœminino genere dixere. Liburni ẽt uiatores appellati a uia, qd' sæpe ex agris hoĩes iussu magistratuũ uocarent, frequensq; eorum uia esset ab agris ad urbẽ. Egregii principio, mox uile hoĩum genus, de qbus sic Plyniꝰ scribit. Cicinnato uiator attulit dictaturã aranti, & quidẽ nudo, oreq; adhuc pulueris plẽo, cui uiator uela corpus inquit, ut proferã senatus populiq; Romani mãdata. Tales tũ etiã uiatores erãt. qbus idipsum nomẽ ĩditũ est, subinde ex agris senatũ, ducesq; accersentibꝰ. At nũc eadẽ illa uincti pedes, dãnatæ manus, inscripti uultus exercẽt. Apparitores aũt, & statores erant, qui magistratui semp aderant ad iussa capessenda, & interdũ tabellarioꝝ officio fungebant̃. Lictores a ligando dicti, qui prætores, & consules præcedebant cũ fascibus uirgarũ. Itẽ a cano (si Varrõi credimus) canis latrabile animal. Sicut enĩ tuba & cornu, ꝙ signũ canẽdo dent, canere dicũt̃. Sic quia & noctu canis in custodia, & in uenãdo signum uoce dat, dicit̃ canis. De cuius deriuatiuis abunde supius diximus. Præterea a cano carmẽ, quasi canimẽ appellatũ. Dicit̃ aũt carmẽ quicquid pedibus cõtinet̃. unde Virgilius uersum unũ carmen uocauit. Et rẽ carmine signo. Aeneas hæc de danais uictoribus arma, & duos similiter. Tumulo supaddite carmẽ. Daphnis ego in siluis hinc usq; ad sydera notus, Formosi pecoris custos, Formosior ipse. Tota præterea Aeneis Virgilii Heroicũ carmẽ dicit̃. Totus georgicõ, liber carmẽ georgicũ. Totꝰ liber bucolicon, carmẽ bucolicst. Aliqñ etiã carmẽ pro incãtatione accipit̃, quẽadmodũ inferiꝰ ostendemus. A carmine dictæ sũt camenæ (ut Põpeio placet) uel a canẽdo, ꝙ canãt antiquoꝝ laudes uel ꝙ sint castæ mẽtis ꝑsides. Alii camenas quasi canẽtes amœne, uel cãtu amœnas existimãt appellatas. Amœnũ enĩ ab amando iocũdũ dicimus. & amœne, iocũde. & amœnitas, iocunditas. Virgi. Deuenere locos lætos, & amœna uireta, hoc est suauia. iocũda. & ad se amãdũ allicientia. Seruius. Amœniũ dictũ putat ab. a. quæ priuatiua particula est, & mœnio. qd' est munio, hoc est fructũ capio. unde qui nihil præstãt immunes uocamus. Amœna enĩ ꝓprie dicũt̃ quæ iocunda sũt, sine aliquo fructu. Camœnæ aũt sũt quæ & musæ dicunt̃. Musa græcũ uocabulũ est, & significat cãtũ. unde musice appellata est scientia, quæ tractat de ratione canẽdi. & musicus, musicæ peritus. Musam pro cantu Virgiliꝰ posuit. Pastorũ musam Damõis, & Alphesibœi. Hinc poetæ musas finxerũt deas esse magni Iouis, & memoriæ filias, quæ poetis, & musicæ ꝑessent. Quippe poesis pars musices est. Tria enĩ genera sũt, quæ circa artẽ musicã uersantur. Vnũ genus est, qd' instrumẽtis agit̃. Aliud qd' fingit carmina. Tertiũ, qd' ĩstrumẽtoꝝ opꝰ

carmenq; diiudicat. Secũdum illud genus profecto poetarũ est, quod nõ potius speculatione ac ratione, q̃ naturali quodã instĩo fertur ad carmẽ. Easdem dixerũt in helicone habitare, qui mons Boetiæ est phocidi affinis. a quo heliconiades appellantur, nec procul distat a Parnasso Phocidis monte, æmulus illi & altitudine & ambitu, uterq; niuosus, & rupes amborum saxea est. Parnassum quoq; habitare musæ dicuntur. a quo dicuntur parnassides. & quoniam phocidi confinis Aonia est, etiam aonides a ppellantur. Aonia regio Thraciæ ab Aone rege dicta ẽ. Aon filius fuit, (ut quidã putant) Iouis, ut alii, Neptuni quem factione suorũ ex Apulia pulsũ in Boetiam tradunt uenisse, Neptũnũ patrem quærentem ac de suo nomine mõtanam regionẽ Boetiæ uocitasse Aoniam. tandemq; ibi diem suũ obiisse Dymante filio, ac regni successore relicto. Aones quoq; eius regionis montes dicuntur. ab Aonia uero aonius dicitur. Ouidi. Separat Aonios attæis phocis ab aruis. Dicunť etiam cythæriades, a saltu, qui cythæron uocatur, in quo similiter habitare musæ dicunť. initium habet a Megaricis, & Atticis montibus. Finitur prope Thebas Boetias, iuxta fluit Asopus amnis, inferiora eius alluẽs. Item sub eo pag⁹ est Scolus nomine, iocunda sedes, atq; aspera. Vnde natum est prouerbium. Ad scolũ neq; ipe accedes neq; alterũ comitaberis. Ex hoc etiã loco deductũ pentheũ, discerptũq; memoriæ ꝓdiderũt. Est etiã uicus quidã in Heraclia trachiuia, qui Scolus uocať, quã præterfluit Asopus amnis, & est in Sicyone alius Asopus, & finitima plaga Asopia nũcupať. Pierides a Pieria, quæ regio est macedoniæ, Emathia antedicta, hæc musarũ parens, domusq; est a nemore ita appellata, cui nomẽ est Pieris. & Pieres populi dicti sũt, q̃bus extictis Macedões ea loca ĩcoluere. A pieria Pierius deduciť. unde Pieriũ carmen dicimus. itẽ dicũť Thespiades a Thespia oppido Heliconi ꝓpinquo, patria Thespidis, quæ musaꝶ nutrix tradiť fuisse. Itẽ patria Argi, qui nauẽ Argo fabricauit. a qua Iason, cæteriq; qui ĩ ea nauigarũt dicti sũt Argonautæ. Quippe primũ Iasonẽ longa naui usum fuisse (Philostephanus auctor est) Thespiæ ꝓximũ Ascra oppidũ est Hesiodi patria, q̃ ipse Rus miserũ uocat. ab ascra ascræus deduciť. item dicunť pegasides, & Hippocrinides, ab Heliconis pulcherrimo fonte, qui a græcis Hippocrine diciť, hoc est equi fons. ἵππον enĩ equũ uocant κρήνην fontem. a nostris appellať caballinus. itẽ pegaseus, qd' Pegasus eo loco saxũ ungula feriẽs fontẽ aperuerit, queadmodũ inferius latius dicemus, Persi⁹. Nec fõte labra prolui caballino. Hũc equũ putãt esse qui in cœlo inter sydera collocatus est. q̃uis alii, ut supra diximus, Bellorophõtis equũ esse dicãt. Alii Hippen Chironis Cẽtauri filiã Theã antea appellatã, quæ in mõte Pelio sese uenãdo exerceret, grauida facta, & ob id patris indignationẽ timẽs deoꝶ miseratione in equã cõuersa est, & in cœlũ translata. Propterea posteriores corporis ptes nõ uidenť pp fœminei sexus pudorẽ. Nõnulli uatẽ eã dixerũt fuisse. Sed qa deorũ cõcilia hoĩbus patefecerat in equã eẽ cõuersam. Callimach⁹ scribit a Diana ĩ equã eẽ cõuersam ꝗ uẽari, & deã pro more colere desiisset. Hẽt aũt stellas in facie claras duas. in capite clarã unã. in singulis aurib⁹ singulas claras. ĩ maxilla unã. in ala ꝓxima capiti clarã unã. in hũero alæ dextræ unã. in media ala unã. ĩ extrẽis pẽnis unã. ĩ armo unã. in umbilico clarã unã. ĩ singulis genibus singulas. itẽ Musæ Libethrides appellatæ a fonte Macedoniæ in ea regiõe, q̃ Magnesia dř, a qua Magnesi siue Magnetes, q̃uis eodẽ noĩe alia urbs in Asia sit, iuxta quam Scipio Anthiocũ regẽ ꝓfligauit. Hic fons Libethros noĩe, musis est sacer, & spelũca eodẽ in loco, quæ Libethra appellať. itẽ Pipleides, siue Pipleæ, a pipleo Macedoniæ fonte, seu uico, uel a pipleo mõte Orcomenorũ, uel a peplo genere uestis. de quo supra diximus. itẽ Mnemosynides a matre Mnemosyne hoc ẽ memoria. Græci. n. μνημοσώνην memoriã dñt. Oui. de ioue. Aure⁹ ut Danaen Asopida luserit ignis Mnemosynen pastor. itẽ Castalides a fonte castalio in radicib⁹ parnasi musis sacro, qa a Castalia nympha nomẽ assumpsit. Nouẽ aũt eẽ musæ finguntť. Nouẽ noctibus, hoc est singulas singulis a ioue, & Mnemosyne, hoc est memoria ꝓcreatas. Sed principio (ut Var. scribit) tres tm̃ musæ fuere. Quia omnẽ sonũ natura triformẽ eẽ cõstat, aut enim uoce æditť, ut ẽ eoꝶ q buccis canũt. Aut flatu, ut tybiarũ. Aut pulsu, ut lyræ & citharæ, q̃ ꝑcutiendo sonora sũt. Ob id aũt postea nouẽ esse finxere, qd' quædam græciæ ciuitas apud tres artifices terna quõdã simulachra musarũ facienda locauerat, eo cõsilio ut tria, q̃ pulchriora essent emeret. & in tẽplo Apollinis collocaret. Cõtigit aũt ut opera oẽs æque pulchra formarẽt, propter quod cũ musæ oẽs ciuitati placuissent, oẽs ꝑiter emit, & in tẽplo Apollinis dedicauit. His postea Hesiod⁹, uel ut alii uolũt alia nomĩa ĩposuere. Primã a bõitate uocis dixere καλιόπην, hoc est Calliopẽ καλὸν enim bonũ diciť ὄψ, uox. Secũda κλείω, hoc est Clio a gloria & celebritate rerũ gestaꝶ, quas canit κλέιειν enim celebrare est. Tertiã ἐρατὼ, hoc est Erato, uel a canendis amoribus, uel ꝗ cantus ab oĩbus desidereť. Ouid. Nũc erato, nã tu nomen amantis habes ἐρῶ enĩ est amo. αἱρῶ desidero, eligo. a quo hæreses, hoc est sectæ philosophoꝶ dictæ sũt. Hic sacrarũ litterarũ scriptores Aereticos uocãt, qui cũ nostræ religionis sint, a fidei tamẽ ueritate declinant. & hæresin, hoc est sectã nõ recte sentiẽtiũ amplectunť. Quartã a uoluptate ac lasciuia cantus θαλείαν, hoc est Thaliã. θάλλειν enim uirere. germinare. florere est. Quintã μελ

πομένην, hoc est melpomenen a canēdo. μέλπομαι enim significat canto, modulor, dictum ἀπὸ τοῦ μέλος ποιεῖν, hoc est a concentu faciendo. μέλος enim ueteres græci μελῳδίαν, hoc est modulationem dicebant, qđ latini nunc quoq; obseruant. Sextā τερψιχόρην, hoc est terpsichoren. ἀπὸ τοῦ τέρπειν τοὺς χόρους, hoc est a delectandis choreis. ideo a quibusdā cytharistria dicitur. Septimā εὐτέρπην, hoc est euterpen a suauitate cōcentus. εὖ enim bene significat τέρπειν delectare. Octauā πολύμνιαν, hoc est polymniā a multitudine carminū, siue laudationū. πολὺ .n. multū significat ὑμνῶ canto, laudo, nā ὕμνος canticū est, quē nos quoq; Hymnū dicimus, a quo Hymnetem cantorē. & ὕμνος ἐπὶ νεκροῖς funebris cantus est, quem nr̄i ueteres nenias uocauere. Nonā οὐρανίαν, hoc est Vraniā, q̄si cælestē, uel a cælestiū rerū cantu, uel a cātus diuinitate. οὐρανόν .n. cœlum græci uocāt οὐράνιον cælestem. Quidam a musis Musæum appellatū uolūt. Vetustissimus apud græcos poeta fuit tēpore Hesiodi, fuitq; unus ex Argonautis, filiū fuisse Apollinis quidā uolūt. Alii Eupinolphi. Extat nūc quoq; iocundissimū poema eius de amore Leandri & Herus. itē a carmine carmenta deducitur. Hæc filia fuit ioui Arcadū regis, & nurus Pallantis, qui Euandri auus fuit, genuitq; Euandrū ex Mercurio, qui uir sūmus fuit, & rebus gestis inter Hercules, qui plurimi fuerunt, connumeratus. Carmenta græcarum litterarū doctissima fuit, & uates. Cūq; Euander uirum eius, quē patrem existimabat, siue casu, (ut quidā uolūt) siue orta inter suos seditione occidisset, ꝓptereaq; ex auito regno eēt expulsus, magna ei uaticinādo ꝓmittēs, ut in italiā ueniret, ꝑsuasit. Ambo igitur mare ingressi ad hostia tyberis ꝑuenerūt, indeq; per tyberim ꝓgressi ad mōtē palatinū, uñ expulsis ab originibus ea loca tenuere, in q̇bus postea Roma cōdita fuit, paruū quoq; oppidulū in Palatio mōte fundarūt, in quo Herculē supato Geryone ex Hispania redeūtē excepe, qui eos a metu Caci latronis īfestissimi liberauit. Hinc post Troiæ auersionē Aeneā nouas sedes quærētē ī bello aduersus Turnū iuuerunt Pallante Euandri filio cū copiis in eius subsidiū misso, quē mox interfectū misere fleuit. Carmēta igitur, qđ futura carmine p̄dicere soleret, ita appellata est, cū prius nicostrata diceret̄. Hæc gentē illā rudē antea, ac plane siluestrē, & mores, & litteras docuit. Propter qđ ueteres græcæ litteræ pene eædē a principio cū latinis fuere. Cuius rei inditiū est delphica tabula uetusti æris quæ in bibliotheca palatii Romæ dono prīcipū dicata Palladi fuit, ī qua sic erat scriptum, ΝΑΥΣΙΚΡΑΤΗΣ ΤΙΣΑΜΕΝΟΥ ΑΘΗΝΑΙΟΣ. ΑΝΕΘΗΚΕΝ. Postea edax omniū rerū uetustas, mutauit litterarū formas p̄sertī apud græcos, apud quos linguarꝫ quoq; magna uarietas est. Hinc carmenta adhuc uiuentē diuinis celebrarūt honoribus. Mortuæ uero sub infima parte capitolii, ubi uiuēs habitauerat, Sacellū dicauere, & Carmētalia instituere. Portā quoq; carmētalē ex eius noīe dixerūt. inuentricē etiā litterarū fuisse prædicantes. Sed de litterarū inuentione uariæ sunt opiniones. Quidam Assyriorū litteras semꝑ fuisse existimāt. Alii apud ægyptios a Mercurio inuentas, ut Gelli. Alii apud syros reptas. Nonnulli Theutē quēdā reminiscendi nō memoriæ gr̄a earꝫ inuētorē fuisse, ꝓdunt, ut Thamus ille apđ Platonē refert illud inter oēs cōstat cadmū. xvi. litteras e phœnice in græciā detulisse. Α Β Γ Δ Ε Η Ι Λ Μ Ν Ο Π Ρ Σ Τ Υ. His Palamedē troiano bello q̄tuor adiecisse, Ξ Θ Φ Χ. q̄s uolūt simul cū ordine aciei a gruibus didicisse. Constat enī grues miro ingenio, quē seq̄nt̄ eligere, in extremo agmine per uices, qui acclament, disponere, & qui gregē uoce cōtineāt, excubias habere nocturnis tꝑibus, lapillū pede sustinētes qui sōno fatigatis decidēs sono īdiligētiā coarguat. Cæteras dormire capite sub alis cōdito alternis pedibus insistentes. Ducē solū erecto collo, ꝓuidere necessaria, ac p̄dicere. Hinc a gruere, qđ ꝓpriū gruū est. factū ingruere, qđ ē simul, & gruū mō inuadere. Virg. ingruit Aeneas italis, & p̄lia miscet. Et cōgruere, qđ ē cōuenire. a quo cōgruū cōueniēs, & cōgrue. cōuenienter. Et grūmiæ dicunt̄ loca media, in quæ directa quatuor cōgregant̄ & cōueniūt uiæ. itē grūma mensura quædā, qua fixa uiæ ad lineā dirigunt̄, ut est agrimēsorū & similiū. A quo fit degrūmor uerbū, qđ est dirigo. Lucilli⁹. Viāq; degrūmaris, ut in castris mēsor facit olim. Enni. Grūmā dirigere se, & degrūmari dixit. Grūnire uero ꝓpriū nō gruū, sed suū est. Varro. Grūnit lepido lacte satur mola mactatus porcus. Cice. Aut grūnit cū iugulatur sus. Laberius. Grūniētē aspexi scropham. Hic grunuli lares dicuntur Romæ cōstituti ad honorē porcæ, quæ trigīta peperat. Easdē grues māsuefactas lasciuire, gyrosq; quosdā indecoro cursu ēt singulas ꝑagere pontū trāsuolaturas Saburra stabiliri, quæ est harena immunda. qua naues usq; ad certā mensurā onerari cōsueuerūt. Virg. Et cymbæ instabiles fluctu iactante saburrā. a quo fit uerbū saburro. Cuius passiuum est saburror. Solin⁹. Grues uolaturæ harenas deuorant. sublatisq; lapillis ad moderatā grauitatē saburrantur. Diuersas præterea litterarū formas uolādo tradūt grues efficere. Propterea obiectū ab Vlysse Palamedi, qđ non ipse litteras, ut gloriabat̄ & belicū ordinē inuenisset, sed a grauib⁹ didicisset, unde apud Philostratū græcū auctorē sic loquit̄ Palamedes ἐγὼ γράμματα οὐχ εὗρον. ἀλλ' ὑπ' αὐτῶν εὑρέθην. πάλαι γὰρ ταῦτα ἐν μουσῶν οἴκῳ κείμενα ἐδεῖτο ἀνδρὸς τοιούτου. θεοὶ δὲ τοιαῦτα δι' ἀνδρῶν σοφῶν ἀναφαίνουσι. γέρανοι μὲν οὖν οὐ μεταποιοῦνται γραμμάτων, ἀλλὰ τά-

ξιν ἐπαιγοῦσαι, πέτονται. πορθόνται γὰρ ἐσ λιβύην ζωὰ ἄγουσαι μικροῖς ἀνθρώποις. Ego inq̃ litteras nõ inueni, sed ab ipsis inuẽtus sum. Nã cum iãdiu in ædibus musarũ latuissent, eiusmodi uiro egebãt. Dii enim talia per sapiẽtes uiros in lucẽ ꝑferunt. Grues q̃dem litteras nesciunt sed ordinẽ probãtes uolitant, dũ aduersus pigmæos dimicaturæ in Libyã trãseũt. ob hãc causam grues a poetis aues Palamedis dicunẽ. Martia. Turbabis uersus, nec littera tota uolabit. Vnã ꝑdideris, si palamedis auẽ. Palamedes Naupelli regis Euboæ filius fuit, q̃ Vlyssi ne ĩ bellũ aduersus Troianos proficisceretẽ, stultitiã simulanti, & cũ diuersis aĩalibus littus aranti, Thelemacũ filiũ ex Penolope susceptũ ante aratrũ apposuit, ut simulationẽ eius hoc mõ detegeret. quo uiso Vlysses subito suspendit aratrũ. præterea cũ comparandi frumẽti gratia profectus aliquando in thraciam esset Vlysses, uacuusq; reuersus, nihil se frumẽti reperisse affirmaret, mox eodem profectus Palamedes maximã frumenti copiã adduxit. Quibus rebus, & aliis plerisq; ĩdignatus Vlysses palamedis gloriã graui & iniquo animo ferebat, & ubicũq; poterat honori, saluti, uitæ illius insidiabaẽ. Tandẽq; cũ palamedes in bello aduersus Troiã ducatum esset adeptus. Vlysses quibusdam seruĩs illius subornatis ingens auri pondus sub tabernaculo eius sepeliri iussit. Deĩde uenisse nunciũ cũ litteris finxit, quibus scribebaẽ Palamedem cũ Priamo cõsilium iniisse prodendi exercitus græcorũ, iãq; ingentem pecuniã a Priamo habuisse. Mihi sũt illico, qui tabernaculũ eius diligenter perquirerent, inuentoq; auro, q̃d sub tabernaculo erat sepultũ, habita est sceleri fides. & palamedes tanq̃ sons lapidibus a multitudine obrutus fuit. Hic ẽt ꝑter litteras, & ordinẽ aciei fertur dationem signi tesseras, hoc est symbolum bellicũ, de quo supra diximꝰ. & uigilias Troiano bello inuenisse, sicut signum e specula, quod speculare signũ dicitur, inuenit Sinon. inducias Lycaon. Fœdera Theseus. Auguria ex auibus Caras. a quo Caria appellata, ex cæteris aĩalibus Orpheus. Quidam etiam uolunt mensuras, & põdera, nõ phĩdonem argiuum. Sed hunc ipsum palamedem inuenisse. Totidẽ etiam litteras reppisse Simonidem medicum ferunt, ψ. ζ. κ. ω. Quarum omniũ uis ĩ nostris litteris recognoscitur. Aristoteles. xviii. priscas fuisse cõmemorat. Α Β Γ Δ Ε Ζ Η Κ Λ Μ Ν Ο Π Ξ Σ Τ Υ Ψ. Et duas ab Epicharmo, nõ a palamede additas. Θ Χ. Alii has in ægypto inuenisse quendã noĩe Menona affirmant, quindecim ãnis ante phoroneũ uetustissimũ græciæ regẽ. Epigenes grauis auctor syderum obseruationes septingentorũ uiginti annorũ, apud babylonicos coctilibus laterculis inscriptas fuisse affirmauit. ĩ latiũ eas attulit Nicostrata, propterea latinoꝝ quoq; litteræ ab initio. xvi. tantũmodo fuerũt, quẽadmodũ græcorũ. Sed aucto postea apud illos usq; ad quatuor & uiginti litterarũ numero, nostri quoq; ab illis aliquas alias sumpsere, q̃bus in nostra lingua præsertimq; in græcarũ dictionũ scriptione uterenẽ. Sexdecim, q̃bus pr̃io usi in latio fuerunt, has Remius grãmaticus fuisse cõmemorat. A B C D E G I L M N O P R S T V. Postea. H. addita est, quã nõ litterã sed aspirationis notã esse uoluere. Itẽ. F. ex duobus. r. cõpositã &. Φ. litteræ uim habentẽ, aspiratione detracta, &. k. eiusdẽ cũ. c. littera ptãtis, &. Q. quo carẽt græci, &. X. ac. Z. quas a græcis sumptas esse manifestũ est, alterã. CS. Alterã gemini. SS. uim habentem Claudius Cæsar aliã addidit simplicẽ figurã quam pro. PS. hoc est. ψ. græca littera scribi uoluit. Sed nemo ausus est ueterẽ scripturã post Claudii ĩperiũ cõmutare. ægyptii uariis aĩaliũ figuris pro litteris utuntur. Quod adhuc Romæ ĩ ueteribus obeliscis cõspicari licet. Singulæ ãt litteræ singula noĩa exprimũt. utputa uultur naturã rerũ significat, q̃ nullos mares iter eas aues inueniri cõmemorãt. Apis, regẽ, q̃a moderatorẽ populoꝝ oportet, cũ iusticiæ aculeo clementiæ mel habere cõmixtũ. Itẽ a cano fit tubicen, q̃ tuba canit, q̃d ĩstrumẽtũ uulgo notũ est. Tuba ãt a tubo canali ligneo, de quo supra diximus. Nã & ex lignis tubæ fiũt, & ex cornibꝰ & quæ ex ære sunt Tubæ ductiles appellãẽ, q̃ uero ex ligno uel cornu, ligneæ uel corneæ. A tuba uero tubulustrũ dictũ (ut Varro sentit) q̃d eo die ĩ atrio sutorio sacrorũ tubæ lustrabanẽ. Aeneã tubam primus piseus thyrrenus traditur ĩuenisse. Itẽ a cano tibicẽ qui tibiis canit, & fœminino genere tibicina. Martia. de Tibiis. Ebria nos madidis rumpit tibicina buccis. Varia tibiarum genera erant. Quædã enim seranæ dicebãẽ, quæ pares erãt, & æquales habebãt cauernas. Aliæ phrygiæ, q̃ erant ĩpares, & inequales cauernas habebant. Vir. Biforẽ dat tibia cantũ, hoc est bisonũ, & dissimilẽ. nã (ut Varro inquit) Tibia phrygia dextra, unũ foramen habet, sinistra duo, quoꝝ unũ acutũ sonũ hẽt, alterũ grauẽ. Dicebaẽ hæc & obliqua tibia ob eã rationẽ. phrygia ãt dicta ẽ, quia in phrygia primũ reperta est a rege Mida. Itẽ aliæ tibiæ simplices erant, & id genus monaulos uocabaẽ. μόνον enim græci solũ dicunt αὐλὸν tibiam. Huius inuentor Mercurius fuit. Aliæ geminæ, quarũ autor Marsias fuit. Erant & præcentoriæ tibiæ, quarũ locus erat ad puluinaria præcinẽdi, & uastæ, quæ foraminũ numero ꝑcentorias antecedebãt. & Gingriæ, q̃ licet breuiores, subtilioribus tñ cõmodis insonãt. & miluinæ, quæ in accentus exeunt acutissimos. & lydiæ, quæ & thurariæ dicunẽ. & ægyptiæ, oĩbus clariorẽ uocẽ habẽtes. Lydiæ ideo appellatæ, q̃ iis in sacrificiis, & inter thura uti solerent. Lydios modulos inuenit Amphion, Dorios Thamiras thrax, phrygios Marsias phryx. Cum tibiis uoce canere Trœzenius Dar-

danus inſtituit. Eſt & genus exiguarũ tibiarũ, q̃ a uoce anſerũ gingrinæ dñr. Etenim gingrire anſerũ uocis propriũ ẽ. a quo gingritor tibicen appellaẽ. Gingreria uero ex multis obſoniis decerpta dicunẽ. Gindes uero fluuius eſt in Mantianis montibus naſcẽs, & per Dardanios fluens ingreditur Tigrim. Hic cũ ſecũdæ poſt Euphratẽ magnitudinis Cyri ĩpetum uenientis cõtra babylonios interciperet, & quidã ex militibus ſumme dilectus regi, eius moliẽs tranſitum rapacitate fluuii abſorptus eſſet, iratus rex ulciſci amicũ ſtatuit iurãs eũ qui nũc præclarũ equitem uorauiſſet, mox uix genua mulieris abluturũ. Nec peragendo ſegnior bellũ hoſti indictũ cũ flumine geſſit, & anno ĩtegro gindẽ per magnas deductum foſſas in quadragintaſex alueos partitus eſt. Tibiæ primo ex gruum tibiis a q̄bus nomen habent, tum ex harũdinibus factæ ſunt. unde tibialis calamus dictus eſt, quẽ auleticon uocant. Itẽ zeugites a paritate, ꝙ ex eo duplices fiebant tibiæ, poſtea ſacrificæ thuſcorũ tibiæ ex buxo fieri cœptæ. Ludicræ uero ex loto arbore, deinde ex oſſibus aſininis, poſtea ex argẽto. Tibicines ẽt dñr trabes, q̄bus ædificia ſuſtẽtantur. Iuuena. Nos urbẽ colimus tenui tibicine fulctam, qđ a tibiis canentiũ ſimilitudine tractum uidetur. Hi enim cantantes ſono tibiarum iuuant, & quẽ ſuſtentant, ne fatigentur cantãdo, qđ uſq; adeo uerum eſt, ut non modo cantantes & muſici, ſed etiam oratores adhibendos ſibi aliqñ tibicines exiſtimauerint. Notũ eſt. C. Grachi p̄cipui ſuorum temporũ oratoris exẽplũ, cui concionanti conſiſtens poſt eũ muſicus tibia, quã tonarion uocant, modos miniſtrabat, quibus deberet ĩtendi. Eadem ratione & uerſus quidam tibicines dicũtur, qui ad ſui ſuſtẽtationem dictiones aliquas alioquin ſuperuacuas habent. Vir. Aſpectans ſiluam imenſam, & ſic forte p̄catus. Forte q̃tum ad ſenſum nihil facit. ſed ob id dũtaxat poſitum fuit, ut uerſus conſtaret. Thuſcorum lingua tibicines, ſubulones uocantur, a ſubulæ uel potius ſubulonis cornu ſimilitudine, de quibus ſupra diximus. Itẽ a cantu cornicẽ, qui cornu canit. itẽ liticen, q canit lituo. Eſt aũt lituus proprie tuba ĩcurua dicta a ſono. Home. λίγξε βιός, hoc eſt ĩſonuit neruus. Vir. Et lituo pugnas inſignis obibat, & haſta. ab huius poſtea ſimilitudine lituus appellatus eſt auguralis uirga breuis, ĩ latere qua robuſtior eſt, ĩcurua. idem. ipſe quiriali lituo, puaq; ſedebat Succictus trabea, leuaq; ancile gerebat. item ſiticẽ, qui apud ſitos canere ſolitus ẽ, hoc eſt uita functos, & ſepultos. Hi proprium genus tubæ, qua canerent habuerunt a cæterorũ tubicinum proprietate diſtinctũ, quos ſiciniſtas uulgus appellat, qui rectius loquunẽ Siciniſtas n. littera geminata. Siciniũ. n. gen⁹ ueteris ſaltatiõis fuit. ſaltabundi aũt canebant quæ poſtea ſtantes canere conſueuerunt. Accius appellari ſiciniſtas ait nebuloſo noĩe. credo, ꝑpterea nebuloſo, ꝙ ſiciniũ cur diceret, obſcurũ eſt. Nos ſiciniũ quaſi ſiticinniũ, hoc eſt cãtũ apud ſitos, hoc eſt ſepultos appellari exiſtimamus, quẽadmodũ a canendo dicimus galliciniũ, de quo ſupra diſſeruimus. Saltationẽ funebrem, ac funebres ludos Acaſtus in iolcho ĩuenit, ſicut ſaltationẽ armatam curetes docuere. pyrrhicẽ pyrrhus. Sueto. de Cæſare. pyrrhicẽ ſaltauerũt Aſiæ, Bithyniæq; pricipũ ludis. idẽ de Nerone. pyrrhicas quaſdã e numero epheborũ, q̄bus poſt æditam operã diplomata ciuitatis Romanæ ſingulis obtulit. inter pyrrhicarũ argũmenta taurus paſiphaen ligneo iuuencæ ſimulachro abditã iniit. Quodã ẽt armatæ ſaltationis gen⁹ apud Lacedæmonios inueniſſe legimus Lycurgũ, quã hormũ uocari Lucianus ĩ libro quẽ de ſaltatione ædidit, refert. Cõſtituebaẽ id genus ex adoleſcẽtibus, & uirginibus alternatim ad choream diſpoſitis. Ducebat choꝝ adoleſcens militarẽ exercẽs peritiã, qua poſtea ĩ ĩuadendis hoſtib⁹ uti poſſet. ſequebaẽ uirgo, modeſtia quadã inſignis, & fœmineũ ſaltũ decẽter agebat. ex quo ĩtelligebaẽ Hormũ cõſtitui ex duabus illis uirtutibus tẽperantia ac fortitudine. itẽ ab ore & canẽdo oſcines dictæ, quæ aues ſunt auguriũ ore faciẽtes. unde oſcinũ auguriũ, qđ cantu auium fit Plynius tñ oſcines aues oẽs dici exiſtimat, quæ canũt. Tria. n. genera auiũ facit. Primũ earũ, q̃ ungues ac digitos habẽt. ſecũdũ oſcinũ, q̄bus cãtus eſt oris. Tertiũ alitũ, quæ in magnitudĩe a cæteris differunt, ut ſunt pauones. gallinæ. & ſimilia. itẽ a cano galliciniũ tp̄s quo galli canere cõſueuerũt. & uaticiniũ uatũ carmẽ, q̃propter & uates ipſi a uinciendis carminibus ſũt appellati. itẽ a canẽdo luſcinia dr̃, qđ lugẽdo canat. Auis ẽ, quã græci philomelã uocant, lugere hæc auis canendo dicitur. Martia. Flet philomela nefas inceſti Teroes, & quæ muta puella fuit, garrula fertur auis. Cauſa fletus hæc eſt. philomela, & progne filiæ fuerũt pãdiõis Atheniẽſium regis. Hic cũ Eritheo patri ĩ regno ſucceſſiſſet auxilio Terei Thracũ regis ꝓfligauit regẽ põti, qui Athenas obſidebat, propter qđ meritũ Progne filiã philomelæ ſororẽ illi dedit uxorẽ. Ouidi. Quẽ ſibi pandion opibuſq;, uiriſq; potentẽ. Et genus a magno ducentẽ forte gradiuo. Cõnubio prognæ iũxit. ex hac Tere⁹ filiũ Ityn ſuſcepit. ſed cũ deſiderio uidẽdæ ſororis uxor Terei teneret, exorauit uirũ, ut Athenas ꝓfectus philomelã ad ſe duceret. Qui mandata peragẽs aduẽtũ philomelæ a Pãdione ĩpetrauit. Verũ dũ ĩ itinere eſſent, in libidinẽ mulieris exardẽs, q̃uis repugnãtẽ cõpreſſit. poſt hæc ne exprimeẽ facti obſcœnitatẽ poſſet, linguã ei abſcidit, & ſeruo ĩ uinclis cuſtodiẽdã tradidit, reuerſuſq; ad uxorẽ maris nauſea de fnnctã ſimulauit. philomela tædio carceris affecta, rẽ omnem uti geſta fuerat, acu ĩ tenuiſſima tela deſcripſit,

hanc ancillæ,pgne clā deferendā tradidit.progne re intellecta, ac dissimulato ad tp̄s dolore, postq̄ orgiorū tempus aduenit,thyrsis,& pellibus pro more instr ucta sororē adit, eāq; eodem indutā habitu ducit ad regiā.Hic cōmunicato cōsilio ueluti furiis agitata Ityn paruulū filium interficit,uiroq; domū redeunti epulandū apponit,qui re tādē ob delatū iussu prognes in fine cœnæ pueri caput,cōperta,dū fugientē uxorē furibundus persequit̃, mutatā deoꝝ miseratiōe in hirūdinē uidit q̄ cōsuetudinē habitādi ītra hoīum tecta semp seruauit, ipse ī upupā conuersus est,ideoq; militarē cristā adhuc in capite gerit,& quasi adhuc filiū quæritās clamat ποῦ ποῦ qđ significat ubi ubi.Mutare āt hāc pennarū colorē Aeschilus scribit,oscenā alias pastu auem, ut quæ filiū sumpserat in cibū,sed crista uisendā īsigni,quā cōtrahit,subrigitq; p capitis longitudinē Aeschyli qdē tragœdia de upupis nō extat.Sed hos uersus eius adducit Aristoteles ī libris quos de historiis animalium scriptos reliqt.

Quin & sui spectantē affert Epopē mali
Colore pingens speciem multimodo,
Saxi colam,improbū,arma gestantē militē,
Adultū,& infantē uaria se gerit forma,
Nam uere candicans ubi diu fuit nouo,
Aestate tum deinde ubi candult seges
Variis alas maculis guttatas mouet.
Vagatur quoq; semper,appetens loca
Deserta,quærēs nemora,atq; in uias rupes

Itys uero in phasianā mutatus est,quæ auis picturatarū uestiū colores seruat,qbus uti regii pueri solebant,geminasq; ex pluma aures submittit subrigitq;.Hæc auis in colchis frequens ē,præsertim iuxta flumē phasim,p quē argonautæ ī colchos puenere.unde ad nos allata nomē hēt. Marti.Argiua primū sum transportata carina,Ante mihi notū nil nisi Phasis erat. At Philomela ī auē cōuersa est sui noīs,nec cessat deflere cāto dulcissimo iniuriā,quā paulo ante eliguis ꝑmere nō poterat.ideo a nostris a lugēdo canēdoq; luscinia uocata ē.Mirū est tantā uocē, & tā ptinacē spiritū ī tā paruo corpusculo eē,ut nisi uisa fuerit uix credi possit.Sonū ædit pfecta musicæ scientia modulatū,q̄ nūc cōtinuo spiritu trahit̃ in lōgū,nunc uariat̃ inflexo,nūc distīguīt̃ cōciso,copulatur in torto,promittit̃.reuocat̃.infuscat̃ ex inopinato,plenus.grauis.acutus.creber.extentus. Vbi uisum est(ut Ply.inqt)uibrans.sūmus.medius.imus. breuiterq; oīa tā puulis in faucibus,q̄ tot exqsitis tibiarū tormētis ars hoīum excogitauit.Singulis ēt sunt cātus & nō iidē oībus,sed cuiq; suus certantq; inter se palā aīosa cōtentiōe.Victa morte sæpe uitā finit, spiritu potius deficiente q̄ cātu.Meditant̃ cantū iuniores,uersusq; quos imitent̃,accipiūt. Audit discipula intentione magna,& reddit,uicissimq; reticēt.intelligit̃ emēdate correctio, & in docente quædā rep̄hensio.Ergo seruoꝝ illis p̄tia fuere,&carius aliqñ emptæ sunt,q̄ armigeri. cādida Romæ empta fuit tpibus Claudii pricipis,& Agrippinæ eius uxori dono data. Visum ēt sæpe fuit iussas canere cœpisse.& cū symphonia alternasse,quēadmodū hoīes quoq; reperti sūt,qui sonū earū addita ī trāsuersas labias fronde harūdinea,q̄si foramine inspirantis linguæ redderent. Verū aucto æstu ī totū alia uox fit,nec modulata.ut uaria.mutat̃ &color.postremo hyeme ipsa non cernit̃.Lucinia a poetis aliqñ Attis uocat̃,q̄si attica.Martia.Sic ubi multisona feruet sacer attide lucus.Extatq; apud græcos tragœdia Philochori de philomela quæ Attis ī scribit̃.Attis filia fuit Cranai Athenarū regis,qui Cecropi in regno successit. a quo īquilini cranai sunt uocati.Hæc noīe suo regionē,quæ est inter Achaiā.& Macedoniā.Atticā.& Attidem noīauit,cū Attica prius ab Actæone diceret̃,siue ab ἀκτή,qđ littus significat,cum ea regio magna ex parte littoralis sit,qua uoce utimur ēt latini. Virgili. At procul in sola secretæ Troades acta.in hac sunt Athenæ,& marathō cāpus cū oppido eiusdē noīs.ab hoc atticus adiectiuū nomen deducit̃.& atticisso uerbū.sicut græcisso . & aduerbiū attice,hoc ē lingua attica,hoc est attice loquor,& græce loquor.& sicilisso,sicula lingua loquor.Plau.Nō atticissat,sed sicilissat.Athenas primus cōdidit Cecrops,a quo urbs Cecropia uocitata.postea a Mopso mopsopia. a filio Xuthi Ione Ionia. A Neptuno,q̄ a græcis Posidon dr̃ posidōia, siue Neptunia. a Minerua Athenæ,qppe græci mineruā Athenā uocitant.ab hoc uero Atheniēses,& Athenæi dicti.Tradūt.n.qua tēpestate Cecrops eā urbē cōdidit,apparuisse illic oliuæ arborem,& alio loco aquā erupisse.Tunc regē duplici ꝓdigio motū ad Apollinē Delphicū sciscitatū orocula misisse.Respōsum oleā qdē mineruā significare,undā uero Neptunū.Nunc in eoꝝ ptāte esse,utrius potius nomē urbi īponerēt.itaq; Cecropē ciues oēs utriusq; sexus ad ferendū suffragiū conuocasse.Cōsulta igit̃ multitudine mares ꝓ Neptuno,fœminas pro minerua suffragia dedisse. Quoniā uero una plus inuenta ē fœminarū Mineruā uicisse,atq; ita ἀπὸ τῆσ ἀθήνης,hoc est a Minerua Athenas appellatas,sed ob eā rē indignatū Neptunū emissis ingenti pcella æquoreis fluctibus oēm Atticā regionē deuastasse cōmemorāt,quē ut mulcerēt Athenienses triplici supplicio mulieres affecisse,ut nulla post eū diē senatū īgrederet̃.nulla earū,ples maternū nomen acciperet,ne qs eas Athenæas,siue Atheniēses,sed atticas uocaret.Tradūt Lusciniā aliqñ ī ore Stesichori īfātis cecinisse,mirabili auspicio sūmū eū poetā futurū,& cātus suauitate oēs q añ se fuerāt supaturū.Hora.Stesichoriq; graues camenæ.Hic Euphorbii, siue Euphemii filius fuit, siue

(ut alii dicũt)Euclidis.uel Hyetis.uel Hesiodi.ex Himera Siciliæ urbe.ex ꝗ Himereus ẽ dictus. Nõnulli eũ ĩ urbe Italiæ Metauria ortũ dicũt. Alii in oppido Archadiæ Palãtio.inde profugũ Catanã uenisse,eoq; in loco defunctum,& extra portã urbis sepultum fuisse,portãq; ab eo stesichoriã nũcupatã.ætate ꝗdem posterior fuit Alcmane poeta,floruit trigesimaseptia olympiade,sextaq; & qnquagesima obiit.Mamertinus ei frater fuit,geometriæ peritus. Alterũ quoq; fratrẽ habuit legũ latorẽ,noĩe Helianacta.Excellẽs ipse lyricus fuit,ut nõ ĩmerito facũdiã eius cantũ luciniæ (ut diximus)auspicatũ tradant. Extant poemata eius libri sex & uiginti dorica scripti lingua.proditũ est cũ carmẽ aduersus Helenã cõtumeliæ plenũ scripsisset,repente oculis captũ fuisse.post hæc cũ ĩ sõno monitus Palinodiã scripsisset,laudes eius decãtans,uisum recepisse. ideo ãt dictus ẽ Stesichorus,ꝙ prim⁹ saltare ad citharã ĩstituit,hoc ẽ choreã ducere, antea Tisias uocabat̃.Palinodia cõtrari⁹ cãt⁹ ẽ,& dici p̃t recãtatio,siue recẽt⁹, siue retractatio,ᾠδὴν enĩ græci cantũ dicunt,πάλιν rursus,a Stesichoro stesichoriũ carmẽ appellatũ,de quo ĩ libro quẽ de metris scripsim⁹, diligẽtissime disseruim⁹.Itẽ a cano canor,qđ ꝓprie cõsonãtiã quãdã significat.Quintil.Vocis rõnem Aristoxen⁹ musicus diuidit,ῥυθμὸν καὶ μέλος ἔμμετρον quorũ alterũ in modulatione ẽ,alterũ canore,ac sonis cõstat. A canto uero fit cãtito frequentatiuũ & cãtus.& cantio,cuius diminutiuũ est cãtiũcula.& cãticũ,qđ ꝓprie significat elegantẽ cãtum atq; lasciuũ.Quintili.Sit poetæ lectio cũ suauitate quadã grauis,& nõ ꝗdẽ pro se similis,ꝗa carmen est,& se poetæ canere testant̃,nõ tñ ĩ cãticũ dissoluta.Græci canticũ Hymnũ uocãt. Item Psalmũ.Sed ꝓprie hymnus dr̃,ꝗ uoce naturali fit.Psalmus,ꝗ aliquo musico instr̃o, unde psalmodia deducit̃,Canticũ mixtũ,ut cũ aliqs ad citharã, siue aliud musicũ instrumẽtũ canit. Hĩc ẽt psalteriũ instr̃m musicũ uulgo notũ.& psaltria fidicina.Psalm⁹ aũt ἀπὸ τοῦ ψάλλω deriuat̃, qđ significat cãto.& cãtator.& cãtatrix.& cãtilena.& cãta,quo ueteres pro cãtata usi sũt. Quoniã ãt mos ueterũ fuit,cõstanterq; ĩ hãc usq; ætatẽ durat,ut uerbis ꝗbusdã ad carminis similitudinẽ cõpositis hoĩes utant̃,ꝗbus credũt se & eiicere deos posse, & cũ eis colloꝗ, & tonitrua ac tẽpestates ꝓuocare.& serpẽtes cõtrahere.& morbos curare.& hostia sine clauibus aperire,& secreta scrutati,& amorẽ sibi cõciliare,& alia hm̃õi ĩfinita ẽt cõtra naturã,factũ est, ut cãto aliqñ ꝓ incãto accipiat̃.Virg.Frigidus ĩ pratis cãtando rũpit̃ anguis. ẽ ãt ꝓprie incãtare uerbis solis uel ẽt reb⁹ ꝗbusdã adiũctis,aliqd supra naturã moliri.a quo incãtatio dr̃,& incãtamentũ. Ply. Quæstiõis sp̃ fuit ualeant ne aliqd uerba,& incãtamenta carminũ.Vbi notandũ est ẽt carmina aliqñ ꝓ incãtationibus usurpari. Virg.Ducite ab urbe domũ mea carmĩa ducite Daphnim.incãtamentũ est lapide uulgari,ꝗ iuxta flumina fert muscũ siccũ, canum tangere ĩpetiginem, & eum qui tangit,carmen hoc dicere φεύγετε κανθαρίδες.λυκός ἄγριος ὔμμε διώκει,hoc ẽ fugite cantharides,lupus ferus nos insequit̃,quo facto statim liberari hoĩem impetigine arbitrãtur.Quod genus stulticiæ mirũ profecto est ita in hoĩum mẽtes inuasisse,ut uiri ẽt docti. & toti populi id uerũ esse sibi ꝑsuaserint.ꝗppe & in.xii.tabulis scriptũ erat,qui malũ carmen incantasset,& alibi qui fruges excantasset.Est.n.proprie excantare rẽ incantatã alio carmine liberare,qđ & recãtare aliqñ dicimus.Ply.Nõ pauci & serpentes ipsos recantari putant. Aliquãdo tñ excantare pro excludere accipitur.Plau.Nam credo,cuius cor excantare põt.in urbium oppugnationibus solebant ante oĩa Romani sacerdotes carminibus quibusdam euocare deũ, cui⁹ in tutela id oppidum esset,promitteretq; illi eundẽ,aut ampliorem locũ cultũq; apud Romanos.Cõstatq; ideo occultatũ in cuius dei tutela Roma esset,ne ꝗ hostiũ simili modo aduersus eã agere possent.Nota sunt Theocriti apud græcos.Catuli.atq; Virgilii apud nos amatoria incantamenta.Marsorũ cãtũ ẽt in nocturna quiete contrahi sepentes uulgo prodiderũt. Homerus,Vlyssẽ scribit uulnerato fœminæ profluuiũ sanguinis carmine inhibuisse ὠτειλὴν δ' Ὀδυσῆος ἀμύμονος ἀντιθέοιο,δῆσαν ἐπισταμένως,ἐπαοιδῇ δ' αἷμα μελαινὸν ἔχεθον,hoc ẽ uulnus uero Vlyssis optimi & deo simillimi,ligauerunt pite,cantuq; sanguinem atrũ inhibuerũt.Hesiodus.Ischiadicos carmine sanari prodidit,hoc est eos qui coxendicũ morbum patiunt̃.Morbus ipse Ischias appellat̃.Cato affirmat luxatis membris carmen auxiliari.Luxata mẽbra dicũtur,quæ suis locis mota sunt,ut inferius ostendemus. Quid ꝙ carmen ipsum ponit uerbis quibusdã cõpositũ fictis,& nihil prorsus significãtibus,q̃si ridicula ista magis idonea sint ad deum mouendũ.M.Var.carmine sanari podagras asserit,Cæsarem dictatorẽ tradũt post unũ ancipitem uehiculi casum sp̃,ut primũ cõsedisset,carmine ter repetito securitatem itinerũ aucupari cõsueuisse.M.Seruilius.Nouianus in metu lippitudinis duabus litteris græcis α & ρ chartam ĩscriptã lino ad collũ circũligatã ferebat. Mutia. Ter consul eadẽ cã uiuentẽ muscã in linteolo albo gestare collo suspensam solitus erat.Sed de his opinetur quisq; ut ei libitũ fuerit.Nos certe uerecundia prohibemur,ne plura scribamus,ñ minus hæc deliramenta putantes eẽ quẽ qđ Orpheus,& Archela⁹ scribunt sagittas e uulnerati corpore eductas si terrã non attigerit, subiectas cubantibus optimum amatorium esse.Quis enim non huiusmodi sagittarum magnum numen summa diligentia custodiret, si hoc uerum esse fuisset aliquando cõpertum.

AD DOMITIANVM EPIGRAMMA SEXTVM.

BELLIGER INVICTIS. Laudat Domitianũ, ꝙ in ludis eius uisa sit mulier in perimendo Leone id facere, qđ fecisse Hercules tanto oĩum gentium stupore p̃dicat᷑.

b Constat sane Domitianũ (ut refert Sueto.) nõ mõ uirorũ pugnas, sed ẽt fœminarum ædidisse. Hãc muliebrem in uenando lasciuiã carpit Iuuena. Cũ neuia tuscũt figat aprũ, & nuda teneat uenabula mãma. Itẽ Papi. in siluis. Stat sexus rudis, insciusq; ferri, ut pugnas capit ĩprobꝰ uiriles. Credas ad tanaim, ferũq; phasim Thermodõtiacas calere turmas. MARS. Belli deus. de quo supra diximus. BELLGER. Martis epitheton a gerendo bello, & p martẽ intelligit uirilẽ sexũ, sicut p Venerẽ, muliebrẽ. in quo aĩaduertendũ est ꝙ Venerẽ nõ Palladẽ noĩauit, ut ostenderet lasciuiæ potius muliebri, q̃ uirtuti tribui uenationẽ & recte sane Martẽ pro uirili sexu ponit, cũ Mars a mare appellatus sit, q̃uis aliq a græco deductum malint, qđ est ἄρηϲ, & acintani, Hispana gens simulachrũ eius radiis ornatũ maxima religione colentes, Necũ uocabant, qđ eoꝝ lingua marẽ significat, putabãtq; Martẽ feruorem eẽ quo aĩus excãdescit, excitaturq; alias ad irã, alias ad uirtutes, nõnunq̃ ad tpalis furoris excessũ, p quas res bella nascuntur. unde Mars frequẽtissime ꝓ bello accipitur. BELLIGER. Mars, & minerua a bello gerẽdo belligeri dicuntur, quẽadmodũ qđ bello polleãt, dicun᷑ Bellipotentes. Bellũ proprie est dissentio, p quã arma mouen᷑. Vnde sociale bellũ dicimus & bellum Romanoꝝ cũ ethruscis, aut sãnitibus, differtq; a prælio. ꝙ præliũ ẽ ipsa in bello hostiũ cõgressio. Virg. Infantẽ fugiens media inter prælia belli. Aliqñ tñ bellũ pro prælio poni᷑. Salustius. In eo bello trecẽti milites desiderati. Hinc & bellari ꝓ pugnare usurpamus. Vir. Et pictis bellan᷑ Amazones armis. bellũ etiã bonũ significat, estq; eius diminutiuũ. Var. Ita cũ eis bellũ geras, ut bella oĩa domũ auferas, idest bona oĩa. Et qm̃ bonũ aliqñ pulchrum significat, ut apud Terentiũ, forma bona fortasse. bellũ quoq; aliqñ pro pulchro accipitur. Martia. Bella es, nouimꝰ & puella, uerũ est. Hinc belli hoĩes aliqñ boni, & prudentes. aliquãdo formosi, atq; elegãtes dicuntur, unde Varro, belliores pro meliores posuit. uenio nunc ad ultimũ testumentum, quod dicitur Physicon, in quo græci belliores, q̃ Romani nostri, & Varus bellitudinem pro pulchritudine (ut Pompeius affirmat) A bellus fit ẽtiã aliud diminutiuũ bellulus, hoc est pulcherrulus. & bellatulus blandientis uocabulũ in eodẽ significatu. Plau. Cum imus ergo cubitũ bella bellatula. bonũ proprie est, qđ malo opponi᷑, generale nomẽ, & honesta simul, atq; utilia cõplectens. ut bonũ animi. bonũ corporis. bonũ fortunæ. Hinc si bonũ uirũ diximus, probũ ĩtelligimus. Si bonũ militẽ. fortẽ. si bonũ imperatorẽ, prudentẽ. si bonũ grãmaticũ, litteratum. si bonum oratorẽ, facũdũ. si bonũ iudicẽ, iustũ. si bonũ mercatorẽ, diuitẽ. si bonã faciẽ, pulchrã. sic ecõtrario. malũ generale nomẽ est, & turpia simul, ac detrimentosa cõplectẽs. unde malum uirũ dicimus, flagitiosum. malũ militẽ. ĩbellẽ. malum ĩperatorem. ĩprudentẽ. malũ grãmaticum, rudẽ. malũ oratorẽ, ĩnfacundũ. malũ iudicẽ, iniquũ. malũ mercatorẽ, inopẽ. malã faciẽ, deformẽ. Terẽ. Mala mens. malus aĩus. Cice. Auaritia magnũ malũ est. A bono bonitas fit, qđ ꝓ uirtute accipi᷑. Idẽ. Cũ. n. fidẽ alicuius hoĩs, bonitatẽq; laudãt. A malo malitia, quam græci κακίαν dicũt, hoc est puersitas. Seneca. In hoc sũma bonitas, in illo extrema malitia. Sed bonitas frequentius ꝓ benignitate, & q̃dã ingenii simplicitate accipi᷑. Plyni. bonitas ac simplicitas uxoris. malitia ecõtrario, ꝓ uersutia. unde malitiosum, callidũ ac uersutum uocamus. Ci. Virtutis cõtraria est uitiositas. Sic. n. malo q̃ malitiã appellare, quã græci κακίαν appellant. Nam malitia certi cuiusdã uitii nomẽ ẽ uitiositas oĩum. Est & alia bonitas nõ ex industria, sed ex natura ꝓueniens. Cice. Quæ & bonitate naturæ multi assequun᷑, & ꝓgressiõe discẽdi. i. excellentia, & dote naturæ. huic similiter cõtraria malitia ẽ. Ply. Quod mõ cæli, mõ terræ malitia facit Varro. Id sæpe malitia accidit soli. Itẽ a bono benignus dr̃. liberalis. beneficus. clæmẽs. Vnde benignã terrã dicimus, fructus abũde reddẽtẽ. Ply. de Aegypto. Nulla ẽ benignior tellus, nullus ager feracior. A quo benignitas. liberalitas. clemẽtia. & benigne aduerbiũ, liberaliter. clemẽter. a malo uero deduci᷑ malignus, hoc ẽ asp, difficilis ĩuidus. auarus. Ply. Homo malignꝰ: & inuidus. Terẽ. Maligna multo, & magis ꝓcax ilico fcã ẽ. hinc maligna uia, q̃ angusta atq; ardua ẽ. Vir. Adituſq; maligni. Maligna lux q̃ subobscura ẽ. Idẽ. Quale sub incertã lunã, sub luce maligna. Malignus ager agricolis illiberalis, uc minime ferax. idẽ. Difficiles primum terræ. collesq; maligni. nõnũq̃ bonũ ꝓ bõitate accipi᷑. Nã cũ dicimꝰ de æquo, & bono, nõ de iustitiæ rigore loq̃mur sed q̃si de bona æquitate. itẽ malũ pro malignitate. Seneca. imbecillũ. ĩsontẽq; dãnare sũmũ ẽ malũ. itẽ aliqñ malũ loco interiectiõis poni᷑, pinde ac si diceremus, Proh nefas. Gellius. Quæ malũ rõ ista ẽ? A bono bene fit. a malo male. Bonꝰ qñq; ꝓ magno accipi᷑. & bene, ꝓ ualde Salu. Bona pars militũ inde discesserat. Cice. Habetis orationẽ bñ lõgã. Sic malũ ꝓ puo nõnũq̃ ueteres usurparũt. sed frequẽtiꝰ male ꝓ parũ. Virgi. Heu male tũ mites defendit Pãpinus uuas. plerũq; tñ & ꝓ ualde accipi᷑, sed sp in malã ptem. Cicero. Addebat etiã, idq; ad rem pertinere credebat scriptores illos male mulctatos. Idem. Quo neminem penis ode-

runt male multatos inq̄t,hoc eſt magna multa affectos,& penis oderunt.Bona ẽt,rerũ ſubſtãtiam dicimus,nõ(ut Pompeius exiſtimat)ꝙ bonis cõueniant,ſed ꝙ utilia ſint.bonum quippe utile dr̃ ut bonũ eſt pecuniæ parcere,bonũ eſt feſſum,ac defatigatũ quieſcere.Paulus iuriſconſultus bõa uocari affirmat,quæ deducto ære alieno ſuperſunt.prauum uero a malo,ſunt, q ita diſtinguant,ut prauũ ſit,qđ ipſum quoq; lædit facientẽ.malũ ãt,qđ alios tm̃.Terẽ.Inepta leuitas patris,& facilitas praua.Salu.L.Catilina nobili genere nat⁹ fuit,magna ui animi,& corporis igenio malo,prauoq;.A prauũ fit prauitas.puerſitas.& praue aduerbiũ.& uerbum deprauo hoc eſt contamino.prauum facio.At mala alquãdo poma uocantur,& arbor ea producẽs fœminino genere malus.Nã cũ maſculino genere proferſ,arbor eſt nauis,ita uocatus.qa in ſummitate ſimilitudinem mali hẽt,uel qa malis qbuſdã cĩgiſ,quorũ mobilitate facilius uela leuãſ foramina uero quæ in ſũmo mali funes recipiunt,liæ dicunſ.Mala ãt faciei pars eſt, de q̃ ſupra diximus,qđ rotunda ſpeciẽ mali præ ſe ferat.a quo mactici,quaſi maluctici cognominanſ homines malarũ magnarũ,quiq; õra patentia habent.Itẽ maxillæ,quaſi paruæ malæ,de quib⁹ ſuperius.Malea uero promontoriũ eſt Laconiæ,neq; a malo deducitur, ſed a maleo rege argiuorum, qui ĩ eo templum Apollini cõſtruxit,qđ maleoticũ noĩauit.Maliea urbs fuit Theſſaliæ,a qua populi maliees dicti.& mare uicinũ maliacũ.Malimnus Siciliæ mons eſt.Deducitur autẽ malũ,qñ pomũ ſignificat a græcis,q malum μῆλον dicunt.Vnde melimela appellata,de qbus ſuperius diximus.& ueteres malũ cotoneũ,melũ dixerunt.& camæmelõ ab odore mali herba uulgo nota,quã medici recẽtiores barbare chamomillã uocãt. ab Aſclepiade ãthomis uocaſ aliq leuchanthemida noĩant.alii leauchãthemum.alii carãthemida,qm̃ uere floreat.Nõnulli melãthion.genus eius,cuius flos purpureus,nõ candidus eſt,& folioꝝ, ac fruticis amplitudo maiuſcula.Hierãthemis uocaſ,ad calculos oĩum efficaciſſima.bonæ fidei poſſeſſorem iuriſcõſulti dicunt,qui rem poſſidet non ſuã,quã tñ putat ſuã eſſe,& eũ,qui uendidit ius uendendi habuiſſe.contra uero malæ fidei poſſeſſorem dicimus,qui nec rẽ ſuam poſſidet,& eã ſcit ſuã non eſſe,uerũtamen poſſidet,ac ſi ſua eſſet.bene habeo,& male habeo,necnon bene habet, & male habet,qd ſignificent,ſupra oſtendimus.bene uertere eſt in utilitatẽ uertere.& male uertere, in pnitiẽ uertere.Teren.Dii bene uertãt.Vir.Hos illi qđ nec bene uertat mittimus hedos.nec bene uertat,inquit,hoc ẽ male,& in pnitiẽ uertaſ.Tractũ hoc putant ab Hectore,& Aiace.quia circa muros Troiæ dedit Aiaci gladiũ Hector,quo ſe poſtea Aiax interemit.Hector uero baltheũ accepit,quo poſtea circa mœnia urbis tractus fuit.Itẽ bene iudico.cẽſeo.opinor.exiſtimo dicimus,& ecõtrario male iudico.cenſeo.opinor.exiſtimo.quæ ad meipſum referũtur,rectũq; cõſiliũ,aut errorẽ meũ oſtendũt.bene ãt uel male cogito referunſ ad alterũ.ſignificatq; beneficium.aut pernitiem.nõ cõſiliũ.aut errorẽ.Ply.Hoc tuo ſtudio bene de te cogitantẽ liberaliorẽ reddes.Cice.Carthaginẽ diu male cogitantẽ nõ prius timere deſinã,quã exciſam cognouero ad hæc benedico tibi dicimus. & maledico tibi.a q̀bus benedicus.& maledicus.& benedicentia.& maledicentia.itẽ bene opto tibi.& male opto tibi.bene p̃cor.& male p̃cor.bene de te iudico,& male de te iudico,in qbus oĩbus nõ conſiliũ,aut error noſter,ſed uitiũ eius de quo agimus intelligiſ bñ audio idẽ eſt,qđ laudor.male audio,idẽ,qđ infamor.itẽ bene de te mereor bene tracto te.male de te mereor,male tracto te.benefacio quoq;,& malefacio.unde bñficus liberalis diciſ.maleficus, pnitioſus. unde maleficæ mulieres dicuutur incãtatrices,& ueneficæ. & maleficæ arbores. maleficæ herbæ.maleficæ ſerpentes.uenenoſæ.item beneficentia.liberalitas.& beneficiũ,meritũ.a quo beneficiarii uocabãſ milites,q muneris beneficio uacabant. ſicut e cõtrario munifices appellabanſ q nõ uacabãt,ſed munus reip.faciebãt.& maleficentia,ac maleficiũ.non ingratitudo,ſed dãnũ,iniuria.facinus.Cæſar finitimis ĩperauit,ut ab iniuria, & maleficio ſe ſuoſq; phiberẽt.idẽ.Legati ſibi dicũt eſſe in aĩo ſine ullo maleficio p ꝓuiciam iter facere.Eodẽ mõ bñfacta,malefacta dicimus.& bñfice.ac malefice aduerbia.itẽ bñuolo tibi dicimus,hoc ẽ amo te.& maleuolo tibi,odi te. A q̀bus beneuolus.& maleuolus.& beneuolẽtia, ac maleuolẽtia.Definiſ ãt beneuolentia inclinatio animi cũ deſiderio benefaciẽdi,& maleuolentia uoluptas,ex malo alterius ſine emolumento ſuo.maleuoli mercurii ſignũ,hoc ẽ ſtatuã appellabant.qa ĩ nullius tabernã ſpectabat.bonũ quoq; aliqñ ꝓ ocio,& qete ponimus. malũ ꝓ labore.Seneca. Delicatus hõ,& bono ſp aſſuetus. Virg. Aſſuetũq; malo ligurẽ. Bñuentum cãpaniæ urbs cũ eo colonia deduceref . boni ominis gr̃a uocari cœptũ. nã antea Maleuentũ nũcupabaſ.hic ſannites habitauere,oẽmq; eã regionẽ tenuerũt,q̃ ẽ iter picenũ. Cãpaniã. atq; apuliã,ita appellati,a ſãnio colle,ĩ quo e ſabinis ueniẽtes cõſederũt,& eiuſdẽ noĩs oppidũ ædificauerũt.Eſt qñ bñ ꝓ cõmode,& male ꝓ incõmode capiunſ, ut bñ habito. & male habito . A bellus fit belle aduerbiũ.& aliud diminutiuũ bellulus.cui⁹ aduerbiũ ẽ bellule.Plau. Nã nurus bellule ſe hẽbat.a bello ergo,qđ bonũ ſignificat,bellũ,hoc ẽ hoſtilis diſſenſio ſecũdũ aliquorũ opinionẽ deriuaſ qđ boni gr̃a bella oli ſuſciperenſ,nec ad ĩferẽdã,ſed ad ꝓpulſandam iniuriã pacẽq; parãdã. Quapp hoſtes ẽt ab æquando dicti ſunt.Hoſtire.n.licet aliqñ ꝓ cõprimere

ponaſ

retur,claua ab Hercule ictū,& pastoꝝ fidē ne quicq̄ inuocantem occisum fuisse. Constat sane Euandrū e Pelopōneso profugum,ea tempestate,hæc loca tenuisse,Q uippe Faunus benigne exceptū eum mediocri turba populorū & agris,& mōte,quē ille postea Palatium appellauit. benigne donauerat. Venerabilē uirū miraculo litterarū.uenerabiliorē diuinitate credita Sarmētæ matris.Is tū Euander concursu pastorū circa aduenā cædis manifestè reū facto,postq̄ facinus & facinoris cām audiuit habitū,formāq; uiri aliquāto ampliorē,angustiorēq; humana intuens,q nā esset rogitauit. Vbi uero nomē.patrēq;.& patriā cœpit,salutauit eū, & prædictū sibi olim a matre fatidica dixit ipleturū eū cælestiū numerū, & arā eo in loco ædificādam,quā opulentissima olim ī terris gens maximā uocaret,eiusq; ritu coleret.Dedisse tū dextrā Herculem,& accipere se omen,ipleturūq; fata dixisse ara cōdita,atq; dicata.Ibi tū primum boue eximia capta de grege sacrū factū, adhibitis ad ministeriū, dapēq; Potitiis, ac Pinariis, q̄ tū familiæ maxīe inclytæ ea loca incolebāt,Sacellū Herculis in boario foro fuisse manifestū est,ī quo argumenta cōuiuii,& lætitiæ maiestatis eius lōgo tpe durarūt.eo.n.neq; canibus,neq; muscis ingressus erat,siqdem dū uisceratione sacrificii libaret.Myagrū deū dicit̄ impcatus, clauā uero in aditu reliqsse cuiꝰ olfactu canes refugiebāt.Sūt q uelit n̄ mugitu pditas bouesq̄ ī spelūcaerāt,sed Cacā sororē caci furtū īdicasse,utriq; a prauitate,siue potiꝰa deformitate nomē īpositū κακὸς.n.malus ē. κακή mala.Itē cacos deformis uñ catosynthetō deformis cōpositio īterptat̄ & cacephaton turpis locutio,ut cū dicimus,& dorica castra.& cacethos malus mos.Hinc fit caco uerbū,qđ significat excresco,seu uentris onus depono.Nā hoc quoq; & dictu,& factu fœdū ē.A quo cacator cacatrix.&cacatio.Marti. Vētris onus misero,nec te pudet excipis auro,Basse bibis uitrò,carius ergo cacas.Itē a caco,cacaturio.Idē. Cœnaturit uacerra,nō cacaturit, sed de hoc diximus superius. Cacabus nō a cacādo deducit̄,sed a sono quē facit,dū feruet.uas ē,ī quo pulmentariū coquit̄.Paulus iuriscōsul.Nō multū interest īter cacabū & ahenū, qđ supra focū pendet,hoc aqua ad potandū calefit,in illis pulmentariū coqtur.cacula uero ἀπὸ τῶν κάλων, hoc est a lignis deriuat̄,qđ fustibus,clauisq; ligneis ad tutelā dominoꝝ armari soliti sint. Sūt enim caculæ serui militū.Plau.Video caculā militarē,Hercules cētauros nuptiarū die hippodamen Pirithoo aufere uolentes acri bello superauit.Oui.Nec mihi cētauri potuere resistere. sunt tñ q nō hoc die solū pugnasse cū cētauris Herculē uelint,sed ēt alias.Nā cum Eurytus cētaurus ab Oeneo Calydonū rege forte hospitio susceptus fuisset, Deianiā filiā eius simul ac uidit,petiit sibi dari uxorē Oeneus,q̈uis illā iam Herculi spopōderat,uim tñ centauri timens, huic se eā traditurū pmisit,quapp orto īter Herculē,atq; Eurytū nuptiarū die bello, Hercules debellato cētauro uictor euasit.centauri Ixionis,& Nubis filii fuisse dicunt̄,media parte homines,media equi.Quippe Ixionē tradūt phlegiæ filiū a Ioue in cælū assumptū Iunonē de adulterio ausum īterpellare,qđ cū ab uxore Iuppiter ītellexisset,opposuisse illi nubē sub Iunonis effigiæ cū qua cōgressum ixionē Centauros genuisse,deiectū deinde a Ioue in terras, cum inter mortales gloriaret̄ se cū regina deoꝝ rē habuisse,fulmine ictū,& ad inferos demersum fuisse, ubi rotæ plenæ serpentū alligatus assidue uolutat̄.Oui.Voluit̄ Ixion, & se sequiturq;, fugitq;. Seruius uero grāmaticus hāc quoq; fabulā de cētauris narrat,cū qdā Thessalus rex bobus Oestro exagitatis satellites suos ad eos reuocādos ire iussisset, illos cum cursu pedestri nō sufficerent,equos ascendisse,eorūq; uelocitate armētū assecutos stimulis agitando ad stabula reduxisse.hinc ἀπὸ τοῦ κεντεῖν, qđ pungere est, & stimulare,centauros dictos. & qm̄ uel currendo ueclociter, uel dū equi eoꝝ in transitu Penei fluminis potātes capita īclinata tenerent, unum esse aīal uidebat̄,datū huic opinioni locum,ut semi equi,& semi homines essent,sic Seruius,& alii qdam,dū fabulam reducere ad historiā uolūt,maiorē ipsi fabulā cōfinxere. Veritas autem historiæ hoc habet Centauri populi sunt Thessaliæ secūdū Peliū montē habitantes,dura sane & agrestis natio,hi primi pugnare ex equis inuenerūt,cū ante equis uehi bellorophon, frenis & ephippiis uti Peletronius inuenissent.Hinc igit̄ datus fabulæ locus, & a stimulando calcaribus equo cētaurus appèllatus est,pp qđ & hippocentaurus, hoc est equi stimulator est dictus. his proximi erāt alii populi lapithæ,& ab aliis laphitæ a Laphita Apollinis filia nomīati, iuxta othryn montē eiusdē puinciæ habitantes,cum qbus assidue bèlla gesserunt,sed aduersus hos Ixion primo,deinde Pirithous filius profecti ex eo loco expulerūt, & simili mòdo e pelio mōte centaurus,quos ad ethicas cōpulere.Laphitis aūt cāpestria cōcesserūt. A cētauro cētaurion deducit̄,herba est de qua supra diximus.Alii phœdū centauiū hūc fuisse existimāt, q̄ aruspicinæ doctissimus fuit,Itaq; ad arā cū hostia uenire Iouis uoluntate figurat̄. Noīa cētaurorum,q magis īsignies fuerūt,hæc sūt Chirō. Saturni,& Phillyræ filiꝰ, Ixionis uero,&Nubis filii Eurytus. Amicus.Gryneus.Rhetus.Orneus.Lycidas.Medon.Pisenor.Thaumas.Mermeros.Pholus,qui suscepisse Herculem hospitio dicit̄.Luca.Hospes & alcidæ magni phole.Nam pholoe mōs est Arcadiæ siluosus.Itē propriū nomē mulieris. Virgil.Cressa genus pholoe.Meneleus. Abas.Nessus.Eurynomus.Areus.Imbreus.Cenæus.Aphidas.Phereus.Lycus.Croniꝰ.Dictis

Elops.Bianor.Herlinus.Lycetus.Hippasos.Rhipheus.Thereus.Demoleō.Phlegræus.Hylas.Iphinous.Danis.Dorylus.Cyllarus,q amantē habuit Hyllemonē Centaurá ambo forma, ac decore præstantes.Phœbi comes.Thonius.Teleboas.Pyretus.Ocelus.Erigryppus. Astylus.Nesseus.Odites.Stipholus.Bromus.Antimachus.Helinus.Pycagmus.Latreus. Monichus. Thessalia græciæ prouincia est, ex una parte Boetiam, ex altera Macedoniā habens.hæc & hæmonia & Pelasgis dicit.Homerus uero Thessalos Argopelasgos appellat,in hac natus est græcus rex. A quo græci.græcia.græcisso,hoc est græcos imitor.& pergræcor,qđ est epulis,& potationibus inseruio,qđ est græcoꝶ propriū.Titinnius. Hominē impiū nunc ruri pergræcat. Itē Hellen Deucalionis,& pyrrhæ filius.a quo Hellenes appellati. Deucalion qppe Thessaliæ imperauit,cui uxor fuit pyrrha filia Epimethei patrui huius Deucalionis,horū tpe(ut Aristoteles refert)ingens hymbriū illuuies maiorē partē populoꝶ Thessaliæ assumpsit.paucis, qui ad montiū culmina sese receperant,conseruatis,īter quos deucaliō parnassum petierat, ratibusq; ad se cōfugientes p sūma parnassi iuga benigne fouebat,pp qđ dictus est genus humanū reparasse.Ex quo poetæ finxerunt hunc & uxorem ei⁹ pyrrhā cū aquæ decreuissent,ipsiq; soli superstites essent,iāq; ætate prouecti, perrexisse ad oraculū Themidos,quā deā iis reb⁹ præesse existimabant,q̄ fas essent,nam græci θέμισ dicunt fas,& in templo eius,qđ in Boetia erat iuxta Cyphisum amnem deā,quō instaurari genus humanū posset,cōsuluisse.Respondisse āt deā facile id fieri posse,si materna ossa post terga iactarent.itaq; Deucalionē pro matre terram interpretatum esse cūctarū rerū parentē. Terræ uero ossa lapides esse,itaq; iactatis ab utroq; post terga lapidibus quos Deucalion miserat,uirilē.quos uero pyrrha muliebrē faciē sumpsisse.Iuue.Ex quo Deucalion nymbis tollentibus æquor nauigio ascēdit mōtē,sortesq; poposcit.paulatiq; aīa caluerunt mollia saxa. Et maribus nudas ostendit pyrrha puellas.Cōstat āt Deucalionem ex pyrrha quatuor filios suscepisse. Amphictiona,& a quo græci Hellenes appellati sunt,Hellena.Itē duas fœminas protogeniā,& Melāthiā.Fuit & aliud diluuium hoc maius,tpe Ogygis Thebanoꝶ regis q Boetias Thebas ædificauit circiter mille,& quingentos ānos ante urbē Romā cōditā. Itē aliud diluuiū antiquissimū oīum maximū,in quo nulli euaserunt,nisi q in arca fuere. Ab ogyge ogygius deducit. Vnde ogygia mœnia Thebana sunt dicta. Ogygia ēt insula est maris phœnicii.in Thessalia sunt mōtes q̄tuor,& triginta,quoꝶ nobilissimi pieria,parēs. domusq; musarū.pellion & ossa gigātū bello memorati. Ab ossa ossæus deducit.Ouidius.Fusus in ossææ uillosis pellibus ursæ,hic mōs cētauroꝶ stabulū fuit,tantaq; in eo pinoꝶ copia eē tradit,ut ex inflexione ramorū sæpenumero tonitrua representēt.Luca.Quātus piniferæ boreas cū Thraci⁹ ossæ, Rupibus incubuit, curuato robore pressæ.Fit sonus, aut rursum redeuntis ad æthera siluæ.Itē pindus,& othrys laphitarū sedes.Itē olympus,cuius usq; adeo uertex attollitur,ut summa eius cælum accolæ uocent,pp quod poetæ cælū olympū uocant.Dictus est āt olympus,quasi ὅλος λάμπων, hoc est totus fulgens,quia solē clarū habet, nullisq; unq̄ nubibus fuscat.Lucanus.Nubes excedit olympus.in eius cacumine arā fuisse cōmemorant ioui dicatā,in qua siqua de extis remanebant,nec difflabant uentosis spiritibus,nec pluuiis diluebant sed uoluēte anno talia reperiebant.qualia fuerant relicta & omni tpe ab aurarū corruptōe uindicabatur,quicquid deo semel ibi consecratū fuisset.Litteræ quoq; in cinere scriptæ uisæ sunt usq; ad alterius anni cerimoniā incorruptæ pmanere. Ab olympo olympius deducit.& olympicus.& olympia,quæ urbs erat inter ossam & olympum.Olympia ēt ludi erant,qui in honorem Iouis olympici apud pisam,& helidē græciæ oppida celebrabant,hoc est Gymnicum certamē qđ qnto quoq; anno fieri solebat.unde olympias dicta quattuor ānorū spaciū.& exinde tpa ab olympiadibus cōputare cœperunt,ita numerantes olympiadis primæ.aut secūdæ. aut centesimæ.anno primo.uel secūdo.uel tertio.uel quarto.Constat sane Aeschyli Atheniensiū iudicis secundo anno primā olympiadē actā,quam Iphitus filius Praxonidis,siue hæmonis simul cum Gymnico certamine instituit ab hoc tpe græca de temporibus historia uera eē credit ur.Nam ante(ut cuiq; uisum fuit)diuersas sn̄ias protulerūt.Primus āt olympiacū certamē īstituit Hercules in honorē pelopis. A quo usq; ad primā olympiadē anni.ccccxxx.supputantur. Itē ab olympiis olympiacus deducitur,ut olympiacū certamen.& olympionices,hoc est is, q in olympico certamine uictor euasit,qppe νίκη græce uictoria dicitur.Item olympias.& olympiadorus nomina propria.Est etiam alius mons olympus in Gallogræcia, alius apud Mysios, ad cuius radices est urbs prusa ab Annibale(ut fertur)extructa. Alius est secus mare rubrum, haud longe ab Heliopoli oppido, qui oriente sole usq; ad horā quintam diei flāmas emittit. Olynthus uero urbs fuit sithonias iuxta Atticam,q̄ cū ab Atheniensibus ad Philippū defecisset,ab illis deinde euersa est.pisa & Elis Archadiæ oppida fuere. Ab his uenerunt,qui pisas ī Italia condidere,a Pelope(ut putant)ita nominatas,de quo ouidius Ha q̄ pene Pelops Pisæo,concidit axe dum spectat uultus Hippodamia tuos. A Pisa Arcadiæ pisæi dicuntur. A pisis Italiæ pisani.Quidam etiam a pisa pisum dictum existimant leguminis genus notum.Cuius caules

ſpargunť in terrã,niſi habeãt adminicula.hoc.n.abundare ea urbs proditur. A piſum uero Piſones appellati,ſicut a lente lentuli.a cicere Cicerones a faba.Fabii. Quidã tñ Piſones a piſendo potius dictos exiſtimant. A piſa ẽt,ſiue piſo,qđ græci πισὸν dicunt.quidam deductum eſſe piſiſtratũ exiſtimãt propriũ uiri nomẽ.Fuit hoc nomine Hippocratis filius Athenarum tyrannus,cui ob ſummã eloquentiã Athenienſes ſe, & libertatẽ ſubmiſere,quo tpe Romæ Seruius Tullius regnabat,q̈uis Solon ipſe quoq; ſũmus orator ecõtrario pro libertate ſtaret. idem primus apud Athenas Bibliothecam inſtituit.ſunt præterea in Theſſalia flumina, inter quæ claritate excedit Peneus ortus iuxta Gomphos inter oſſam,& olympũ p nemoroſam conuallẽ defluens,collibus dextra,læuaq; molliter curuis,nõ paruo ſpatio nauigabilis. in eo curſu tempe uocãtur quinq; miliũ paſſuum longitudine,& ferme ſex latitudine pulcherrimus ager, amœnus gramine. refertus arboribus.canorus auiũ cõcentu.iugis dextra,læuaq; leuiter ſeſe attollentibus.Fama eſt omnẽ hanc regionẽ quodã ſtagnaſſe cũ littus cãpis altius,& coniuncti inter ſe montes aquæ exitũ non p̃berent.Sed ſecutis poſtea terræmotibus uel(ut qdã uolunt) Neptuno,ut alii,Hercule auctore oſſa ab olympo diuulſa,abruptiſq; littoribus, exiſſe peneũ in mare & hanc fœliciſſimã regionẽ ſiccã reliq̃ſſe.de qua Ouidius.Eſt nemus Hæmoniæ,p̃rupta quòd undiq; claudit ſilua,uocant Tempe,per quæ Peneus ab imo effuſus Pindo ſpumoſis uoluiť undis.Qui ab Hercule hoc factũ uolunt,inter cætera eius facinora hoc numerant. Seneca. Dirutis qualis iugis p̃ceps citato flumini quærens iter,quondã feciſti ſaxa cũ uaſto ĩpetu patuere tẽpe.pectore ĩpulſus tuo Huc mõs & illuc cecidit,& rupto agere Noua cucurrit Theſſalus torrẽs uia.Hinc abuſiue loca quæcũq; amœna, nemora p̃ſertim atq; aquas habentia Tẽpe uocamus. Virg.Speluncæ,uiuiq; lacus,ac frigida Tẽpe.Theſſaliæ p̃terea ſunt pharſalici cãpi,in quibus ciuiliũ bellorꝫ detenuerunt ꝓcellæ,a pharſalo oppido appellati,qđ ſitũ eſt in ripa fluminis œnipei. A pharſalo pharſali dicti.De oppidis uero Theſſaliæ egregia ſunt phthia.Thebæ. A quibꝰ deducũtur phthiotæ. lariſſæi.thebani.thebæi.thebais regio.Thebais Statii poetæ opus,ĩ quo de Thebis tractatur.Theſſalia ãt a rege Theſſalo ibi regnante appellata eſt. A Theſſalia Theſſalus deducitur.& Theſſalicus.& Theſſalonica urbs inſignis,patria Theodori Gazæ, q̃ ætate noſtra inter utriuſq; lĩguæ doctiſſimos uiros principatũ ſine dubio tenuit.nũc uero ĩmatura morte indigniſſime raptus iure defletur ab oĩbus.Ab hac theſſalonicenſes dicunť.Hercules Neſſũ Centaurũ ſub ſpeciæ officii Deianirã cõiugem ſibi rapere uolentẽ occidit.Neſſus inter centauros celeberrimus fuit,hic cũ laphitharũ manus aſtu euaſiſſet,ĩ Calydoniũ ꝓfugit agrũ, & iuxta euenũ amnẽ cõſedit. Vbi cũ Deianirã Oenei filiã uidiſſet, ĩ eius amorẽ maiorẽ ĩ modũ exarſit. cõtigit ãt nõ multo interiecto tpe,ut p ea loca Hercules cũ Deianira tranſiret.Sed cũ Euenũ nimiis tũ ĩbribus tumentẽ traiicere non poſſent,Neſſus operam ſuã in traducenda in alteram ripam Deianira pollicitus eſt.Quod cũ Hercules laudato centauri officio p̃miſiſſet,factũ ẽ ut ipſo adhuc natante,illis ãt iã flumẽ egreſſis Centaurus opportunitatẽ nactus fugere cũ Deianira mira celeritate cõtenderit. Quod cõſpicatus Hercules ſagitta fugientẽ trãſfixit. hic poſtq̃ ſe ſauciũ,& eo uulnere periturũ intellexiſſet,ueſtẽ uenenato cruore ĩſperſam dono Deianiræ dedit,in ea uim eſſe affirmans,qua a quibuſcũq; amoribus auertere Herculẽ poſſet. Hãc igitur cũ credula diligenter cuſtodiſſet.ſentiens tandẽ poſt eos quos referimus labores Herculẽ Iolen Euryti Aetoliæ regis filiã,quæ Eurytis ab eo appelata eſt,deperire.medicatã ueſtẽ illi tranſmiſit.ſperans ſe hoc modo coniugis aĩum a pellicis amore diuertere,quẽadmodũ poſterius dicemus.Calydon uero a quo ager calydonius.Aetoliæ oppidũ eſt ſeptẽ miliũ quingentorꝫ paſſuum ſpacio a mari diſtans,p qđ Euenus fluit.Lucanus.Et Meleagræã maculatꝰ ſanguine Neſſi.Euenos Calydonia ſecat.hunc fluuiũ poſt Neſſi mortẽ Centaurũ poetæ appellarunt. Meleagræa ãt iccirco Calydon uocatur,qa Meleager huic urbi imperauit, filius œnei Calydoniæ regis.Sic.n.a Calydõe urbe ea regio appellať,a qua & Calydonides dictæ.Ouidius. plangunt ſe matres Calydonides.eſt & in Britãnia Calydonia ſilua ingens, & e cõtinenti illuc nauigantibus primo occurrens, a qua Britãnicũ pelagus Oceanus,& Britãni aliqñ Calydonii uocãtur ſecũda ſyllaba lõga,& tertia breui,ubi cũ de Aetolico agro intelligimus,ſecunda ſyllaba breuis eſt,& tertia longa.Martia.Quin te Calydonios Ouidi uiſere Britãnos.Ouidi.Huius opes Calydon q̈uis Meleagron haberet,e Calydonia ſilua Britãniæ,ingẽtes ac ſæui urſi mittebanť Martia.Nuda calydonio ſic uiſcera præbuit urſo. A Calydone Aetoliæ ẽt Calydonis deduciť Ouidiꝰ.Tradidit Aonius pauidã Calydonida neſſo.Aetolia græciæ prouĩcia eſt in tertio ſinu Europæ.Epiro.Acarnaniæ.& locris finitima,ab Aetolo Martis filio appellata,cũ ex Elide a rege Salmoneo ſimul cũ Epeo,& piſanto eiectꝰ ad eã habitãdã ueniſſẽt.Aetolus.& ætolicus ab eo deducũť,uñ ætolorꝫ agrũ.& ætolicũ dicimꝰ.Hercules undecĩ filios Nelei occidit,totãq; eiꝰ domũ patriãq; euertit.Neleꝰ Neptuni filiꝰ fuit ex Tyro nympha filia Salmonei regis,ex q̃ peliã quoq; huius Nelei fratrẽ natu grãdiorẽ genuit.Sed Neleus cũ a Pelia fratre e Theſſalia pelleretur,pylum ĩ Laconia ædificauit,in q̃ Meſſaniorꝫ quõdã naualia fuerunt.hæc urbs antiqua Py

los dicebaſ,ſed ea dirupta cũ aliquãdiu cultoribus uacua fuiſſet,ſecũdo ab Athenienſibus ædificata eſt,quo tpe cũ Eurymedonte,& Stratocle in Siciliã nauigabãt, ut aduerſus Lacedæmonios murũ interponerent. Ab hac urbe Neſtor Pylius eſt dictus.Oui.Illius attactu Pylius iuueneſcere poſſet.idem.Crede mihi Pylio Neſtore maior ero.Hic Neſtor Nelei filius fuit ex Chlori uxore,ex qua ſimiliter genuit Chroniũ,perichymenon.Agerochũ.peronem.& ſeptẽ alios filios.Sed Hercules in ultionẽ Epirorũ aduerſus pylios profectus domũ eius patriãq; euertit,& filios oẽs peremit,Neſtore ſolo ſupſtite.Vnde apud Ouidiũ ſic loqtur Neſtor, Bis ſex Neleidæ fuimus cõſpecta iuuentus Bis ſex herculeis ceciderũt me minus uno uiribus. inter alios ãt perichemenũ Neleidẽ,cui(ut Ouidius inquit)poſſe ſagittas ſumere,quas uellet,rurſuſq; reponere ſumptas Neptunus dederat Nelei ſanguinis auctor,cũ in aquilã ſe uertiſſet,& faciem eius roſtro, ac unguib⁹ laceraſſet,ſagitta in altũ uolantẽ traſſixit.idẽ.Tẽdit in hanc nimiũ certos tirynthius archus, Atq; inter nubes ſublimia mẽbra ferentẽ,pendentẽq; ferit,lateri qua iungiſ ala.Tyrithius Hercules dictus eſt,q̃ſi argiuus,ꝙ in ea prouincia geſta eius maxime claruerunt Argos & tyrithis duo græciæ clariſſima oppida fuerũt.Homer.Qui tenuere argos tyrithaq; mœnibus altã.Tyrintha Cyclopũ arte,atq; opera arce,& mœnibus munitã fuiſſe cõmemorãt hos e Lycia a proeto uocatos fuiſſe,q ſeptẽ numero erant,quos gaſterochiras,hoc eſt uẽtri manus appellabant,qm̃ manũ artificio uiuebant.A neleo.n.fit neleides patronymicũ,& nele⁹ poſſeſſiuum.Oui.Nelei ſanguinis auctor.Neſtor(ut Homerus tradit)cũ quinquaginta nauibus e plyo aduerſus troianos nauigauit,q̃uis ætate iã prouectus,& trecẽteſimũ uitæ ſuæ annũ agẽs Ouidi.Annos uixi bis centũ,nunc tertia uiuiſ ætas.Iuue.Rex Pylius magno,ſi qcq̃ credis Homero,Exemplũ uitæ fuit a Cornice ſecũdæ. Hoc aũt fictũ eſt de Neſtore,qm̃ circiter nonageſimũ ãnum uixit,quæ ſunt tres ætates.qppe ætas aliqñ unius,aliquando triginta,aliqñ centum annorum ſpatiũ ſignificat,ut ſupra diximus,quẽadmodũ annũ q̇dam ita determinãt, ut unus ſit æſtate,alter hyeme,alii quadripartitis temporibus,ut Archades,quoꝝ anni trimeſtres fuere.Quidã lunæ ſenio,ut Aegypti,apud quos ẽt ſingula milia ãnorũ quidã uixiſſe produntur. Cuius rei pleriq; ignari pro hiſtoriis fabuloſa cõſcribunt,ut Anacreon poeta Argantonio Tarteſioꝝ regi centũ & q̇nquaginta annos tribuit.Cyniræ Cyprioꝝ.clx.Theopõpus Epimẽidici noſſio.cliii.Hellanicus qbuſdã in Aetolia Epeorũ gentibus ducentos.cui aſtipulaſ Dãniates memorans pictoreũ quẽdam ex iis p̃cipuũ corpore,uiribuſq; ẽt trecẽtis uixiſſe.Xenophõ Impetrim quendã ſcribit ad ſexcentos annos,& filiũ eius ad octingentos pueniſſe. de Galeno tñ medico exploratũ eſt centũ & quadraginta ãnos eũ uixiſſe.Tãta ĩ cibo, potuq; abſtinẽtia uſus eſt.Nũq̃.n.ad ſacietatẽ comedit,aut bibit,nec crudũ quicq̃ unq̃ guſtauit,odorificũ ſemp anhelitum ſpirans,& ſine aliquo morbo ſola ſenectute defecit.Maſiniſſam ſexaginta annis regnaſſe indubitatũ eſt.Gorgiã ſiculũ centũ octo uixiſſe.Q.Fabius maxim⁹ ſexaginta tribus annis augur fuit.M.Valerius Coruinus cẽtũ ãnos impleuit.Cuius inter primũ & ſextũ cõſulatũ quadragita ſex anni fuere.Tantũdem ẽt uixit Metellus põtifex.Et ex fœminis Liuia Rutilia.xcvii. annos exceſſit, Statilia Claudio principe ex nobili domo nonaginta nouẽ.Terentia Cicerõis ciii.Clodia.cxv.enixa ẽt qndecies.Luceia mima centum annis in ſcæna pnunciauit.Samullã quoq; centũ decẽ ãnis uixiſſe teſtaſ Aſconius Pedianus.in Tinoli montis cacumine,qđ uocãt Tẽpſin centũ quinquaginta annis uiuere hoĩes nõnulli prodiderunt. Tmolus mons ẽ Lydiæ antea Tymolus appellabatur.uitibus conſitus,ex quo profluit pactolus Amnis ramenta auri uehens,& ideo Chryſothoas dictus.Abundat ẽt croco.Virg.Nõne uides croceos ut thmolus odores, India mittit ebur.Lydia,puincia eſt Aſiæ,quæ flexuoſis Mæandri amnis recurſib⁹ perfuſa ſup Ioniã,pcedit,phrygiæ ab exortu ſolis uicina,ad ſeptẽtrionem Myſiæ meridiana parte Cariã amplectẽs,a Lydo filio Atys,& Tyrrheni fratre cognominata.cũ ante Mæonia uocareſ,q̇ppe Lydus huic puinciæ ĩperauit.Tyrrhenus uero e Mæonia diſcedẽs in Italiã uenit.quippe Atys un⁹ ex Herculis,atq; Omphales,pgnatis,cũ ob ſterilitatẽ,famẽq; emittẽ populũ cogereſ,e duobus filiis ſorte iacta Lydũ q̇dẽ regni ſucceſſorẽ inſtituit.Thyrrhenũ uero cũ maiori populi parte abire iuſſit,q tandẽ occupata ea pte Italiæ,quæ ad mare inferũ ſita eſt Tyrrheniã uocitauit,& mare ipſum Tyrrhenũ,q̃uis aliq uelint mari hoc nomẽ inditũ,uel ꝙ Tyrreniã alluit. uel ꝙ tyrrheni nautæ ĩ hoc ſe deiecerũt.piſeũ tyrrhenũ cõſtat tubã primũ oĩum ĩueniſſe. Quoniã .n.tyrrheni fere oẽs p̃dis ac latrociniis uiuebat, tubæ ſõitu facile cõuocabãſ.tyrrhenia poſtea a ſacrificiis, qbus maxime ea gens dedita erat,thuſcia appellata eſt.Græci enim θύειν ſacrificare dicunt,uel a thure,quo maxime in ſacrificiis utimur.cõſtat ſane a tage & thuſcia aruſpicinã repertam.Lucanus.Sed cõditor artis finxerit iſta tages.Nam primũ eius inuentorẽ ſcribit Plynius Delphon fuiſſe.Sunt ẽt q thuſciã a tuſco Herculis filio appellatã uelint.& ideo ſine aſpiratione ſcribi debere.A thuſcia thuſcus deduciſ poſſeſſiuum nomẽ.& Romæ Vicus thuſc⁹,ꝙ ibi habitauerĩt thuſci,qui recedente ab obſidiõe Porſenna rege ibi remanſerũt.& thuſcana oppidum thuſciæ prope tarquinios.a quo thuſcanenſes.thuſculum uero oppidum latii, a quo thuſculani.

thusculani. Sic appellatū est, ꝙ aditū difficilē habeāt, quasi τὸ σκύλον, hoc est fatigans. uexans qm̄ in ꝑalto, atq; arduo monte erat sitū. Thus āt a tundendo deductū putant, q̄a glebe tundūť, cū q̄bus dr̄ fluens, de arboribus coalescere. ideo sine aspiratione cēsent scribendū. Alii cū aspiratione scribunt, & ἀπὸ τοῦ θύω deriuant, qđ est sacrifico. Thus in Arabia nascitur, cùius fœlicis ac beatæ cognomentum est. Sabora urbs est Arabiæ in monte excelso. A quo octo māsionib⁹ distat regio eoꝝ thurifera, Sabba appellať, de q̄ superius diximus. Sabæi ditissimi sunt siluarū fertilitate odorifera. auri metallis. agrorū riguis. mellis. cæræq; ꝓuentu. spectat hæc regio ortū solis æstiui, undiq; rupibus inuia, & a dextra maris scopulis inaccessa. Id solū e rubro lacteum traditur. siluarū longitudo est schœnorū uiginti, latitudo dimidium eius. Attolluntur colles alti, decurruntq;, & in plana, arbores sponte natæ. terrā argillosam esse conuenit ràris fontibus ac nitrosis. Attingūt & Minæi pagus alius, ꝑ quos thus uno tramite angusto euehiť. Hi primi commertium thuris fecere. A quibus & Mineum dictum est, nec præter hos Arabes alii thuris arborem uident. Trecentas non amplius aiunt esse familias, quæ ius ꝑ successiones, id sibi uendicent, & ob id sacros uocari. Arbor est Therebinto similis. teres tñ & enodi trunco fruticans. Bis anno metitur. Primo circa canis ortū flagrātissimo æstu inciditur arbor qua maxime uidetur esse ꝑ̄gnans, & ubi tenuissimus tenditur cortex. Laxať plaga, nō adimiť. prosilit inde spuma pinguis, q̄ cōcreta densať, q̄busdam in locis teges palmea excipit, alibi area circūpauita. Illud est purius, hoc ponderosius, qđ in arbore hæsit, ferro depectiť, ideo corticosum. silua, & si certis portionibus diuisa est, mutua tñ innocentia est tuta, neq; ullus saucias arbores custodit, nemo furať alteri. Autūno legiť partus æstiuus, hoc purissimū, cādidūq; est. Secundo metitur uere corticibus hyeme incisis. Rufum hoc exit, nec cōparandū priori illud Carpheotum uocatur, quia græci καρφεωτὸν torridū dicūt, hoc Erythrotū, quippe ἐρυθρωτὸν rufum significat. qđ ex eo rotunditate guttæ pependit Masculū uocať, cū alias nunq̄ fere mas noīetur, ubi nō sit fœmina. Tribuerūt hoc religiōi, ne in eo fœmineus sexus usurpareť. Quidā putant masculum a specie testiū dictū sicut māmosum a māmarū similitudine uocamus, cū hærente priore lachryma, alia mox secuta se miscuit. Visa sunt aliq̄n singula hæc manū īplere, & pondere tertiā partē minæ, hoc est trigintanouē denariorū pondus excedere. græci tali mō stereogoniā, & Atoniū appellant illud a soliditate. Nā στερεὸν solidū uocāt hoc, q̄a non sit diuisum, nec ī minutas partes cōcisum, ἄτομον enim indiuisum dr̄. Ecōtrario minorē uocāt Orobiā a similitudine uiciæ quæ a græcis ὄροβος nominať micæ cōcussu elisæ māmæ nūcupanť Alexandro magno ī pueritia sine parsimonia thura aris ingerenti Pædagogū Leonidē dixisse ferunt, ut postq̄ thuriferas gētes deuicisset, tali mō supplicaret, quāobrē Alexādrū Arabia potitū thure onustā nauim illi misisse, exhortatūq; esse illū, ut large deos adoraret. Thus collectū Sabotā camelis conuehitur, digredi uia capitale ē. ibi decimas deo quē uocāt sabin, mēsura non pōdere accipere sacerdotes solebant. inde ꝑ Gebbanitas portať, quoꝝ caput Thomna est, distatq; a Gaza nostri littoris Iudææ oppido. Mdxxxvii. milia passuum, qđ diuidiť in duas & quadragīta mansiones Camelorū. probať Thus cādore amplitudine. fragilitate. carbone. ut statim ardeat. & frietur potius q̄ dentē recipiat. a thus Thureus deduciť. & thuribulū uas, quo thus adoleť. & Thuriferum a thure ferendo. & thurifico thure suffio. Quidā thus nabatheū uocāt, ꝙ nabathea regio ē ab Arabia incipiens, eāq; intra se cōtinēs, quæ usq; ad mare rubrū ex latere dextro persicū. ex sinistro. indicūq; ex superiori ꝑte ꝓtendiť, nomē habēs a Nabath primogenito Hismaelis. A nabathea fit nabatheus adiectiuū. Iuue. & quos deposuit Nabatheo belua saltu. A Lydo ēt urbs Lyde appellata ē. Nā Lyndus oppidū ē in īsula Rhodo, ubi sacra Herculis maledictis, & execrationibus celebrari solebāt A Lyndo Lyndii, fuit & altera Lyndus in Dorica regiōe. Erat in Lydia ꝑ̄clara urbs sardis tm̄ multitudinis numero decliata. A qua sardinia iurisdictio dicebať, ī quā conueniebant Macedones Cadueni. philadelpheni. & ipsi in radice Tmoli Cogamo flumini appositi. Itē sardonix gēma de qua supra diximus. Estq; aliq̄n fœminini generis. Persius. Et natalicia tandē cū sardonice albus. Aliq̄n masculū. Iuue. In manibus densi radiāt testudine tota. sardonyces. Quidā ēt sardonycū scripserunt. idē. Arguit ipsorū quos littera gēmaq; princeps sardonycus. sed ut ad Nestorē reuertamur, uir bello ꝑ̄clarus fuit, bellū aduersus Epios Achaiæ populos, q̄ postea Helii dicti sunt. Oppida uero Helis, & Epie, uiuo adhuc patre adolescens gessit, Cum cētauris in nuptiis Pirithoi pugnauit, eloquentia adeo excelluit, ut ex eius ore melle dulcior fluere diceret oīo. Habuit uxorē Eurydicē Chymeni filiā, ex qua septē filios, & unicā filiā Homerus noīat, q̄uis & alias filias uideať habuisse. Antilochū natu maiorē ī bello Troiāo amisit, cuius mortē magno mœrore, & multis lachrymis ꝓsecutus ē. Hora. At nō ter æuo functus amabilē plorauit oīs Antilochū senex ānos. Iuue. Rex pyli⁹ magno si quicq̄ credis Homero, exēplū uitæ fuit a cornice secūdæ, Fœlix nimirū, q̄ ꝑ tot secula mortē distulit, atq; suos iam dextra cōputat ānos. Quiq; nouū totiēs mustū bibit? oro parūper, Attendas quātū de legibus ipse, q̄rať Fatoꝝ, & nimio de stamine, cū uidet acris Antilochi barbā ardētē, Nā q̄rit ab oī q̄sq̄s

adeſt ſocio, cur ĩ hæc tpa duret, Quod facinus dignũ tã lõgo admiſerit æuo. Proptius, Nõ ille Antilochi uidiſſet corpus hũati, Diceret, aut o mors cũ mihi ſera uẽis. Home. ἐνθάδ᾽ ἐμὸσ φίλος υἱὸς ἅμα κρατερὸς καὶ ἀμύμων ἀντίλοχος περὶ μὲν θείειν ταχὺς ἠδὲ μαχητής, hoc ẽ, hic iacet meus Carus filius iuſtitia, fortitudineq; præclarus Antilochus, curſu celer, pugnator acerrimus. Secundo filio Neſtoris nomen fuit piſiſtratus, quem idem Home. in tertio Odyſſeæ inducit Germani mortẽ acerbiſſime deflẽtẽ. Tertius dictus eſt Taſimenes. Quartus Echephrõ. Quintus Stratius. Sextus Perſeus. Septimus Anthos, Filia uero Polycaſte. A Neſtore neſtorides patronymicũ, & neſtoreus poſſeſſiuum nomẽ deducunt. Hercules Albiona, & Beergion Neptuni filios uicit. inter Maſſiliã urbẽ Galliæ a phocenſibus poſitã. & rhodanũ flumẽ a Rhoda oppido Rhodiorũ noĩatũ, qđ ex alpibus ſe rapiens p Lemãnũ lacũ progredit. ſtagnũ ẽ opere ac noĩe ĩſigne, cui aſſidet foſſa mariana, ſuperq; Campus lapideus. Ad hæc loca appulſo quõdã Hercule Albion, & Beergios Neptuni filii, impedire eius tranſitum uoluerunt. Cum qbus congreſſus Hercules, cum deficientibus telis in diſcrimine ſe eſſe intelligeret, patrem oraſſe dicitur, ut ſibi tela ſubminiſtraret, & ab eo mox imbre lapideo adiutus fuiſſe. Hinc Campo nomen inditũ, ĩ quo adeo multi lapides paſſim, & late iacent, ut ſiquis cõſpicet, facile credat pluiſſe. in oſtio uero Rhodani ab Herculis noĩe qui græce ἡρακλῆσ dicitur. Heraclea oppidum. a quo heracleotes, & heracleoticus ædificatũ, inſtitutũq; ut p Iouẽ lapideũ iuraret, qđ iuſiurandũ religioſiſſimũ habebat. Hinc apud Aeſchylũ prometheus ita loquit. Ad fortẽ ligurum & timoris inſciũ exercitũ, peruenies. Vbi, ut te deſtituant tela, in fatis eſt datũ. ibi ne lapidẽ qdẽ ullum captare e terra fas erit, tã mollis ẽ, & tá lubricus ille locus, ſed cũ te ſpectabit egẽtẽ opis iuppiter, Miſerebit tui, nebulãq; intẽdẽs, & imbrẽ, Rotundorũ lapidũ, totũ inũdabit ſolũ, cũ qbus ligurũ protinus uaſtabis exercitũ. Diſtat Cãpus lapideus a mari circiter. xii. millia paſſuũ. Eſtq; ad circuli effigiẽ rotũdus. Lapidibus magnitudo eſt, q̃ manũ ĩpleat, ſub lapidibus lætiſſimum gramẽ exorit ad pecudũ paſtus uberrimus, in medio ſcaturigo eſt ſalſarũ aquarũ. Ariſto. Huiuſmodi lapides a terræmotib⁹, quos βρασούς, hoc ẽ ebuliẽtes appellãt eiectos in plana, & ad curua loca, plapſos fuiſſe exiſtimat. Alii locũ hũc putãt aliqñ lacũ fuiſſe, poſtea terræmotu, aut alia cã defeciſſe, ipſoq; ibi huiuſmodi lapides aſſiduo fluctu ſtagni attẽuatos reperiri q̃ſi fluuialẽ glareã, aut littoreos lapillos. Rhodanus ſane tria oſtia habet, duo libyca dñr, alterũq; Hiſpanẽſe, alterũ Metapmũ, tertiũ uero, qđ ampliſſimũ eſt, a maſſilia maſſilioticũ nũcupatur in Maſſiliæ arce Apollinis Delphici, & Epheſiæ dianæ tẽplũ cõditũ fuit. illud q̇a Ionico nomini commune ẽ, hoc qa phocenſes, cũ e natali ſolo cõmigrarent dixiſſe nauigatiõis principẽ aiunt, ut a Diana epheſia curſũ auſpicarent. itaq; Epheſum, pfectos, quõ a dea imperatũ aſſequerent, pcõtatos fuiſſe. porro ariſtarchæ matronæ apparuiſſe in ſomnis Deã, & ut accepto a ſacris quodã ſimulachro una cũ phocẽſibus nauigaret, ĩperaſſe. curſu igit pfecto, & colonia ædificata, mox Epheſum quoq; erectũ, & ariſtarchã ſũma ueneratiõe habitã ac tẽpli ſacerdotẽ deſignatã. Deductiſq; poſtea aliis coloniis eũdẽ ritũ ſacrorũ ab oĩbus fuiſſe ſeruatũ. a maſſilia maſilienſis deducit. & maſſilitanus, qppe maſſilienſiũ Remp. dicimus. & maſſilitana uina. Hercules Heſionẽ Laomedõtis filiã a mõſtri marini diſcrimine liberauit. Laomedõ rex troianorũ fuit a Ioue originẽ ducẽs. Quippe Dardan⁹ Iouis ex electra fili⁹ fuit. Hic Erichthoniũ genuit, qui filiũ habuit Troẽ. Hic regionẽ, quæ antea a Dardano Iouis, & Electræ filio, ſiue (ut Saluſtio placet) a rege Dardanorũ Mida, qui Phrygiã tenuit, Dardania dicebat, Troiã a ſuo noĩe uocauit, filios habuit Aſſaracũ, & Ilum, qui urbẽ Regiã a ſe Ilion noĩauit. Huius filius fuit Laomedõ Priami pater, Qui cũ urbẽ ab Ilo patre ædificãtã cingere mœnibus uellet, Apollini, & Neptuno, id negocii dedit, pactus mercedẽ, quã mox ædificatis mœnibus ſe ſoluturũ iureiurando affirmauit. uerũ pfecto opere cũ Laomedon mercedẽ quã pactus fuerat, neq̃q̃ exolueret, irati dii Neptunus quidem aquarũ illuuiẽ, Apollo peſtilentiã Troiano agro ĩmiſit. Quapp duplici calamitate affect⁹ Laomedõ de remedio oraculorũ cõſuluit, rñſum ẽ nõ aliter placari deos poſſe, q̃ ſi ſingulis annis uirgo Troiana Ceto dilaceranda exponeret. Inſtitutũ itaq; uirginẽ quotãnis exponi, eãq; ſorte eligi. ſed cũ tandẽ ſors in heſionẽ Laomedõtis filiã cecidiſſet, & iã ſcopulo alligata, ĩmanis beluæ aduentũ p̃ſtolaret, trãſiens forte p eã regionẽ Hercules liberaturũ ſe filiã Laomedõti pollicitus eſt, ſi equos diuino ſemĩe, pcreatos, quos habere eũ cõſtabat, p̃miũ liberatiõis ſibi traderet. Hunc igit in modũ pactiõe facta, & fide mutuo data, Hercules interfecta belua, uirginẽ liberauit. Sed cũ Laomedõ ſeruare pactionẽ recuſaſſet, ĩdignatus Hercules aliud inſigne facinus pegit, etenim nõ multo ĩteriecto tpe cũ exercitu in Troiã uenit, puinciã oẽm ferro, igniq; uaſtauit. Ilũ cepit. & in p̃dã militib⁹ dedit, Laomedõtẽ ocidit. Priamũ eius filiũ captiuũ duxit, q poſtea auro a uicinis redẽptus fuit, ideoq; ἀπὸ τοῦ πρίασθαι, hoc ẽ a redimendo nomen obtinuit. Hic inſtaurauit Ilion & (ut Cice. teſtat) filios quinquaginta habuit, decẽ & ſeptem iuſta uxore natos. Aſſaracus uero illi frater Capĩ genuit, ex quo natus ẽ Anchiſes, ex Anchiſe Aeneas. Oui. Dardanõ Electra qs neſcit Atlãtide natũ. Scilicet Electræ concubuiſſe Iouem. Huius

Erychthonius, Tros est generatus ab illo, Assaracū creat hic, Assaracusq; Căpim, ꝓximus Anchises, cū quo cōe parētis Nō dedignata est nomē habere Venus, Hic satus Aeneas. A Laomedonte Laomedonteus. & laomedontiades deducunť. Alii Herculē tradūt, nō ob negatū sibi a Laomedōte equoꝝ ꝑmiū aduersus troianos bellū gessisse. Sed ꝙ dū Hylā puerū a se dilectum per orbē anxius quæritaret. Troiano portu a Laomedonte ꝓhibitus fuit. Hylas Thyodamātis filius fuit, eximia pulchritudine adolescens, quē Hercules uehemēter amauit, & cū Argōautis nauigăs secū duxit. Sed cū Argonautæ in Mysiā uenissent. Hylā tradūt ad ꝓpiquū lacum, siue (ut alii uolūt) fontē aquādi gratia nolēte quidē, sed tamē præ amore nō ꝓhibēte Hercule, prexisse. & a Nympha ob pulchritudinē raptū. Quidā uero nō raptū a Nympha, sed cū urnā tenēs hauriēdi gratia inclinareť, in lacū decidisse affirmāt. Quā opinionē secutus uideť Iuuēalis. Et multū quæsitus Hylas urnāq; secutus. Hūc Hercules cū anxius aliquandiu expectasset, mox illo nō redeūte totā regionē quæritādo. & nomē hylæ frustra clamādo pagrauit. Vir. His adiūgit Hylā nautæ quo fonte relictum clamassent, ut littus hyla hyla omne sonaret. Hercules Laciniū prædonē extremā italiæ orā, quæ magna græcia diciť, rapinis, ac latrociniis infestantem occidit, & in promōtorio eius loci, cuius ante orā duæ insulæ sunt, quarū altera decē milibus passuū a terra distās Dioscoron, altera Calypsus, & ab Homero ogygia dicitur templū Iunoni ædificauit, quā laciniā a noīe occisi ꝑdonis uocauit. tēplumq; ipm, & promontoriū laciniū, id templū maxima in ueneratiōe habitū fuit, & locupletissimū extitit, ingentibusq;, ac frequētissimis donis refertū. Hercules (ut Homer⁹ testať) Iunonis papulā telo trisulco uulnerauit, qđ ab Eurystheo hāc deā omniū laboꝝ suoꝝ causam esse cognouerat. Trisculū telū dicitur trifidū, hoc est tres acies habens, & a tribus partib⁹ findēs. & Bisulcū aīal, quod nō solidas, sed fissas ungulas habet. Ply. Sues quibusdā in locis solidas habēt ungulas cornigera fere bisulca. & disulcus porcus cū in ceruice setas diuidit. Sulc⁹ eni ꝓprie uocať qcqd in lōgitudīe aculeatum est. Vir. Et linguis micat ore trisulcis. Hinc sulcare pro scindere est. & sulcus ipsa proscissio terræ, Vnde tertio. quarto. quinto sulco serere dicimus, idest ter. quater. qnquies arando. Ply. Quarto seri sulco, Virgilius existimať uoluisse, cū dixit, ipsa seges demū uotis respondet auari Agricolæ, bis quæ solē, bis frigora sentit, hoc est quæ bis per æstatē, bis per hyemē arať. Idem. Spissi⁹ solū, sicut plerūq; in italia quinto sulco seri melius est. Aliquādo sulcus pro fossa poniť quādo & ipsa quædā terræ ꝓscissio est. Vir. Ausim uel tenui uitē cōmittere sulco. Ab hoc fit sulcatim aduerbiū, qđ significat per sulcos. Pōponius. Gerens præterea sulcatim cōcisam faciē. Papillā pro māma usurpāt. Proprie aūt Papillæ māmaꝝ capitula sunt dictæ, ꝙ Papulaꝝ similes sint. Papula pustula ē. Ei⁹ duo genera. Altera ē in qua per minimas pustulas cutis exasperať, & rubet, leuiterq; rodit, tarde serpit, idq; uitiū maxīe rotūdū incipit, eadēq; rōne in orbē ꝓcedit. Altera aūt est, quā græci agriā, hoc est ferā appellāt, in qua similiter quidē, sed magis cutis exasperať, exulceraturq;, ac uehemētius erodiť & rubet. Interdū etiā pilos remittit, quæ minus rotunda est, difficilius senescit. Nisi sublata est, ī īpetiginē uertiť, sed leuis papula, etiā si ieiuna saliua quotidie defricať, senescit, maior cōmodissime murali herba tolliť. Papulæ sudorū oleo lētiscino curanť. Vir. Ardentes Papulæ, atq; īmundus olētia sudor Mēbra sequebať. Mirū ē Seruiū alioquin honoratū grāmaticū, quid papulæ sudoꝝ eēnt ignorasse. quippe papula Carbūculū interpretať, cū papulæ sudorū leuissima tubercula sint. Carbūculus uero pessimū uitium sit ex inflāmatiōe proueniens. Ex oībus enim quæ interius aliqua corpoꝝ parte nascunť non aliud carbunculo peius est. Eius hæ notæ sūt, Rubor est, superq; eum nō nimium pustulæ īminent maxime nigræ, īterdum subliuidæ, aut pallidæ, in iis sanies eē uideť, infra color niger ē, ipm corpus aridū, & durius ꝗ naturaliter appareat. Circaq; crusta est, eaq; inflāmatiōe cingiť, Neq; in eo loco leuari crusta pōt, sed inferiori carni ꝗsi affixa est. Carbunculus a cādēti carbone dictus est, ꝑp inflāmationē, quēadmodū. carbunculus gēma ꝑp colorē. Nā carbo notæ significationis. A quo & uiri cognomē deductum. Est ēt carbunculus uitiū in uitibus atq; arborib⁹, cum quodā ꝗsi uredinis carbone uuæ & fructus exurūtur. Solet id accidere uuis. iii. &. vi. idus Agusti, sub decretorio illo uuis sydere, qđ caniculā diximus appellari. unde carbunculare uuæ dicunť, & ipsa res carbunculatio uocitať. Nō est malum aliquod huic cōparādū, ñ grādines, nō procellæ, nec quæcūq; unꝗ annonæ intulere caritatē. Agrorū mala sunt illa, carbunculus late patentiū regionū, nec aliquod huic rei remediū est, præterꝗ doctrinæ, intelligēdo, scilicet qñ id malū futurū sit, & fructus prioris anni cōparādo, ac diligēter seruādo. Quod Democritū philosophū memorāt fecisse, qui cū ex rōne syderū futurā olei caritatē intellexisset, essetq; tūc oleū ꝑp spem oliuæ uilissimū, in toto tractu oleū parua pecunia coemit, cunctis admirantibus, ꝙ ei sciebāt paupertatē. & quietē doctrinarū in primis cordi esse, aīumq; ab omnī spe quæstus alienū. Sed postꝗ causa apparuit, & ingens diuitiaꝝ cursus, auidæ dominorū penitentiæ mercedē restituit, cōtētus ita probasse, opes cū sibi uellet, nō defuturas. Hoc idē Sestium postea Romanū Athenis fecisse cōpertū est. Sūt tamē qui tradāt tres cācros uiuos crema-

ri in arbustis debere, ut carbunculi nõ noceāt. Alii Siluri carnē leuiter uri, unde flat uētus, ut p totam uineā fumus dispergat. Varro scribit si fidiculæ occasu, qđ autumni initiū est, una picta cõsecret inter uites, minus nocere tēpestates. Papilla etiam tribus Romæ fuit, quæ a genitrice uocabulū traxit. A papilla fit expapillo uerbum, quod significat, usq; ad papillā denudo. Plau. idē connexum in humero læuo expapillato brachio, hoc est usq; ad māmā denudato. Hercules cœlū humeris sustinuit. Tradūt eñ cū Gigātes aduersus deos pugnarēt, deos oēs ī unā cœli partē concurrisse, tātumq; ponderis adiecisse, ut cœlum ruinā minari uideret. Quapropter Herculē cū Atlante cœlo humeros supposuisse. Alii Herculē affirmant fesso olim Atlante, & humerū mutare cupiente, tādiu cœlū sustinuisse, quoad ille humerū mutaret. Oui. Hac cœlū ceruice tuli. Atlas Iapeti filius fuit ex Climene (ut quidā putāt) ut alii ex Asia. Ply. Ex Libya genitum memorat. Hūc tradūt cū Perseus Iouis filius iussu Polydectis regis Seriphi, a quo fuerat educatus Medusam supasset, & cū eius capite reuerteret, hospitiū ei negasse, qđ oraculo mõitꝰ fuerat, unū e Iouis filiis se regno depulsuꝝ. Quapropter indignatū Perseum deiecto Gorgonis capite illū in montē sui nominis trāsmutasse, & hanc pœnā addidisse, ut in ꝑpetuū cœlū uertice sustineret. Quod iõ fictū ēst, quia Atlas mons est in mediis Africæ harēis situs satis dēse cõsurgit, uerum incisis undiq; rupibus præceps, ïuius, & quo magis exurgit, exilior. Quod ergo altius q̄ conspici potest, usq; ī nubila exsurgit, cœlū & sydera ñ modo tāgere uertice sed sustinere quoq; dictus est. Alii hūc asperū, squallētēq; eē scribunt, duntaxat q̄ uergit ad littora Oceani, qui ab eo Atlāticus dictus est, sed qua spectat Africā, opacū esse, nemorosūq;, & scaturientibꝰ undiq; fontibus irriguū, fructibus oīum generū spõte ita subnascētibus, ut nūq̄ satietas uoluptatis desit. Incolarū neminē īterdiu cerni, silere omnia solitudinū horrore, subire tacitā regionē, animos eorū qui propius accedūt, præterq; stuporem elati super nubila, atq; in uicia lunaris circuli, eundē noctibus micare crebris ignibus ægipanū, satyrorūq; lasciuia, impleri tibiarum, ac fistulæ cātu tympanorūq;, & cymbalorū sonitu strepere. Sueto. Paulinus, q primus Romanorū ducū aliquot milliū spatio Atlantē trāsgressus est, de excelsitate quidē eiꝰ ea quæ cæteri, prodidit, sed imas radices densis, altisq; repletas siluis incognito genere arborū, proceritatē enodi nitore spectabilē, frõdes cuꝑssi similes, tenui obductas lanugine, qbus addita arte uestes bõbicinis similes posse cõfici. Verticē altis ēt æstate opiri niuibus. Decimis se eo peruenisse castris, & ultra ad fluuiū, qui nigris uocat, per solitudines nigri pulueris eminētibus īterdū uelut exustis cautibus, loca ēt hyeme ꝓpter feruorē inhabitabilia. Qui ꝓximos colūt saltꝰ refertos Elephantorū, ferarumq;, & serpentum omni genere canarios appellari. quod uictus eius aīalis iis ꝓmiscuus sit, & uiscera ferarū diuidua. Sūt alii quoq; in æthiopia canarii, quorū urbs Cynopolis, hoc est canū ciuitas dicit, in qua Anubis colit, & honor, & sacer quidā cibꝰ canibus est cõstitutus. Ab hac Cynopolitana ꝑfectura appellata est, a canis noīe, & cynomyia dicta, quasi canina musca, quæ eius aīalis lancinat aures. & cynocephalus aīal ex simiarum genere humanā speciē deferēs ꝑterq̄ in capite, quod caninū habet. Est in partibus æthiopiæ uiolētus ad saltū. & cynocephalea, herba canino capiti similis, quæ ab ægyptiis osirites dicitur. Tradūt, siquis eā totā eruat hūc statī mori, & cynoglossa alia herba uulgo nota, quæ Lingua canina a nřis uocat. & cynosura, quasi canis cauda sydus, de quo supius diximus e nutrice Iouis factum ex nymphis idæis, a qua & portus ibi, & agri magna pars nomē sūpsit. & Procyon aliud sydus qđ ante maiorē canē oriat, ita appellatū. Hic in lacteo circulo defixis pedibus eqnoctialē circulū tāgit, spectat occasum, ut inter geminos, & cācrū cõstitutus, occidit exortu capricorni exorit cū leone, cõstat tribꝰ in totū stellis. Cice. Anticanē, Procyon grato, q noīe fert. & cynici philosophi, quoꝝ mētionē alibi fecimus, uel ob uitæ austeritatē, uel quia mordaces eēnt ita dicti, quorū princeps fuit Antisthenes Atheniēsis. & cynorhodus siluestris rosa, de qua latius inferius dicemus. & cynosorchis, quasi caninus testis, herba, quæ & orchis, & cynosarcõia dicitur, foliis oleæ mollibꝰ tetnis, paruisq; semipedalis lõgitudinis in terra stratis, radice bulbosa, oblõga. duplici ordine, supiore quæ durior est, & inferiore, quæ mollior. Edūtur ut Bulbi cocti in uineis sorte inuenti. Ex iis radicibꝰ si maiorē edāt uiri, mares generari dicunt fœminæ alteꝝ sexū. in Thessalia molliorē in lacte caprino uiri bibūt ad stimulādos coitꝰ, duriorem uero ad īhibēdos, ita alter alteri aduersat. Sed ut ad ꝓpositum reuertamur. monti iunctā huic æthiopū gētē cõstat. quos Perorros uocāt. Sūt ēt qui tradant gigni in Atlāte herbā Euphorbiā noīe, quā prius rex Iuba īuenit. & ab Euphorbii medici noīe Euphorbiā appellauit. Hic frater fuit Antonii musæ medici sui, qui diuū Augustū in graui ægritudīe lactuca cõseruauit, cū prior ei fuisset esca ex melle. Sueto. Graues & ꝑiculosas ægritudines per oēm uitā aliquot expertus est Augustus, præcipue Cātabria domita, cū ēt distillationibꝰ iecinore uitiato ad desperationē redactus, cõtrariā & ancipitē rationē medēdi necessario subiit, quia calida fomēta nõ ꝓderāt frigidis curari coactus, autore Antonio musa. Iidē fratres īstituere a balneis multa frigida corpora astrīgi, cū antea nõ nisi calida lauari solerēt. Euphorbiū acātina folia hēt. Tāta ei

uis ē, ut excisæ cōto e longinquo succ⁹ excipiat̄. Suscipit̄ expēso utriculo hædino, hūor lactis uř effluere, siccat̄, & thuris effigiē habet. Qui colligūt clari⁹ uidēt. Cōtra serpētes medet̄, e quacūq; pte pcussa inciso uertice, & addito medicamēto. ibi Getuli, q legūt, hedio lacte adulterāt, sed discernit̄ igni, qđ enī sincerū nō ē, fastidiosū odorē hēt. Duo mōtes in Mauritāia fuisse scribūt Atlātes dicti, alter colūnis Herculis uicinior alter ī iteriora Libyæ remotior, de quo diximu⁹, quē icolæ cœli colūnā noiant. & ab Atlāte rege in eū cōuerso Atlātē putāt uocatū, cū añ Diris diceret̄. Vir. Atlātis, cinctū assidue cui nubib⁹ atris, Pinifeꝝq; caput & uēto pulsat̄, & ībri. Nix hūeros infusa tegit, tum flumina mēto, pcipitat senis, & glacie riget horrida barba. Atlas quoq; flumē ē a sūmo mōtis Aemi uersus Septētrionē ī istrū fluens quē ab Atlāte Archadiæ rege cognomiatū nōnulli putāt. Tres enī Atlātes fuisse memorāt̄. Vn⁹ rex italiæ, & pr̄ Electræ uxoris Coriti. Alter rex Archadiæ, & pr̄ Maiæ ex q̃ nat⁹ ē Mercuri⁹. Terti⁹ Maur⁹, q dict⁹ ē maxim⁹. Ab Atlāte atlātides patronymicū nomē deducit̄, & licētia poetica atlātiades. & atlātes populi. & atlāticū mare, de quo supra dixim⁹. Atlātes degeneres hūani ritus eē ferūt̄. Nā neq; nominū ulloꝝ īter eos appellatio ē, & solā oriētē occidētēq; dira īprecatōe cōtuēt̄, tāq̃ ipis, agrisq; suis exitialē, neq; ī sōnia uisūt q̃lia reliq mortales. Sed qm̄ Medusæ, & Gorgonis mētionē fecim⁹, opæpțiū ē, ut đ iis quoq; aliqd dicam⁹. Phorc⁹ Thoseæ nymphæ. & Neptūi fili⁹ fuit, & (ut Varro scribit) rex Corsicæ & Sardiniæ, q inito olim cū Atlāte nauali plio uictus, & ī mare submersus ē, ac marin⁹ de⁹ effect⁹. Vir. Tritōesq; citi, Phorciq; exercit⁹ oīs. Huic q̃tuor filiæ fuerūt. Scylla. Medusa. Stenio. & Euryale. Scyllam ex Crætarea nympha genuit, reliq̃s ex ceto maris belua. Scylla mira pulchritudīe fuisse dr̄, & a glauco maris deo uehemēter amata. Glauc⁹ piscator fuit, q cū aliqñ in uiridi prato mari cōtiguo retia ad solē extēdisset, & pisces quos ea nocte cepat forte recēseret, uidit illos qprimū tacto gramine palpitare, mox mouere lat⁹, & pinde niti, ac si in equore eēnt, qđ dū mirat̄, oīs piscium multitudo subito se mersit in mare. Obstupuit Glauc⁹, dūq; cām eius rei mēte agitat, dubi⁹ nutu ne alicui⁹ dei, an gustu herbaꝝ q̃s nullū unq̃ aīal attigerat, id actū eēt, decerpere manu gramē cœpit paulatimq; gustare. Quo facto mēte stati alienat⁹ alteri⁹ uitæ desiderio sese in mare piecit, sed miseratiōe deoꝝ maris, ī regni cōsortiū assūpt⁹, extrema pte corporis in piscis caudā mutata, barbæ naturali colore in uiridē. Reliq corporis in ceruleū, q & glauc⁹ color dr̄. Fuit & ali⁹ Glaucus, q prim⁹ ferri cōsolidaturā īuēit. Cui⁹ patria, alius ex Potnia urbe. Itē ali⁹ Hippolichi fili⁹, a quo Ioues nati sūt reges. Cū igit̄ scylla glaucū spneret, & ecōtrario Circe mirū in modū illū depiret, suasisse Glauco Circe dr̄ ut spnentē se Scyllā missam faceret, sibiq; ī amore rñderet. Sed cū remouere eū a Scyllæ amore nō posset, ifecisse aq̃s ueneficiis, qb⁹ lauari Scylla cōsueuerat, is loc⁹ erat in freto siculo paruus gurges ueluti in arcū sinuat⁹, id faciēte saxo, qđ a zācle propiquo Siciliæ oppido Zāclæū dicebat̄. Zancle Pelopōnesi oppidū fuit uariis tpib⁹ claꝝ ī regiōe Messēia, ī q̃ ipsa Messene. Messenii āt ī sicilia urbē cōdiderūt in Pelori sinu ubi ad oriētē maxie flectit̄, quā e suo noie dixerūt Messanā. Nam pri⁹ id quoq; oppidū Zācle dicebat̄ a loci curuitate. Curua.n. Zāclia uocāt, eratq; Naxioꝝ op⁹, q sūt iuxta Catanā. Postea cū Mamertini natio cāpana eo colonos misissent, ipi quoq; Mamertini poti⁹ q̃ Messanēses sūt uocati, & cū ager eoꝝ uini feracissimū sit, Mamertinū uinū nō Messanēse appellatū est. Martia. Amphora nestorea tibi mamertina senecta, Si det̄ qđuis nomē habere pt. A Messana qđē Messalā dictū putāt, ppriū uiri nomē, q Messanā Siciliæ urbē ui ceperit. Ab eo Messalina nomē mulieris. Hæc barbati Messalæ cōsobrini Claudii Cæsaris filia fuit, quā cū Claudi⁹ in matrimoniū excepisset, nec diu post compisset sup cætera flagitia, atq; dedecora. C. Silio ēt nupsisse dote inter auspices cōsignata, supplicio affecit. Hæc libidinosissima fuit, & sæpe mutata ueste lupanaria celebrauit, qn ēt cū scorto famoso aliqñ certauit, & supatā a se meretricē gloriata ē, inter diē & noctē q̃nq; & uiginti passa concubit⁹ affirmauit, pterea sese labore potius fessam q̃ cōcubitu satiatā destitisse. Iuuena Et lassata uiris, nōdū satiata recessit. Eo igit̄ cū scylla sese ab æstu īcepisset, usq; ad mediā aluū submersa aiaduertit ueluti canes unguibus suis admotas, fœdo latratu oīa cōplectēs, & primo quidem separata eē hæc mōstra a suo corpore existimauit. Mox uero cū ab iis fugere conaret̄, intellexit uētrē quidē, & superiores partes sibi uirginis remāsisse, reliquū uero corpus in fœdissimos canū rictus eē mutatū. Coluisse itaq; hūc locū dicit̄. Circe semp infensam, qđ in sociis Vlyssis ostēdit & pro uirgine mōstrū fuisse. Oui. Altera scylla maris mōstrum medicamine circes, pube præmit rapidos, inguinibusq; canes. Virgili⁹ aliter eā descripsit. Pria hoīs facies, & pulchro pectore uirgo Pubeten⁹. Postrema immani corpore pristis, Delphinū caudas utero cōmissa lupoꝝ Vbi obiter dicēdū pristim aliquando nauim eē oblongā, a forma pristiū marinaꝝ ita appellatā, quæ longissimi corpis sūt, atq; angusti. idē. Velocē Menesteus agit acri rēmige Pristim. Lōgissimi uero corpis esse Pristes declarat Plynius, qui ī mari indico balenas quaternū iugeꝝ reperiri scribit. Pristes ducenū cubitorū. Hæc ita appellatæ sunt a sectione undaꝝ. Scidūt enī mirū in modū fluct⁹ pter tenuitatē. Græci aūt πρίσιν sectionē. πρίστην sectorē nomināt, ex quo

græcos γόνυ genu uocaẗ. Eſt.n. ſupra draconẽ colocatus ſiniſtra manu pellẽ leonis, dextraclauã tenẽs, quaſi eũ coneẗ interficere. draco caput hẽt erectũ, hercules dextro genu ſiniſtro pede capitis eius dexterã ptẽ nitiẗ opprimere, dextra manu ſublata, q̃ſi feriturus, ſiniſtra ꝓiecta cum pelle leonis, ut q̃ maxime dimicans uideaẗ. Aeſchilus tñ in tragœdia, quæ Prometheus inſcribiẗ, nõ Herculẽ cũ dracone pugnantẽ hunc eſſe ſcribit, ſed cũ liguribus dimicãtẽ. Quippe eo tpe cũ tela ei defeciſſent, diuerſis uulneribus affectũ, ingeniculaſſe ſeſe & Iouẽ, quẽadmodum ſupra dixim⁹ oraſſe, ut ſibi aſſiſteret, quo facto magnũ lapidũ ĩbrẽ ſtatim pluuiſſe, qbus hoſtes ſunt fugati. itaq; iouẽ ſimilitudinẽ pugnãtis ĩter ſydera cõſtituiſſe. Quod ẽt ſenſiſſe uideẗ Aratus. Dextro nãq; genu nixus, diuerſaq; tendẽs brachia, ſuppliciter paſſis ad numina palmis ſerpentis capiti figit ueſtigia ſæua. poſitus ẽ ĩter duos circulos arcticũ, & æſtiuũ, dextro genu arcticũ circulũ finiẽs, ſiniſtro caput draconis opprimere conatus, humeris ueluti æſtiuũ circulũ ſuſtinẽs, occidens capite prius q̃ reliquo corpore ad terrã deuenit, & cũ totus occidit q̃ſi pendere pedibus ex arctico circulo uideẗ, exoriẽs ãt pedes prius q̃ reliquũ corpus oſtendit. hẽt in capite ſtellã unã. in ſiniſtro brachio unã. in utroq; humero ſingulas clare lucẽtes. ĩ manu ſiniſtra unã. in dextro cubito unã. in utroq; latere ſingulas. ſed clariorẽ ĩ ſiniſtro. in dextro femore duas. in pede unã q̃ dr̃ clara. in ſiniſtra manu qnq;, q̃s nõnulli pellẽ leonis appellãt. Quidã ẽt ſtellã herculis eã uocãt, q̃ Martis ſtella dr̃. Tyrii deũ Herculẽ religioſiſſime colũt, ſed & oĩs ægyptus auguſtiſſima eũ religiõe ueneraẗ, ꝑpetuo fuiſſe aſſeuerãtes, & ſane alii quoq; añ eũ, ut qdã putant & poſt eũ Hercules fuere. Var. tres & quadraginta Hercules noĩat. Verũtamen oẽs, q robore, ac fortitudine p̃ſtiterũ hoc noĩe ab Hercule alcmene filio appellatos fuiſſe affirmat. poetæ eũ ob corporis ꝓceritatẽ poliphagũ, hoc eſt multi cibi, & multibibũ, hoc ẽ multi potus fuiſſe aſſerũt. Vnde ortũ eſt ꝓuerbiũ ἡρακλῆς ξενίζεται, hoc eſt hoſpes eſt Hercules, quotiẽs tarditatẽ alicui⁹ ſignificare uolumus. Quod ii q Herculẽ hoſpicio ſuſcipiebãt, tarde e cõuiuio ſurgere cogebãtur. Hinc eũ, cũ adhuc infans eſſet, ob nimiã auiditatẽ multitudinẽ lactis appetiſſe cõmemorãt nec cõtinere in ore potuiſſe, quã ob rẽ ex ore ꝓfuſum circulũ in cœlo deſignaſſe, candido colore, quẽ lacteũ uocãt. Alii tradiderũt dormienti Iunoni ſuppoſitũ herculẽ fuiſſe, & illã inſciam lac infanti p̃buiſſe, ſed cũ expgefacta rẽ cognouiſſet, reieciſſe eũ a ſe, & ita profuſi lactis ſpendorem ĩter ſydera apparuiſſe, ſunt tñ, q hoc nõ cũ hercule: Sed cũ mercurio Maiæ filio factũ uelĩt. Alii dicunt quo tpe ops Saturno lapidẽ ꝓ partu obtulit, iuſſiſſe ſaturnũ lac ei p̃bere, q̃ cũ ubera p̃ſſiſſet, ꝓfuſo lacte hũc circulũ eſſe ſignatũ. Nos ideo lacteũ appellatũ hũc circulũ exiſtimam⁹ qđ eius defluuio uelut ex ubere aliquo ſata cũcta lacteſcant. Hercules nodũ inuenit inexplicabilẽ, cuius nec initiũ nec finis agnoſciẗ, & ab eo herculanus nodus appellaẗ q̃lẽ eſſe in caduceo ſuperius oſtendimus. Ab hercule herculeus deduciẗ, qđ mõ poſſeſſiui noĩs ſignificationẽ retinet, mõ ꝓ forti, & robuſto accipiẗ, ut herculeus hõ. herculea uis. mõ ꝓ magno & ĩmẽſo, ut herculeũ opus. & herculea ſolicitudo. Herculeus ẽt morbus dr̃ comitialis, ꝙ hercules eũ morbũ paſſus ſit. Vnde & ſacer ẽ appellatus, & maior morbus pp grauitatem, qm̃ hõ ſubito concidit, & ſpumæ orẽ moueñ, morbuſq; ipſe aut recens cõſumit, aut durat uſq; ad ultimũ uitæ diẽ. & lunaticus, ꝙ eũ, q interlunio natus eſt, hũc morbũ fere pati cõpertũ eſt. Comitialis ãt iccirco ẽ dictus, qđ hoc morbo laborãtes in comitiis maxĩe detegi ſolebãt, interrũpebanturq; comitia quo die aliquis cõcidiſſet Serenus. eſt ſubiti ſpẽs morbi, cui nomen ab illo. Quod fieri nobis ſuffragia iuſta recuſet. Sæpe etenim mẽbris atro lãguore caducis Cõciliũ populi labes horrenda diremit. ipſe deus memorat dubiæ p tpa lunæ. Cõceptũ, talis quẽ ſæpe ruina profudit. erãt ãt comitia cõuentus populi a ſimul itãdo ita appellata. Differtq; comitiũ a cõcilio, ꝙ comitia ſunt, cũ uniuerſus populus cõuenit. Cõciliũ, cũ populi pars aliqua adeſſe uideẗ. hinc calata comitia uocabanẗ q̃ ꝓ collegio põtificũ hr̃i ſolebãt, aut regis, aut flaminũ in augurandoꝝ cã. Ex iiſq; alia curiata erãt, alia cẽturiata. curiata p lictorẽ curiarũ ꝓcalari, hoc ẽ cõuocari ſolebant. cẽturiata p cornicinẽ. Itẽ curiata cũ ex cenſu, & ætate. Centuriata cũ ex regionibus, & locis cõſtabãt. Itẽ comitia loca ipſa dicebanẗ, in qbus ſtãs populus Romanus ſuffragia ferre cõſueuerat, hæc & ſepta uocabanẗ. in cãpo martio ĩcluſa tabulatis ad ſimilitudinẽ ouiliũ. Vñ & ſepta aliquãdo ꝓ ouilibus ponũẗ. Vir. Quãuis multa meis exiret uictĩa ſeptis. & ouilia ꝓ ſeptis. Luca. Et miſeræ maculauit ouilia Romæ. Septa ẽt uocitata, q̃ ad incile opponunẗ, ut ſupra diximus. A ſepiendo autẽ ſepta dicta. Sepire tenere eſt, & impedire. A ſepia notiſſimo piſce deductum, quæ emiſſo cruore atro occultat iter, atq; ĩpedit, quãuis ſepia ſit ẽt ſcopulus iuxta Athenienſiũ littus (ut Herodotus ſcribit) a ſepio fit ſepes, quæ obiecta introitũ ꝓhibet. & cõſeptus, qđ ueteres ẽt cõſiptus dixere. & circũſeptus notæ ſignificatiõis, & præſepe de quo ſupra diximus. & ſepelio. a quo ſepult⁹. ſepulchrũ. ſepultura, de qbus ĩferi⁹ dicem⁹. Itẽ ſæpe aduerbiũ, qđ ſignificat frequenter, ꝙ q̃ frequentia ſunt quodãmõ ſepẽ facere uideanẗ, ſcribiturq; p diphthõgũ, ut a ſepe ablatiuo differat. Ab eo fit ſæpius. & ſæpiſſime. Item ſæpenumero, & perſæpe. Item ſpiſſum a ſepium denſitate. Spiſſum enim proprie denſum ſignificat. Cicero. & ſi principia tarda ſunt,

exitus tamen ipsi spissi,& producti esse debent.Hinc spissitas.& spissitudo pro dẽsitate. & spisse aduerbium dense.& spisso uerbũ dẽso.A quo fit cõpositũ inspisso. Aliquãdo per antiphrasin spissũ pro tardo accipit.Vnde perspisso aduerbiũ,qđ significat tarde.Plau.Quia qđ bene promittũt aruspices,ꝑspisso euenit.id qđ mali ꝓmittũt præsentaneũ est.itẽ a sepio præsepio,hoc est sepẽ ante facio,& circũsepio,hoc est facta sepe circũdo.& ĩtersepio.claudo.iter ĩpedio.Quintilia.His textis ne uniuersi mellis effluat pondus,intersepta onera claudunt,hoc est circũsepta uel qua effluere mella poterãt septa.A comitio comitiales dies appellati sũt fasti,in quibꝰ conuenire populus romanus solebat ad suffragiũ ferendũ.itẽ comitiales hoĩes a morbo Comitiali dicti,qui eodẽ morbo laborãt.Ply.Fel testudinũ naribus illitũ cõitiales erigit,attollitq;.Ab eo fit comitialiter aduerbium.idẽ.Folia heliotropii contractionibus medẽt,ẽt si id comitialiter accidat,hoc est ẽt si cõtractiões fiãt ex morbo comitiali.Cõtrahunt eñi nerui hoc morbo,ꝓp qđ græci Epilepsian uocãt.hoc est correptionẽ.& epileptici dicunt,qui eũ morbũ patiunt.Hippocrates τὴν συνουσίαν εἶναι μικρὰν ἐπιληψίαν,hoc est coitũ esse breuem epilepsiã.i.comitialẽ morbũ.Correptũ hoc morbo bis fuisse in rebꝰ agẽdis Iuliũ Cæsarẽ tradũt,multos ꝑterea magnos,& ingenio,& reꝝ gestaꝝ gloria excellẽtes uiros eodẽ laborasse. Cuius rei cãm Aristoteles longissimo ꝓblemate conat iuestigare.Sanari uero hũc morbũ existimãt,iugulati hominis calido sanguĩe epoto ita sæpe misera auxilia tolerabilia faciũt miseriora mala.item ab Hercules Herculides fit pñonymicũ nomẽ.& græca uoce heraclides,& heraclius. Heraclides ẽt ꝓpriũ nomẽ est.Quatuordecĩ eñi Heraclidæ noĩant ĩgenio,ac doctrina ĩsignes fuisse.Primus Heracleotes ex põto Euryphonis filius uir diues,q̃ Athenas ꝓfectus Speusippũ audiuit,& Platonẽ imitari conatꝰ ẽ,utebat molliori ueste,adeoq; elatꝰ ĩcedebat,ut Attici pro põtico põpicũ noĩarẽt,scripsit Dialogos plures,& tragœdias,patriã eiecto,atq; occiso tyrãno liberauit.draconẽ lõgo tpe nutriuit,moriturusq; cuidã e necessariis suis mãdauit ut corpꝰ occuleret,draconẽq; supra lectũ poneret,quo eũ putarẽt ad deos migrasse.Secũdus Heraclides huiꝰ cõciuis fuit,q̃ pythicas nugas cõscripsit.Tertius Cumanus,q̃ libros ædidit de arte rhetorica. Quartꝰ Alexãdrinꝰ persicaꝝ reꝝ scriptor.Quintꝰ Barzileites dialecticus,q̃ aduersus Epicicrũ scripsit.Sextus medicus Tarẽtinus .Septimꝰ poeta.Octauus sculptor phocẽsis. Nonꝰ epigrãmatum scriptor argutus.Decimus Magnesius,q̃ mithridatica scripsit. Vndecimꝰ Alexãdrinꝰ grãmaticus.Duodecimus Ephesiꝰ rhetor.Tertiusdecimus Astrologus.Quartusdecimus Bizantius,q̃ philosophiã corinti docuit.itẽ ab hercules heracleon herba,quæ & timalos a boetiis uocatur & nymphea,& ropalõ.nascit in aquosis,foliis magnis,& in sũma aq̃,& aliis ex radice ꝓdeuntibus,flore lilio simili,& cũ defluerit capiti papaueris.Laudatissima in orchomeno & Marathone Boetiæ nascit.Tradũt hãc ex deianiræ sanguine ꝓcreatã.Nã cũ deiãira ob Zelotypiã erga Herculẽ,cẽtauri uestẽ ei misisset,cuiꝰ ui pestifera in furorẽ actus Hercules sese in rogum deiecit doloris impatiẽtia ꝑcita Deianira sese illiꝰ claua ĩterfecit,quã græci ῥόπαλον uocãt.Ex eiꝰ sanguĩe mox nata ẽ herba,quã diximꝰ,radice clauæ simili,itaq; a nympha nymphea appellata est ab Hercule,erga quẽ Zelotypia exarserat.heracleõ,a claua quam græci rhopalon uocãt, rhopalon ẽ appellata,ideo eos,qui succũ eiꝰ bibũt,duodecĩ diebꝰ coitu gẽituraq; priuari affirmãt.Fructũ huiꝰ herbæ boetii madona uocãt,& radicẽ sole siccãt,q̃ geniturã ꝑ q̃etẽ exeũtem,& alui fluxũ reprimunt. Gale.ἐπέχει γὰρ τὰ τῆς γαστρὸς ῥεύματα καὶ σπέρματα κατὰ τοὺς ὀνειρωγμούς.ẽ & alia herba quæ heracleon syderion dr.& ipsum ab hercule iuẽtũ caule tenui digitoꝝ q̃tuor altitudine. flore puniceo.foliis coriandri.iuxta amnes.& lacus nascens, & oĩa uulnera ferro illata efficacissime sanans.Itẽ heracleon aliud ab eodẽ inuẽtũ tradunt,qđ origanũ heracleoticũ siluestre nũcupari diximus.qm̃ est origão nõ dissimile,estq; e panacis genere, de qua supius disseruimus.Apollinaris quoq; inuẽta ab hercule memorat,quæ apud Arabas altercũ siue altercagenũ,apud græcos hyoscyamos,hoc est faba porcina appellat. plura eius genera. Vnũ nigro semine,foliis pene purpureis.spinosũ.uulgare.candidius.& fruticosiꝰ,altius papauere.Tertii semen Cotoneis fere simile,oĩa insaniã gignũt,& capitis uertigĩes .Quartũ genꝰ molle,lanuginosũ,pinguius cæteris,candidi seminis,ĩ maritimis nascẽs hoc recepe medici. Vsus seminis & per se,& succo exꝑsso.Cõstat etiã foliis mentẽ corrũpi si plura q̃ q̃tuor bibant fit & ex semĩe oleũ,qđ & ipm auribus ĩfusũ territat mẽtẽm.mirifice tamẽ cõtra uenenũ ꝓdest,adeo cõstat etiã uenena prodesse.itẽ ab hercules hercule,& hercle.& mehercules .& mehercule iurandi aduerbia.Solebãt autẽ uiri soli per herculẽ iurare,nec unq̃ per castorem,econtrario uero mulieres per castorem iurabant. per herculẽ autẽ deierare eis non licebat,cuius rei ratio erat,ꝙ herculano quoq; sacrificio abstinebant mulieres.quoniã cũ hercules boues geryonis per agros italiæ duceret,sitiẽti aliq̃do,& aquã a q̃dã muliere petẽti. Respõsum est,se aquã nõ posse ꝑstare,qđ fœmiaꝝ deæ,quã græci θεὸν γυναικείαν uocãt,celebraret dies,nec ex eo apparatu uiros gustare fas eẽt.propter qđ facturus hercules sacrificium,detestatus est præsentiam fœmiaꝝ,& potitio ac pinario sacroꝝ custodibꝰ iussit,ne unq̃ mulierẽ ĩteresse ꝑmitterẽt.Nusq̃

igiť inuenire eſt apud ꝓbos ſcriptores, aut mehercules fœminā dicere, aut Mecaſtor uirū. Aedepol autē, qď iuſiurandū per Pollucē eſt, & uiro, & fœmīæ cōe fuit. Quāuis. M. Var. affirmet antiquiſſimos uiros, neq; per caſtorē, neq; per pollucē deierare ſolitos, ſed id iuſiurandū fuiſſe tm̄ fœmiaꝝ, paulatim tñ inſcitia antiqtatis iurare uiros per pollucē cœpiſſe. Quidā Aedepol dictū uolūt q̄ſi ꝑ ædē pollucis. itē pol. & perpol. & ſimiliter caſtor. & mecaſtor. & perecaſtor. q̄ſi per ædē Caſtoris. Cām cur uiri per Caſtorē, & pollucē nō iurēt, ſed tātū fœminæ, hāc qdā eſſe affirmāt, ꝙ helenes ſororis ſuæ gr̄a id fecerint, qđ uix frater pro fratre feciſſet, merito igiť mulieres eoꝝ teſtimoniū īplorare uiſæ ſūt, qui in genus ſuū ſeſe tam ꝓpitios exhibuiſſēt. illud quoq; in ſacris Hercnlis obſeruatū ē, ut nō cubādo, ſed ſedēdo epularenť. Corneli⁹ Balb⁹ apď arā maximā obſeruatū, ne lectiſterniū fiat. Cuſtodiť in eodē loco, ut oēs opto capite ſacra faciant, qď fit ne qs in æde dei habitū eius imiteť. Nā ipſe ī opto capite eſt. Fuerūt aūt Romæ ædes duæ Victoris Herculis, una ad portā Trigeminā. Altera in foro Boario. Var. ideo uictorē herculē putat cognominatū, ꝙ oē genus aīaliū uicerit. Alii tradūt. M. Octauiū herrenū pria adoleſcētia tibicinē fuiſſe. Poſtea uero arti ſuæ diffiſum īſtituiſſe mercaturā. & re bñ geſta decimā Herculi ꝓſoluiſſe. Poſtea cū nauigās hoc idē ageret, a p̄donib⁹ circūuentū fortiſſime repugnaſſe uictorēq; receſſiſſe. Apparuiſſe ei in ſōnis Herculē, & ſua opa ſeruatū docuiſſe. Proinde Octauiū īpetrato a magr̄atib⁹ loco ædē ei, & ſignū ſacraſſe, uictorēq; īciſis lr̄is appellaſſe, dediſſeq; ei epithetō, quo ſimul, & ueteꝝ uictoriaꝝ, & nouæ memoria cōtineť. Quidā ēt Heraclitū ab Hercule deductū opinanť. Fuit Epheſius philoſophus eliſonis, ſiue (ut alii dicūt) Heratiōis fili⁹ aīo nimis elatus, & oēs cōtēnēs. Homerū dignū dicebat, qui de certaminibus eiiceret, & colaphis cederet, Nullūq; p̄ceptorē habuiſſe ſeſe, ſed ꝑ ſe oīa didiciſſe gloriabať. Scripſit de repu. & iis, quæ ad deos ꝑtinēt. Librūq; ī tēplo Dianæ repoſuit, obſcure ſcriptū, ut ſoli docti poſſēt ītelligere, ne ſi in uulgi noticiā deueniret, cōtēptui habereť. Accedere ad Dariū Perſaꝝ regem benigne eū īuitantē noluit, uerū ī mōtana ſeceſſit, ubi herbas tantū depaſcēs, incidit in morbū aquæ inter cutis, ꝓpter qđ in urbē aliquādo reuerſus ſciſcitabať medicos per enigmata, an poſſet ex ībre ſiccitatē facere, qbus minime ītelligētibus præſepe īgreſſus Bubulo fimo ſe obruit, ratus ſe eo calore ſiccare humorē poſſe Sic annū ætatis ſuæ ſexageſimū agēs, interiit. Fuerūt & alii q̄tuor Heracliti. Prim⁹ poeta Lyricus. Secūdus Halicarnaſeus ſūmæ uir elegantiæ. Tertius Leſbius, qui macedonū ſcripſit hiſtoriā. Quartus uir ridiculus. Heracleæ quoq; quinq; fuiſſe leguntť præ cæteris īſignes, una in radicibus Oetæ mōtis, in plano ſita, quā Aſaris flumē abluit. Alia in ꝓpōtide quæ pri⁹ Perinthus uocabať, in qua Amphitheatrū fuit, unū e ſeptē ſpectaculis orbis terraꝝ. Tertia in Ponto Boetioꝝ Colonia. Quarta de qua ſupra dixim⁹. iuxta hoſtia Rhodani. Quīta ī Cāpania italiæ, q̄ & Herculaneū dicta eſt, īcūbens mari iuxta Pōpeios, & ꝓmōtoriū habēs mirū in modū uētis affiatum, quos uocant Eteſias, ꝑꝑ qď ſaluberrimū ibi eē aerē cōſtat, hanc urbē tenuere Oſci, ſicut Pōpeios, quos Sarnus amnis abluit. Poſtmodū thuſci, & pelaſgi, deīde Sānites, eratq; nolæ, & nuceriæ emporiū, nō lōge a mōte Veſuuio, q amœniſſimis agris īcoliť, excepto cacumine, id magna ex ꝑte planiciē hēt, ſed infructuoſū ē, & cinere ſcātēs cauernoſa præ ſe ferēs antra plena aduſtis lapidib⁹, ut facilis cōiectura ſit, ea loca quōdā arſiſſe, ſed defeciſſe flāmas ceſſante materia. Duo p̄terea in italia portus ab Hercule nomen ſortiti ſunt. Alter in brutiis iuxta hipponem locrorū oppidum, qď poſtea obtinuere Romani & mutato noīe Vibonē Valētiā appellauere. Ad hūc locū Proſerpinā e Sicilia ad legēdos flores ueniſſe exiſtimāt, quoniā amœniſſima regio eſt, & floridiſſima prata. hīc apud mr̄onas cōſuetudo inualuit, ut collectis ex floribus coronas texant. quoniā dieb⁹ feſtis emptas geſtare, uitio dať. Alter in Liguriæ finibus, ac Thuſciæ, qui dr̄ port⁹ Herculis Monoeci, nō lōge a populo uia ſinus eſt, ī quo tumulus ſublimis. ubi ædificatū eſt oppidū, ſub quo port⁹ Herculis Monœci, ſiue portus Monœcius. hēt enī tēplū Herculis cognomento Monœci, qm̄ is in eo habitet ſolus, eſt qppe ſtatio q̄dā nō multaꝝ, nec magnarū nauiū capax. Fecit Polyclet⁹ Sicyoni⁹ Ageladis diſcipulus nobiliſſimus artifex Herculē, qui Romā trāſlatus fuit. anthæū a terra ſuſtinētē, & Myrō Eleutris nat⁹ alter Ageladis diſcipulus Herculē alterū, qui ob nobilitatē opis apud Cyrcū maximū in æde Pōpeii magni collocat⁹ fuit, & Eurycrates Lyſippi Sicyonii filius Herculē Delphis, oēs ex ære. At Zeuſis heracleotes Herculē infantē pinxit dracōes ſtrangulantē Alcmena mr̄e corā pauente, & Amphytrione admirāte, hic nobiliſſimus pictor fuit cū quo cū Parrhaſius alter excellēs pictor in certamē deſcēdiſſet, detulit uuas pictas tāto ſucceſſu, ut ī Scenā aues aduolarīt. At Parrhaſius lītheū pictū tradiť detuliſſe, ita ueritate rep̄ſentata, ut Zeuſis alitū iudicio tumēs flagitarit, remoto tandē linteo picturā oñdi, intellectoq; errore palmam cōceſſerit īgenuo pudore, qm̄ ipſe aues fefelliſſet. Parrhaſius aūt ſe artificē. Pinxit & Parrhaſi⁹ Herculē in tabella, quæ cū Rhodi eēt, ter fulmine ambuſta, nec unq̄ oblitterata, hoc īp̄o miraculū auxit. itē Vlyſſes nobiliſſim⁹ pictor, q ſe Abrodietū, qď græce ſignificat delicatū, atq; elegātē cognoīauit, Herculē Lyndi fecit, talē a ſe hunc pictū aſſeuerās, q̄lē ſæpe in quiete uidiſſet

Apelles quoq; qui pictura oẽs ſupauit, Herculẽ auerſum pinxit, qui Romæ in Antoniæ tẽplo uiſus eſt, cuius faciẽ oſtẽdere poti⁹ars q̃ ꝓmittere uidebaᷣ. itẽ Artemõ Herculẽ pinxit cũ Deianira laſciuiẽtẽ, & alterũ Herculẽ, ab oeta mõte exuta mortalitate cõſenſu deoꝝ ĩ cœlum euntẽ itẽ Laomedõtis circa Herculẽ & Neptunũ hiſtoriã, quæ tabellæ inter eas, q̃ in porticibus Octauiæ fuerũt. nobiliſſimæ habitæ ſũt. At Nicearchus pinxit Herculẽ triſtẽ ĩſaniæ pœnitẽtia per quã uxorem, & filios occiderat, ſed in maxima admiratione fuit Herculis ex marmore ſtatua a Mneſtrato facta, quã uiuã iudicare ſpectãtiũ oculi cogebanᷣ. Viſus ẽt fuit in Pãtheo Agrippæ tẽplo Romæ Hercules e marmore humi ſtãs ſingularis admiratiõis. ad quẽ pœni oĩb⁹ãnis humana uictima ſacrificare cõſueuerãt, ita oẽs artifices hũc maxĩe ĩter oẽs deos eligebãt, quẽ ꝑpetua memoria celebrẽ toto orbe reddere conarenᷣ, quin & Corĩthiis uaſis imprimi a ueteribus ſolebat. Martia. de Hercule corĩthio, Elidit geminos infans, nec reſpicit angues. iã poterat teneras hydra timere manus, & ẽt figulinis opibus. idẽ de Hercule fictili. Sum fragilis. ſed tu moneo ne ſperne ſigillũ. Nõ pudet Alciden nomẽ hr̃e meũ. LEONEM NEMEES. Leonẽ ſiluæ Nemeæ de quo ſupra dixim⁹. Leo generoſiſſim⁹ eſt oĩum aĩaliũ, tũ præcipuæ, cũ colla, armoſq; ueſtiũt iubæ, qđ ætate accidit iis, qui e leone cõcepti ſũt. Naſcunᷣ quippe, ex Pardis, q̃ iubis carẽt, præſertim in Africa, ubi ꝓpter penuriã aq̃rũ ad paucos amnes multitudo feraꝝ cõuenit ideo multiformes ibi aĩaliũ partus mutuo ſeſe miſcẽtibus diuerſoꝝ generũ aĩalibus. Vñ ortũ ẽ illud, ꝓuerbiũ. Semp aliqđ noui Africã afferre. Alexander magn⁹ noſcẽdi naturas aĩaliũ deſiderio inflãmatus Ariſtoteli philoſopho in oĩ diſciplinaꝝ genere excellẽti, ſcribẽdi de iis, ꝓuiciã delegauit, ei aliquot millia hoĩum in toti⁹ Aſiæ, & Græciæ tractu parere iuſſit, q̃bus uenat⁹, aucupia, piſcatiões curæ eſſent, quiq; uiuaria. armẽta. aluearia. piſcinas. auiaria haberent, ne qđ uſq̃ genitũ ab eo ignorareᷣ. Hos igiᷣ ꝑcõtẽdo q̃nq̃ginta illa de aĩalib⁹ ꝑclara uolũina ſcripſit in iis ergo Ariſtoteles tradit Leænã prĩo fœtu q̃nq; catulos parere. Secũdo q̃tuor, ac p ſingulos annos uno minus. Poſtq̃ uero unũ tm̃ peperit. ſterileſcere. Atq; fœtus ipſos initio ĩformes ac minimas carnes eẽ magnitudĩe muſtellaꝝ, nec niſi bimeſtres moueri, ſemeſtres uix ĩgredi poſſe. In europa aũt inter Acheloũ tantũ, de quo ſupra diximus, & Neſtum Thraciæ amnẽ iuxta Abderã fluentẽ, & Pangei mõtis ima ambiẽtẽ, ubi Diomedes hoſpites ſuos eq̃s apponere ſolebat, leones repiri, ſed lõge ꝑſtãtiores iis, quos Africa, & Syria nutrit. Leonũ duo genera eẽ cõpactile. & breue criſpiorib⁹ iubis, hos timidiores eſſe, q̃ lõgo ſimpliciq; uillo, illos uulneꝝ eẽ cõtẽptores. Vrinã mares crure ſublato reddere quẽadmodũ canes. hãc grauẽ odore eſſe, nec min⁹ halitũ. Raro hoc aĩal potare, ueſci alternis diebus. Poſt ſaturitatẽ aliq̃n triduo ieiunare. in mãdẽdo q̃ poſſint ſolida deuorare. Q̃n aluus grauaᷣ, inſertis in ora unguib⁹ ſponte protrahere. idẽ etiã facere poſt ſatietatẽ q̃n eſt fugiẽdũ, lõgitudinẽ uitæ eoꝝ ex eo apparere, qđ pleriq; dẽtibus defecti repiunᷣ. Polybius ſcribit in ſenecta ab iis hoĩem appeti, quoniã ad ꝑſequẽdas feras non ſuppetant uires. Tunc obſidere africæ urbes, eaq; de cauſa crucifixos ſe uidiſſe ut cæteri metu ſimilis pœnæ abſterrerenᷣ a noxa. Leones tantũ ex feris clemẽtia utunᷣ in ſupplices, ꝓſtratis parcũt. Vbi ſæuiũt, in uiros priuſq̃ in fœminas fremũt, infantes nõ attingũt, niſi in magna fame, Eorũ aĩ index eſt cauda, ſicut equoꝝ aures. Vim ſũmã ĩ pectore habẽt. Satiati innoxii ſunt. Generoſitatẽ in ꝑiculis maxĩe oſtẽdũt, ſpernẽtes tela, & ſe terrore ſolo diu tuentes, ac ueluti cogi, ad ſæuiendũ ſeſe teſtãtes. Vrgẽte canũ, ac uenatoꝝ magna ui cõtẽptim reſiſtũt cæduntq; in cãpis, Vbi uirgulta ac ſiluas penetrauerĩt, acerrimo curſu ferunᷣ, q̃ſi turpitudinẽ latebris tegẽtes. Vulnerati mira obſeruatiõe ꝑcuſſorẽ nouerũt, & in q̃talibet multitudine appetũt. Eũ uero q̃ tela qdẽ miſerit, ſed nõ uulnerauerit, correptũ ſternũt nec uulnerãt, Moriẽtes humũ mordẽt, & dãt lachrymã læto. Cũ pro catulis fœtæ dimicant, aciẽ defigũt in terrã, ne uenabula expaueſcant. Carent dolis, nec limis intuẽᷣ oculis, nec ita uideri uolunt. Timet tñ tã ferox aĩal rotaꝝ orbes circũactos, & currus inanes, & criſtas, cãtuſq; gallinaceorum, ſed maxime ignes. Aegritudinẽ faſtidii tantũ ſentiũt, in qua medeᷣ eis cõtumelia & anexarũ eis ſimiaꝝ laſciuia in rabiẽ agit. Guſtat⁹ deinde ſanguis remedio ẽ. illud quoq; admiratiõe dignũ, qđ cõdito in corpis uaginas unguiũ mucrone gradiunᷣ, & aduerſis falculis currũt ne refrĩgãᷣ, hebetẽturq; ungues, quos nõ niſi appetẽdo, ꝓtẽdũt. idẽ quoq; & pardi, & pãtheræ faciũt, Pluriũ leonũ ſimul pugnã primus Romæ ædidit Scæuola Publii filius in edilitate curili. Centũ iubatorũ, Primus oĩum. L. Sylla, q̃ poſtea dictator fuit, in prætura. poſt quẽ Põpeius magn⁹ habuit in circo. cccxv. Cæſar dictator q̃dringẽtos. Capere eos quõdã difficile fuit & nõ niſi foueis. Principatu Claudii Cæſaris caſus rõnẽ docuit tã generoſo aĩali certe ignominioſam, paſtoris getuli ſago cõtra irruẽtis impetũ obiecto, qđ ſpectaculũ mox in harenã trãſlatũ ẽ, tãta illa feritate ſupra quã dici ꝑt torpeſcẽte, capite q̃uis læui iniectu opto. ita ut ligeᷣ nõ repugnãs, ueluti uis oĩs cõſtet in oculis. Ex quo fit min⁹ miꝝ, qđ dicíᷣ a Lyſimacho ſimul incluſo iuſſu Alexãdri ſtrangulatũ leonẽ. iugo ſubdidit eos. primuſq; ad curr⁹ iunxit Romæ, quo ẽt per italiam uectus eſt M. Antonius bello ciuili malo quodã ꝑſagio. qđ ẽt generoſi ſpiritus poſſent iugũ ſubire. Pri-

mus leonẽ tractare ausus est, & ostendere mansuefactũ Hãno Carthaginensis, ꝓpter qđ dãnatꝰ fuit, ꝙ nihil non ꝑsuasurus uir tã artificis ingenii uideretur, & male ei credi libertas, cui feritas usq; adeo cessisset. Extãt clemẽtiæ leonũ cõplura exẽpla. Mẽtor Syracusanus in Syria. cũ forte Leoni obuiasset, sese suppliciter uolũtati, & q̃cũq; fugeret se opponẽti, lãbentiq; uestigia quasi adulari uellet. licet initio ꝑterritus, aĩaduertit tandẽ in pede eius tumorẽ, uulnusq;, & extracto surculo cruciatu aĩal liberauit. Helpis quoq; natione Samius in Africã naue delatꝰ, cũ forte iuxta littꝰ minaci hiatu leonẽ cõspexisset, arborẽ fuga petiit, libero p̃re ĩuocato, ut p̃cipuꝰ uotoꝝ locꝰ eẽ solet, ubi nullꝰ est spei, sed nec fugiẽti, cũ posset, fera ĩstiterat, & ꝓcũbẽs ad arborẽ, hiatu quo terruerat, miseratiõẽ quærebat. Ossis frustũ auidiore morsu adhæserat dẽtibus, & cũ ob id pasci nõ posset, inedia simul, ac dolore cruciabaꝛ. Descẽdit tãdẽ ille ex arbore. & fragmẽtũ ex ore leonis euulsit, quẽ tradũt q̃diu nauis ea in littore stetit, retulisse Samio grãm uenatiõis partẽ quotidie afferẽdo, ob quã cãm libero patri tẽplum ĩ Samo Helpis sacrauit, qđ græci σωῆηροσ νεὼσ Διονύσου, idest saluatoris tẽplũ Dionysii appellauere. Sed lõge mirabilius est ꝙ Appion, qui Polyhister appellatꝰ est, sese Romæ in circo maxĩo uidisse testaꝛ. in iis ludis inq̃t leonũ ĩmanitas admirationi fuit. ĩter quos unꝰ erat corpis ĩpetu, & uastitate, terrificoq;, ac sonoro fremitu, & toris, comisq; ceruicũ fluctuãtibus, q̃ aĩos, oculosq; oĩum in sese cõuerterat. ĩtroductus quoq; ĩter alios pluris ad pugnã bestiaꝝ Dacꝰ q̃dã fuerat, seruus uiri cõsularis, cui Androdꝰ nomẽ erat, hũc ille leo ubi ꝓcul aspexit, repẽte q̃si admiratꝰ substitit. Deinde sensim, ac placide ueluti noscitabũdus ad eũ accessit, tũ caudã instar adulãtiũ canũ clemẽter, ac blãde mouẽs, hoĩs sese corpi adiungit, cruraq;, & manus eius, ꝓpe iã exanimati metu lĩgua demulcet. Androdus inter illa tã atrocis feræ blãdimẽta amissum aĩum recuperat, paulatimq; oculos ad cõtuẽdũ leonẽ refert. Tũ q̃si mutua recognitione facta ueluti lætos, ac gratulabũdos leonẽ atq; hominẽ uisos fuisse. Qua re maximos populi clamores fuisse excitatos, Accersitũq; a Cæsare Androdũ, & cãm cur tã atrox bellua sibi uni pepcisset, ĩterrogatũ. ibi rẽ mirã, & uix credibilem Androdũ narrasse. Cũ ꝓuinciã Africã pro cõsulari ĩperio dominus eius teneret, iniq̃s eiꝰ, & quotidianis uerberibus ad fugã coactũ se fuisse, & ut a domino terræ illius ꝑside tutiores latebræ forẽt, in harenaꝝ solitudines cõcessisse, eo cõsilio, ut si cibꝰ defuisset, aliquo mõ mortẽ appeteret Tũ medio, ac flagrãti sole specũ quãdã nactũ remotã, ac latẽtẽ in eã se recõdidisse, nec multo post ad eã uenisse hũc leonẽ, pede uno debili, atq; cruẽto edentẽ gemitꝰ, & dolorẽ ac cruciatũ uulneris ꝑ se ferẽtẽ. Territũ sese, ac pauefactũ prĩo aspectu. Sed postq̃ ĩtrogressus leo habitaculũ illud, ut re ipsa apparuit, suũ delitescentẽ cõspexit, mitẽ ac mãsuetũ ad se accessisse, sublatũq; pedẽ, q̃si petẽdæ opis grã porrexisse. ibi stirpẽ ingẽtẽ uestigio pedis eius inhærẽtẽ euulsisse, cõceptãq; saniẽ exꝑssisse, & sine ulla iã formidĩe exiccasse, ac detersisse cruorẽ. Quo facto leuatũ dolore leonẽ pede in manibꝰ eius posito recubuisse, & paululũ ĩdulsisse quieti. Postea uero ex eo die totũ triẽniũ se, & leonẽ in eadẽ specu, eodẽq; uictu uixisse. Quippe leonẽ e feris q̃s uẽabaꝛ opimiora mẽbra ad specũ ferre solitũ, quæ ĩpe q̃m ignis copia nõ esset, meridiano sole torrens epulabaꝛ. Sed ubi eũ uitæ illius ferinæ molestia cepit, leone uenatũ ꝓfecto specũ reliq̃sse, & tridui uiã ꝑmẽsum uisum a militibꝰ, atq; app̃hensum fuisse, & ad dñm ex africa Romã deductũ. Hũc statim rei capitalis dãnandũ, obiiciẽdũq; bestiis curauisse, ꝑcepisse se iã hũc quoq; leonẽ olĩ suũ fuisse captũ. & Romã ꝑductũ, grãm ergo sibi bñficii, ac mediciæ retulisse. Quæ cũ Androdus narrasset, dimissũ statĩ a pœna absolutũ fuisse, leonẽq; ei suffragiis populi donatũ, quẽ postea loro tenui reuinctũ per urbẽ ducere uisus est, donãtibꝰ passim ip̃m ære, Leonem uero oĩbꝰ uario flore spargẽtibꝰ, ac simul clamãtibꝰ, hic est leo hospes hoĩs, hic est hõ medicus Leonis. Leones in Syria nigri nascũtur (ut tradit Aristoteles) & in ægypto, q̃ formicæ dicunꝛ, de q̃bus supra diximꝰ. Leones coeunt auersi, quẽadmodũ Lynces. Cameli. Elephãti. & Rhinocerotes, & Trigides. A leone terrestri marinꝰ quoq; leo appellatꝰ ẽ, ex cãcroꝝ genere, de quo supra diximꝰ. itẽ chameleõ, q̃si paruꝰ leo. Nasciꝛ in india figura, & magnitudine lacerti. nisi crura eẽnt recta, & excelsiora, latera uẽtri iũgunꝛ, ut piscibꝰ, & spina simili mõ. Eminet rostrũ simile Suillo cauda prælõga ĩ tenuitatẽ desinẽs, & ĩplicãs se uipinis orbibꝰ, ungues adũci, motꝰ tardior, ut testudini corpꝰ aspeꝝ, ut Crocodillo, oculi in recessu cauo p̃grãdes, & corpi concolores nũq̃ eos ꝑpit, nec pupillæ motu, sed totius oculi uersatõe circũaspicit ipse accessus hiãti sp̃ ore, Solus aĩaliũ nec cibo, nec potu aliꝛ, nec alio q̃ aeris alimẽto. Circa caprificos ferus, alioq̃n ĩnoxiꝰ, & coloris natura mirabilior. Mutat nãq; eum subĩde & oculis, & cauda, & toto corpe. Redditq; sp̃ quẽcũq; ꝓxĩe attingit, p̃ter rubꝝ, cãdidũq;. Oui. id quoq; qđ uẽtis aĩal nutriꝛ. & aura, Protinꝰ assimilat texit quoscũq; colores. De functo pallor ẽ. Caro ĩ capite, & maxillis, & ad cõmissurã caudæ admodũ exigua, nec alibi toto corpe. sanguis ĩ corde, & circa oculos tñ. Viscera sine splene hibernis mẽsibꝰ latet, ut lacerta. Dẽocritꝰ philosophꝰ peculiaꝛ uolumẽ de Camæleõte ædidit, plenũ mẽdaciiſ, ne alia cã legẽdũ, q̃ ut ad risũ excitemur, ĩter cætera uim eiꝰ eẽ maximã scribit cõtra accipitꝝ genꝰ. Detrahere. n. supuolãtẽ ad se, & uolũtariũ p̃bẽ lacerãdũ cæte

ris aīalibꝰ. Caput eiꝰ & guttur, si roboreis lignis urat, magnoꝝ ībriū, ac tonitruū cōcursus facere linguā, si uiuēti exēpta sit, ad iudicioꝝ euētꝰ pollere. Cauda flumina, & aquaꝝ īpetꝰ sisti. Ab hoc & chamelæon herba appellata ob uarietatē folioꝝ. Mutat. n. cū terra colores, hic niger, illic uiridis, alibi cyaneꝰ, alibi croceus, & aliis coloribus. Duo eiꝰ genera marē dicūt, cui flos purpureꝰ ē. Fœminā cui uiolaceus. Vno nascunt caule cubitali. crassitudīe digitali. Quidam buphonē nominant ꝙ a bobus deuorata angina eas necat. Græce qppe βοῦσ Bos dicitur. φόνοσ mors. Alii cynozon uocant, ꝙ fœtore eius ricini e canū auribus decidāt. κύων. n. cāis est. ὄζειν fœtere. Chamæleonem qdam ixion uocāt, ꝙ qbusdam ī locis uiscū gignit, albū sub alis foliorū maxīe circa canis ortū. Apud græcos. n. ἰξὸς uiscū dr̄. Cū hac herba idē Democritꝰ scribit sinistrū pedē chamæleontis torreri in furno, additoq; unguēto in pastillos digeri eos in ligneo uase cōditos ꝑstare, ut q gerit, oīno sit inuisibilis. A leone ēt leontophonos dr̄, de quo supius diximus paruū aīal, nec alibi nascēs, q̄ ubi leo nascit, quo gustato statī leo expirat, iccirco corpus eius adustū aspgūt aliis carnibꝰ polētæ mō, & ita leonibꝰ insidiātur, ac ēt cinere necāt. Nō īmerito igit hoc odit leo, uisūq; dilāiat, & citra morsum exaīat. ille cōtra urinā spargit prudēs. hāc quoq; leoni pestiferū eē. & leōtopetalon herba, quā alii rhopadion uocant, folio brassicæ caulæ semipedali. leni. cuius semē, in cacumine. in siliqs ciceris modo, radix rapæ similis. grādis. nigra, nascit in aruis. Radix aduersat oīum serpētiū generibꝰ, ex uino pota. nec alia res celeriꝰ ꝓficit. Et leōcopodion alia herba, quā & lithoron. & dorypetron. & toropetrō uocāt caulibus ueluti rosæ capita sustinēs, nascit in cāpestri, & gracili solo. Semē eiꝰ lymphatica sōnia facere dr̄. & os leonis alia herba florē faciēs purpureū pulchrū. Colu. Narcissiq; comas, & hiātis sæua leōis ora feri. Itē a leo leæna, quæ & lea dr̄. Virg. Catuloꝝ oblita leæna. Lucil. irritata leæ iaciebāt copora saltu. & leoninus. & leo. leōtius. leogorus. leodamus. leocrates sculptor insignis. Leocritus. Leonides nobilis sparta, deinde Lacedæmonioꝝ rex, q aduersus Xersen pene incredibilia egit. Itē Leonides alius pedagogus Alexandri. Leosthenes. Leostratus. Leochares, ꝓpria noīa. itē leopardus, q ex leone & pāthera natus ē, uel ex pardo, ac leæna nigris maculis leoninam pellē distinguētibus. Pardus aīal est, cuius fœmina pardalis dr̄, & panthera, quasi tota fera, quippe πᾶν græco totum dicitur. θὴρ fera. Sæuiores in hoc genere sunt fæminæ, q̄ mares. Numerosæ ī hircania, mīutis orbiculis sup pictæ, ita ut oculatis ex fuluo circulis, uel cerulea, uel alba distinguat tergi supellex, & eaꝝ colore miꝝ in modū quadrupedes oēs solicitātur, sed capitis toruitate terrētur. Quapropter occultato capite reliqua dulcedīe īuitatas corripiūt, discernunt a maribꝰ solo cādore. A nostris uariæ appellant. Sūt qui tradāt iis in armo similē lunæ eē maculam crescētē in orbes, & pari modo cornua cauantē. Primꝰ Scaurꝰ ædilitate sua uarias cētū qnquaginta in urbe ostēdit. Deīde Pōpeius magnus q̄drīgētas decē. Diuus Augustus q̄dringētas uiginti, hoc solū ex oībꝰ aīalibus odoratū eē affirmāt. A pardali pardalianches deducit, hoc ē aconitū. ꝙ Hyrcani hoc gramīe carnes (ut diximus) illinūt, & p semitarū cōpita spargētes exhibēt, quaꝝ fauces hoc cibo hausto Angīa obsidētur. itē a pardali camelopardalis, aīal, qđ nabin æthiopes uocāt, collo similē equo. pedibus, & cruribus boui. Camelo capite, albis maculis rutilū colorē quadā pātheraꝝ similitudine distinguētibus. Primꝰ Cæsar dictator Circēsibus ludis eā Romæ ostēdit. Postea frequēter uisa est aspectu magis q̄ feritate cōspicua, & ob id a quibusdā ouis appellata. Camelꝰ notū aīal ē, pascit īter armēta in oriente, duo genera sunt bactriæ & arabiæ. Differūt, ꝙ illi bina habēt tubera in dorso, uulgo nunc Dromedarios uocāt, hi singula, & ī pectore alterū, cui īcubāt. Dētiū supiore ordīe carēt ut boues, exercēt dorso, ut iumēta, & eqtatu ī ꝑliis. uelocitate equos excedūt. Sed sua cuiq; mēsura est, sicut uires tactis poplitibus ꝓsternūt sese, atq; ita onerātur. Postq̄ qđ satis est acceperūt, surgūt, nec ultra assuetū ꝓcedūt spatiū, nec plus īstituto onere recipiūt. Odiū aduersus equos naturale gerunt. Siti q̄triduo tolerāt, īplēturq; cū bibēdi occasio ē, & in ꝑteritū, & ī futuꝝ. Aquā prius cōculcatiōe obturbāt, aliter nō gaudēt potu. Viuūt qnquagenis ānis. Multi etiā cēteris Veneris rabiē, & ipsi sentiūt, ꝓpterea ēt fœminas castrāt. ita fortiores negato coitu fiunt, & bello aptiores, colorē habēt pullū, atq; natiuū, ob id uulgo pullū colorē camelinū uocāt. PROSTRATVM. Victū. ꝓfligatū. extīctū. Sternere ꝓprie ē de statu deiicere, & q̄si ī terrā extendere. Virg. Sternit infœlix Acron. idē. Strata iacēt passim sua quæq; sub arbore poma. Hinc prosternere fit, qđ aliquādo est in terrā deiicere. Apule. Puellāq; reluctantē tādē ꝓstrauit. Aliquādo uīcere. ꝓfligare. extīguere. Salu. Prostratisq; militibus fugæ se dedit. Sternax quoq; equus dicit, q excutit, ac in terrā deiicit sessorē, hoc ē ferox. asp. Virg. Et sternacis equi. Per metaphorā sternere aliqn̄ pro extendere capimus. a quo fit insternere. Vn̄ sternere, atq; insternere humi tapetas. frōdes. flores. aliaq; huiusmodi dicimꝰ. Hinc stragula dicta optoria lectoꝝ, ubi & discūbere solebāt, & qescere. Var. Hac qcqd īsternebāt, a sternēdo stragulū appellabāt. Hīc ēt equoꝝ opimētū instratū uocatur. Et qm̄ sternēdo fit, ut id supra qđ sternimus, hoc ē extendimꝰ aliqd, tegamꝰ. Sternere aliqn̄ pro tegere, atq; īplere accipit. Vn̄ sternere equos dicimꝰ, hoc

ẽi ſtratis tegere. Sternere lectos coopire. Sternere humũ, florib⁹ iplere. Vir. Sternit oẽ ſolũ iaculis. in q̃ ſignificatiõe cõſterno quoq; accipit, dũ tertiæ ẽ cõiugatiõis. idẽ. it ſtridor, & alte cõſternũt terrã cõcuſſo ſtipite frõdes. Q uãdo uero ẽ primæ cõiugationis, pro deiicere dũtaxat accipit. Saluſti⁹. Q ua uictoria elati hoſtes noſtri territi, atq; animis cõſternati diſceſſere. idẽ. Equi ſine rectoribus exterriti, aut ſaucii cõſternant. Hinc conſternatio deiectio animi dicit ex aliquo ſubito metu, & externo, qd ueteres uſurparũt pro eo, qd ẽ demẽtẽ facio. Pacuuius. Sed eccã miſeram quam frequẽs luct⁹ externauit. itẽ quoniã ſternẽdo hoc ẽ extẽdẽdo, & id qd extẽdimus, & id ſupra qd extẽdimus, cõplanamus, atq; cõponim⁹, fit ut ſternere quoq; aliquãdo pro componere ac cõplanare uſurpemus. & ſtratũ dicamus cõplanatũ, atq; cõpoſitũ. Vñ ſtratum mare dicimus. Vir. Et oẽ tibi ſtratũ ſilet equor. & ſtratas uias, ſiue ꝙ complanatæ ſint, ſiue ꝙ lapidibus tectæ. idẽ. Miratur portas, ſtrepitũq; & ſtrata uiaꝝ. itẽ qa iacẽdo quodãmõ extẽdimur, fit ut eos ẽt ſe ſternere dicam⁹, q ſe ad iacẽdũ collocãt, ut qeſcãt. Idẽ ſternũt ſe ſõno diuerſæ in littore Phocæ. Hinc ſtertere dicimus dormire. Perſius. Stertimus ĩdomitũ qd deſpumare falernũ ſufficiat, q̃nta dũ linea tãgit umbra. A ſterno ẽt fit ſubſterno. a quo & ſubſtratũ. itẽ ſternuo. a quo ſternuto frequẽtatiuũ. Vñ ſternutatio. & ſternutamẽtũ. & ſternutatorium medicamẽtũ, a quo ad ſternuẽdũ excitamur. Et. n. q ſternũt quodãmodo toto corpore extẽdũt, licet. n. ſternutatio a capite præcipue ſit. fit tamẽ ſternuẽdo quædam totius corporis extẽſio ꝙ in aliis corporis eruptionibus nõ accidit. Nam cũ tres partes principales noſtri corporis ſint, caput. thorax. & aluus. flatuſq;, alui expiratio ſit. ruct⁹ uẽtriculi. ſternutamẽtũ capitis. ſolo ſternutamẽto fere totũ corpus extẽditur. ideoq; nõ modo caput, ſed reliq̃s etiã partes bene ualere indicio eſt. Q uãobrẽ moribũdos interdũ ſternutatorio excitare ſolemus, tãq̃ ſi hoc effici nequeat, nulla amplius ſit ſpes ſalutis. Vñ cõſuetudo inualuit, ut ſternutatio ueluti bonæ ualitudinis indiciũ ſacra habeat. & ſternutãtes ſalutemus, ac bene eis ꝓcemur. Q uod tyberiũ quoq; Cæſarẽ alioq̃n triſtiſſimũ, & plenũ ſemp ſolicitudĩs hominẽ etiã in uehiculo exegiſſe tradũt, & aliquos cõſtat noĩe quoq; cõſultare religioſi⁹ putaſſe. itẽ a ſterno ſtramẽ. & ſtramẽtũ, ꝙ ſolo qeſcẽdi gratia ſternant. Vñ lectus. & lectica a legẽdis, hoc ẽ colligẽdis ſtramentis, atq; herbis, ex q̇bus fierent, dicta ſunt, q̃uis aliq a græcis potius deduci uelit, qui λέκτον lectum dicũt Vel ꝙ fatigatos ad quieſcẽdum alliciat. A lectus & lectica diminutiua fiũt lectulus. & lecticula. Sueto. A cœna in lecticulam ſe lucubratoriã recipiebat. itẽ a lectus lectiſterniũ, cũ ſacrorum gratia lecti in templis ſternebant ad diſcũbẽdum, ſiue etiam ꝑnoctãdũ. item a lectica lecticarii q lecticã ferebãt. Itẽ a ſterno ſiue ſtratum ſtratumino deriuat, quod eſt ſtratum firmo. Ply. Maiores, potẽtioreſq; ſi ſit occaſo ſilice, uel glarea ſterni, ora utrinq; lapidibus ſtratumiari, & alio ſupintegi. Sterno aũt a græco deducit, qd eſt ϲρωννύω, A quo ϲρωτὴ ſtrata dr̃. Hinc lithoſtrata uocata ſunt pauimenta, quæ exiguis lapillis ſternuntur, de q̇bus ſupra diximus. item a ſterno ſtrages deducit, qd ſignificat cladẽ. depulſionẽ. ꝓfligationẽ. iacturã. Q uippe ueteres ſterno, & fligo in eadẽ ſignificatiõe accipiebãt. Liui⁹. ipſe ſe in terrã fligit cadẽs. Acci⁹. Nec ꝑdoleſcit fligi ſocios morte. Ab hoc cõpoſita fiũt affligo, qd ſignificat ꝓprie ꝓſterno, & in terram extendo. Ply. At canis ille horrẽtibus ꝑ totum corpus uillis ingenti primũ latratu intonuit, mox in ceruicẽ aſſultãs, cõtraq; beluã exurgẽs, hĩnc & illinc artifici dimicatiõe, qua maxime opus eẽt infeſtãs atq; euitãs, donec aſſidua rotatũ uertigĩe afflixit, ad caſum eius tellure cõcuſſa. Cæſar Neq; ſiquo afflictæ caſu fuerint, exigere ſeſe, atq; eleuare poſſunt. Per metaphorã tñ affligere aliq̃n pro ꝑturbare. angere. uexare accipimus. Celſus. Corpus uariis morbis afflictum. Seneca. Vt aĩum uariis curis afflictũ orõne lenirẽ. infligo. incutio. ĩfero. Profligo. deiicio. depello. ꝑdo. Vñ profligatũ exercitũ dicimus, hoc eſt ꝓſtratũ. deiectũ. afflictũ. ꝑditũ. & profligatas res, hoc ẽ ꝑditas, & ad cladẽ ꝑniciẽq; deductas. Cõfligo. dimico. Cõfligere. n. ꝓprie dicũt, q dimicando ſe inuicẽ ſternũt. Vñ cõflict⁹ ſtrages & mutua ꝓfligatio appellat, quæ & clades dicitur a græco κλαδεύω, qd eſt amputo. frango. Vnde κλάσμα fragmẽtũ. & confractio appellatur. Sũt ẽt qui cladẽ quaſi cadẽ a cadẽdo dictã uelint. Quidã a calamis, q̃ſi calamidẽ, hoc eſt calamitatẽ. VASTA. Magna, de quo ſupra diximus. PRISCA FIDES. Veteꝝ credulitas. POST TVA MVNERA. Poſtq̃ tu ludos populo exibuiſti. HAEC. Q uæ ab Hercule aduerſus leonem geſta ſunt. ACTA. Geſta. Ago quid ꝓprie ſignificet, intelligi potius q̃ uerbis exprimi poteſt. Dicere tñ licet, ꝙ agere eſt oꝑari. Nam q ſedet, q ſtat, qui cogitat. qeſcit. iacet. morit. aliq̃d agere dr̃. ita ut nullus, q modo uiuat, eſſe unq̃ poſſit ſine actione. Q uippe & ipſum, uiuere agere eſt. Vnde & uitam agere dicimus. & agit mecũ bene. i. ſum in bona conditione. & ꝓclare tecum agitur. Optime cum illis aget, ſi diutius uiuẽt. Melius cum hoĩbus ageret. peius. incõmodius? peſſime tecũ ageret. & alia huiuſmõi. Cice. Cũ illo uero qs neſcit actum eẽ ꝓclare. mecũ incõmodi⁹? Nonnũq̃ ẽt actiue ponit. Valeri⁹ Maximus. Bene egiſſent Atheniẽſes cũ Melciade, ſi eum poſt trecẽta millia Perſaꝝ Maratone deuicta in exiliũ ꝓtinus miſiſſent, ac non in carcere, & uinclis mori coegiſſent. Q uid inter agere, facereq; iterſit, ſupra declarauimus. ab his

actus & factus deducunt? Q uitil. Flex[9] ille, & ut sic dixerĩ mot[9] dat actũ quẽdã & factum. Hæc ita differũt, ut actus sit cũ nihil remanet. Fact[9] cũ opus aliqđ extat. iurifcõsulti agere dicũt cum cãm ĩ iudicio habẽt. Q uoniã uero bis de eadẽ re cũ iisdẽ iudicib[9] agere nõ licebat, factũ ẽ illđ ꝓuerbiũ. Actũ ne agas. Et actũ agere dicimus, cũ qd frustra agim[9]. Hĩc actũ eẽ semp in malã ꝑtẽ accipimus, ut actũ ẽ de rep. hoc ẽ respu. extincta, despata. ꝑdita ẽ. Terẽ. Actum est siquidem hæc uera prædicat, hoc est, nulla ampli[9] spes est, nõ aliter q̃ in iudício, ubi lata semel sñía retractari nõ potest. Idipsum alio modo dicere solem[9]. Cõclamatum est, qđ inde tractum est, quia cũ spũs uitalis aliquãdo interclusus fallere homĩes soleret, mortui aq̃ calida ablui cõsueuerũt, & ꝑ ĩterualla cõclamari. In quo cũ liberari nequirẽt, post ultimã cõclamationẽ q̃si reb[9] despatis urebãtur, & cineres eoꝝ cõdebãtur sepulchris. Vlpia. agere. gerere. & cõtrahere ita diuidit, ut actum generale uocabulũ sit. siue uerbis qd agit, ut in stipulatiõe, siue re, ut in numeratiõe. Cõtractũ uero, ultro, citroq; obligatio. ueluti emptio. uẽditio. locatio. cõductio. societas. Gestũ res fcã. alii gesta, & acta ita distinguũt, ut gesta sint in administratiõe magistrat[9], & in bello, ac ĩ rebus maiorib[9] ad rẽpu. uel ad plurimos spectãtibus, ut gesta Alexãdri. gesta Pompeii. gesta Cæsaris. Acta etiã priuataꝝ reꝝ, & minoꝝ, ac familiariũ. Cicero. an in cõmẽtariis, & chirographis, & libellis, se uno autore ꝑlatis, ac ne ꝑlatis qdem, sed tãtũmodo dictis acta Cæsaris firma erũt? Aliquãdo etiã nõ acta, sed actus in eodẽ sensu dicimus. idem. Q uod si de mea uita atq; actibus huic cõuitiatori respõdeo. Luca. Licet ingẽtes obruperit actus. Agere aliquãdo ꝑ dicere capimus. Teren. Est ne ipse, de quo agebã? Vnde agere gr̃as dicimus, hoc ẽ uerbis q̃ gratum aliqd habuerimus, siue q̃ grati animo simus, ostẽdere. Aliquãdo pro facere. Vir. His actis propere exequitur p̃cepta Sybillæ. Nunc pro ducere uehere. Seneca. Vt qui tum regis armẽta agebat. Varro. Nõ hos pactolus aureas undas agẽs eripiet unq̃ e miseriis. Vir. Siue errore uiæ seu tempestatibus acti. idẽ. Accelerãt acta pariter testudine uolsci. item pro tractare. Martialis. Semp agis cãs. Modo pro ꝑsequi. Virg. Quã procul incautã nemora inter cresia fixit. Pastor agẽs telis. Luca. Terraq;, mariq; iussus Cæsar agi. Modo pro agitare. Plautus. Aedepol eã agã uerberibus. Vir. Prodigiis acti cælestibus ossa piabũt. A quo agito uerbũ. cõcutio. moueo. uerbero. Vñ agitator. idẽ. Sæpe oleo tardi costas agitator aselli. aliquando ꝑsequor, ĩfesto. idem. Galbaneoq; agitare graues nidore chelydros. Veteres accetare pro agitare dixerunt. Q uandoq; pro uertere. idẽ. ipse ter adducta circũ caput egit harena. Nõnunq̃ pro expellere, fugare. idẽ. Et mẽbris agit atra uenena. ĩterdũ ꝓ extẽdere, porrigere. Cicero. Vera gloria radices agit, atq; ẽt propagatur. Plerunq; pro cogitare. moliri. Virgilius. id quidẽ ago, & tacitus lycida mecum ipse reuoluo. Sæpe pro trahere. Apuleius. Tot simul casus diuersum eum agebãt, hĩc spe, illinc timore trahebat. Plerũq; etiã pro iurgare. Cicero. Perinde ac si furti cũ eo egisset. item ꝓ efflare, expirare. Celius ad Ciceronẽ. Hortẽsius, cũ has litteras scripsi, animã agebat. Præclare Martialis uno tetrastico diuersas huius uerbi significationes exp̃ssit. Semper agis causas, & res agis Attale semper. Est nõ est quod agas, Attale semper agis. Si res & causæ desunt, agis Attale mulas. Attale ne quod agas desit, agas animam. Præterea agere aliquem reum dicim[9] accusare. Peragere uero, reũ condẽnare. Agere sese est incedere. Virg. Ecce gubernator sese palinurus agebat. Agere cum populo. & cõcionem habere, diuersa sunt. Etenim cum populo agere est rogare quid populum, quod suffragiis aut iubeat, aut uetet. Concionem uero habere, est uerba facere sine ulla rogatiõe. Est etiam quãdo agere pro tractare accipit. Cice. id nũc cũ honeste agamus, ut induciæ fiant. item pro effingere, ut ago stultũ, hoc est fingo me stultũ, siue rep̃sento stultũ. Hinc comœdiaꝝ. & tragœdiaꝝ. & alioꝝ huiusmodi dicuntur actores, quoniam diuersoꝝ hominũ gest[9] agũt ĩ scæna. itẽ orator qa cãm, & gestum uult[9], ac corporis agit, actor uocat, & tũ ipsa ꝓnũciatio, tũ oratio quæ habet, cũ etiã oratio scripta actio est uocitata, & partes comœdiæ. & tragœdiæ actus uocãtur a gestibus histrionũ, q ex hoc ipso actuosi dicuntur. itẽ spatiũ in agro cẽtum uiginti pedũ, de quo supra dixim[9] actus nũcupatur. iurifcõsulti actũ, & iter ita distingunt, ut iter sit quo qs pedes uel eques commeare potest. Actus uero ĩ quo armenta trahere, & uehiculũ ducere licet. itẽ actus generali uocabulo significat omne quod agitur, & actor dicitur oĩs, q aliquid agit, & actio omnis act[9]. Vnde actionẽ iurifcõsulti uocãt ius, qđ cuiq; debet in iudicio, ꝑsequẽdi. Propter qđ Vlpianus duo actionũ genera esse scribit. in rẽ quæ dicitur uẽdicatio. & in ꝑsonam, quæ cõditio appellat. in rẽ actio est, ꝑ quam rẽ nostram quæ ab alio possidet. petimus. in ꝑsonã actio est, qua cũ eo agimus, q̃ obligatus est nobis ad faciendũ aliqd, dandũuẽ. Differtq; actor ab autore. qꝛ actor est, qui recitat. Autor, q̃ opus facit. Vnde scriptores ipsos comœdiaꝝ. siue tragœdiaꝝ, siue alioꝝ huiusmodi opeꝝ. Autores uocam[9], & qcũq; fecit aliquod opus, ut puta q egit bellũ. egit pacẽ. autorẽ hũc opis. autorẽ belli. autorẽ pacis dicimus, nõ actorẽ, q̃uis res ipæ gestæ acta aliquãdo appellentur. Neq; est autor primitiuum nomen (ut Serui[9] existimat) sed a græco deducitur. Q uippe græci αὐθέντην autorem dicunt. αὐθεντίαν autoritatem, αὐθέντημα autoramentum, αὐθεντεῖν autorare, αὐθεντι-

ti cõſpecti ſunt. Hiſpani capita in ſpectaculis occiſorũ cremãt, potaq; agere in urſinã rabiẽ cenſent. ĩgrediũt bipedes, arborẽ auerſi diripiũt. Tauroſq; ex ore cornibuſq; eorũ pedibus omnibus ſuſpenſi pondere fatigant. notatum eſt. M. Piſone, & . M. Meſſalla conſulibus ad. xiiii. kal. octobris Domitiũ ænobardũ ædilẽ curulẽ urſos numidicos centũ, & totidẽ uenatores æthiopas in circo dediſſe. Ab urſus urſinus deducit. Ply. Capilli defluuia urſinus adeps mixto ladano, & adianto continet. CALIDONIO. Britãnico, de quo ſupra diſſeruimus. QVALITER. ut. IN RVPE SCYTHICA. In rupe montis caucaſi, in quo ſupra diximus Prometheũ religatum fuiſſe. Scythia ſeptẽtrionalis prouincia eſt a Scytha Herculis filia appellata (ut ſentit Herodotus) Hanc Tanais diuidit. pars eius una in europa remanet. Altera in Aſiã protendit. Quæ ĩ Europa eſt, ad Thraciã terminat. Quæ uero in Aſia, diuerſos habet populos. Hi a Scythia ſcythæ dicunt. Vnde ſcythicus deducit. Apule. Pleriq;. n. eoꝝ ſcythicis moribus uiuebant perſæ uniuerſos Scythas ſagas appellauere. A proxima ſibi gente, qui ſagæ dicunt. & caucaſum grau caſum noĩauerunt, qđ eorũ lingua ſignificat niue candidũ. ſcytharũ celeberrimi ſagæ. Maſſagetæ. Eſſedones. Arimaſpi antea cacidiri. aſſai. othei. Hauſtũ maris eius dulcem eſſe Varro ſcribit, magnitudine influẽtiũ amniũ uicto ſale. ſunt & ſeres lanitio ſiluarũ nobiles depectẽtes caniciẽ frõdiũ aqua ꝑfuſa. Vnde geminus fœminis labor, redordiendi fila, rurſuſq; texẽdi. ſeres mites qdẽ, ſed feris ſimiles ſunt. Fugiunt. n. hoĩum cœtũ, cũ commertia expetant. Ab iis ſericũ ipſa lanũgo arborũ. & ſericæ ueſtes appellatæ. illud de eſſedonibus notandũ, ꝙ parentum ſuoꝝ funera cantu ꝓſequunt, & cõgregatis ꝓximis cadauera ipſa pecudũ carnibus admixta comedunt. quin & oſſa capitum incincta auro tenent ad ſeruitia poculoꝝ, quæ ultima ſunt apud eos officia pietatis. Maſſagetæ uero ꝑ deſertã diſcurrunt, equorum ſuorum ſanguinem potãtes. Claudianus. & q cornipedes in pocula uulnerat audax maſſagetes. AVEM ASSIDVAM. Aquilã cor, ſiue iecur eius aſſidue depaſcentẽ, quẽadmodũ ſuperius declarauimus. NIMIO. Nimis. magno. qa nunq̃ cõſumi poterat. etenim continue renaſcebatur. PECTORE. Corde ſeu iecore. Totũ pro parte poſuit. Quippe hæc uiſcera intra pectus conſtituta ſunt. pectus dicit ãterior pars aĩalis a gula uſq; ad uẽtrẽ, hoc homini tm̃ latũ ẽ. Reliquis aĩalibus carinatũ, uolucribus magis, & inter eas maxĩe aq̃ticis. in eo papillæ leuiter eminent, & fuſcioribus, ac paruis orbibus coronatæ, addũt aliqd uenuſtatis, fœminis ad alendos tm̃ fœtus datæ, maribus ad ſolum decus, ne informe pectus, & quaſi mutilũ uideret. a pectore pectoroſus deducit, hoc ẽ magni & ualidi pectoris. Et expectoro uerbũ, qđ eſt extra pectus eiicio. Cic. Tũ pauor ſapientiam mihi oẽm exaĩato expectorat. & pectuſculũ paruũ pectus. & pectoralis faſcia q̃ pectus ſtringit. pectus qdã quaſi pactus dictũ uolũt a cõpactis coſtis, quæ ueluti firmamenta pectoris ſunt. pactũ. & cõpactũ a pango deducunt. pangere figere eſt. Vnde pangi carmina dicta ſunt, ꝙ cæris figerent. Hinc pãgo ꝑ metaphorã ꝓ cano. ſcribo. manifeſto uſurpat. & pagina utraq; ps phylluræ, ſiue folii dicta, ꝙ in ea carmina pangant, hoc eſt figant. & impingo, qđ eſt impello. a quo impactũ. & cõpingo. cõpello. cõpono. a quo cõpactũ. Hinc paciſcor cũ deriuatis ab eo, de quibus ſupra diximus. & pecto, qđ eſt explico. & pango capillũ, a quo pecten inſtrumentũ, quo capillus explicat. Transfert tñ & pecten, & pecto ad alia multa. Nã & pectere citharã dicimus, hoc eſt ꝑcutere, & diſtendere pectine chordas, hoc ẽ plectro. itẽ pectines ſunt, qbus lanarii, & textores utunt. & pectere lanã, pectere ueſtes dicunt. a quo & ueſtes ipſæ pexæ appellant. Ply. Iſtriæ, liburniæq; pilo ꝓpior q̃ lanæ pexis aliena ueſtibus, hoc ẽ ueſtibꝰ q̃ texunt. nã in texendo pectinis morſibus ueſtes ferunt. Ab iis pexati dñr, q pexis ueſtibus ſunt induti. Martia. Pexatus pulchre. eſt ẽt pectẽ cratis genus dẽtatæ ſtilis ferreis ad colendã terrã. a quo pectino deducit. Ply. ſunt genera terræ, quoꝝ ubertas pectinari ſegetẽ in herba cogat. a pecten ẽt fit pectinatĩ aduerbiũ, qđ ſignificat ad ſimilitudinẽ pectinis. ARTVS. Partes corporis. ꝓprie. n. artus ꝑtes ſũt corporis ĩter iũcturas, cõnexæ dictæ, ꝙ ĩter ſe arctent, uñ minores ꝑtes ꝑ diminutionem articulos uocamus, q̃les ſunt digitoꝝ. a quo articuli apud grãmaticos. & articulatĩ aduerbium, hoc ẽ ꝑ ꝑtes, atq; articulos. & dearruo uerbũ qđ ẽ ꝑ artꝰ diuido. a quo deriuatũ dicimꝰ ꝑ artus conciſũ. Quidã a græco deductũ hoc uocabulũ exiſtimãt. qppe græci ἄρθρον noĩant, & ita diſtinguntur artus a mẽbris, qđ artus dicimus oſſa cũ neruis, & uenis. Mẽbra ãt ꝓprie uocamus carnẽ artus tegentẽ. Vnde mẽbrana ſuperior mẽbri ps, hoc ẽ pellis ipſa appellat. Sillius. Et uenis male iuncta tremẽtibus oſſa. Extãt cõſumptis uiſu deformia mẽbris. Cõfundũt tñ hæc aliqñ apđ auctores. Ab arto, a quo artus deriuatur, fit coarto, qđ ẽ aſtringo. cõiũgo. Vnde coartatio. & artus adiectiuũ. Strictus. & ars, ꝙ ꝑ eã opa ĩter ſe apte, q̃uis aliq ἀπὸ τῆς ἀρετῆς, hoc eſt, a uirtute appellatã uelint. Hinc artifices dicti, q artẽ ſuã ꝑ artus exercent. a qbus artificiũ deductũ. & artificioſũ, arte factũ. & artificioſe aduerbiũ. & qnquertiũ, qđ græci pẽtathlũ uocãt, quo die qnq; genera artiũ in ludis exercebant, & ipſos athletas. Liuius quinquentiões appellat. item artitũ ueteres dixerunt, bonis artibus inſtructum. Artem definiunt eſſe facultatem, quæ ꝓceptis quibuſdam, ac regulis continetur. Trifariam aũt artes diuidunt. Quædã. n. inſpectione, hoc ẽ co-

gnitiõe & æstimatiõe rerũ positæ sunt, q̃lis ẽ astrologia nullũ exigẽs actũ, sed ipso rei, cuius studiũ hẽt intellectu cõtenta, q̃ theorice uocat, hoc ẽ speculatiua. Aliæ in agẽdo q̃rũ hic finis est, & ipso actu pficit, nihilq; post actũ operis relinqt, q̃ practice.i.actiua dr, q̃lis ẽ saltatio. Aliæ in effectu, q̃ operis, qđ oculis subiicit, cõsumationẽ nõ finẽ accipiũt. hác poeticẽ, hoc ẽ factiuam appellamus, qualis ẽ pictura, hæc & effectiua, & administratiua a qbusdã appellat. Ab ars cõposita fiunt iners, qđ ꝓprie significat eũ, q sine arte est. Lucil. Iners, q sine arte est. Sed qm̃ q̇ nullã artẽ exercẽt, uel ociosi, uel desides sunt, uel ignaui, fit, ut iners aliqñ pro ociosus capiat. Vir. Seu stabit iners, seu ꝓfluet humor. Idẽ. Libertas, q̃ sera tñ respexit inertẽ. Modo ꝓ ignauus. Idem. Spumãtẽq; dari pecora ĩter inertia uotis optat aprũ. Ab hoc inertia deducit, qđ mõ ꝓ ignorantia artis, modo pro ocio, modo ꝓ ignauia usurpamus. & inerticulus diminutiuũ. a quo inerticula, uuæ genus e nigris, ĩueterato p̃cipue cõmẽdabilis uino, sed uiribus innoxia. siqdẽ temulentiã sola nõ facit, ob id nomẽ ab inertia sumens cũ iustius sobria dici posset. Itẽ solers, quasi totus ex arte cõsistens. a quo solertia qđ mõ ꝓ cacumine, mõ ꝓ artificio, modo pro diligẽtia accipitur. item astutus (ut qdã putant) hoc est callidus. uersutus q̃si tutus. Nos a græco potius deriuari cẽsemus, qđ est ἄςυ, hoc ẽ oppidũ, siue urbs. Nã q ĩ oppidis, atq; urbibus assidue uersant fiunt callidiores, quẽadmodũ nos ab urbe urbanũ pro lepido dicimus, ita græci ab asty astutũ pro callido, & uersuto. inde ẽt astus & astutia deducunt eiusdẽ significatiõis. & astute aduerbium. a quibus astutior. astutissimus. astutius. astutissime. Apule. Astutulus & astutule diminutiua usurpat. Ars græce τέχνη, dr, hoc est techne qua uoce, & nostri utunt. Plaut⁹. Qui technas hoĩs dep̃hendi solus. Hinc technides, artifex dr. & calotechnius, bonus artifex. itẽ econtrario cacotechnius, malus artifex. & Galenus medicus opus suũ technẽ, hoc ẽ artem inscripsit, qđ medici nr̃i tpis p inscitiã tegnũ uocitãt. LACERI. Dilaniati. Lacerare ꝓprie est dilaniare, & q̃si p mẽbra discindere. Virg. Quid miserũ æneã laceras? Tractũ a laruis, q̃ discedendo corpora dilaniãt. Hinc lacerus dilaniatus. & lacerna uestis, de q̃ supra diximus. & laciniæ scissuræ extremarũ uestiũ decoris gratia factæ. a quo laciniatæ uestes. & lacesso uerbũ, qđ est prouoco, & q̃si lacerando irrito. ideo capit frequentius in malam ptẽ. Ci. Sed iustitiæ primum munus, ne cui noceat, nisi lacessitus iniuria. Quãdoq; ẽt in bonã. idẽ. Tuis me amãtissimis libris lacessisti, id est prouocasti ad respondendũ. Lacer a ueteribus dicebat, q aurib⁹ trũcatis erat. VIVEBANT. adhuc palpitabãt. MEMBRIS. Carne, ut paulo ante diximus, q̃uis mẽbra ẽt ꝓ artubus ponãt. itẽ ꝓ ptibus ẽt si ad inaĩata transferunt. Vnde mẽbratĩ dicimus, hoc ẽ p partes ambitus. q̃ græci cola nominãt. a nostris mẽbra dñt. a mẽbro fit bimẽbris. trimẽbris. quadrimẽbris, hoc est duarũ. trium. quatuor partium. & mẽbrosus, q̇ magno mẽbro est. Vir. Si tñ is est, qui priapea scripsit. Sed ruber hortorũ custos mẽbrosior æquo. Et demẽbro uerbũ, hoc est separo. diuido. STILLANTIBVS. Manãtib⁹ cruore. INQVE OMNI NVSQVAM CORPORE, CORPVS ERAT. Sensus est, in toto corpore non erat ãplius caro. Facit hoc frequenter Martialis ut diuersam uim uocabuloꝝ uersibus exprimat, ut ẽ in illo tetrasticho. Cũ dixi ficus, rides q̃si barbara uerba, Et dici ficos Ceciliane iubes. Dicem⁹ ficus, q̃s scimus ĩ arbore nasci. Dicemus ficos Ceciliãe tuos. itẽ ĩ illo, sp agis cãs, & res agis Attale sp. Ẽst, ñ ẽ qđ agas, Attale sp agis. Si res & causæ desũt, agis Attale mulas, Attale ne qđ agas desit, agas aĩam. cũ igit corpus aliqñ massam hanc mẽbrorũ diuersitate cõpactam significet, Seneca. Corpore trunco caput abest, modo solam carnẽ, Cice. Ego hic cogito commorari, quoad me reficiã. Nam & uires & corpus amisi.i. carnẽ. unde corpulẽtos dicim⁹ obesi corporis hoĩes, Martialis hoc uersu utrũq; significatum usurpauit. Corpus inquit, hoc est caro nusq̃ erat in toto corpore, hoc ẽ in tota massa corporea. Corporum tria genera esse Põponius affirmat. Vnũ q una specie continetur, ut hõ. lignum. lapis. Alterum, quod ex cõtingentibus, hoc est pluribus inter se cohærentibus constat ut ædificium. nauis. armarium. Tertiũ, quod ex distãtibus cõpactum est, utputa ex plurib⁹ corporibus uni nomini subiectis, ut populus. legio. grex. & corpus esse definiunt, qđ quinq; sensibus comprehendi potest. Alii τὸ τριχῆ διαςατὸν, hoc est quod tres dimensiones habet. item alii ἤτοι ποιοῦν, ἢ πάσχον σῶμα ἐστι. hoc est quod efficiens, aut patiens est, quã definitionem p̃clare exp̃ssit Lucreti⁹. Tangere enim, aut tangi nisi corpus nulla potest res. a corpus fit corporeus. & incorporeus. itẽ corporalis atq; incorporalis, quæ in hoc differunt q corporeum dicim⁹, qđ est ex materia, substantiaq; corporea, & e diuerso incorporeum, ut lapis est res corporea. Virt⁹ est res incorporea. Corporale ãt nominamus, qđ est in materia, substantiaq; corporea. Et ecõtrario incorporale, ut domus. fundus. mancipium, corporalia non corporea sunt. Legatũ. hæreditas. cura, incorporalia non incorporea. Etenim hic non de substantia agimus, sed de qualitate, quæ substantiæ inest. illic uero de ipsa substantia. item a corpus corporo uerbum, quod est interficio, & corpus solum sine anima relinquo. Enni. Corpus contemplatur, unde corporet uulnere. Accius. Corporare abs tergo es ausus. Ab hoc fit incorporo, qđ ẽ res diuersas in unũ corpus (& ut ita dicã) in unã massã redigo. A quo ĩcorporatio, qđ & cõcorporo, & cõ

corporatio

corporatio dr̃. A corpulento corpulenta deducit̃,qđ carnositatẽ significat.SCELERATVS. dilaniatus. pollutus ut supra diximus.ANTIQVAE.Veteris.proprie.n.antiquũ uetus significat.Virg.Antiquasq; domos auiũ.deductũ ab ante, & æuũ(ut Varro existimat). Quoniam uero quæ antiquiora sunt,fere meliora esse cõsueuerunt, ut mores.nũmi.uinũ.& similia unde est apud Plautũ.Qui utunt̃ uino ueteri sapientes puto,& q libenter ueteres expectant fabulas. Nã nouæ q̃ nũc ꝓdeunt deteriores sunt,q̃ nũmi noui.iõ factũ est ut antiqus aliqñ ꝓ meli⁹ usurpemus.Ci.Hoc quidẽ est propriũ amicitiæ,sed antiqor & pulchrior,& magis a natura ipsa ꝑfecta.idẽ.Nihil mihi antiqus uisum est,q̃ ĩnocentẽ tueri.Ab hoc fit antiquo uerbum, qđ est aboleo.tollo.& q̃si rẽ in antiquũ morẽ reduco.Cuius passiuũ est antiquor.idẽ.Pernitiose quidem Philippus in tribunatu,cũ legẽ agrariã ferret,quã tñ antiquari facile passus est,in eo uehementer se moderatũ ꝓbuit.itẽ antiqtas,uetustas.& antique aduerbiũ,qđ & antiqt⁹ dr̃. Antiquatio ãt abolitionẽ significat.Gellius.Facta mox ẽ antiq̃tio legis.Aliqñ antiquũ ꝓ nobili ponimus. Vir.Nos troia antiqua.Cũ sp fere antiquũ cũ quadã dignitate exprimit̃.E diuerso uetus pene cũ cõtumelia.Vnde uetus mãcipiũ.& antiquã matronã dicimus.Quidã ẽt antiquariũ ꝓ antiquo usurpauere.& pro eo,q res antiquas conscribit.POENA. Verum nõ simulatũ suppliciũ. Pœna a græco deducit̃,qđ est ποινή.Quãuis Varro a pendendo dictã uelit. Est aũt pœna suppliciũ,quo quis ob delictũ afficitur.Ci.Octo pœnarũ genera eẽ cõmemorat dãnũ.uĩcula.uerbera.talionẽ.ignominiã.exiliũ.seruitutẽ.mortẽ.Taurus uero philosoph⁹ tria genera pœnaꝝ cõmemorat,q̃bus peccata puniunt̃.Prima est,q̃ græce dr̃ νουθεσία, uel colasis,cum pœna adhibetur castigãdi,atq; emẽdãdi gr̃a.Altera,quã τιμωρίαν appellãt,cũ dignitas auctoritasq; eius ĩ quẽ ẽ peccatũ,tuẽda ẽ,ne ꝓtermissa aĩaduersio cõtẽptũ eius pariat,& honorẽ leuet.iõq; ei uocabulum a cõseruatiõe honoris quẽ græci τιμὴν uocãt factũ existimãt.Tertia q̃ παράδειγμα a græcis noĩatur,cũ punitio pp exemplũ necessario adhibet̃,ut cæteri a similibus peccatis metu cognitæ pœnæ deterreant̃.iccirco ueteres quoq; nr̃i exẽpla ꝓ maximis,grauissimisq; pœnis usurparũt.pœnã pendere est multam soluere,qa hoc penso ære fieri solebat. A pœna pœnalis actio. & punio,qđ pœnio,quasi pœna afficio ueteres dicebant. & impune qđ ꝓprie significat sine pœna.Sene.Qui ĩpune qcquid libet,agit. Aliqñ tñ pro frustra ponitur. Apule.Impune capitoliũ ascẽdi, cũ nemo esset q sñiam diceret.Iuue.Impune ergo mihi recitauerit ille togatas. impuno ãt a ueteribus ĩpudens dicebatur.Lucil.Homo ĩpuratus & impuno,& rapax,& impunitas.Sene.Quippe delictoꝝ ĩpunitas hoĩes audaciores reddit ad malum.& punitio atq; ĩpunitio notæ significationis.& impunitus,q de cõmissis nõ est punitus.Et pœnitet, quasi pœna tenet. Pœnitere.n.dicimus,cũ quæ ipsi fecimus,aut q̃ de nr̃a uolũtate.nostroq; consilio facta sunt,ea nobis post incipiunt displicere,sententiãq; in iis nostrã demutamus.Cice.Nã qđ obiectũ est de ĩpudicitia,quodq; oĩum accusatorũ nõ criminibus,sed uocibus,maledictisq; celebratũ est,id nunq̃ tã acerbe ferret.M.Celius ut eũ pœniteat nõ deformẽ eẽ natũ. Quoniam uero in iis ẽt q̃ nobis aut tædio,aut pudori sunt,pœna q̃dã eẽ ur̃,fit ut pœnitet aliqñ pro tædet accipiamus.Vir.Officio nec te certasse priorẽ pœniteat.Aliqñ ꝓ pudet.Idẽ. Nec te pœniteat calamo triuisse labellũ.Ci.Nũ igit̃ si ad cẽtesimũ uixisset ãnũ,senectutis eũ suæ pœniteret? Ab hoc pœnitẽtia,& pœnitudo deducunt̃.Quẽadmodũ ãt pœnitet me dicimus, hoc est pœna tenet, ita pœniteor passiue,hoc est pœna teneor,ut illic noĩatiui.hic ablatiui sit casus.

DE DAEDALO.EPIG.VIII.

d AEDALE LVCANO.Iocat̃ in quẽdam noĩe Dædalũ, q̃ in arena urso obiectus fuerat,& ad Dædali Atheniensis alas alludit.Est ãt distichõ.sic.n.appellat̃ a græcis qñ est geminus uersus.Nã δὶς græci bis dicunt.στίχον uersum.Sic tetrastichon appellamus,cũ quatuor sunt uersus.Hexasticon,cum sex.QVAM. Quãtũ.CVPERES.Optares.Cupio.n.est opto desidero.a quo percupio,ualde cupio.cõcupio.desidero.a quo cõcupisco.uñ cõcupiscẽtia deducitur,quod est tã bonarũ,q̃ malarũ rerũ appetitus.& cõcupiscibile,quo nõnulli utunt̃.& cõcupitũ,desideratũ.& cupidus.auidus.& cupide aduerbiũ. auide.a quo cupidior. cupidissimus.& cupidius. cupidissime.Itẽ cupiẽter.cupientius.cupiẽtissime.& cupiditas,desideriũ. q̃ & cupido fœminino genere dr̃.Definiturq; effrenatus habẽdi appetit⁹.nã masculino genere significat deum,de quo supra diximus,q & amor dr̃.a quo cupidineus. Cupiditatẽ a cupidine qdã ita distingunt ut cupiditas leuior sit,ac tẽperatior.Cupido uero grauior.Lucil.Cupiditas ex hoĩe.Cupido ex stulto nunq̃ tollit̃.& cupedia,quæ similiter cupiditatẽ significat.Cicero. Ambitio,mulierositas,puicacia.liguritio.temulentia cupedia.Itẽ cupes.& cupedia neutro genere,lautiores cibi dñr,uel a cupiditate,uel qđ rebus cupidinis alimẽta subministrẽt. uñ cupedinarii appellãtur, esculẽtarũ rerũ uenditores.Cupedula ẽt fœminino genere inuenitur.Gel. Cõiectabamus ad cœnulã nõ cupedulas ciborũ,sed argutias q̃stionũ.Cupẽcus, sabinoꝝ lingua sacerdos appellatur.NVNC.Mõ.hoc ꝓsenti tpe.Nũc.n.aduerbiũ tpis est,& idẽ significat,qđ mõ. Aliquãdo

tñ nullã tpis significationẽ, uerũ ꝑ sed cõiunctiõe accipit̃. Cicero. Quæ qdẽ multo plura euenirent, si ad quietẽ integri iremus. nunc onusti cibo, & uino cõfusa, & perturbata cernimꝰ. PENNAS. Alas, partem pro toto posuit. LVCANO. E lucania, de qua supra diximus, ursi mittebãtur in arenam magnitudine, ac feritate præstantes.

AD DOMITIANVM DE RHINOCFROTE. EPIG. IX.

PRAESTITIT EXHIBITVS. Blãdit̃ Domitiano de pugna rhinocerotis & tauri. RHINOCEROS. Animal ẽ unũ in nare cornu habens repandũ, qđ subĩde attritũ cautibus ĩ mucronẽ acuit, eoq; aduersus elephãtos præliãt, hostis eis natura genitus. ĩ dimicatiõe aluũ maxime petit, qa scit eã ptẽ esse molliorẽ. Lõgitudo ei par elephãto, crura multo breuiora, color buxeus est, a græcis ῥὶν naris dicit̃, κέρασ uornu. Inde rhinoceroti nomẽ. Minora aĩalia nisi ĩ irã subinde excitatꝰ nõ tãgit. Põpei magni ludi hoc aĩal prĩo romæ ostẽderũt. Deĩde Augustus apud septa. solebat. n. hic prĩceps ẽt citra spectaculoꝶ dies, si qñ qd ĩusitatũ, dignũq; cognitu aduectũ eẽt, id extra ordinẽ quolibet loco publicare, ut rhinocerotẽ apđ septa. Tigri ĩ scæna, anguẽ qnq̃gita cubitorũ ꝑ comitio. post hæc Domitianus frequẽter rhinocerotẽ ludis exhibuit. A rhinocerote rhinocerotius deducit̃. uñ rhinocerotia cornua dicimꝰ. EXHIBITVS TIBI. Productus a te. TOTA ARENA. Toto amphitheatro. PRAELIA. Certamina, præliũ a præmendo, quasi præmiũ dictũ, qđ dimicando se inuicem hostes præmant. Est ãt prælium belli pars, hoc ẽ cum manus conseruntur, & ipsa dimicatio, quæ & pugna dr̃. Virg. Infantẽ fugiẽs media ĩter prælia belli. Ab hoc ꝓ̃lio & ꝓ̃lior deducunt̃. & ꝓ̃liator & præliatrix. Vir. Honeste ꝓ̃liũ ꝑ coitu posuit dũ de equo loqtur ætate cõfecto. Nã & in coitu dimicatio quædã esse uĩ. Siquãdo ad ꝓ̃lia uentum ẽ. Præliares dies appellabãt̃, q̃bus fas erat hostẽ bello lacessere. etenim quædã feriæ erant quibus nefas habebat̃ manus cũ hoste conferre. pugna uero a pugno deducit̃, qa ueteres ante armorum usum, pugnis. calcibus, ac morsu certabant. A pugna fit pugnicula, qua pro leui pugna cato usurpauit. pugnax, bellicosus. a quo pugnator. pugnacissimus. & pugnaciter. pugnacius. pugnacissime. & pugnator, q pugnat. cuius fœmininũ ẽ pugnatrix. Itẽ composita oppugno qđ est pugnando uincere cõtẽdo. Expugno pugnando uinco. Sed de oppidis. Castris nauibꝰ, cæterisq; huiuscemodi dr̃. Expugnat̃ ãt nauis secũdũ Callistratũ iurisconsultũ, cũ spoliat̃ aut mergitur, aut dissoluit̃, aut ꝑtundit̃, aut funes eiꝰ exciduñt̃, aut uela cõscindũt̃, aut ancoræ ĩuoluũtur de mari. ab iis oppugnator. oppugnatrix. oppugnatio. expugnator. expugnatrix expugnatio. depugno idẽ, qđ pugno. a quo depugnator. & depugnatrix. propugno aduersus pugnãtes pugno, siue pugnando resisto. a quo propugnator. propugnatrix. & propugnacula minæ murorũ. & alia ædificia, postquæ in mœnibus, aut nauibꝰ ꝓpugnãdo cõsistimꝰ. ĩpugno aduersor, confuto. a quo impugnator. & impugnatrix. repugno. contradico. refragor. a quo repugnantia. refragatio. cõtradictio. pugnus uero a græco deducit̃ πυγμὴ, uel a pũctiõe, hoc est ꝑcussione. a quo pugillus diminutiuũ. & pugil, q pugno certare consueuit. & pugillares tabellæ ex ligno, siue alia materia cæratæ, in q̃bus stilo scribimus, ꝙ pugno cõprehendant̃. uel a pungendo, ꝙ stilo in iis pungẽdo scribat̃. Martia. de pugillaribus eburneis. Secta nisi ĩ tenues essemus ligna tabellas. Essemus libyci nobile dentis opus. Dicimus autẽ in singulari pugillaris, & pugillare. ĩ plurali uero pugillares dũtaxat. Itẽ pugilatus, pugilũ ludus. QVAE NON PROMISIT. Quæ nõ uisus fuerat minari, qm̃ diu torpẽti similis steterat, anteq̃ se in irã colligeret. Martia. paulopost, solicitãt pauidi dũ rhinocerota magistri, seq; diu magnæ colligit ira feræ, desperabant̃ ꝓmissi ꝓ̃lia Martis, sed tñ iis rediit cognitus ante furor. PROMISIT. Minatus est. promittere. n. aliqñ ẽ polliceri, hoc tñ ab eo differens, ꝙ pollicemur spõte, ꝓmittimus rogati. Cicero. Iã. n. totũ tibi qđ ꝓmiserã ꝓ̃stiti. Aliqñ ꝓducere, & q̃si ĩ magnitudinẽ mittere, siue porro. i. lõge mittere. Virg. Promissaq; barba. Nõnunq̃ minari. Idẽ. promisi ultorem, & uerbis odia aspa moui. i. minatus sum. Quippe bõa ꝓmittimꝰ. mala minamur. ab hoc promissum. promissor. & promissio deducunt̃. & promisse aduerbiũ, hoc ẽ prolixe. Itẽ appromitto, a quo appromissor. Est. n. ꝓprie appromissor, q qđ suo noĩe ꝓmisit, idẽ quoq; ꝑ altero ꝓmittit. Itẽ cõpromitto, qđ ꝓprie ẽ litẽ ad boni uiri arbitriũ mitto. a quo cõpromissũ dr̃ ipsa facultas arbitro data, tractũ ab eo qđ uterq; litigãs simul ꝓmittat se arbitri sñiæ pariturũ. arbiter iudex dr̃, nõ a lege datus, sed ab iis q litigãt electus, q totius rei habeat arbitriũ & facultatẽ, dictus ab arbitrãdo. Arbitrari. n. existimare est, & arbitri officium est iudicare, nõ prout iuris sit, sed ꝓut ipse æquũ esse existimet. Hinc arbitriũ, qđ mõ arbitri sententiam significat, mõ opinionem, ut oĩa pro arbitrio suo facit, hoc est ꝓut sibi uĩ, & prout opinat̃ esse faciendũ. Itẽ facultatem iudicãdi arbitro datã. Vnde arbitriũ suscepisse (ut Pedianus scribit) q iudicis partẽ suscepit, fineq; sñia sua se cõtrouersiis ĩpositurũ pollicet̃. Quod si hactenus interuenit, ut expiret̃ an consilio suo uel auctoritate discuti pateret̃ litẽ, nec arbiter uidet̃, nec arbitriũ dr̃ recepisse. Proculus arbitrorũ duo eẽ genera scribit, Vnũ eiusmodi, ut si æquũ sit, siue iniquũ parere debeamꝰ, quod

obseruat̃

obſeruať cũ ex cõpromiſſo ad arbitriũ itũ eſt. Alteꝝ eiuſmodi, ut ad boni uiri arbitriũ redigi debeat, qui iure decernat. Quidã rrbitramẽtũ pro arbitrio, hoc eſt arbitri ſentẽtia uſurpãt. Arbitrariũ diciť, cũ adhuc res apud arbitrũ geriť. itẽ cũ in ptãte uel arbitri, uel iudicis eſt, pro arbitrio, hoc eſt pro opinione ſua iudicare. Vnde arbitraria pœna dř, quæ nõ lege ſtatuta eſt, ſed iudicis arbitrio relicta. a quo fit arbitrarie aduerbiũ, qđ ſignificat pro arbitrio. Cõponitur aũt promitto ex pro & mitto. Mittere ꝓprie eſt qđ græci dicũt πέμπειν. Virg. Mittitur & magni Venulus Diomedis ad urbẽ. Interdũ tamẽ ꝓ deponere atq; excludere uſurpať. idẽ. Reuocate aĩos, mœſtũq; timorẽ mittite. Teren. Eia lachrymas mitte. Nõnũq̃ pro donare. Virg. Hos illi qđ nec bene uertat, mittim⁹ hedos. Ab hoc fit frequẽtatiuũ miſſito. & miſſile oẽ telum, quod ĩ lõgũ mitti põt. unde & lapides miſſilia dicunť. Mittilis uero pulmẽtaria dicebatur, capiebaturq; pro paupcula. itẽ miſſilia dicebanť munera, quæ a principib⁹ populo ſpgebãtur, utputa bellaria lĩea. odores. unguẽta. cibi delicatiores, qđ cũ aliis temporib⁹ tũ maxime ſaturnalib⁹ ĩ theatro fieri ſolebat. Sueto. Sparſit & miſſilia uariarũ reꝝ. & panaria cũ opſonio uiritim diuiſit. Sũt enĩ panaria uaſa ad ferendas dapes ex uiminibus facta. A panario fit dimĩutiuum panariolũ. Miſſum facere dicim⁹, relinquere. omittere. Plau. Sed miſſa iſtæc faciamus. itẽ miſſio. Cice. Tũ de obuiã miſſiõe ſermõem habuim⁹. itẽ miſſus q̃rtæ declinatiõis, qđ ꝓprie ueteres uſurpabant pro ĩmiſſiõe feraꝝ, aut gladiatorũ in arenã. Sueto. in iis circenſiũ die, quo facilius centũ miſſus pagerenť ſingulos a ſeptenis ſpatiis ad qna corripuit. idẽ. Circẽſes frequẽter ẽt ĩ uaticano cõmiſit, nõnunq̃ interiecta per qnos miſſus uenatione. Præterea cõpoſita ab eodẽ fiũt admitto, qđ mõ ſignificat recipio, aſſumo. Iuuena. iã fas eſt, admitte uiros. modo intromitto. Martia. Ante fores ſtantẽ dubitas admittere famã. Mõ pecco. Plau. Quid tãdẽ admiſi pater? Hĩc admiſſiuæ aues, a quibus auguria captabãt. & admiſſarius equus appellať, qui ad ſobolem procreãdã equæ adiungiť. intermitto, qđ eſt tẽpus omitto. a quo intermiſſio. Cice. Et ſi ego id tẽpus intermiſerã potius q̃ omiſerã. Quintilia. Cũq; id ſine intermiſſiõe proſequeretur diſceſſit. Omitto præterea, a quo omiſſio. Permitto interdũ concedo. tolero. ut permitte me parũper quieſcere. interdũ ĩmitto, incito. ut equũ cõcitatũ ad hoſtiũ pmiſit aciẽ. a quo permiſſio hoc eſt indulgẽtia. Prætermitto omitto. a quo prætermiſſio. Tranſmitto, mõ tranſeo. traiicio ut tranſmiſit flumen, hoc eſt traiecit. Virgi. Tranſmittunt curſu campos, atq; agmĩa cerui. Puluerulenta fuga glomerant. Modo mitto. Apuleius. Quo audito puerum ad eum tranſmiſit. Ab hoc tranſmiſſio, hoc eſt traiectio, trãſfretatio, trãſitus Amitto. ꝑdo. Virg. Amiſſã claſſem ſocios a morte reduxi. a quo amiſſio. Demitto, deorſum mitto. Ply. Demiſſoq; in puteũ funiculo altitudinẽ aquæ demẽſus ẽ. a quo demiſſio, & demiſſum, hũile. Apule. Et pauca q̃dã uoce demiſſa præfatus eſt. Et demiſſe aduerbiũ, humiliter. Emitto, extra mitto, ut gregem emiſit Hinc emitti e carcere equi dicuntur. a quo emiſſio. & emiſſariũ locus, p quẽ aqua e lacu, aut ſtagno emittiť. Sue. Fecit & emiſſariũ fucini lacus, portũq; oſtiẽſem. Præmitto, añ mitto. A quo præmiſſio. immitto, mõ intromitto, mõ in lõgitudinẽ ꝑduco. Vir. Reſpicimus dira illuuies, ĩmiſſaq; barba, hoc eſt ꝓmiſſa, a quo immiſſio. intromitto notæ ſignificatiõis, a quo ĩtromiſſio. Sũmitto. ĩclĩo. ſubdo. ſuppono. Lucil. Sũmittas alios ſiquos poſſe cẽſeas. Modo demitto. Vir. Paſcite ut añ boues pueri, ſũmittite tauros. idẽ. Tu mõ quos in ſpẽ ſtatuis ſũmittere genti. Hĩc ſũmiſſum humile dicim⁹. Cice. Neq; ſũmiſſum nimis, neq; ſe nimiũ efferẽtẽ. Virg. ſũmiſſi petim⁹ terrã, & uox ferť ad aures. Ab hoc ſũmiſſio. & ſũmiſſe aduerbiũ. Dimitto aliqñ mitto Idẽ. Eqdem p littora certos dimittã. Hinc dimiſſoriæ lr̃æ (ut Modeſtino placet) uocatæ, q̧ p eas cã ad eum, qui appellatus eſt, mittiť. Nõnunq̃ do. Virg. Dimiſſaq; ab Ioue gẽtis noĩa. Quãdoq; ꝑmitto, & in poteſtatẽ do. Cicero. Tũ annui cõſules, tum dimiſſi populi faſces. Plerunq; relinquo. idẽ. Cũ exercitũ nõ tã tueri, q̃ uel tradere, uel amittere cogitaret. itẽ porrigo, ꝑduco. Varro. cũ ẽt Thais Menãdri tunicã dimiſſam habeat ad talos. Sæpe ẽt demitto, hoc eſt deſup mitto. Virg. Dimiſſum lapſi p funẽ. Salu. Cũ ſtrepitu demiſſum uictoriæ ſimulachrũ. Hinc dimiſſum aliqñ ꝓ abiecto uſurpamus. Cice. Timido aĩo. humili. dimiſſo. Idem. Non ẽ auſus elate & ample loqui. humiliter, dimiſſeq; ſentire. Aliqñ pro humili, ac miſerabili. Virg. Deiecit uultũ, & dimiſſa uoce locuta eſt. Remitto, qđ mõ ſignificat relaxo. Vnde remittere arcum. remittere aĩum dicimus. Cice. Quæro enim nõ qbus intẽdã animũ rebus, ſed quibus remittã. Hinc remiſſio, relaxatio animi diciť. Modo cõcedo, permitto. Vir. Manib⁹, & cineri, ſiqua eſt ea cura remitto. Nõnunq̃ mitto. Lucil. Cohibet domi mœſtus ſe Albin⁹, qđ repudiũ filiæ remiſit. Aliqñ retro mitto. Plautus. Munera accipit frequẽs, remittit nunq̃. Ab hoc remiſſe aduerbium deduciť, qđ mõ humiliter ſignificat. Saluſtius. Pauca timide, remiſſeq; locut⁹, abſceſſit. modo læte, & ueluti remiſſo, hoc eſt relaxato animo. Cice. Quis unq̃ ꝑter hũc tragicas pene comice, triſtis remiſſe. Committo, quod modo eſt cõiungo. Virgi. Delphinum caudas utero cõmiſſa lupoꝝ. Vnde tabulaꝝ, & alioꝝ huiuſmodi iuncturæ cõmiſſuræ dicũtur, & cõmittile, cõpoſitum. mõ dono, relinquo. Cice. is calũniatores oppoſuit, q̃ illã hæreditatẽ Ve-

neri Erycinæ cõmissam esse dicerent. Nõnunq̃ pecco, delinquo. Virg. Quid me⁹ Aeneas in te cõmittere tm̃, Quid troes potuere? interdũ credo, cõmendo. Terẽ. Ouem lupo cõmisisti. idẽ Nec satis digna, cui cõmittas primo partu mulierẽ. Cice. Quãdiu respu. per eos gerebat, qb⁹ seipsa cõmiserat. Hinc fideicõmissarii dicti, quoꝝ fidei ultimaꝝ uoluntatũ executões cõmendantur, quæ fideicõmissa appellant. & actus ipse fideicõmissio. Quãdoq; initio. inchoo. Salusti⁹. Quib⁹ dictis mox ꝓliũ cõmisere. Virg. Et tuba cõmissos medio canit agere ludos. Elegantissime etiã cõmitto ꝓ facio accipit sequẽte semp ut, uel simili dictione, capiturq; semp ĩ malã partem, & negationẽ reqrit. Cice. Nõ cõmittas, ut dicendũ sit nõ putarã. idẽ. Nihil tibi esse cõmittẽdũ cõsiderar debes. quãobrẽ eoꝝ, quos laudas, te nõ similẽ ꝑbeas. Postremo manumitto, a quo manumissor. mãumissus, manumissio. de qbus supra diximus. O. O aliquando uocandi aduerbiũ est. Virg. O regina nouam cui cõdere iuppiter urbẽ. Aliquãdo optãdi. idem. Assis o placidus. Aliqñ indignãdi. Cice. O tempora. o mores, o paterni generis oblite, materni uix memor. Nõnunq̃ admirandi, ut hoc loco, & apud Persiũ. O curas oium, o quantum in rebus inane est. Quandoq; interiectio est dolentis. Cice. O me me miseꝝ, o infœlicẽ. Aliquotiẽs exultantis affectũ exprimit. Vir. O mihi sola mei sup Astianactis imago. idẽ. O fœlix si te tua Roma uideret. Et aliqñ cũ noiatiuo, aliqñ cum accusatiuo, aliqñ cum uocatiuo iũgit. Sed cum uocandi aduerbiũ est, semp cum uocatiuo. item qñ optandi est aliqñ cum si, aliquãdo cũ utinam iunctũ inuenit. Ouidius. O utinam tunc cũ lacedæmona classe petebat, O brutus isanis esset adulter aquis. Persius. O si ebuliat patrui ꝑclaꝝ funus. & O si sub rastro crepet argẽti mihi seria dextro. PRONVS. Spõte sua ad certãdum inclinatus, qđ huic aĩali accidere solet aduersus minores feras, uel ꝓnus inclinato cornu. Pronus ꝓprie inclinatus dicit, ut natura ad malũ ꝓni sum⁹. Virg. Frãge manu telũ phrygii prædõis, & ipm ꝓnum sterne solo. Poetæ tamen aliqñ pronum pro uicino usurpãt. Sicut altum ꝓ eo qđ lõge positũ est. idem. Vẽtisq; uocatis Prona petit maria, hoc est littori uicina. A ꝓnus fit aduerbinm prone. EXARSIT. Excãduit. Ardere ꝓprie cõcremari est. idẽ. Nãq; uolans liqdis in nubibus arsit arũdo. Sed qa quæ ardent, ẽt fulgorem reddũt. Ardere aliqñ pro fulgorẽ reddere usurpat. idẽ. Ardebat murice lena. itẽ pro festinare, quia quæ ardent celeriter absumunt. idẽ. instant ardẽtes tyrii pars ducere muros, Moliturq; arcẽ. Præterea qa quæ ardent, calent, & in ꝓxima quæq; ferunt, atq; hoc idem irati faciũt. Ardere etiã pro irasci accipit, ut hoc loco. & apud eũdem Virgiliũ. Proxima quæq; metit gladio, latũq; p agmẽ, Ardẽs limitẽ agit, ferro te Turne supbũ, Cæde noua quærens. item pro consumi. Cice. Quoniã nimio uidendi te desiderio ardebã. Et pro optare. Ply. Ardeo te uidere. Virg. Patriæq; mori pro mœnibus ardent. & pro impatienter amare. idem. Formosum pastor Corydon ardebat Alexim. Ardentem etiam aliqñ candidũ dicimus a candore flammæ. idem. Ardentesq; auertit equos in castra. item ardens ingenium acutum, quod instar ignis omnia penetret. Sicut ecõtrario segnem hominẽ dicimus tardum, quasi sine igne a quo segnities, quæ & segnitia dicit, & modo tarditatem ac pigritiã, modo infœcunditatẽ significat. Terẽ. Enimuero Daue nihil loci segnitiæ, atq; socordiæ. Ply. Hic negligẽtia cultoꝝ hinc agroꝝ segnities, hoc est sterilitas. Vir. Segnisq; horreret in aruis carduus. segnis, hoc est inutilis. infecũdus. Legit ẽt segnitas pro segnitia. Cicero. Et quãdo de ĩprudẽtia dixim⁹ castigemus ẽt segnitatẽ. segniter quoq; aduerbiũ ĩuenit, hoc est tarde. Ardeo qñ pro impatienter amo accipit, mõ cũ accusatiuo, mõ cũ ablatiuo cõiungit. Virg. Formosum pastor Corydõ ardebat Alexin. Horatius. Nõ aliter Samio dicunt arsisse batillo anacreonta teiũ. Ab ardeo fit cõpositum perardeo. & exardeo. Præterea deriuatiua arduus, hoc est molestus. incõmod⁹. intractabilis. a quo aduerbiũ ardue, hoc est difficulter. & ardea auis, q̃si ardua, qm̃ ardua, hoc est alta uolãdo petit, & significat tẽpestatẽ. A græcis appellat ἐρωδιός. Tã alte uolat, ut humanũ fugiat uisum. Lucanus. Quæq; ausa uolare ardea. Virg. Atq; altã supra uolat ardea nubẽ. Per diminutionem ardeola uocat. Tria eaꝝ genera tradit Aristoteles. Leucon ab albedine ita dictum. Asterias a fulgore astroꝝ. & pellos ab aduerbio πέλας, qđ ꝓpe significat. qm̃ hoc tertium nõ ita in altũ uolat. Hi in coitu angunt. Mares sanguinẽ quoq; uociferãdo ex oculis ꝓfundũt nec min⁹ ægre pariũt grauidæ. Ab ardeola ardelio deducit, sicut a stella stellio, a tabella tabellio. Est aũt ardelio hõ inqetus, & huc atq; illuc semp uolitãs. saliens. man⁹ iactãs. togã modo deiiciẽs. mõ reponẽs, & oĩb⁹ negociis sese ĩmiscens, q̃lem fuisse Malliũ Surrã legimus, quẽ uenuste deridẽs Afer satagere dixit. Itẽ attalũ, ad quẽ sic scribit Martialis. Declamas belle, causas agis Attale belle, Historias bellas. carmina bella facis. Cõponis belle mimos. Epigrammata belle. Bellus grãmaticus, Bellus es Astrologus. Et belle cãtas, & saltas Attale belle. Bell⁹ es arte lyræ, bellus es arte pilæ. Nil bene cũ facias, facis attamen oĩa belle. Vis dicã q̃ sis? magnus es ardelio. Præterea afrũ, in quẽ similiter inuehit idem Martialis, ꝓpterea eũ acerbius ĩcrepãs q̃ senex erat, in quo turpius esse cõstat hoc uitiũ. Cõdita cũ tibi sit iam sexagesima messis, Et facies multo splendeat alba pilo, Discurris tota uagus urbe, nec ulla cathedra est, Quo nõ mãe

feras irreqetus aue. Et sine te nulli fas est prodire tribuno, Nõ caret officio cõsul uterq; tuo. Et sacro decies repetis palatia cliuo saturiosq; modos, parthéiosq; sonas. hoc faciãt sane iuuenes. deformius Afer. O ĩno nihil est ardelione sene. Ab ardeo ẽt fit ardẽs, hoc est uehemens. ardentior. ardẽtissimus. & aduerbia ardẽter. ardẽtius. ardentissime. (Et ut qbusdã placet) Ardea oppidũ latii a Danae Persei matre. Vel (ut alii uolũt) a Dauno Pilũnii filio cõditũ, a feruore regionis ita appellatũ. Martia. Ardea solstitio, pestanaq; rura petãtur. Quiq; cleoneo sydere feruet ager. Cũ tyburtinas dãnet curiatius auras inter laudatas ad styga missus aquas. Hui⁹ ĩcolæ dicunt ardeates. IN IRAS. In irã. Pluralẽ numeꝝ posuit pro singulari (ut mos est poetaꝝ) irã definiũt esse libidinem puniẽdi eius, a quo iniuria offensi sumus. Ab ira irascor fit. a quo irat⁹. iracũd⁹. iracũdia. Differtq; iratus ab iracũdo, ꝙ iratus est, q ex aliqua re lacessitus excãduit. iracundus, q ex quacũq; ẽt parua cã mouet ad irã. Sicut ebri⁹, q nimio potu alienatus est mẽte. Ebriosus q sæpe fit ebrius. Sic ira ab iracundia differt, queẽadmodũ ebrietas ab ebriositate. illa enim ex cã, hæc e moribus sunt. Terẽti⁹. Vt senis essem ultus iracũdiam, aliqd corrasissem. Ab iratus fit aduerbium irate, hoc est per irã. Ab ebrius fit uerbũ inebrio. Cuius passiuum est inebrior, & ebriose aduerbiũ, qđ significat ad similitudinẽ ebrii. Sobrius, q in cibo, ac potu tẽperãs est, q̃si sine ebrietate. A quo sobrietas. & sobrie aduerbiũ. Sobri⁹ ẽt dicitur, q non est actu ebrius. Vndenõ sobrius pro ebrio accipitur. Martialis. Et non sobria uerba subnotasti. item ebriolo uerbum, qđ est ebriũ facio, qđ & ebrio dr̃. A quo ebriatus. Laberius. Ebriolati mẽtẽ hilariam arripiunt. idem. Homo ebriatus sõno sanari solet. CVI TAVRVS ERAT PILA. Magnitudinem ac ferocitatẽ rhinocerotis exprimit, q perinde taurũ cornu iactabat in altũ, ut tauri iactare pilas solebant. Mos qppe erat obiicere pilas tauris, qbus irritarent̃. Martia. Qui modo p totam flãmis stimulatus arenam Sustulerat raptas Taurus in astra pilas. Ad hunc usum e stramine olĩ formare soliti sunt ẽt in humanã speciem imagines, postea pilas e uestibus in globũ collectis, p̃sertim purpureis, quo colore magis belluæ irritant̃. Ouidius. Haud secus exarsit, q̃ circo taur⁹ apto, Cũ sua terribili petit irritamina cornu, Phœniceas uestes. elusaq; uulnera sentit. Pila instrumẽtũ lusoriũ est rotũdũ ad similitudinẽ sphæræ, quo ludo graues quoq;, & magni uiri delectati sunt. Scæuola optime pila lusit, atq; ad hoc diuerticulũ aĩum forẽsibus negociis fatigatũ trãsferre solitus est. Augustus post ciuilia bella exercitatõibus cãpestrib⁹ equorũq; & armoꝝ dimissis ad pilã se trãstulit. idem pmulti alii fecerũt. Plau. Deus nos uti pilas homines iactat. Quatuor pilaꝝ genera sunt. Est pila trigõalis omnium minima. p̃dura. firmo pilo plena, a quo pila nomẽ habet. fluẽtina nunc uulgo dicta, qđ fluẽtiæ huiusmodi pilæ optimæ fiãt. Trigonalis aũt uocitata est, a trigone, q locus erat in thermis triquetra, hoc est triangulari figura, quam græci τρίγωνον uocãt. Ad huiusmodi pilæ lusum ædificatus, & paruo calore tepid⁹ teneri per hyemem solitus, ne exuti ad ludendũ homines statim rigorẽ cõciperent, neue ludẽdo exerciti nimis æstuarent, mittit̃ pila ad unũ angulũ, ita ut utrũq; parietẽ cõtingat, redditur non minus sinistra quam dextra mãu, mirãq; corporis agilitatẽ reqrit. Martialis de loco. Seu lentũ ceroma teris, tepidũq; trigõa. idẽ. Captabit tepidũ dextra, læuaq; trigonẽ. imputet acceptas ut tibi sæpe pilas. idẽ de pila trigonali. Si me nobilib⁹ scis expulsare sinistris Sum tua si nescis, rustice redde pilã. Est pila paganica a pagis, hoc est uillis ita dicta, ꝙ pagãi ea uterent̃. hæc grossior est, laxiorq;, & pluma plena, nec ad lusum tam agilis, ut quæ nec tã leuis est, nec iactata facile resilit. idem. Hæc quæ difficilis turget paganica pluma folle minus laxa est, & min⁹ arcta pila, q̃si dicat. est laxior q̃ pila trigonalis, & arctior firmiorq; q̃ follis. Nã Follis tertium pilæ genus est. Hic ex pelle fit. spirituq; ĩflat̃. grossior cæteris, sed nõ multo grauior, pugno reddit̃, nõ palma, ut reliquæ pilæ. a flatu nomen habet, qa spiritu ut diximus ĩpletur, siue qđ ueteres follẽ pellem dicebãt. Et p diminutionem folliculũ. uñ folliculare pars remi appellatur, q̃ folliculo tecta est, a quo uita follicularis uocitata est. itẽ follẽ, siue folliculũ utrẽ noĩabãt, quæ nihil aliđ est q̃ pellis flatu plena. item instr̃m quo attrahitur uentus atq; emittitur ad ignẽ excitãdũ. Muliebrẽ quoq; folliculũ dicebãt, quã uuluã, siue locos, siue uteꝝ appellare supra docuimus. hoc genere pilæ minus fatigãtur ludentes, iõq; ĩbecilliori etiã ætati cõuenit. agitata lentius fertur resilit magis. tardiusq; descendit. ueluti hoĩem de ĩdustria expectãs. idem. ite pcul iuuenes, mitis mihi cõuenit ætas, Folle decet pueros ludere, folle senes. Hũc similiter folliculũ p dimĩutionem dici manifestũ est. Sueto. de Augusto. post bella ciuilia ad pilã primo, Folliculũq; trãsit, mox nihil aliud q̃ uectabat̃, & deãbulabat. Quoniã uero hoc pilæ gen⁹ pugno pcutit̃, follis pugillatorius appellat̃. Plau. Extẽplo hercle ego te follẽ pugillatoriũ faciã, & pẽdẽtẽ cursabo pugnis piurissime. Est p̃terea q̃rtũ pilæ genus, qđ uocãt harpastũ. siue sphennidã, grossior ẽ q̃ pila paganica, tenuior q̃ follis. E pãno fere fit, aliqñ ex pelle, lana tomẽtoue ĩpletur, nõ repcutitur. Sed cũ multi sint ludẽtes, & in duas ptes diuisi, ita ut utriq; e regiõe sibi ĩuicẽ oppositi sint ad suos qsq; trãsmittere pilã conatur, quã aduersarii nitũt̃ arripe. Sic magno labore ludit̃, decidit sæpe in terrã pila, ad quã cateruatĩ currẽtes, se inuicẽ psternũt, puluereq;, & sudore infectĩ

flauescũt. Laboriosum ludi genus. & iõ grãdiorib⁹ tm̃ cõueniẽs. sphẽnida appellat̃, uel a sphẽnida inuentore, uel ἀπὸ τοῦ φενακίζειν, qđ decipe significat. Fit. n. in hoc ludo, ut cũ alteri sæpe ostendãt se uelle pilã ꝓiicere, alteri tñ iaciãt ad decipiẽdũ aduersariũ ἁρπαστὸν aũt, hoc est Arpastum ἀπὸ τοῦ ἁρπάζειν, hoc est a rapiẽdo uocatur, q̀a ꝓiectã pilã multi simul conãtur arripe, seq; ob eã cãm inuicẽ ꝓsternũt. idẽ Martia. Siue harpasta manu puluerulẽta rapis. idẽ de harpasto. Hæc rapit Anthæi uelox in puluere Draucus, Grãdia q uano colla labore facit. Artemidorus de interp̃tatione somniorum. ἁρπαστὸν δὲ καὶ σφαῖρα φιλονεικίας ἀπεράντους σημαίνουσι. πολλάκις δὲ καὶ εἰς ἑταίρας ἔρωτα. ἔοικε γὰρ ἡ σφαῖρα καὶ τὸ ἁρπαστὸν ἑταίρᾳ. διὰ τὸ μηδαμῇ μένειν. καὶ πρὸς πολλοὺς φοιτᾶν. Harpastum inquit, & sphæra certamen infinitum significãt. Sæpe etiam meretricium amorem. Videtur enim sphæra, & Harpastum meretrix propterea ꝙ nusquam maneat, sed ad multos prodeat. Operæpretium est uidere q̃ ridicula de iis per ignorantiam pleriq; tradiderunt. Ab huius pilæ similitudine quicquid rotundũ, ac sphæricum est Pilam uocamus, Cuius diminutiuum est Pilula.

DE LEONE IVSSV DOMITIANI CONFOSSO. QVOD MAGISTRVM LAESERAT EPIGRAMMA. X.

I AESERAT INGRATO. Laudat clemẽtiã Domitiani, ꝙ cũ Leonem mãsuefactum in arena aĩaduertisset in magistrum sæuire, confodi eũ iusserat naturæ mansuetudinem, nõ mõ in hoĩbus, sed etiam in feris requirens. PERFIDVS. Violator fidei, quã mãsuefactori suo debebat. LAESERAT. Offẽderat. Lædere proprie est contumelia afficere, sumptum a græcis, q̃ λοιδορίαν cõtumeliam uocãt. Transfertur tñ ad oẽ genus offensionis. Eius passiuũ est lædor. a quo læsus offensus. & contrarium eius illæsus, hoc est inoffensus. & læsio offensio. MAGISTRVM. Præceptorem, qui eum mansuetudinem docuerat. Magistri proprie dicuntur artium p̃ceptores. Transfertur tamen hoc nomen ad omnes, quibus p̃cipua cura reꝝ ĩcũbit, uel ꝙ magis cæteris possint, uel ꝙ magis q̃ cæteri diligentiam & solicitudinem rebus, q̀bus p̄sunt, debẽt. Hĩc magistros pagoꝝ, societatũ uicoꝝ, collegioꝝ dicim⁹, q pagis. uicis. societatib⁹. collegiis. p̄sũt. Magistrũ eq̃tum, cui sũma potestas in eq̃tes erat. addebaturq; semp dictatori, cui sũma potestas erat in populũ. a quo & magister populi dicebat̃. Magister ẽt aliq̃ñ pro custode accipitur. Terentius. Me filiis relinquunt q̃si magistrũ. Virg. Nec exanimes possunt retĩere magistri. A magister magistro uerbũ deducit̃, qđ significat moderor. guberno. a quo magisteriũ, qđ nõnulli pro ipsa magistri dignitate usurpant. & magistratus, qđ mõ significat eũ, q in potestate aliqua est cõstitutus, ut est cõsul. proconsul. prætor. proprætor, & alii q̃ ciuitates, aut ꝓuincias regunt. Modo ipsam ptãtem, siue officiũ. Cicero. Nam is tum in urbe magistratũ gerebat. idẽ Quẽ magistratus cõprehẽdi, & in uinculis teneri iusserat. Magis uero aduerbiũ est. & significat plus. deduciturq; a magnus, qđ grãdẽ significat. cuius cõparatiuũ est maior. suplatiuũ maximus. Maximus põtifex dicebat̃, ꝙ reꝝ quæ ad sacra & religionem ꝑtinẽt, curam habeat. uindexq; sit cõtumaciæ priuatoꝝ, magistratuũq;. Maximus Curio. cuius autoritate curiæ omnes curionesq; regũtur. Maximi annales nõ ab eorum magnitudine, sed ꝙ eos pontifex maxim⁹ cõsecraret. Maximã hostiam ouilis pecoris appellabant non ab amplitudine corporis, sed ab animo placidiore. Maximam multam dixerũt trium miliũ, & uigĩti assiũ, quia nõ licebat quõdam pluribus triginta bobus, & duab⁹ ouibus quenq̃ multari. æstimabaturq; bos centussib⁹, ouis decussibus. Præterea ab iis aduerbia magne. magis. maxime. A magis fit demagis, quòd significat ualde magis. Veteres tñ aliq̃ñ pro nimis posuere. A magnus p̄ter ea quæ superi⁹ diximus, magmentum deducit̃, qđ ueteres dixerunt mai⁹ augumẽtũ. Magnitudo. magnific⁹. magnificentia. magnifice. magnifacio. magniæstimo. magnipẽdo. magnitas. & maximitas, q̀bus ueteres pro magnitudine usi sunt. Accius. Neq; sat fingi, neq; dici præ magnitudine põt Lucil. Neq; ad hoc me cogas ĩmani maximitate. Magnanimus, a quo magnanime. & magnanimiter. & magnanimitas. & maximates primarii ciuitatis, q & sũmates, & optĩates dicuntur. & magniloquus, gloriosus. a quo magniloquentia. & maiusculus diminutiuum. a quo maiuscule aduerbiũ. & magnopere, ualde uehementer. itẽ maximope, & maiorẽ in modũ. & maiestas. decus. amplitudo. & dignitas. uel populi. uel senatus. uel magistratus. uel prĩcipis. aut imꝑatoris. aut ẽt priuati magni uiri. aut alteri⁹ ẽt inaĩatæ rei. Vñ maiestatis crimẽ iuriscõsulti definiunt, qđ aduersus populũ Romanũ, uel aduersus securitatẽ eius cõmittit̃. & rei maiestatis dicũtur, q̃ eiusmodi crimẽ cõmittũt. Maiestas ẽt dea est, quã ueteres coluerũt, honoris, & reuerentiæ filia. Ouidius. Donec honor, placidoq; decẽs Reuerẽtia uultu Corpora legitimis ĩposuere toris. Hinc sacra maiestas, quæ mundũ temperat oẽm, Quaq; die partu est, edita magna fuit, Nec mora cõsedit medio sublimis olympo, Aurea purpureo cõspiciẽda sinu. Quidã hãc Vulcani fuisse uxorẽ uolũt. Præterea maiores, de q̀bus supra diximus. & maius mensis, a maioribus. Nã postq̃ Romulus populũ Romanũ in maiores minoresq; diuisit, ut altera pars cõ-

filio.altera armis rēpu.tuereť,ī honorē utriuſq; partis hūc maiū ſequentē iuniū uocauit.Ouidius.Hinc ſua maiores tribuere uocabula maio,iunius a iuuenū noīe dictus adeſt.Sūt tñ qui maiū a maieſtate dea,de qua ſupra diximꝰ appellatū malint,& argumēto utūtur,ꝙ flamē Vulcanalis kal.maiis huic deæ rē diuinā facit.Alii a Maia Mercurii mr̄e,ꝓpterea hoc mēſe mercatores oēs Maiæ piter,Mercurioq; ſacrificare ſoliti erāt.Hāc qdā uolūt terrā eē.hoc adeptā nomē a magnitudīe,quēadmodū & mater magna ī ſacris uocať.Propter qđ ſus ꝑgnās ei mactabať,quæ hoſtia eſt ꝓpria terræ.& mercuriꝰ uocis,& ſermonis deꝰ ei adiūgiť,qa uox naſcenti homini cōtactu terræ dať.Huic qdā ſcribūt ædē kal.Maiis dedicatā fuiſſe ſub noīe bōæ deæ,de qua ſupra diximꝰ,hāc potētiā habere iunonis.ideoq; regale ſceptrū in ſiniſtra manu ei addi.Alii Proſerpinā credūt,porcaq; ei rē diuinā fieri,qa ſegetē,quā Ceres mortalibꝰ tribuit,porca depaſta eſt. Alii Semelē credūt,& eandem Fauni filiā dicūt,obſtitiſſeq; uolūtati pr̄is ī amorē ſuū lapſi,ut & uirga Myrtea ab eo uerberareť,cū deſiderio pr̄is,nec iuno ab ea ꝑſſa ceſſiſſet.trāſfiguraſſe ſe tñ in ſerpētē pater crediť,& coiiſſe cū filia,q̄rū reꝶ indicia ſunt,ꝙ uirgā myrteam in tēplo nefas erat,ꝙ ſup caput eius extendebať uitis,q̄ maxīe decipe eā pater tentauit,qđ uinū in tēplū eiꝰ non ſuo noīe ſolebat īferri.Sed uas in quo uinū iditū erat mellariū noīabať,& lac uinū nūcupabať,ſerpēteſq; in templo eius,nec terrētes,nec timētes indifferēter apparebant.Quidā Medeā putant,ꝙ in ædē eius oē genus herbaꝶ eēt.Ex qbus antiſtites dabāt plerūq; medicinas,& qa tēplū eius uiꝶ intrare nō licebat,ob iniuriā quā ab ingrato uiro Iaſone ꝑpeſſa fuerat.Sūt ēt q̄ maiū mēſem a thuſculanis ad Romanos trāſiſſe cōmemorēt,apđ quos deus maius colebať,q erat iupiter a magnitudine ac maieſtate ita appellatus. Sed quoniā de maii appellatione diximus,opeꝑtiū eſt,ut cæteroꝶ quoq; menſium rōnem reddamus.Arcades tribꝰ dūtaxat mēſibus annū ſuū explicabāt.Acarnanes ſex.Reliq græci.ccclíiii.diebꝰ ānū ꝓpriū cōputabāt.In hac uarietate Romani quoq; ab initio autore Romulo annū decē mēſibus ordinatū habuerūt,q a martio īcipiebat,cōficiebaturq; diebꝰ trecentis & q̄tuor,ut ſex qdē mēſes,hoc eſt aprilis.iunius.ſextilis.ſeptēber.nouēber.decēber tricenū eēnt dieꝶ,q̄tuor uero reliq.martius.maius.quintilis.october tricenis & ſingulis ꝑficerenť.Primū ergo mēſem Romulus genitori ſuo marti dicauit,& ab eo martiū appellauit.Huiꝰ prima die ignē nouum Veſtæ aris incēdebāt,ut īcipiēte āno cura denuo ſeruādi nouati ignis incipet.Eodē quoq; ingrediēte mēſe,in regia,curiſq;,& flaminū domibus laureæ ueteres nouis laureis mutabāť,& publice ac priuatim ad Annā pennā ſacrificatū ibať.ut ānare,pennareq; liceret,hoc mēſe mercedes exſoluebāt magiſtris,q̄ cōpleto āno deberenť.Comitia auſpicabāť,uectigalia locabāt,& ſeruis cœnas apponebāt mr̄onæ,quēadmodū dn̄i ſaturnalibus.illæ ut pricipio āni ad prōptū obſequm honore ſeruos īuitarent,ii qa gr̄am ꝑfecti opis abſoluerent.Secūdū mēſem nominauit Aprilē.q̄ſi Aphrilē a ſpuma,quā græci ἀφρὸν uocāt.Vñ orta uenus putabať,ut quēadmodū primꝰ mēſis a pr̄e ſuo Marte,ita ſecūdꝰ ab Aeneæ mr̄e Veneris nomē hr̄et,& ii potiſſimū mēſes ānū auſpicarenť,a qbꝰ Romani nois origo ꝓceſſiſſet.Alii nō a Venere appellatū hūc mēſem putāt,ſed ab aperiendo dictū Aprilē,q̄ſi apilē,qm̄ cū añ æqnoctiū uernū triſte ſit cœlū,& nubibꝰ obductū,item mare nauigātibꝰ clauſum,terræ ēt ipſæ ab aq̄,aut pruina,aut niuibus cōtegātur,ea oīa uerno.i.hoc menſe apiūtur.Sic Atheniēſes ἀνθεστηριῶνα hūc mēſem uocāt,ꝙ oīa eo floreſcāt.Maiū Romulus tertium poſuit,de quo iā diximꝰ.Poſt hūc iuniū ex parte populi,ut diximus noīatū.Siue(ut alii putāt)q̄ſi iunoniū,qđ ita eū latini appellarēt,& hæc nūcupatio apđ Romāos māſerit.Sed poſtea detritis q̄buſdā lr̄is ex Iunonio Iuniꝰ ſit dictꝰ.Nā & ædes iunoni mōetæ kalē.iuniis.dedicata ē. Quidā iuniū mēſem a iunio Bruto uocitatū putāt,qui primꝰ Romæ cōſul eſt factus,qđ kal.iunii pulſo Tarqnio ſacrū Carnæ deæ ī Cælio mōte uoti reus,ut ſupra diximus,feciſſet.Huius mēſis kalēdæ uulgo fabariæ uocātur,qa hoc mēſe adultæ fabæ diuinis rebus adhibenť.Seqtur quintilis principio dictus,ꝙ ordīe q̄ntꝰ eēt,ſed poſtea ī honorē Iulii Cæſaris dictatoris Marco Antōio Marci filio cōſule legē ferēte Iuliꝰ appellatus,ꝙ hoc mēſæ ad q̄rtū idus quintiles iulius ꝓcreatꝰ fuiſſet. Auguſtꝰ dehīc ſuccedit,q antea ſextilis uocabať,donec honori auguſti ex ſenatuſcōſulto cōſecratꝰ eſt.Cuius hæc uerba fuerūt.Cū impator Cæſar Auguſtus mēſe ſextili,& primū cōſulatū inierit,& triūphos tres ī urbē ītulèrit,& ex ianiculo legiōes deductæ ſecutæq; ſint eiꝰ auſpicia,ac fidē.& ægyptus hoc menſe in ptātem populi Romani redacta eſt,finiſq; hoc menſe bellis ciuilibꝰ īpoſitus ſit,atq; ob has cās ſic mēſis hic īperio fœliciſſimꝰ ſit ac fuerit, placere ſenatui,ut hic menſis Auguſtꝰ appelleť.itē plebiſcitū factū ob eandē rē Sex.Pacuuio tribuno plebē rogāte.Mēſis ſeptēber pricipale retinet nomē,quē germanici appellatiōe,Octobrē uero ſua Domitianus īuaſerat.Poſtq̄ uero decreto ſenatus nomē infauſtū ex oī ære uel ſaxo deraſum ē,ut oīs eiꝰ memoria abolereť.Mēſes quoq; uſurpatiōe tyrānicæ appellatiōis exuti ſunt.Poſt hæc principes cæteri diri ominis īfauſta uitātes mēſibꝰ cæteris priſca noia ſeruauerūt.octobrē.nouēbrē,atq; decēbrē,ꝙ octauū.nonū.decimū locū teneāt.Ab octobri october quoq; equus appellabať,

quoq; contraria sunt indissolubilis. & indissolubiliter. DIGNAS TANTO CRIMINE. Quales tñ crimen merebatur. Dignũ.n.dicimus, qđ meret̃ ut dignũ p̃mio, dignum laude. dignũ flagris. dignũ castigatione, hoc est qđ meret̃ præmiũ. meret̃ laudẽ. meret̃ flagra. meret̃ castigationẽ. dictũ a græco δικνύω, qđ est demonstro, præ me fero, q̃m ex iis, quæ gerimus, qd mereamur ostendimus. Eius cõtrariũ est indignũ. Marti. Indignas p̃meret pestis cum tabida fauces, hoc est quæ talẽ morbũ nõ merebant̃. Idẽ. Digna tuo cur sis, indignaq; noĩe dicam, hoc est dicam cur merearis, & nõ merearis hoc nomẽ. Quidã tñ dignũ a dignoscendo potius dictũ uolunt, quasi cognitũ. A dignus fit digno uerbũ, qđ est dignũ puto. Pacu. Quis deos infernos q bus cælestes dignet honoribus. Eius passiuũ est dignor, hoc est dignus habeor. Vir. Cõiugio Anchisa Veneris dignate supbo. Macro. Cato ait Larentiam meretricio quæstu locupletatam post excessum suum populo romano agros reliqsse, & ideo sepulchri magnificentia, & ãnuæ parentationis honore dignatã. Frequentius tamẽ in usu est dignor deponens, pro dignũ habeo q̃ digno actiuũ. Vir. atq; idẽ fugientẽ haud est dignatus Herodẽ sternere. Idẽ. Haud eqdẽ tali me dignor honore. Ab indignus uero fit indignor, qđ est irascor, quasi ea patiẽs, qbus nõ sum dignus. A dignus fit dignitas. & dignatio, qđ ꝓprie significat honorem nobis, pp merita, uel impensum, uel debitum. Gellius. Cuius dignitas nec augeri laudibus, nec minui detractionibus põt. ponit̃ tñ frequenter pro decore, ut cũ dicimus dignitatẽ oris, dignitatẽ habitus & similia. Hæc ita a uenustate discernitur, ut dignitas uiris. Venustas fœminis sit attributa. Cicero. Venustatẽ muliebrẽ dicere debemus, dignitatẽ uirilẽ. Ab indignus fit indignitas, hoc ẽ id qđ iniuste patimur. Itẽ indecentia, ut indignitas oris. indignitas habitus. & indignatio, hoc ẽ ira. & indignabundus, irascẽs. Itẽ a dignus digne aduerbiũ, hoc est pro meritis. Ab indignus indigne p̃ter merita. Oui. Leniter ex merito qcqd patiare ferendũ est. Quæ uenit ĩdigne pœna dolenda uenit. Quidã ẽt ꝓ digno cõdignũ usurpãt. & dignãter ꝓ eo, qđ est secũdũ merita, & indignanter p indignationẽ. & dedigno, ac dedignor, q̃ significãt indignum habeo. cõtẽno. CRIMINE. Delicto. Crimẽ ꝓprie significat id qd p cõtẽtionẽ alicui obiicit̃. Vnde criminare est accusare, siue cõtumeliose rep̃hendere. & criminatio ipsa (ut ita dicã) cõtẽtiosa cõtumelia. & criminosus. cõtentiosus. cõtumeliosus. & criminose, cõtumeliose. Vir. Disiice cõpositã pacẽ, sere crimina belli, hoc est cõtentiones & iurgia, ex qbus bellũ oriat̃. Cice. Hæreditatẽ mihi negasti obuenisse. Vtinã hoc tuũ uerũ crimẽ esset. Et sic dr̃ a cerno crimen, sicut a discerno discrimen. Cernere q̃ppe cõtẽdere est. Accius. Primiores procerũ noĩatim uocat, siqs esset, q armis secum uellet cernere. Plau. Pro patria amphitryo dũ cernit cũ hostibꝰ. Apule. Is cũ ad me accusandũ descendisset nolui cũ eo in iudicio cernere. Hinc p metaphorã crimẽ ẽt pro delicto accipit̃. Sene. Vitã agens simplicẽ. rectã. sine crimine. Aliqñ tñ cernere uidere est. Vir. Cernimus adstantis nec q̃ lumĩe toruo. Hinc cernuꝰ dictus extẽplo plantas cõuellit honestas. Vir. Eiectoq; incũbit cernuꝰ armo. Itẽ cernere, de liberare. Lucil. Postq̃ p̃sidiũ castris educere creuit. Idẽ. Acribꝰ ĩter sese armis cõfligere creuit. Cernere, diuidere. secernere. a quo crines dicti sũt, qd sint discreti. Cernere, iudicare. Pacu. Et æquũ & rectũ est, qđ postulas, iurati cernãt, p̃terea ἀπὸ τοῦ κρίνειν, qđ est iudicare, deductum hoc uerbũ existimãt. Itẽ cernere, cedere. Vnde cernere hæreditatẽ filii parentibus dicti sunt, hoc ẽ cedere. Accius. regnũ tibi pmitti malunt cernã, tradã exercitus. A cerno qñ cõtendo significat, fit certo uerbũ, qd similiter est altercor. cõtendo. pugno. Virg. Certẽt & cygnis ululæ. Idẽ. Officio nec te certasse priorẽ Pœniteat, hoc est contendisse, ut officio uinceres. Cice. Cũ inter se duo populi de finibꝰ armis certarent. Hinc certamẽ, quod mõ pugnã, ac cõtentionẽ significat, Mõ rẽ de q̃ certat̃. Certatio uero ẽ ipsa cõtentio, q̃ & cõcertatio dr̃. Itẽ a certo qñ significat uideo, fit certus, hoc est clarus indubitatus. qa ea q̃ cernimus, clara & indubitata sunt. Quint. Nempe eẽ certũ est, uñ facio, siue reddo te certiorẽ dicimus. nõ tñ certũ, hoc est declaro, & affirmo tibi ita eẽ. & certior abs te factus sum. non tñ certus, hoc est abs te mihi declaratũ est, & cũ aliqd uehementer affirmare uolumus, id certo certius esse dicimus. Hinc fit incertus, hoc est dubius. & certitudo. a quo incertitudo. & certisso uerbũ, hoc est certus fio. Pacu. Vocãt cocos, uñ certissent. & incerto, incertũ facio. Plau. Lõga dies meũ incertat aĩum. & certe, ac certo aduerbia affirmãdi, qđ ẽt ꝓ certo dicimus. Aliqñ tñ certe ꝓ saltẽ ponitur. ut si non potero tãgere, certe potero uidere. Similiter a cerno, cũ significat diuido. & secerno, certũ dicimus, discretũ. cõstitutũ. hoc est tm̃, ac tale, quãtũ, & q̃le uolumus. Vnde certũ uulnus fecisse aliquẽ dicimus, cum nec plus, nec minus fecit q̃ uoluit. Martia. O q̃ certa fuit librato dextera ferro. Hinc certos fere numero plurali usurpamus ꝓ eo, qđ est quosdã q̃si a cæteris discretos. Cice. Is.n. cũ certis aliis ad Cæsarẽ missus paulo ante discesserat. Virg. Equidem p littora certos dimittã. Salu. Apud latera certos locauit. Eodẽ quoq; mõ a cerno, cũ delibero significat, dicimus certũ ẽ ꝓ eo, qđ deliberatũ & cõstitutũ est, in quo plerũq; adiungit̃ datiuus cũ ĩfinitiuo, ut certũ ẽ mihi ĩ Asiã nauigare. Aliqñ nõ ponit̃, sed subintelligit̃ datiuꝰ. Vir. Certũ ẽ in siluis inter spelæa ferarum, Malle pati. Certum quoq; aliquando usurpamus pro firmo

& non uacillante. Oui. Da mihi qđ petitur, certo contingere telo. Itē a cerno silicerniū, de quo superius diximus. præterea ab eo cōposita fiunt decerno qđ mō significat cōstituo, definio, iudico. Vnde senatus decreta dicunt᷑. & decretorium, de quo supra diximus. Cice. quare expetēda quidē magis est decernēdi rō, q̄ decertandi fortitudo. Plau. Qui nequeas nostrū uter sit amphitryo decernere. Hinc decermina dn̄r secundū quosdā, quæ distinguunt᷑, ac separant᷑ purgādi gratia. Nos a decerpendo potius deductū existimamus. Nōnunq̄ delibero. Terēt. Quicqd peperisset decreuerūt tollere. Idē. Vxorē decreuit dare sese hodie. Aliqñ pugno. Vir. Ipsum armis, ipsumq; iubet decernere ferro. Hinc fit decerto frequētatiuū eiusdē significatōis. a quo decertatio. Excerno turpis rei honestū uocabulū, hoc est purgamenta corporis emitto. & purgamenta excrementa dicunt᷑. incerno. emundo. secerno. a quo incerniculū dictū, quo frumenta purgant᷑ anteq̄ moliant᷑. maius cribro. Ply. Mulum octuaginta annis uixisse atheniēsium monumentis apparet, eo gauisi, cū templū in arce facerēt, ꝙ derelictus senecta cadentia iumenta comitatu, nisuq; exhortaret᷑, decretū fecere ne frumentarii negociatores ab incerniculis eum arcerent. Cato. Cribrū unū, incerniculū unū. securī unā. scānū unū. & succerno, secerno. Plau. Gradus iste sucret⁹ est cribro pollinario. a quo subcerniculū, farinariū cribrū, qđ fit e setis equorum, quēadmodū excussoriū. & pollinariū fit e lino. Excussoria cribra sūt, qbus furfur secernit᷑. Pollinariū. quo pollē hoc ē grossior puluisculus farīæ diuidit᷑. Discerno, qđ mō significat certo. Apu. Armis potius discernere q̄ iure uti uoluerūt. a quo fit discrimē, qđ mō ꝓ certamine ponitur. Vir. Post hos æquo discrimine pistrīs, centaurusq; locū tendunt superare priorē. Modo periculū. Idē. Per tot discrimina rerū tēdimus ī latiū. Aliqñ discerno significat diuido. separo. a quo discrimen ꝓ diuisione & separatione & differentia accipit᷑. Vnde. indiscriminatim pro indifferenter ueteres usurparūt. Cic. Totūq; discrimē sūmi boni in ea rerū cōparatiōe positum putat. Vir. Vel quo discrimine ripas. Hæ linquunt. unde discrimē ēt pro diuisione criniū in capite usurpat᷑. & acus ipsa q̄ crines ipsos disseparat. discerniculū uocitat᷑. Ab hoc fit discrimino. diuido. Vir. Late discriminat agros. a discerno ēt discretus dr̄, qđ mō propriā hoc est passiuam hēt significationē & idē est qđ separatus. a quo discretio, separatio. & discrete distincte. Ouidi. Quæ discreta locis partim sorbent᷑ ab ipsa. Idē. Et septē discretus in hostia nilus. Macro. Ad faciendā discretionē ī genitiuo casu saturnaliorū ꝓ saturnaliū dixerūt. Mō discretus actiuā significationē hēt. Significatq; eū q ꝓsonarū q̄litates & rerū momenta discernit. præterea secerno, qđ similiter significat separo. diuido. uñ secretū locū dicimus solū & q̄si a cæteris separatum. & secreta mādata. secretas litteras. secreta negocia, quæ uel nulli uel paucissimis cōicant᷑. & secretior hō. siue a secretis, cui secreta cōmittunt᷑. & secrete, ac secreto aduerbia, q̄ significant tacite. Itē scriniū arca, in q̄ secreta recondunt᷑, præsertimq; scripturæ, dictum q̄si secerniū. Hinc scrinarii uocitati sunt, secretarū scripturarū custodes, & ii qui a secretis appellant᷑. VERBERA. Flagellū magistri. Verber instrumentū est longum, & exile. q̄lis est uirga. baculus. fustis. loꝝ. flagellū. ferula. harundo. & siquid est simile. proprie āt uerber significat summitatē sarmētorum, dictum a uite. Quintilia. Ignesq; ex proximo raptos, uerberaq; casus obtulerat. Hinc uerbera ēt pro uerberatione accipimus, ut hoc loco. Ab hoc fit uerbero uerberas, qđ est cædo. cuius frequentatiuū est uerberito. & uerbero uerberonis, pro eo qui uerbere dignus est. & ē cōtumelia seruoꝝ quēadmodū uerberalis, uerberib⁹ dignus, quasi uerberabilis. a quo uerberalior. & uerberalissimus. Plau. Verberalissimus ēt rogitas, non fur, sed trifur Itē uerberor passiuum. & uerberatio. siue uerberatus quartæ declinationis. & uerbena, ꝙ ea uerrendo pauimenta domorū uerberabant᷑. Erat. n. uerbena herba sacra quæ ex loco sacro, hoc ē ex arce capitolii cū sua terra euellebat᷑, & ea sp legati cū ad hostes, clarigatūq; mitterent᷑, coronari solebāt & unus sane uerbonarius uocabat᷑, eādē herbā sagmina uocabant, qđ e sacro ageret᷑. Dicitur, & peristereon. & hierobotane, hoc est sacra herba. Quippe græci hierō sacrū uocant, Botanē herbā. Vulgo nūc uerbenaca nūcupat᷑, ac Iouis mensa uerrebat᷑, domus purgabant᷑, lustrabanturq;. Rami eius tenues sunt. cubitales. angulosi. folia mīora q̄ quercus. angustioraq;, & diuisuris maiorib⁹. Flos glaucus. radix longa. tenuisq;. Hac perunctos īpetrare quæ uelint, magi existimant, febres abigi, amicitias conciliari. Est ei similis uerbascon herba, quæ sæpe fallit pro ea capta, foliis minus candidis cauliculis pluribus, flore luteo. Hæc abiecta blattas in se cōtrahit. ideoq; Romæ blattaria uocatur. Abusiue tñ uerbenas uocamus oēs frōdes sacratas, ut est laurus. oliua. myrthus. Terē. Ex ara hinc uerbenas sume. Nam mixtā fuisse Menander testat᷑, quē secutus est Terenti⁹. Illud certe mihi admiratione dignum uidetur, ꝙ uerbena nunc quoq; diuo ꝓcursori sacra habetur, & ea die illius festo passim coronantur. & lustrari domos putant. & uerbum a uerberatu aeris, qm̄ uerberato aere uerba formantur, q̄uis aliqui uerbum a uero potius cognominatum uolunt, quod uerū nos loq̄ oporteat, odiosūq; sit (natura ipsa indicante) mēdaciū. Sunt ēt q a uerū boādo hoc ē a ueꝝ dicēdo appellatū putē. Boare. n. græci clamare dicūt. Vir. Reboant siluæ. unde Ennius. Sonū bombū pedū dixit. Bombitatio tamen de apibus dicit᷑, a uoce earū

Eſt ãt uerbũ, uniuſcuiuſq; rei ſignũ, qđ ab audiente poſſit ĩtelligi. Vnde uerboſus multiloquus dicit̃. & uerboſitas multiloquentia. & uerboſe pro multis & inanibus uerbis. Veriuerbium uerus ſermo. Plau. Tũ repertus Philocratẽ q ſuperes ueriuerbio? Verbum ẽt qđ a grãmaticis definitur pars oratiõis declinabilis ſine caſu agendi uel patiendi ſignificatiua, in quo oĩs uis orationis eſt. ideoq; hoc maxime aer uerberatur. a quo altera pars oratõis ĩdeclinabilis, aduerbiũ nũcupat̃, qa ſp nitit̃ uerbo. a qb⁹ uerbaliter. & aduerbialiter. & uerbale nomen dr̃, qđ a uerbo deſcendit, ut a doceo doctũ. doctor. a cõtemplor, contẽplatũ. cõtemplator. & ſimilia. uerbũ etiã uocamus, qđ a re ſiue facto diſtinguitur, ut nõ uerbis opus eſt, ſed factis. Horati. Verbaq; prouiſam rẽ nõ inuita ſequunt̃. Hinc uerba dare uſurpamus pro eo, qđ eſt decipere. A uerbo prouerbiũ deducitur, quaſi cõmune oĩum uerbum, uel qđ uerbũ pro uerbo ponatur. Eſt. n. prouerbium ſnĩa, quæ ĩ ore oĩum uerſatur, mõ aperta & ſimplex, ut obſequiũ amicos. ueritas odium parit. Macrobi. Vnde putas illud manaſſe ꝓuerbiũ totidẽ nobis hoſtes eſſe, quot ſeruos. mõ ſub obſcura, & aliud ſignificans q̃ uerba exprimere uideant̃, utputa de hoĩe infœlici, ac calamitoſo dicimus. ille hẽt equũ Seianũ, uel ille habet aurũ Toloſanũ. Quoꝝ prouerbiorũ hæc ratio eſt. CN. Seius equũ habuit natũ argis, quẽ fama erat progenitũ eẽ ex equis, qui Diomedis thracis fuerant, quoſq; Hercules Diomede occiſo Argos perduxerat, hunc magnitudine inuſitata fuiſſe. ceruice ardua. colore pheniceo. flaua & comãti iuba. cæteriſq; equorũ laudibus inſignem uerũtamẽ ea fortuna, ut qſqs eũ poſſideret, cum oĩ domo familiaq;, & fortunis in perniciem deduceret̃. Itaq;. Cn. Seiũ primũ eius dominũ a. M. Antonio capitis dãnatũ miſerabili ſupplicio uitã finiſſe. Eodẽ tpe Dolobellã cõſulẽ in ſyriã ꝓficiſcentẽ fama eius eq ꝑmotũ argos diuertiſſe, emiſſeq; ſeſtertiis centũ milibus, ſed ipſum mox in Syria bello ciuili obſeſſum, atq; interfectum fuiſſe. Deinde eundẽ equũ. C. Caſſiũ q dolobellã obſederat adduxiſſe, quẽ Caſſiũ poſtea uictis parthis, fuſoq; exercitu ſuo miſerã mortẽ oppetiſſe manifeſtũ eſt. Deinde Antoniũ poſt interitũ Caſſii partha uictoria nobilẽ illũ equũ q̃ſiuiſſe, & mox eo potitũ uictũ, atq; deſertum deteſtabili exitio interiiſſe. Cæterũ oppidũ Toloſanũ in italia. Q. Cepionẽ cõſulẽ quondã diripuiſſe conſtat, in cuius tẽplis cũ multũ auri fuiſſet inuentũ, q̃cunq; ex ea ꝑda aurũ attigit, eum miſero, ac cruciabili exitu periiſſe manifeſtũ eſt. A prouerbio prouerbialis deducit̃, unñ prouerbiales uerſus appellam⁹, q uice ꝓuerbii ſunt, quos græci ἀπὸ τῆσ παροιμίασ qđ prouerbium ſignificat παροιμιώδουσ appellãt, q̃lis ẽ ille, πολλὰ μεταξὺ πέλει κύλικοσ καὶ χείλεοσ ἄκρου, hoc eſt. multa cadũt inter calicẽ, ſupremaq; labra. Hoc ueteres q̃ breuiſſime dicere ſolebant. inter os & offã. qđ ſignificat nõ eſſe de futuro nimis ſperandũ. inde ãt locũ habuiſſe hoc prouerbiũ tradũt, ꝙ uir qdã ætate grãdeuus dũ uineã plãtaret a uicino ꝑ deriſum ĩterrogatus ẽ, cui uineã ſereret, q cũ ſibi ſerere reſpõdiſſet, ludibrio habit⁹ eſt, perinde ac ſi ĩpoſſibile foret eũ tã diu uiuere ut muſtũ ex ea guſtare poſſet. Vidit tandem ſenex ex ea uuas, afferriq; ſibi ꝑmaturos aliquot racenos, & ꝑmi iuſſit, uicinũ ꝑterea accerſiri, Cui calicẽ muſto plenũ manu oſtendens, & iã pene admouẽs ori. Putaſti ne inqt uinũ me ex uinea, quã te ſpectãte plãtaui, guſtaturũ? inter hæc Anhelus puer accurrit, deſcẽdiſſe in uineã aprũ nũciat, uuaſq; uaſtare. Senex depoſito calice in uineã ꝓperat, comitant̃ eũ uicinus & puer. Aprũ proſequunt̃, q̃ facto in ſenẽ ĩpetu eũ necat. Sic cũ calicẽ iã fere admotũ labiis guſtare nõ potuiſſet, locũ prouerbio dedit. noſtri nõ calicẽ, ſed offam dicũt. Cato. Nũc ita aiunt, in ſegetibus & in herbis bona frumenta eſſe. Nolite ibi nimiã ſpẽ hẽre. Sæpe audiui inter os atq; offam multa interuenire poſſe. Verũ inter offam atq; herbã, ibi uero longũ interuallũ eſt. Offa pultẽ ſignificat, & qcquid eſt in pultis modum redactũ. Cuius diminutiuũ eſt offula. Ci. Neceſſe eſt. n. offa obiecta cadere fruſtũ ex pulli ore, cũ paſcit̃. Idẽ. Cũ igit̃ offa iã cecidit ex ore pulli, tũ auſpicãti tripudiũ ſoliſtimũ nunciat̃. Ply. Purgatũ. n. tradũt, ſeruãtq; eius offas. Idẽ. Pulte ãt nõ pane lõgo tpe uixiſſe Romanos manifeſtũ qm̃ inde & pulmẽtaria hodieq; dñr. Et Enni⁹ antiqſſim⁹ uates obſidiõis famẽ deſcribẽs offã eripuiſſe plorãtib⁹ liberis patres cõmemorat. Itẽ a uerbo deuerbiũ deducit̃, qd ſignificat extremitatẽ & deſinentiã uerbi. Quẽadmodũ. n. aduerbiũ uocamus, qđ ad uerbũ accedit. & prouerbiũ, qđ ꝓ uerbo ẽ poſitũ. ita deuerbiũ, in qđ uerbũ deſinit, q̃ſi deorſũ tẽdens uerbũ. Sic ueteres deuerſus, hoc eſt deorſum uerſus dicere ſolebant. Hoc ẽ qđ Liui⁹ ſcribit accitos oli ex etruria Romã ludiones, q ad tibicinis modũ ſaltrabãt, quos imitatã iuuentutẽ ĩconditis ĩter ſe uerſib⁹ iocularia prius fundere ſolitã iã ſatyras deſcripto ad tibicinã cãtu, motuq; cõgruẽti agere cœpiſſe, & qa hiſter thuſco uerbo ludio uocabat̃, hmõi artificẽs. Hiſtriones uocatos, a q̃bus ars ipſa hiſtrionica dicta. & hiſtrionicus adiectiuum. unde hiſtrionicos geſtus hiſtrionicas ueſtes. hiſtrionica uerba dicimus. & hiſtrionice aduerbiũ dicimus, hoc eſt more hiſtrionum. Nec multo interiecto tpe liuiũ cũ ſæpius ſatyros ſuos canẽdo uocẽ obtudiſſet, petita uenia puerum ad canẽdum ante tibicinem inſtituiſſe, aliquãto magis uigente motu, quia nihil uocis uſus impediebat. inde cantari ad manum ab hiſtrionibus incœptum, quorum deuerbia tantũ audiebãtur. Sed poſtq̃ conuerſus hoc modo in artem ludus uidebatur, & res a ſolito riſu, ac ioco auocata iuuentutem

cata iuuentutem fabularum actu histrionibus relicto inserere uersibus iocularia antiquo more cœpisse, & hæc attellanis potissimū fabellis cōseruisse, atq; ex argumento exodia uocasse, qđ scilicet extra cantū essent. Quippe græci ἔξω extra, ᾠδὴν cantū dicunt. Et quēadmodū epodos siue per diminutionem epodion ad cantū, ita exodos. & exodion extra cantū significat. erāt ergo exodia ridicula uersibus intexta, quæ sine cantu iactitare iuuenes solebāt, sicut epodi, siue epodia carmina solita cātari, qualis ē Epodus Horatii. Iuuena. Tandemq; redit ad pulpita notū exodiū. Sueto. Vnde uox in attellanico exodio ꝓximis ludis assensu maximo excepta pcrebuit, hircū ueterē capreis naturam ligurire. Inuenitur tamen aliquādo exodus, siue exodium pro exitu, siue fine alicuius rei. Apul. Nullū ego eius rei exodiū īueniebā. Varro. Vitæ cursum ut cognoscere possem, & q̄ seruitutes, & libertates ab origine ad exodiū ductæ. Idē. Quod cœperas mō ī uia narra, ut ad exodiū ducas. & ī sacris lr̄is exit⁹ iudæoꝝ ex ægypto. EXODI. Nomē libro dedit. Sed tūc nō ab ᾠδὴ, hoc est a cātu uox ista cōponit̄, Verū ab ὁδὸσ, qđ iter siue uiam significat, a qua methodus. & periodus deducunt̄, quorū alterū breuē uiā, alterū circuitū ꝓbatissimi auctores interꝑtati sunt. Itē epodus siue qđ magis in usu est ephodiō qđ significat uiaticū ꝓprie. ponit̄ tñ ꝓ oī apparatu, ut superius diximus. Itē periodus quē latine ambitū siue circuitum dicimus. Vnde medici periodicas febres uocāt, q̄ certis tꝑibus ueniūt, hoc est abeūt, & quodā q̄si circuitu facto rursus redeūt, ut sūt tertianæ & q̄rtanæ. περὶ. n. apud græcos de. super. circa. circū significat, a quo multa p cōpositionē deducūt̄, ut pistroma q̄si circūstratū, de quo superius locuti sumus. & periphrasis circūlocutio. Pericles propriū nomē inclyti ducis Atheniēsium, philosophiq;, & īsignis oratoris q rēpu. Atheniēsiū. xl. ānis gubernauit. Periclymenes filius Nelei. & frater Nestoris. Perillus Atheniensis faber ingenio p̄stans, q ut phalaridi tyranno placeret uenit Agrigentū, & ex ære taurū fabricauit posita in latere ianua, ꝑ quā reus īcluderet̄ q dū subiectis ignibus torqueret̄, nō uocē hoīs, sed bouis mugitū uideret̄ emittere, qđ primus ipse tyrāni iussu fuit expt⁹. Ouidi. Et Phalaris tauro uiolēti mēbra Perilli, Torruit, īfœlix inbuit auctor opus. Perithous ꝓpriū nomē. Peripheroma, q̄si supplementū, figura ē, cū ꝑticula aliq̄ sn̄iæ minime necessaria addit̄ metro. Vir. Multū ille & terris iactatus & alto, ubi sine ꝑticula ille staret sensus, sed nō metrū. Idē. Multa quoq; & bello passus, ubi duas cōiunctōes naturaliter posuit alterū metri gratia. Perinthus urbs olim Thraciæ metropolis, Heraclea uocitata, ī qua Vespasiani. Domitiani. & Antonii pii regiæ fuere & nobile amphitheatrū. a qua perinthii uocitati Peripatetici, de q̄bus superius diximus, ἀπὸ τοῦ περιπατεῖν, hoc est a deābulādo. Perissologia supflua locutio, ut si dicamus, Fœlix sit & minime pereat Cæsar. Perizoniū de quo alibi diximus. Periœcus cōtubernalis. peripheria circunferentia, & alia pene infinita. Præterea ab ὁδὸς qñ uiā significat hodidocus, hoc ē latro, & obsessor uiarū. hilarod⁹ āt ab ode fit, cū cātū significat. Est āt hilarodus lasciui & delicati carmīs cātor, q̄si hilaris cātor. hilaris. n. siue hilarus. nā utroq; mō dr̄. lætū. iocūdūq; significat. a quo hilaritas. lætitia. iocūditas, q̄ & hilaritudo dr̄. & hilariter. læte. iocūde. & hilaro uerbū. lætifico. iocūdo. Cui⁹ passiuū ē hilaror. Ci. oēm. n. iocūdū motū quo sēsus hilaret̄. græce ἡδονὴν, latīe uoluptatē uocāt. Ab hoc exhilaro. exhilaror. exhilaratio. Itē ab hilar⁹ Hilari⁹. & Hilariō ꝓpria noīa. hilar⁹ uero a græco deducit̄ ἱλαρὸς, qđ lætū significat. a quo ἱλαρία lætitia. ἱλαροποιῶ lætifico. Itē ab ode, hoc ē a cātu palinodia dicta, q̄si iteratus cantus, de quo superius diximus. & monodia lugubris cātus, q fit a præfica ī defunctorū funeribus, quasi unius cantus. Nā cæteris flētibus sola p̄fica canit. Huiusmodi cātus a nostris Nænia dr̄. Solebat. n. hmōi carmē laudādi gr̄a, apud ueteres indefūctoꝝ funeribus cātari ad tibiā. Est āt nænia factitiū nomē a similitudine uocis eoꝝ, q̄ quærunt̄ & dolent. Græce ēt epitaphiū dr̄, siue epitaphius sermo. aut epitaphia oro, ꝙ ad sepulchrū ꝓferri soleat, q̄uis epitaphiū dicat̄ ēt inscriptio & titulus q sepulchro apponit̄ in laudē defuncti. Næniā siue monodiā primus īstituisse dr̄ Simonides poeta ex Cea īsula. Hora. Sed relictis musa ꝓcax iocis Ceæ retractes munera Næniæ. Næniā quoq; deā ueteres coluere, cui sacellū extra portā uiminalē fuerat dedicatū. Itē ab ode prosodia dicta, q̄ latine accentus dr̄, q definit̄ lex ad leuandā uel deprimendā syllabā uniuscuiusq; particulæ oratiōis. a græcis ēt tonus dr̄. Vnde & ueteres nostri (ut Quintil. testat̄), accentū tenorē appellauere. πρὸσ āt græca p̄positio est, & significat ad. Vnde prosthesis appositio dr̄. Figura est cū in principio dictionis addit̄ littera, ut cū dicimus gnatū pro natum. TVLIT TELA. Quia iussu Domitiani cōfossus fuit. Tulit āt pro passus est posuit, quēadmodū supra docuimus. Telū (ut Caius in interpretatione legis duodecim tabularum scripsit) uulgo q̄dem id appellat̄, qđ ab arcu mittit̄, sed omne id dicit̄ telū, quod manu alicuius proiicitur. Vnde lapis. plūbū. lignū. ferrū. hoc noīe cōtinet̄, dictū ab eo, qđ in longinquū mittat̄. Nā apud græcos τῆλε, siue τηλοῦ longe significat. Hanc significationē & in græco nomine possumus inuenire. Eteñi qđ nos telū uocamus βέλοσ illi uocāt, ἀπὸ τοῦ βάλλειν, hoc ē a iaculādo. Sisenna. Manuales lapides dispartit ꝓpterea ꝙ is ager oīs eiusmodi telis īdigebat. Et Virgili⁹ telū pro gladio posuit. At nō hoc telū mea qđ ui dextera uersat, effugies. Vñ paulo

poſt addit, & ſurgit in enſem. Ab eadē græca uoce muſtela deducit͛, quaſi mus lõgus, & protelo uerbū, qđ proprie ſignificat differo. protraho. prolongo. produco. Lucil. Quē neq; lucanis oriūdi mõtibus tauri ꝓtelare ualidis cornibus poſſent. Idē. Hunc iuga mulorꝝ protelare cētū nõ poſſent. Per metaphorā tñ aliqñ pro perturbo, & exagito accipit͛. Teren. Ne te iratus ſuis ſæuis dictis protelet. Aliqñ pro lõge excludi. Turpilius. Propter peccatū pauxillū indigniſſime patria protelatū eē ſæuitia patris. Telonē quoq; agricolæ uocant lignū longū, quo utuntur ad aquā e puteis hauriendā. Hiſpani hoc ciconiā noīant, a ſimilitudine roſtri ciconiarū, qđ longū eſt. Ciconias e longinquo uenire haud dubiū eſt, quēadmodū grues. Sed hæ hyemis aduenæ ſunt illæ æſtatis. Abituræ cõgregantur in loco certo, ſic ut nulla ſui generis relinquatur, niſi captiua & ſerua. Nemo diſcedentiū agmen conſpexit, nemo redeuntes uidit, nec uenire eas, ſed ueniſſe aīaduertimus, nocturnis utrūq; tpibus fieri manifeſtū eſt. Pithonoſcomes in aſia locus eſt in cāpis patentibus, ubi primo aduentus ſui tpe ciconiæ cõgregant͛, eā quæ ultima aduenerit lācinant uniuerſæ, atq; ita abeūt. poſt idus auguſtas fere nõ uident͛ eo loco. Sunt q dicūt eas linguas nõ habere, uerū illud qđ crepitāt, oris potius q̄ uocis ſonū eſſe. eximia huic aui pietas, etenim q̄tū tpis impēderint fœtibus educādis, tm̄ & ipſæ a pullis ſuis inuicē alunt͛. Exitio ſūt ſerpētibus, pp qđ in Theſſalia capitale ē ciconiā occidiſſe eadē pœna ī ciconicidas poſita, quæ ī homicidas. A ciconia ciconin⁹ deducit͛, ut ciconinū roſtrū. deriſuri aliquē digitis dextræ manus ī unitatē collectis ueluti ciconiæ roſtrū effingūt, & manū poſt tergū eius motitantes derident. Perſi. O Iane a tergo quē nulla ciconia pinſit. Vnde paulo poſt poſticā ſannam appellat. Poſticæ occurrite ſannæ, hoc eſt deriſioni, q̄ poſt tergū fit. Sāna. n. ſolutus deriſus dr͛, a narium ſonitu. a quo fit ſubſanno uerbū, qđ eſt irrideo. & ſubſannor paſſiuū. & ſubſannator. ſubſannatrix. & ſubſannatio. Et ſanniones dñr, q ſunt & aſpectu, & moribus, & geſtibus fatui, quos græci μωροὺσ, & ab eo nos moriões uocamus. Martia. de moriõe. Nõ mēdax ſtupor eſt nec fingit͛ arte doloſa, Quiſq̄s plus iuſto nõ ſapit, ille ſapit. Terē. Solus ſannio ſeruat domū. Cice. Quid enim porro tā ridiculū q̄ ſannio eſt, q ore. uultu. imitandis moribus, uoce deniq; corpore ridetur ipſo. QVOS. Quales q̄ mites. Ingens laus Domitiani. Quā manſuetos inqt oportet homines eē ſub hoc pricipe, q uult feras ēt eſſe māſuetas. MORES. Viuendi rationē. Mos ꝓprie definitur rõ uiuēdi cõſuetudine firmata. & p ſyncopē a modus deducit͛, qđ ut ſupra dixim⁹ rationē ſignificat. Varro morē eē definit inſtitutū aī, qđ ſeq debeat conſuetudo. Iulius feſtus de uerborū ſignificatiõibus. Mos eſt inqt inſtitutū patriū ptinens ad religiões, cerimoniaſq; maiorū. præclare excellentiſſimus poeta Virgilius utrūq; auctorē ſecutus eſt. Mos erat Heſperio ī latio, quē ꝓtinus urbes, Albanæ coluere ſacrū, nūc maxīa rerū Roma colit. Et prīo qdē ſecut⁹ ē Varronē, qm̄ ille dixerat morē p̄cedere, ſeq cõſuetudinē. poſtq̄ dixit, mos erat. ſubiūxit, quē ꝓtinus urbes Albanæ coluere, & nūc maxīa rerū, Roma colit, quo pſeuērātiā cõſuetudinis oñdit. Et qm̄ Feſtus ptinere ad cerimonias ait, adiecit ſacrū, quē ꝓtinus urbes Albanæ coluere ſacrū. Mos ergo p̄ceſſit, & cultus moris ſecutus eſt, qđ ē cõſuetudo. Et hic definitionē Varronis ĩpleuit. Adiiciēdo deinde ſacrū oñdit morē cerimoniis dicatū, qđ Feſtus aſſeruit. Idē obſeruauit ēt alibi, cū ait, Morē rituſq; ſacrorꝝ, adiiciā. in quo apte oñdit morē eē ritus ſacrorꝝ. Mos ēt aliqñ capit͛ ꝓ cõſuetudine approbata, q̄ hr͛ pro lege. a mos deducit͛ morat⁹, q bonis moribus p̄ditus ē. & moroſus, q ecõtrario puerſis ē moribus. a quo moroſitas dicta. Cice. At ſūt moroſi & anxii, & iracūdi, & difficiles ſenes. uñ qdā moraceas nuces duras eē dixerūt. a quo fit diminutiuū moracillū, hoc eſt duriuſculū. Et morologi dñr, q ī ſermone moroſi, hoc eſt moleſti ſunt. Vnde & ſermões hmõi dñr morologi. Plautus. Nec moleſtū eſſe, nec ſermonibus morologis uti. Et moralis, ad mores ptinēs. Vnde libri morales, hoc eſt de moribus dñr. & moſillus, quo Cato uſus eſt, ꝓ paruo more. Morē gerere docti uſurpant, ꝓ eo qđ eſt obſeq, & obedire, & q̄ſi ad alterius uoluntatē mores ſuos formare. Ab hoc fit morigeror uerbū, qđ ē morē gero. Cuius p̄teritū eſt morigeratus, q morē geſſit. & morigerus, ſiue morigeror, qđ obſequentē & obediētē, ac facile morē gerentē ſignificat. a quo morigeratio obediētia. & morigere aduerbiū obedienter. græci uno uocabulo, qđ eſt ἔθοσ morē, & cõſuetudinē, & ritū ſignificāt. a quo ἦθος deducit͛, qđ morē, hoc ē habitū ac rõnē aī denotat, uñ ἠθικὰ, hoc ē moralia deducunt͛, q̄ a noſtris ethia quoq; dñr. Martia. Ethia Callimachi. Hinc cacethos deriuat͛, hoc ē malus mos. Iuuena. Laqueo tenet ambitioſi cõſuetudo mali, tenet īſanabile multos ſcribēdi cacethos, atq; ægro ī corde ſeneſcit. HOMINVM. Ratione. ſ. uiuētiū, ꝓ qđ a feris hoīes diſtant. Homo definit͛ aīal rõnis capax morti obnoxiū. Sed p̄clare utinā nõ tā uere ab Apuleio deſcribit͛, Hoīes rõne callentes. oratiõe pollētes. īmortalibus aīs. moribūdis mēbris. brutis. & obnoxiis corporib⁹, diſſimilib⁹ moribus. ſimilibus errorib⁹. puicaci audacia. ptinaci ſpe. caſſo labore. fortuna caduca. ſingillatī mortales. uiciſſim ſufficiēda ꝓle mutabiles. uolucri tpe. tarda ſapiētia. citata morte. q̄rula uita. hõ ab humo deducit͛ (ut Varro inqt) ꝙ ſit humo natus, q̄uis hoc Quintilianus deridet, ꝙ oīb⁹ aīalibus eadē origo ſit, & ꝙ nõ ſit ueriſimile primos illos mortales añ terræ nomē

ipoſuiſſe,

ĩpoſuiſſe,q̃ ſibi. Sed q̃d inq̃ dicis Quĩtiliane? Nõ & oĩa aĩalia moriunť? cur ergo ſe ſolos hoĩes mortales appellauere? aut cur añ nomẽ morti ĩpoſuere,q̃ ſibi. Nos tñ hoĩem nõ ab humo, ſed a cõſortio atq; cõcordia uitæ appellatũ exiſtimamus. græce enim ὁμόνους cõcors ὁμόνοια cõcordia & cõſenſus appellatur, & ὁμονῶ concordo. cõſentio. Eſt.n. hõ oĩum aĩaliũ maxĩe ſociabilis. ὅμοιος ãt græce ſimilis dr̃. a quo homographia ſimilis ſcriptura, ſiue pictura. Homœoſis tropus, q̃ ſimilitudo interp̃tatur, cũ ex ſimilitudĩe alicuius cogniti deuenimus ĩ ſimilitudinẽ ĩcogniti. Cuius tres ſpecies ſunt. icon. parabola. & pradigma. Homonym⁹ eiuſdẽ noĩs. Homonœa ꝓpriũ nomẽ. Homoptoton, q̃d a nr̃is dr̃ ſimiliter cadens, cũ diuerſæ dictiones in ſimiles exeunt caſus. Ennius. Mœrentes. flẽtes. lachrymantes. & miſerantes. Idem. Neq; currẽtẽ neq; ſe cognoſcit euntẽ. Tollentẽq; manus, ſaxũq; imane mouentẽ. Homotoleutõ, quod ſimiliter deſinens a nr̃is uocatur, cũ plura uocabula in eandẽ uocẽ terminanť. Veteres non hoĩem, ſed homonẽ dicebant. a quo homoniũ, hoc eſt humanũ. Quippe ab homo humanus fit, ſicut a fera ferinus. a bellua belluinus. Humanũ.n. proprie dr̃ q̃d hoĩs eſt, & ad hoĩem ſpectat. Terẽ. Homo ſum, humani nihil a me alienũ puto. Hinc humanitas dicta eruditio, atq; inſtitutio in bonas artis, quas q ſinceriter cupiũt, atq; aſſequunť, hi ſunt maxime humani. Quapp & artes ipſæ liberales humanitatis ſtudia appellata ſunt. huius.n. ſciæ cura & diſciplina ex uniuerſis aĩalibus ſoli homini data eſt. Sed q̇a hõ inter oĩa aĩalia quæ morti obnoxia ſunt, maxime mitis ẽ. iccirco humanus pro facili & miti, & tractabili poniť. & humanitas interdũ facilitatẽ quãdã. & tractabilitatẽ. beniuolentiãq; inter oẽs ſignificat, quã græci φιλανθρωπίαν uocant, q̃ſi amorẽ ĩ hoĩes. φίλος.n. amor ẽ, ἄνθρωπος hõ. Humanũ ſacrificiũ ueteres dicebãt, q̃d mortui cã fiebat. Ab homo homũcio. homulus. homullus. & homullulus diminutiua fiũt. & homelleũ, pilei genus, quo ueteres utebanť. Nã homolus primogenia uox eſt, & montẽ Theſſaliæ ſignificat. & ſemihomo. Ouidi. Semihominis Caci. Et homicida, q hoĩem necat. a quo homicidium. Quidã nemo quoq; ab hoĩe cõpoſitũ eſſe exiſtimant, ſignificareq; idẽ, q̃d nullus hõ. Sed falſum eſt, ut ſuperius diximus. Ab humanus humanior. humaniſſimus. Humane. humanius. humaniſſime. & humaniter, ac perhumane. & perhumaniter deducuntur. & humanitus, quod ſignificat ab hominibus, ſicut diuinitus a deo. Cœlitus a cœlo. Humus ãt terra eſt, a quo humĩlis breuis. ſũmiſſus. abiectus, quaſi humi deditus. Vnde humilitas. breuitas. ſũmiſſio. abiectio. & humiliter ſummiſſe. abiecte. & quo nõnulli utuntur humilio uerbũ, hoc eſt humile reddo. deprimo. Itẽ humerus terreus. & humo ſepelio, q̃d ſepulti humo teguntť. & humatus ſepult⁹, a quibus exhumo, e ſepulchro extraho. & exhumatus e ſepultura extractus. & actus ipſe exhumatio, & q id facit exhumator. Cuius fœmininũ exhumatrix. Itẽ ĩhumat⁹ ĩſepultus. & poſthumus, q poſt mortẽ parentis natus eſt, quaſi poſt ſepultũ, atq; humatũ parentẽ ortus. Virgi. Tua poſthuma proles. & humor, q̇a aquæ terris incluſæ ſunt. a quo humeo uerbũ. Vnde humeſco. & humidus. a quo humidior. humidiſſimus. humiditas. & humide aduerbium. Itẽ humecto uerbũ, q̃d eſt humidũ facio, q̃d & humefacio dicitur. Vnde humectum. & humefactũ. & humefacio. Quidam ẽt hudum ab humido per ſyncopẽ factũ uolũt, q̃d & ipſum humidũ ſignificat, & ideo p aſpirationẽ ſcribi debere. Sed melius alii ſentiunt. Vdum ſine aſpiratione ſcribendũ eſſe, dictũ a ſudando, quaſi ſudũ. Vnde ẽt uuidũ deriuari putant, q̃d q̇dã ab humido ita diſtingunt, ut uuidũ ſit, q̃d intrinſecus habet humorẽ. Vnde uuã appellatã uolunt. Virg. Vuidus hiberna uenit de glande Menalcas. Humidũ uero, q̃d extrinſecus humorẽ hẽt. Ab uua uueus fit. unde uueũ ſuccũ uinũ dicimus. At qui ſudo ἀπὸ τοῦ ὕδωρ, deriuatũ exiſtimant, quod aquam ſignificat. a quo ſudor. & exudo, q̃d eſt emitto, quaſi per ſudorem. Ply. Frutex eſt liquorẽ exudans. Hinc exudaſco. & deſudo. a quo deſudaſco, & imperſonale deſudaſcitur. Plaut. hõ aduleſcẽs penetrare huiuſmodi ĩ palæſtrã, ubi dãnis deſudaſciť. A ſudo ẽt ſudariũ lĩteum quo ſudor facie detergitur. & nares purganť. Sudũ ãt quaſi ſemiudũ dictũ putant. Eſt.n. proprie ſudũ pars ſerena inter nubes. poniť tñ aliq̃ñ pro ſereno poſt pluuiã. Virg. Ergo ubi uer nocte ſudum. Sunt tamen qui ſudũ non quaſi ſemiudum, ſed quaſi ſine udo dictum uelint, hoc eſt ſiccum nõ humidũ. Quidam etiam exiſtimauere ab humo humerum dictũ, q̇a humeri ſicut humus ferendis oneribus ſunt apti. DECET. Conuenit, honeſtum eſt. Decere.n. proprie conuenire eſt, quod tam ad animum, q̃ ad corpus, atq; externa referť. & mõ imperſonale eſt, modo pſonas habet, ac numeros. Ouidi. Iſta decẽt humeros geſtamina noſtros, hoc eſt conueniũt & apta ſunt humeris noſtris. Ab hoc decẽs deduciť, hoc eſt pulchrũ. cõueniens. aptũ. a quo decẽtia conuenientia quædã, & pulchritudo. & decenter. pulchre. apte. cõuenienter. Itẽ decus, q̃d ſignificat illã (ut ita dicam) honorificentiam, quã ex bene geſtis rebus aſſequimur. Vnde decora militiæ dñr honores. laudes. honeſtamenta, militi in bello cõparata. Cuius contrarium eſt dedecus, q̃d ignominiã, & ueluti infamiã quãdã ſignificat. Nã & dedecet pro eo accipiť, quod incõueniẽs. ineptũ. & turpe eſt. a quo fit dedecoro, q̃d eſt fœdo. & cõtumelia, atq; ignominia afficio. Ci. Magiſtratũ ipſum dedecorabat. Sic a decus decoro media breui, q̃d eſt honeſto. ĩſi

gnio. Itē a decet decor, qđ pulchritudinē significat. a quo decorū pulchrū. & decore pulchre. & decoro uerbū, media ꝓducta, hoc est orno. Decoꝝ ēt aliqñ substantiuum est, significatq; decētiā quādā rebus. personis. tpibus. locis siue in agendo. siue in loquendo acōmodatam. Vñ siquis inducat seruū, siue agricolam ea loquentē, quæ ad philosophū ptinerent, dicimus hunc non seruasse decoꝝ. Aliqñ ēt ad uirtutes hoc uocabulū transfert. appellamusq; decoꝝ non tā ipsum honestū, q̄ qđ hoibus, & cōmuni opinioni honestū uidet, & approbabile. Itē a decet indecet. & cōtrariū eius condecet deriuant. a quibus indecens. cōdecens. indecenter. condecenter. indecentia. cōdecentia. indecorū turpe, penultima ꝓducta. & cōdecoro honesto, penultīa correpta. Condecoro uero penultima ꝓducta. orno. expolitum reddo. PRINCIPE. Domio. princeps aliqñ primū significat. & est adiectiuū. Macro. Qui gradus inter eos princeps habebat. Aliqñ obtimatē. Vnde pricipes ciuitatis dicim⁹, q̄ rēp. administrant. Nōnunq̄ dominū ut Nero priceps. Caius priceps. a quo principatus, hoc ē iperium, & alia deriuatiua ab eo, de q̄bus supra diximus. IVBET. Vult. Iubere enim aliquādo uelle est. Terē. Iubeo Chremetem saluere. Virg. Infandū regina iubes renouare dolorē. Interdū hortari. Quīti. Spera tu, iube sperare matrē. Nōnunq̄ decernere. ut populus iussit. Et iussa senatus, sunt decreta senatus. proprie tñ iubere, iperare est. Quintil. Nā q̄uis infestū latronibus mare iussus itraui, neq; dissimulauerim magnas fuisse causas patri, cur hoc mihi īperaret. pro eodē. n. utrūq; posuit. hoc tñ differūt, q̄ impero tibi illā rē dicimus. Iubeo uero ꝑter hāc cōstructionē pō hēre & illā, quæ est apud Quintilianū, ut pater me iussit. præterea recte dicim⁹ īpero mihi. nō āt recte iubeo mihi. Idē īperauit sibi, ne q̄s admitteret ꝑces. Ad hæc cū ita dicamus īperata sicut iussa, huic apponimus uerbū exequor. pago. & si qđ est simile. illi uero unū fere uerbū, qđ est facio. Idē. Neq; ipse hoc periculū ignoro expt⁹ nō leui documēto quanti steterat mihi, q̄ semel īperata ñ feci. A iubeo fit iussus, qđ dū est substātiuū quartæ declinatiōis ē ī singulari, & generis masculini. Oui. Iussus seruare parētis. in plurali uero secūdæ, & neutri. Vir. Accipe iussis carmina cœpta tuis. ueteres tñ ēt in singulari iussum dixerūt. Sisenna. tñ tudertib⁹, senatuscōsulto, & populi iusso dat ciuitatē. Ab hoc p apocopen deducit ius, q̄si iussum. Nihil. n. aliud ē ius, q̄ qđ uel natura, uel ciuitas, aut populus. uel gens. uel cōsuetudo iubet. Paulus iuriscōsultus uno mō dici ius scribit, qđ sp bonū. & æquū est, & hoc est ius naturale: & lex nō scripta, sed īsita ī natura, q̄ definit recta rō iubens ea quæ facienda sunt, ꝓhibensq; cōtraria. Cui⁹ partes sex esse Cicero scribit. religionē. pietatē gratiam. uindicationē. obseruantiā. ueritatē. alio mō qđ oībus, aut pluribus in q̄cunq; ciuitate utile est, & hoc est ius ciuile. Vlpianus āt ius diuidit in naturale. gētiū. & ciuile. & naturale dicit esse, qđ nō solū humani generis ꝓpriū est, sed oīum aīalium, q̄ in terra, q̄ in mari cœloq; nascuntur. inde in nōnullis aīalibus uidemus maris ac fœminæ cōiunctionē. liberoꝝ ꝓcreationem. educationēq; quodā iure naturæ. Ius gentiū, quo gentes humanæ utunt, & hoc a naturali differt, q̄a illud oībus aīalibus, hoc solis hoībus cōuenit. ius ciuile cū aliqd cōi iuri uel addimus, uel detrahim⁹, hoc ē qđ populus sibi cōstituit, q̄si ꝓpriū ei⁹ ciuitatis. hoc āt scripto cōstat, ut sūt leges. plebiscita. senatuscōsulta. principū decreta. aut sine scripto, ut ea q̄ auctoritate prudentium fiunt, & hæc ꝓprie ē īterꝑtatio iuris. & eoꝝ oīum, q̄ supra dixim⁹. Vnde q hoc ꝓfitent iuris interꝑtes, & iuriscōsulti. & iuris prudētes, & q īter eos excellūt iuris antistites noīant. Lex a legēdo dr̄, q̄ publice legat, ut oībus nota sit, & ab oīb⁹ obseruat. Legē definiūt eē generale iussū populi aut plebis rogāte magistratu, & hoc dūtaxat in libera ciuitate. Alioqn ēt regū & principū iussa leges dñr. præsertimq; īperatoris, postq̄ in eū populi Romani maiestas translata fuit. Rogabat magistrat⁹ populū, qđ cōstituēdū eēt, populus iubebat. Id iussum si generale ē, & ad oēs ptinēs lex dr̄. Si uero ad singulos ciues spectat, priuilegium est. Quippe ueteres priua dixerūt, q̄ nos singula dicimus. & priuos singulos. & priuū, qđ uniuscuiusq; ꝓpriū est. Vnde priuata dñr, q̄ uniuscuiusq; ꝓpria sunt. & priuatū cui qđ est adēptū. & priuo uerbū adimo. & priueres mulieres priuatæ, & priuatæ feriæ sacrorū propriorū, ut sunt dies natales, fulgurū procreationes, & siqđ est simile. & priuatim aduerbiū, qđ nō ē publice factū. hinc priuatim siue priuato sūptu aluisse se Romani milites tradūt usq; ad id tp̄s quo Roma a gallis capta fuit. i. singillatim, siue suo singulos quosq; sumptu se aluisse. Quod ergo de reditu. M. Ciceronis, & de īperio Pōpeii statutū est, nō lex, sed priuilegiū recte dr̄. plebiscitū uero est lex, quā plebs, nō populus accipit. Quippe in populo oīs pars ciuitatis, & oēs ordines cōtinent. in plebe āt neq; equites sunt neq; patritii. Sed est uilior pars populi. a quo plebeius possessiuū nomē deducit. Vnde plebeii ædiles dicti, q discedente plebe a patribus fuerūt creati. & plebeii mores uiliores. plebeiæ pudicitiæ sacellū Romæ, ut sacra cætera colebat. Reperit āt plebs plebis. & plebes plebei quītæ declinationis. Ply. Manceps proximæ sutrinæ coruū examinauit tanta plebei consternatiōe, ut primo pulsus ex ea regione, mox & interemptus sit. plebiscitum autē ideo dicitur, quia plebs id qđ rogabat iā sciebat, q̄si plebis decretū. Vnde scita pro decretis ponuntur. Plyni. cautū id diligēti scito, legū cōtra bibēdi fallacias. Rogatio principiū est, & quasi origo oīum istorum

uocabuloꝝ

uocabuloꝝ,siqdē hæc omnia sub rogationis nomine cōphēdunt.Nā nisi populꝰ aut plebs rogetur,nullus plebei aut populi iussus fieri potest. Sed hæc differētia nō seruatur prorsus ab omnibus.Etenim plebiscita,& priuilegia leges dicunt.&hæc omnia appellāt rogatiōes.Sūt præterea senatusconsulta.decreta principū.responsa prudentū.item municipales leges,quas unaquæq; urbs,sibi priuatim constituit,a municipiis dictæ,quæ ita demū uires habēt. Si urbs Romæ,aut aliaꝝ liberaꝝ urbiū,quaꝝ impio subsint,aut ipatoris uel pricipis auctoritate muniantur.Ceteꝝ pter tripartitam illam iuris diuisionem,quam facit Vlpianus,habemus in nostra religione ius diuinū,qđ primū locū tenet,in quo diuina oracula cōphēdūt,q̄ leges diuinæ noiant.itē ius pōtificū,qđ a romanis pōtificibꝰ sancitū ē.Hinc utriusq; iuris prudētes dicimꝰ,q pōtificiū simul ac ciuile ius ꝓfitēt.itē i ciuili iure prætoriū ius cōtinet,qđ ptores supplēdi,aut corrigēdi iuris ciuilis gr̄a itroduxerūt ob publicā utilitatē,hoc a ptoris honore,honorariū nūcupat,& iterptatio iuris ciuilis,& q̄si uiua uox ē.Est ēt(ut Paulꝰ scribit)ius singular̄,qđ cōtra tenorē rōnis ob aliquā utilitatē auctoritate cōstituētiū itroductū ē.itē ē aliud ius,qđ ius cōsuetudinis appellat,hoc qdā sub naturali,alii sub iure gētiū cōstituūt,definiūtq; ius cōsuetudinis eē,qđ in morē uetustas uulgi approbatiōe produxit.itē ius militare dicitur,quo soli milites sunt astricti.& ius triū liberoꝝ,qđ patribus dabat filios nō habētibꝰ. Hoc ius q hēbat cū aliqd populo uiritim diuidebat,pro tribus accipiebat,q̄si tribus filiis alimēta pbiturus eēt,qđ institutū est in laudē Horatioꝝ,q tergemini aduersus Curiacios albanos pro Romāo ipe rio pugnauerūt. Claudius princeps ius q̄tuor ēt liberoꝝ mulieribꝰ dedisse ꝓditur.Martialis. Quod natura uetat fieri,ꝑmitte uideri,Natoꝝ gēitor credat ut eē triū.Et ius quiritū,quo soli Romani utūtur,quasi eoꝝ(ut ita dicā)municipale.itē pacti ius est,cū aliqd iter se hoies pacti sunt,ēt si alias de iure nō eēt.iuris prudētiā Vlpianus appellat diuinaꝝ,atq; humanaꝝ rerū notitiā iusti atq; iniusti sciam.iuris pcepta tria sunt.honeste uiuere.alteꝝ n̄ lædere.ius suū cuiq; tribuere.ius ab æqtate sic distingunt,ut ius sit,qđ oīa recte,& inflexibiliter fieri exigat. Aeqtas,quæ multū de iuris rigore remittat.Ponit ēt ius aliqn̄ pro auctoritate,siue libertate q̄dam atq; licētia.Cice.Quare suo iure nr̄ ille Ennius sanctos appellat poetas.Suo iure inquit,q̄si sua auctoritate & licētia,qa summus erat poeta.idem.ꝓ meo iure dico,q̄si cōfidēter.Aliqn̄ ꝓ merito accipit.Quintilia.Quis eum nō id meruisse,qs nō iure passum affirmet?Quandoq; etiā pro necessitudīe ut ē mihi cū illo ius cognatiōis,aut amicitiæ.item ius dr̄ locus,in quo ius redditur,appallatiōe collata ab eo,qđ fit in id,i quo fit,quē locum definiunt,ubicūq; prætor salua maiestate impii sui,saluoq; more maiorū ius dicere cōstituit.item ius liquorē significat eorū q̄ coquūtur,& ad coqnariā ptinet.A quo iurulentū dicimꝰ iuris plenū.Ply.ius decoctæ cum posca pnionibꝰ ꝓdest.A iure dr̄ iustꝰ.q pcepta iuris seruat.interdū ꝓ mediocri pōit,cum & ius ipsum mediocritas quædā sit.Vn̄ iustā magnitudinē hoīs,uel libri,uel alterius rei dicimus,cū nec debita minor est,nec modū excedit.Hinc iusti dies dicebant triginta dies,cū exercitꝰ eēt impatus,& uexillū in arce positū.interdū pro uero,unde apud iuriscōsultos,q filiū adoptat,interrogat an uelit eū,quē adoptat iustū sibi filiū eē,hoc est uerū filiū.itē iniustus,q contra ius facit.Et iterdū ponit pro eo,qđ iustā magnitudinē excedit.Vir.iniusto sub fasce uiam dum carpit.A iusto iustitia,quæ definit(ut Vlpiano placet)cōstans,& ꝑpetua uolūtas ius suū cuiq; tribuens.Alii iustitiā dicūt habitū animi eē cōi utilitate cōseruata,dignitatē suā cuiq; tribuentē,cui cōtraria est iniustitia.Hīc etiam iuste & iniuste aduerbia deriuāt.Et iusta dicunt sacrificia,quæ mortuis impēdūt,ut supra diximus.item iusta aduerbiū,qđ qua rōne uulgo p.x.duplicē lr̄am scribatur,nō uideo.Significat autem æque.similiter.eodem modo.Plautꝰ.Dixi tibi mater,iusta mecū rem tenes,idest æque mecū.Salustius.Hyemē atq; æstatem iusta pati.Aliquando tamen pro præpositiōe accipitur,& significat prope.Virgiliꝰ.Humilis uolat æquora iusta. Aliquando simul,cōiunctim.Varro.Cum interea lucubrando faceret iusta ancillas lanā,hoc est simul cum ancillis.Nōnūq̄ apud Plautū.iusta te sum,tu me tuearis oportet,hoc ē apud te sum.Apud tamen licet ꝓprie iusta significet.Aliquādo tamen pro in usurpatur.Apule.Apud foꝝ eum cōueni,hoc est in foro.Penes quoq; idem quod apud & iusta significat.Cice.ita petulans es atq; ater,ut ne ad solarium quidem(ut mihi uidetur),sed penes scenā,& i huiusmōi locis exercitus sis.Sed penes usurpat freqnentius in iis,quæ ad dominū spectāt.laudēq;,uel uituperatiōem,& cōmodum,aut incōmodum.Varro.Sed seruoꝝ cura penes domīos sit.Cicero. Cuius penes quos laus adhuc fuit,nō fuit rōnis,aut scientiæ.Quinti.Vt reor in illius culpa uideatur penes patrem,q tam facile irascitur.Liuius.Vt penes eosdem pericula belli,penes quos præmia essent.Veteres iustim quoq; pro iusta scripsere.Sisenna.iustim minciū flumē obtruncauit.item a iure iniuria,quod non iure fiat.iniuria.n.proprie(ut Vlpianus sentit)iniqtas,atq; iniustitia est.Nā cū qs inique uel iniuste sn̄iam dixit,iniuriā dixisse manifestū est,q̄si nō iuriā,iiuria ēt aduerbialiter ponit pro eo qđ est sine causa,& imerito,quēadmodū iure ꝓ merito accipi supra demonstrauimꝰ.Cice.Neq; id iniuria factū est,hoc est non sine cā,nō imerito.Quā-

doq; ẽt pro cõtumelia. Ply. Tot ab eo iniuriis affectus sum, tot cõuitiis lacessitus. itẽ ꝓ damno culpa dato. Pacuuius. Patior facile iniuriã si ẽ uacua cõtumelia, cuius auctoritate motꝰ Marcellus scripsit iniuriã leuiorẽ eẽ, q̃ cõtumeliam, nec aĩaduertit iniuriã hoc loco ꝓ dãno accipi. Ab hoc fit iniurior, qđ modo significat ĩcõmodũ, ac dãnũ, mõ cõtumeliã facio. & iniuriꝰ, q alicui iniuriam facit. Et iniuriosus, contumeliosus. & iniurie, atq; iniuriose aduerbia. Neuiꝰ. iniuriose ego ne, an ille iniurie facimus. Vbi manifeste intelligiť iniuriose pro contumeliose accipi, ĩiurie uero pro inique, & iniuste. Item a iure fit iurgo, quod est, de iure cõtẽdo. & iurgatio, iuris actio. A quo fit iurgiũ, hoc est distãs a lite, qđ iurgiũ leuior res est, siqdẽ ĩter beneuolos, & ꝓpinquos cõcertatio q̃dã iurgiũ dr̃. ĩter inimicos aũt lis appellať. Cice. Admiror nõ rerum solum sed ẽt uerboꝝ elegantiã, si iurgant inqt beneuoloꝝ concertatio, non lis inimicorũ iurgiũ dr̃. idem. iurgare ergo lex putat ĩter se uicinos nõ litigare. Ab hoc fit iurgiosus, hoc est contentiosus. contumeliosus. Gelliꝰ. Mulier morosa admodũ, & iurgiosa. Et obiurgo, actiuũ. & obiurgòr deponens, qđ significat arguo. reprehẽdo. A quo obiurgator, reprehensor. & fœmininũ obiurgatrix. & obiurgatio, hoc est reprehensio deriuãtur. Item a iure iuro, quod proprie est ꝓmitto me adhibitis etiam testibus ita seruatuꝝ, ac si ius esset. A quo fit iuramẽtum quod & iusiurandum dicitur. Laberius. Quod est iusiurãdum? Emplastrum æris alieni. & adiuro, qđ fere semper negatiue poniť. Terentius. Adiurat se non posse apud nos absente Pãphilo durare. interdũ tñ adiurare est incãtationibus, qbus dæmones allicere, qđ græci dicũt ἐξορκίζειν hoc est exorcizare. a quo ipsa adiuratio, exorcizatio, siue exorcismus dr̃, & q̃ huiuscemodi artibus utuntur a iuriscõsultis dicuntur exorcizatores. & abiuro rem creditã cum iuramẽto nego. & apud me retineo. Virg. Abiurateq; rapinæ cœlo ostẽdũtur. Ab iis adiuratio, & abiuratio deducũtur. & cõiuro, qđ ꝓprie ẽ cõspiro. i. in alicuiꝰ pniciẽ iuro. a quo cõiuratio, hoc ẽ cõspiratio. Capiũtur tñ aliqñ cõspiro. & cõiuro in bonã partẽ, sed perraro. Cice. Pro ligario fratrum cõspirationẽ dixit, q̃si unanimitatẽ. Hora. Et cõiurat amice. itẽ deiero, qđ est sancte & uehemẽter iuro. A quo deierator. deieratrix. deieratio. & peiero, qđ est iuramẽtũ infringo, uel contra iuramentum facio, uel animo fallendi iuro. A quo peierator. peieratrix. peieratio. & periurꝰ. A quo periuriũ, q uiolauit iuramẽtũ, & ipsa uiolatio. & deiurus, q sancte & uebemẽter iurauit. a quo deiuriũ. sanctũ iusiurãdũ. Gellius. Octo ad hostes redire uoluerũt, ꝙ deiurio uincti forẽt duo reliq. Romæ mãserũt. iurati dicũť, q iurauerũt. Sicut iniurati, q nõ iurauerũt. & coniurati, qui cõspirationẽ fecerũt. item præiuro. ante alios iuro. A quo præiurator dr̃. & præiuratio, quã ii facere dicunť, q ante alios cõceptis uerbis iurant, post quos in eadem uerba iurãtes tm̃mõ dicũt. idẽ in me. & exiuro, qđ est deiero. Plau. Exiurasti mihi te dixisse p iocum. itẽ eiuro, qđ significat, id qđ desiderať. nõ posse præstari. idem. Eiurauit militiã. Ab hoc fit eiuratio. itẽ a iure iustitiũ, q̃si iuris statio. & iuridicus, & iurisdictio, de q̃bus supra diximꝰ. itẽ iudico. a quo iudex iudiciũ. iudicialis. Adiudico. diiudico, iudicata res. p̃iudico. p̃iudiciũ. iudicatũ. Abiudico, de qbus similiter supius disseruimus. Quidã nõ a iubẽdo ius dictũ existimãt. Sed p ĩmutationẽ unius lr̃æ, a uis, cũ ius nihil aliud sit q uis, hoc est uolũtas potẽtioris. Quapp qdã leges araneaꝝ telis similes esse dixerũt, quæ muscas qdem capiunt, a maioribus uero aĩalibus infriguntť, iustitiæ imaginẽ ita pingere ueteres cõsueuere, effigie uirgĩali. aspectu uehemẽti. & formidabili. luminibꝰ oculoꝝ atrocibꝰ, neq; humilis, neq; asperæ. sed uerecũdæ cuiusdã tristitiæ dignitate, ex quo ĩtelligi uoluerũt eum, q iustitiæ præest oportere esse grauẽ. sanctũ. sæueꝝ. incorruptũ. inadulabilẽ. aduersus ĩprobos, atq; nocẽtes, ĩmisericordẽ, atq; ĩexorabilẽ erectũ. arduũ. potẽtẽ, ui & maiestate, æqtatis. ueritatisq; terrificũ. INGENIVM. Naturã, ut supra dicimꝰ MITIVS. Lenius. suauiꝰ. minus aspeꝝ. Mitis ꝓprie dr̃ lenis. clæmẽs. mãsuetus. cuius cõtrariũ est immittis, hoc est asper. sæuus. crudelis. Hinc p metaphorã mitis aliqñ ꝓ tranqllo accipiť, & immitis ꝓ ꝓcelloso atq; inqeto. Virgi. Mitis ut ĩ morẽ stagni, placidæq; paludis. Apule. Erat enim turbidum, atq; immite pelagus. itẽ mitis ꝓ maturo. & immitis ꝓ ĩmaturo. Virg. Sũt nobis mitia poma, Castaneæ molles, & pressi copia lactis. Ply. immitia adhuc, & cruda poma. A mitis fit mitesco uerbũ, qđ mõ mãsuesco significat. idẽ. Vt feræ domi educatæ mitescũt. Modo tranqllor. Apule. Cõflaccescũt fluctus, mare mitescit. Nõnunq̃ maturesco. Plyni. Reliquorũ pomoꝝ uelocitas cito mitescentiũ transuolat. item mitigo. placo. quasi mitem ago.

DE VRSO RETE IMPLICITO. EPIGRAMMA. XI.

PRAECEPS SANGVINEA. Blandiť Dõitiano de urso, q cũ p arenã furibundꝰ cũrreret, retibus irretitus, ad similitudinẽ auiũ deprehẽsus est. DVM. Quando. Dum enim aliqñ aduerbiũ tpis est. & ꝓ qñ accipiť. Virgi. Multa quoq; & bello passus dũ cõderet urbem, hoc ẽ qñ cõdebat Troiã, quam Aeneas, ut primum in italiam uenit ædificauit, dum. n. hoc faceret, ob uulneratũ regiũ ceruũ, cõmota sunt bella. Aliqñ pro dõec, ut hoc ipso loco, si p urbem lauro lauiniũ intelligamus. tãdiu. n. dimicauit, donec ad tempꝰ faciẽdæ ciuitatis ueniret. Nõnũq̃ ꝓ dũmõ, ut in eodem uersu, si p urbem accipiamus Romã, ut

sit sensus, multa passus, dũmõ cõderet urbẽ. Q̃d ſi cũ p̃terito ſubiũctiui iũgaſ, ſignificat poſtq̃. Martia. Audieris dum grãde ſophos, hoc ẽ poſtq̃ audieris. A dũ fit dũmõ. dũtaxat, qđ ſignificat ſolũmõ. Nõdũ. & necdũ, ꝓ nõ adhuc. Aliqñ etiam expletiua cõiũctio eſt, ut agedum. adeſdum. PRAECEPS. Feſtinus. furibundus. & ſine cõſideratiõe, pruens. Præceps a præ & capio cõponiſ, ſignificatq; ꝓprie eum, qui ſine cõſideratiõe aliqua aut mõ, qđ agit, & quaſi rem præoccupat. Vnde ꝓ nimis feſtino poni ſolet. Vir. Præcipites atra ceu tẽpeſtate columbæ. Capiſ etiam ꝓ loco alto, unde qs ſe p̃cipitẽ dare facile poſſit. idem. Turrim ĩ p̃cipiti ſtantem. Hinc fit præcipito, qđ eſt ĩ præceps deiicio. Aliqñ etiam ĩcõſiderate ago. A quo præcipitiũ, locus præruptus, unde p̃cipitari facile põt. & ipſa præcipitatio. & præcipitãter aduerbiũ, qđ ſignificat temere incõſiderate. ROTAT. Vertit. Tractum a rota, quã græci τροχὸν, hoc eſt trochum uocãt. Rota aũt a rotunditate dr̃. Cuius diminutiuũ eſt rotula. Rotũdũ. n. dicimus, qđ collectum, & p omnẽ circuitũ leue eſt ſine offenſione aſperi anguli. Transferſ aliqñ ad animũ, & ꝓ collecto ac cõcino accipiſ. Gel. Criſpũ ſane agmẽ orõnis, rotundũq;, ac modulo ipſo numerorꝫ uẽuſtũ Cice. Theodectes aũt præfator, nec ſatis, ut ita dicã, rotundus primus inſtituit dilatare uerbis. A quo fit aduerbiũ rotũde, hoc eſt collecte. elegãter. cõcinne. idẽ. Accedunt uerba apte, & rotũde diſpoſita. Rotũdũ aũt, q̃ſi retũdũ dictũ eſt, a retõdẽdo, ꝙ oĩs undiq; retõſa, & ueluti detornata ſit aſpitas. habet. n. qđ rotũdũ eſt, unicã ſupficiẽ, in q̃ nec prĩcipiũ notari põt, nec finis. Rotũdã Romæ ueteres faciebãt ædẽ deæ ueſtæ ad pilæ ſimilitudinẽ, q̊ eã credebant terram eſſe, quã eſſe rotundã manifeſtũ eſt. Alii rotundũ a radendo deductũ putant, ꝙ circumraſum atq; expolitum ſit. Radere. n. cõplanare eſt. Vnde radiũ dictũ putãt, quo menſuræ raduntur, qđ & Hoſterium ab æquãdo dr̃, ut ſupra declarauimus. & raſores fidicines, quia uidentur chordas ictu radere. & rutrũ ſimiliter a radẽdo. Cuiꝰ diminutiuũ eſt rutellũ. Lucillius. Frumentarius ẽ modum hic ſecũ, atq; rutellũ unũ affert. A rado cõpoſita fiunt circũrado. obrado. derado. erado. corrado notæ ſignificationis. Corraſiſſe p̃rimonium dr̃, ſiue corraſiſſe hæreditatem, qui oẽm ſubſtantiam conſumpſit, & domũ raſam, hoc eſt omni re uacuã, atq; expoliatã reliqt. Raſtrum quoq; a radẽdo terrã appellatũ putãt. item radicem. Radices enim ſæpenumero effoſſa parũper terra radũtur. ut arbores meliꝰ fruticeſcãt. A radix radico deduciſ, qđ eſt radicem facio, qđ & radicẽ capio dr̃. Ply. Cũ pali defixi radices cepiſſent. & eradico. euello. & uiuiradix, de qua ſuperius diximus. & radicula diminutiuũ, & radicatio, atq; eradicatio. & radicitus aduerbiũ, hoc eſt a radice. Et p metaphorã poniſ pro eo, qđ eſt, prſus. oĩno. Radicula ẽt per ſe herba uocaſ, ſuccũ habẽs lauãdis lanis cõmodiſſimũ, multum cõferẽs cãdore, molliciaq;. Trãs euphratẽ laudatiſſima, caule ferulaceo. tenui. & ipſis cibis indigenarꝫ expetito, unguẽtiq; qcqđ ſit cũ quo decoquaſ, folio oleæ. Struthiõ græci uocãt, floret æſtate. grata aſpectu. uerꝫ ſiñ odore ſpinoſa, & caule lanuginoſa. ſemine caret. radicẽ habet magnã. quæ cõcidiſ ad eũ, quẽ diximꝰ uſum. Vulgo ẽt radicẽ rhaphanũ uocãt, ſed hoc apđ doctos nõ inuenitur. Cortice, & cartilagine cõſtãt rhaphãi, uis mira his ẽ colligẽdi ſpiritũ, laxãdiq; ructũ. Ob id cibus illiberalis, utiq; ſi ꝓxime olus mãdatur. Si uero cũ oliuis, rarior ructus fit, minuſq; fœtidus. in ægypto mire celebratur pp olei fertilitatẽ, qđ de ſemĩe eius faciebãt. pluſq; ex eo quæſtus q̃, ex frumento, & minus tributi erat, nullũq; copioſius oleũ. Plura rhaphãorꝫ genera ueteres faciebãt algidẽſe a loco longũ. atq; trãſlucidũ. Syriacũ rapi fere figura ſuauiſſimũ, ac tenerrimũ. itẽ ſilueſtre, qđ græci cheriã uocãt. põtici armõ. alii leucẽ. Nr̃i armoraciã frõde copioſius q̃ corpore. Seri uult rhaphãus terra ſoluta, humida. fimũ odit, palea cõtentus, frigore adeo gaudet, ut in germania ĩfantiũ puerorꝫ magnitudinem æquet. Ariſtomachus detrahi folia p hyemẽ iubet, & ne lacunæ ſtagnent, accumulare, ita in æſtate grandeſcere. Succũ eorꝫ præcordiis neceſſariũ tradunt quãdo phthiſin cordi intus inhærẽtem nõ alio potuiſſe depelli cõpertũ ſit ĩ ægypto, ubi iuſſu regũ corpa mortuorꝫ ad ſeruãdos morbos ſecanſ. in tẽplo Apollinis delphis adeo cæteris cibis p̃latus eſt rhaphanus, ut ex auro rhaphanus duceretſ. Beta ex argento, Rapum ex plumbo. Scripſit Morchion græcꝰ auctor de rhaphano unũ uolumẽ, utiliſſimi ĩ cibis hyberno tpe exiſtimanſ, atterũt tñ dẽtes, unde & ad polienda ebora eis utunſ. odium habent cũ uite maximũ Refugit hæc iuxta ſatos. Rhaphani decocti mane poti ad ternos cyathos cõminuũt, & eiiciũt calculos. In poſca cocti contra ſerpẽtũ morſus illinunſ. Ad tuſſim mane ieiunis ꝓſunt cũ melle. Semẽ eorꝫ toſtũ, ac cõmãducatũ ad lagaroponõ confert, hoc ẽ ad iliũ dolorẽ. qppe eã corporis ptẽ. alii lagarõ, alii hypocõdrion uocãt. Ponõ. laborẽ, dolorẽq;, q hũc morbũ patiũtur, dr̃r ilioſi. Succꝰ rhaphanorꝫ binis cyathis cõtra flegmonẽ ſumiſ. Sic. n. uocaſ iflãmatio. quotiens ſanguis utilis, & mediocriter craſſus ferſ ſubitus in aliquã corpis ptẽ, & ꝓ ſua copia figitur. Nicãder poeta cõtra fungorꝫ uenena ſalutares eſſe rhaphanos ſcribit. Hippocrates. Capillos mulierꝫ defluos, ſi fricenſ rhaphano cohiberi, & cicatricẽ ad colorem reduci affirmat. Semẽ ex aq̃ ĩpoſitũ ſiſtit phagedenas, ſic. n. ἀπὸ τοῦ φάγειν, hoc eſt ab edẽdo uocanſ ulcera, & penetrãdo uſq; ad oſſa corpus uorant, uulnus inæq̃le eſt, cœno ſimile, ĩeſtq; multus humor glu-

tinoſus,odor intolerabilis,maiorq; q̃ꝑ modo ulceris iflãmatio.Democritus uenerē raphani cibo ſtimulari putat,ob id aliq nocere uoci,ꝑdiderũt.itē a rado ramētũ,qđ ſignificat tenuē cuiuſq; rei particulã,& q̈ſi raſurã.Vnde ramēta auri.ramēta argēti.lignoꝝ.& cæteraꝝ rerum dicimus.itē ramus,q̈ſi raſus.a quo ramale eiuſdē ſignificatiõis.Perſius.Et ramale uet⁹.& ramuſculus,paruus ramus.& ramex hernia a ſimilitudine deſcendentis rami.& racem⁹ pars botrionis,ſiue potius ip̄e botrion,q̇ & botrys more græco.& botrus,hoc eſt iteger uuæ racemus.itē a rado raſtrum,inſtr̃m ruſticũ,qđ terram radat.a quo diminutiuum fit raſtellum.Rhamnis cuius uox cognata his uidet̃ eē,urbs eſt euboiæ,in q̃ fortuna religioſiſſime colebat̃,ob id fortuna Rhãnuſia a poetis appellatur.Ouidi.Exiget dignas ultrix rhãnuſia pœnas.Ramnetes propriũ uiri nomē fuit.Ramnus græca uoce,ſpina dr̃.de qua mox dicemus.Spina modo ſentem hoc eſt arborē ſpinas ferentem ſignificat. modo aculeũ,q in ſentibus naſcitur.a quoꝝ ſimilitudine ſpinæ piſciũ dicũt̃,& ſerpētiũ,q̄uis aliq piſces oſſa nõ ſpinas habeãt.ut Delphini. Spĩa ē̃t idorſo hoĩs dr̃,& alioꝝ aĩaliũ.Spinaꝝ,hoc eſt arboꝝ ſpinas ferētiũ multa genera ſunt. Spina Syria maxĩe celebrat̃ ꝑ̃ſertim nigra,quoniã incorrupta ē̃t in aquis durat ob id utiliſſima nauium coſtis.Aculeũ habet & in foliis,ſemē in ſiliqs,quo coria ꝑficiunt̃ gallæ uice flos eius,& coronis iocũdus,& medicamētis utilis.Manat ex ea & gũmi,ſed ꝑ̃cipua utilitas,ꝙ cæſa tertio anno reſurgit.Nõ diſſimilis huic & prunus ægyptia ē,pomo meſpili,matureſcēs bruma,nec folia dimittēs,lignũ i pomo grãde,ſed corpus ip̄m natura,copiaq; meſſiũ inſtar icolis ē.Purgatũ eni tradũt,ſeruãtq; ei⁹ offas.Naſcũtur & circa mēphim ſpinaꝝ arbores tãtæ magnitudĩs,ut terni nequeãt circũplecti unã,pomũ i uſu nõ ē,folia habēt ceu pēnas,quæ tactis ab hoĩe ramis ſtatim cadũt,poſtea renaſcũt̃.Paliurus iter ſpinas numeratur,ſiliquã fert,in q̃ terna,aut q̈terna ſemina gignit,qbus medici cõtra tuſſim cõciſis utunt̃.habēt enim lenticiam quãdam,atq; pĩguedinem,ut ſemē lini.Naſcit̃ locis dilutis,foliis deciduus eſt.Paliuri ſemē,Afri zurã uocant,cõtra ſcorpiones efficaciſſimũ.& meſpilus ſpina eſt.ſiqdem & i ſpina alba iſerit̃.Tria ei⁹ genera,anthedon .ſetania.& gallica.Setania fructũ fert grãdiorē,cãdidiorem,acinoſq; ligno molliori.Anthedoni pomũ minus cæteris,ſed odore ꝑ̃ſtantius,& qđ diutius ſeruet̃.Flos amigdalæ oĩbus,folium magna ex parte ſeſſum.qđ anteq̃ decidat,rubeſcit uehemēter.Non fuit hæc arbor in Italia Catonis æuo.Spina eſt & malũ punicum,de quo alibi diximus.Tragõ,ſiue ſcorpionem fert aſia,ſpinã ſine foliis,ramis rubētibus ad medicinæ uſum.Spina babylonis ē,ſicut uiſcum in arboribus,ſed in ſpina tantum ſerit̃,quæ Regia uocat̃,& eadem die germiat, quod iniectum eſt.Cõdunt hæc uina,& ideo ſeritur.in oriēte a copto p ſolitudines nihil gignit̃ præter ſpinam,quæ ſitiens uocat̃.Rubi ſpinæ ſunt uulgo notæ,mora,ꝑducũt non modo aĩaliũ cibis,ſed multis medicamētis cõmodiſſima.inter medicamenta quæ ſtiptica,hoc eſt cõſtipãtia uocãt,nihil efficacius rubi mora ferētis radice decocta in uino ad tertias partes,ut colluant̃ eoris ulcera,& ſedis foueãt̃,tãtaq; uis eſt,ut ſpõgiæ ipſæ lapideſcãt,Gen⁹ rubi eſt,in quo roſa naſcitur,gignit pilulã caſtaneæ ſimilē,præcipuo remedio calculoſis.Et cynorhodon,q̈ſi canina roſa,ꝙ cõtra canis rabidi morſum uim maximã habeat.& cynoſbaton,quē alii cynoſpaſton.alii neuroſpaſton uocãt,ueſtigio hoĩs ſimile.fert & uuã nigrã,in cui⁹ acino neruũ habet.unde neruus paſſus dr̃.Cynoſbaton tñ medici ē̃t capparim uocãt firmioris ligni froticē, ſeminiſq; & cibi uulgaris,cuius caulis quoq; mandit̃.Cynoſbatos dr̃,quaſi canin⁹ rubus,qm̃ ei rubo ſimilis hic frutex eſt.Alii opheoſtaphylē noĩant,hoc eſt ſerpētis uuã.quoniã in Arabia peſtilēs eſt.idæus rubus appellat̃,qm̃ in ida nõ alibi naſcitur.Eſt tenerior ac mĩor,rariorib⁹ calamis,in nocētioribuſq;,ſub arboꝝ umbra naſcēs.inter genera ruboꝝ rhãn⁹ appellatur cãdidior & fruticoſior,is floret,ramos ſpargēs rectis aculeis,nõ ut cæteri adũcis,foliis maiorib⁹.Alteꝝ gen⁹ eius eſt.Silueſtre nigrius aliquatenus rubēs,cuius radice decocta in aqua fit medicamētũ,qđ uocat̃ Lyciũ.Præſtantius tñ lyciũ ex alio genere ſpinæ fit.quã pyxacanthon chironia uocant.Coquunt̃ in aqua tuſi rami,radiceſq; ſummæ amaritudinis æreo uaſe p triduũ.iterũq; exēpto ligno,donec mellis craſſitudo fiat.Spina alba uulgo nota eſt. Corona ex ea impoſita capitis dolores fert̃ minuere.Oxyacanthos ſpina eſt multo mĩorib⁹ foliis aculeatis p extremitates,ferēs baccas rotũdas,foliis ipſis araneoſa lanugine obductis,qua collecta ē̃t ueſtes quædã bõbicinis ſimiles fiũt in oriēte.Oxyacãthi baccæ cõtra ſerpētiũ ictus bibũtur.Eſt & Acatiæ ſpĩa,cuius ſemē lenticulæ ſimile,minor eſt tamē & grano,& folicolo.Colligit̃ autũno. ſpiſſatur ſuccus ex folliculis aqua cæleſti pfuſis,mox in pila tuſcis exprimitur organis,denſatur i ſole,mortariis in paſtillos.Ad coria perficiēda ſemine pro galla utuntur.Vulgaris ſpinæ ſolius radicis uſus eſt ad coria tingenda.Per hiſpãnias tamen multi ad odores,& unguēta utũt̃,aſpalatũ uocãtes cũ aſpalatus ſit ſpĩa alba in oriente,magnitudĩe arboris modicæ,flore roſæ,cuius radix unguētis expetit̃,quidã Eriſi ſceptrũ uocãt.Alii ſceptrũ Eliſei,alii adiſpacum, alii diſpacon,ſiue diacheron,ſanat ozenas.Sic enim uocatur uitiũ in narib⁹ ex cõfluxu humoris acerrimi.Eſt & ſpina appendix ita appellata,qm̃ baccæ puniceo colore in ea inſtar racemi pendentes appē-

dices uocãtur.Spina etiã uepris dr̃,ꝙ uehemẽter prehẽdat.Cuius diminutiuũ eſt ueprecula.

SANGVINEA.Sanguinolenta,ſparſa cruore multaꝝ feraꝝ.Sanguis quid ſignificet,manifeſtum eſt.Maribus hic q̃ fœminis nigrior eſt.& in iuuenta magis q̃ ſenio.Qui multo ſanguĩe,& pingui abũdant,iracũdi ſunt,magna in eo utilitatis pars eſt.Emiſſus ſpiritũ ſecũ trahit,& tñ non ſentit tractũ.inter aĩalia,fortiora ſunt,q̃bus ſanguis craſſior eſt.Sapientiora,qbus tẽuior.timidiora,qbus minimus.Quibus nullus,hebetia.Tauroꝝ celerrime coit,ideo peſtifer,ut ſupra diximus.A proꝝ.ceruoꝝ.capraꝝ.& bubaloꝝ omnium,non ſpiſſatur.Pinguiſſimus aſinis.Homini tenuiſſimus eſt.Quæ plus q̃ quaternos habent pedes,carent ſanguine.Obeſi minus ſanguinis habent,quoniã abſumiẽ pingui.Profluuiũ eius ĩ naribus ſoli homini accidit quibuſdam per inferna,multis per ora ſtatuto tempore,ut uoluſio ſaturnino omnibus annis,qui tñ nonageſimũ uitæ annum exceſſit.Animalia quæ certis temporibus latent,non habent tũc ſanguinem,præter exiguas admodum guttas circa cor.Hominibus ĩ metu refugit,in uerecũdia faciẽ petit,ideo timore palleſcimus,rubeſcimus pudore.Morbi oẽs morſq; ſanguĩem abſumũt.Aliquando ſanguis pro genere põitur.Vir.An nymphaꝝ ſanguinis una.Ab hoc ſanguineus.& ſanguinolentus deducuntur,quæ modo ad corpus referunẽ,ſignificãtq; plenũ ſanguine,ut hoc loco.Modo ad aĩum,& pro crudeli,ac cruento accipiunẽ.Apuleius.ĩmãi,ac ſanguinea uoce pterruit.Varro.itaq; ꝓpter amorẽ ĩperii magiſtratus gradati ſeditiõibus ſanguinolentis urbẽ pturbauere.itẽ ſanguĩarius,hoc eſt ſæuus.crudelis.Cice.itaq; grauẽ illã,ac ſanguinariã uocẽ audiuimus.& ſanguiſuga.uermis,q & hirudo dr̃.Hora.Non miſſura cutẽ niſi plena cruoris hirudo.Quidã hãc ab hærẽdo nomẽ traxiſſe exiſtimãt,ꝙ aĩalium corporibꝰ hæreat.& exãgue,qđ ſine ſanguine eſt.& ſãguiculus,ſanguis hædi,ſiue ſuis ĩ cibũ formatꝰ.Ply.Vtunẽ ad utrũq; uitiũ.Et coagulo hedi ĩ uino myrteo magnitudĩe fabæ poto,& ſanguĩe eiuſdem ĩ cibum formato,quẽ ſanguiculũ uocãt.& cõſanguineus,q ſanguine mihi cõiũctus eſt.A quo cõſanguinitas ipſa cõiunctio.& ſanguinaria herba,qa ſuccus eius infuſus naribꝰ ſupprimit ſanguinẽ,polygonũ græci uocãt,uel a multitudĩe ſemĩs,uel a frequẽtia geniculoꝝ.Quippe πολυ multũ ſignificat, γόνοσ genitus, γόνυ genu, folia rutæ habet,parũ a terra attollitur ſimilis gramini.Alii calligonõ noĩant.Alii halmada.Nõnulli caminothum.Quidam dema.Multi myrtopetalon.& unũ eius genus,qđ in montibus naſcaẽ oreon,harũdini teneræ ſimile,uno caulæ dẽſis geniculis.& ĩ ſe fractis.Eſt & aliud genus ſilueſtre appellatum pene arboris frutice.radice lignoſa.rubicũdũ.ramis ſparti.binũ palmoꝝ.Vis oĩum eſt ſpiſſare,ac refrigerare,ꝓpter qđ ſtomachi feruori folia imponũtur.& ſanguẽ arbor,cuiꝰ cortex ad ſanguinis ſimilitudinem rubet.A quo ſanguineus.Ply.Siqs duas uirgas ſanguineas manu tulerit.itẽ a ſãguine ſecũdũ quoſdã ſancio uerbũ.Eſt.n.ꝓprie ſancire,conſecrare aliqd ſub ſanguine oſtiæ.Vñ ſanctũ dr̃.quaſi ſanguine cõſecratũ.& ſanctio ꝓprie uocaẽ lex cum terrore pœnæ.Alii tamen uolũt ſanctũ ꝓprie dici qđ ab iniuria hoĩum defenſum,atq; munitũ eſt,tractũq; eſſe a ſagminibus herbis,quæ legati populi Romani ferre ſolebãt,ne q̃s eos uiolaret,quẽadmodum legati græcoꝝ ferebãt ea,quæ ceratia uocãẽ.In municipiis muros ſanctos eſſe ſabinus affirmat,nec licere eos reficere ſine pricipis uel p̃ſidis auctoritate,nec aliqd cõiungere,uel ſupponere.Hinc ſancire deductũ,qđ eſt firmare,munire,& q̃ſi ſanctũ facere.Vlpianꝰ.Sãctũ eẽ ſcribit,quod nec ſacrũ,nec ꝓfanũ eſt,ſed ſanctione quadã cõfirmatũ,ut ſanctæ ſunt leges,hoc eſt ſanctione q̃dã ſubnixæ.Hinc Virgiliꝰ.Sãcta ad nos aĩa,atq; iſtiꝰ inſcia culpæ deſcẽdã.Sãcta inqt,hoc ẽ incorrupta.idẽ.Tuq; o ſanctiſſima cõiũx fœlix morte tua.Sãctiſſima,hoc eſt caſtiſſima interdũ tamen ſanctũ pro ſacro,& religioſo poniẽ.idẽ.Ecce leui ſũmo de uertice uiſus iuli fũdere lumẽ apex.& paulo poſt.Nos pauidi trepidare metu,crinẽq; flagrãtẽ Excutere,& ſanctos reſtiguere fontibus ignes.ſanctos inqt,q̃ſi diuinitꝰ miſſos.Idẽ.Tuq; o ſanctiſſima uates Præſcia uẽturi Sanctiſſimã uocauit,qa & uates,& deo plena erat.Ab hoc fit ſanctifico uerbũ,a quo ſanctificator.ſanctificatrix.ſanctificatio.itẽ ſanctitas.ſanctitudo.ſanctimõia eiuſdẽ ſignificatiõis.& ſancte aduerbiũ.A quo perſancte.Plau.idq; pſancte iurauit ſe facturũ.& ſanctuariũ,ſacer locꝰ,templũ.ſacrariũ.Sacrũ uero(ut Trebatius refert)dr̃ omne,qđ deoꝝ habeẽ.Hinc Virgiliꝰ.quotiẽs ſacrũ noĩat,additionẽ fere deoꝝ facit.Sacra Diõeæ mr̃i diuiſq; ferebã.idẽ.ſacra ioui ſtygio,quæ recte incœpta parabã.idem.Tibi enim,tibi maxima iuno,Mactat ſacra ferens.Hinc ſacer mõs trãs anienẽ fluuiũ ultra tertiũ miliariũ appellaẽ,q̃a Ioui fuerat cõſecratus,& ſacra uia ĩ urbe Roma uocitata eſt,ꝙ in ea fœdus ictum ſit inter Romulũ & Tatiũ.& ſacrimũ uocabãt muſtũ,qđ libero pr̃i ſacrificabãt pro uineis,& uaſis.& ipſo uino cõſeruãdis,ſicut præmetiũ de ſpicis,q̃s prio metẽdo collegiſſent.Cereri ſacrificabãt.& ſacroſanctũ quo iureiurãdo ĩterpoſito erat iſtitutũ.ut q uiolaſſet,morte pœnas pẽderet.& ſacramẽtũ,qđ iuriſiurãdi ſacratõe ĩterpoſita geriẽ.Vñ ſacramẽtũ militare appellatũ.itẽ ſacramẽtũ æs,qđ pœnæ cã penditur.& ſacrifico quod a lito ita diſtinguiẽ,ut ſacrificare,ſit ueniã petere.Litare uero,ꝓpitiare,& uotum impetrare.Plautus.Si hercle iſtuc unq̃ factũ eſt,tum me Iupiter faciat,ut ſemp ſacrificẽ,nunq̃ litẽ.Con

fundunt hæc tamē,& utrūq; accipit pro eo,qđ est sacrū facere.& sacrificulū regem sacrorum. & sacro uerbum,quod est deo dedico,& sacrū facio. A quo sacrator.sacratrix. sacratio.& cōsecro eiusdem significationis.A quo cōsecrator.cōsecratrix.cōsecratio. & execror, quod proprie est mala deprecor. Vnde execratio,deprecatio maloꝶ.& execrabile,deprecabile. euitandum.& desecro,quod,ꝓprie ē exsacro profanū facio.& quod uulgo dicitur degrado.Plaut⁹. Desecrare eum prius oportet,ne manus contaminem.& obsecro,quod significat obtestor.deprecor,& quasi sacra,ut te exorē,facio. Vnde ob uos secro ueteres dixerunt.pro uos obsecro. Ab hoc obsecrator.obsecratrix.obsecratio.& resecro,religiōe absoluo.Plautus.Resecro mater,ꝙ dudum obsecraueram,hinc cum populū reus aliquando rogasset per deos,ut eo periculo liberaret,iubebat magistratus eum resecrare.& sacerdotem,qui deo dicatus est,ad sacrificia facienda. A quo sacerdotium,ipsum sacerdotis munus.officiūue. Vnde gentilicium sacerdotium ueteres appellabant,quod nunc uocatur ius patronatus.& sacerdotale,quod est sacerdotis.& sacrarium locum,in quo sacra reponunt.& sacrilegium,qui rem sacram,aut e sacro loco furatur.a quo tale furtum sacrilegium.Sacrum etiam aliquando pro sacrificio ponitur,quando substantiuum est. Vir.Sacra diōeæ matri,diuisq; ferebam. Quando uero adiectiuum pro uenerabili.Idem.Extulit os sacrum cœlo.interdum etiam pro execrādo.scelesto .Idē. Quid mortalia pectora cogis Auri sacra fames.Plau.Homini quantum hoīum terra sustinet sacerrimo.Quod tractum est a gallorū consuetudine.Quotiens enim massilienses pestilentia laborabant unus ex pauperibus sese offerebat alendū āno integro publicis p̄ciosiorib⁹cibis.Hic postea uerbenis ornatus,& sacris uestib⁹īdutus p totā urbē ducebat cū execratiōib⁹,ut in ip̄m oīa ciuitatis mala reciderēt,& sic diis imolabat.itē sacrū qn̄ substātiuū est pro tēplo accipitur. Cuius diminutiuū est sacellū,dictūq; ē ad imitationē græcoꝶ,q sacrū dicūt. ἱερὸν.καὶ τὰ ἱερὰ templa appellāt.Paulus iuriscōsultus.Sunt aūt sacrilegi,q'publica sacra cōpilarint,atqui priuata sacra,uel ædiculas īcustoditas tētauerint,amplius q̄ fures,minus q̄ sacrilegi merēt.A sacro etiam sacerani appellati fuerūt reate orti,q ex septimontio ligures siculosq; eiecerunt,ꝙ iure sacro nati fuissēt. Veteres pro sanguis neutro genere sanguē dixerūt.Enni⁹.Et sanguē diis oriundū.Lucretius. Viscerib⁹uiscus gigni,sanguēq; creari,Sacrū græci ἱερὸν dicūt,hoc est hierō. a quo hierarchia sacer p̄ricipatus.& hiera,īsula īter siciliā,& liparim Vulcano sacra,& Hieri populi ultra Sauromatas.& Hiero rex Syracusarum.& Hieronymus ac Hierotheus ꝓpria nomina,quoꝶ alteꝶ sacra lex,alteꝶ sacer deus interp̄tari pōt.& Hieropolis,oppidi nomen,quasi sacra urbs & p diminutionē Hiella,urbs Etruriæ,& Hierosolyma.urbis nomen,in Palæstina,& Hierapicra,medicamēti genus ad soluēdū aluū.hoc est sacra.amara.nā πικρὸν græci amaꝶ dicūt.PERDIDIT.Amisit,quēadmodū supra dixim⁹. Ab hoc fit perditio.amissio.& perdite uehemēter sine remedio.& frugip̄da.salix.qa amittit semē anteq̄ oīno maturitatem sentiat.Sed huic rei naturæ,ꝓuidētia cōsuluit,qm̄ depactus surculus facile.& incuriosi⁹nascit. Vnā tn̄ salicē tradūt auctores semē ad maturitatē p̄ferre solitā in Creta īsula,atq; ipso descēsu spelūcæ Iouis toruū ligneūq; magnitudine ciceris. Salix a saliēdo dicta est,ꝙ uel sata,uel casu terræ cōpacta stati salit,ac surgit.Salix p̄ticalis dr̄,ex qua p̄ticæ fiūt,hoc est fustæ lōgiores,qb⁹ad sustentādas uites,hoc est ad iuga faciēda,& ad messes flagellādas,& ad alia rustica opa utimur.Ply.nā salices q̄dā in,ꝓceritatē magnā emittūt iugis uieaꝶ p̄ticas.Idē.Messis ipsa alibi tribulis ī area. alibi equoꝶ gressib⁹exterit,alibi p̄ticis flagellat.idē.Perticis q̄dā decutiūt oliuas cū iniuria arboꝶ sequētis āni dāno.Has iustū est cædi q̄rto quoq; anno.Salix uimīalis ē,ex q̄ uimīa colligunt has oīb⁹annis cōfodi iubent mēse Aprili.hæc & amerina dr̄ ab ameria umbriæ ciuitate ab Amerio sic appellata. Vir. Atq; amerina parāt lentæ retinacula uiti.Amella uero herba ē quæ nascit iuxta Mellā galliæ flumen,a quo nomē accepit.Folia salicis cōtrita.& pota intemperantiam libidinis coercere dicunt,atq; si sæpius sumantur,usum eius in totū auferre. A salice salignum deducitur,qđ e salice est,sicut acernū,qđ ex acere.& abiegnū.qđ ex abiete. & salicetū seminariū salicū,qđ & salictū,per syncopē dr̄. Virg.Hybleis apibus florē depasta salicti, & salicastrū, genus labruscæ in salictis nascens.Nā labrusca est, quæ a græcis ampelos agria, hoc ē uitis agrestis appellat,spissis & cādicātib⁹foliis.geniculata.ramoso cortice.fert uuas rubētes cocci mō,quæ cutē in facie mulierū purgāt.Quidā hāc tanuniā uocāt. Vitis alba ē quā græci ampeloleucē uocant.alii staphylē.alii molothron.alii philotrum.alii arcesostin.alii cedrosin.alii madon,huius sarmēta longis,& exilib⁹internodiis gēiculata scādunt folia pāpiosa ad magnitudinē hederæ,diuidūt ut uitiū.Radix alba grādis,rhaphano similis initio.Ex ea caules asparagi similitudine exeūt,qui decocti in cibo aluū,& urinā ciēt.Est & nigra uitis,quā q̄dā ampelomelænā.alii bryoniā.alii chironiā.alii gynecāthē.aut aproniā uocāt,similis priori,p̄ter q̄ colore. Astaphis agria,siue staphis uilis est cauliculis nigris, rectis. foliis labruscæ, fert foliculos uerius q̄ acinos uirides.similes ciceri,in his nucleū.triāgulū maturescit cū uidemia.FVGAM.Cursum,de quo supra dixim⁹.IMPLICITAM.Ipse īplicitus,hoc ē īnexus,in

uolutus.implicare enĩ inuoluere,& irretire est.Plau.Hæc meretrix miris me implicauit modis Sed de hoc supius disseruimꝰ.VISCO.Rete.Retia longis tpibus ad auiũ dũtaxat aucupia in usu fuere.Postea impatoꝝ fere tpibꝰ dũ uenationũ spectacula populo ædebant,feris quoq; ea adhibere cœpũt.Martia.Pulcher adest onager mitti uenatio debet Dẽtis Erithræi iã remouete sinꝰ.Per sinus.n.retia intelligi mãifestũ est.Quippe sinus ꝓprie pars illa dr̃,quæ ẽ ĩtra pectoris,brachiorũq; cõplexũ.Vnde fit sinuo uerbũ,qđ est curuo.flecto.Hinc sinus uestiũ appellati,q̃les erãt tunicæ Romanoꝝ,& nũc sũt quorũdam religiosoꝝ supra cincturã laxitas illa uestis quæ cingulũ opit.Et per metaphorã sinus uocanť littora curua,& q̃si brachiis mare amplectẽtia.A quo curuitas ipsa sinuatio dr̃.& sinuatim aduerbiũ,q̃si per sinꝰ.& sinuosum mare,qđ multos hẽt sinus.itẽ sinuosum,q̇cq̇d sinus facit ꝑꝑ laxitatem,ut sinuosa uela,quæ uentis flantibus curuanť,& sinus faciũt.Poniť etiã pro orbe oculos amplectẽte,hoc est ꝓ palpebris.Virgilius.Sinũ lachrymis impleuit abortis.itẽ pro quacũq; re fluẽte ob laxitatẽ atq; capaci.Iuuẽa. Fata regũt hoĩes,fatũ est in partibus illis,Quas sinus abscõdit.unde & retia sinus uocanť.idẽ.ĩpleuitq; sinus.Sinus etiã prima ꝓducta,uasis genꝰ est sinuosũ.sicut galeola.Vir.Sinũ lactis,& hæc te liba Priape quotãnis Expectare sat ẽ.Varro.Vbi erat uinũ positũ in mẽsa,aut galeola,aut sinu.A sinu fit ẽt uerbũ insinuo,qđ ꝓprie significat cõiungo,& quasi in sinũ cõmitto. Sisenna.Agmẽ ꝑturbatũ peditis insinuãt,ac loco cõmouent.Iustinus.Cui se celeriter officii comitate,& obsequẽdi gr̃a insinuauit. Hic per metaphorã insinuare dicimꝰ,nõ apte,& simpliciter rẽ exponere.Sed latẽter in aĩum audiẽtis ueluti in sinũ,id qđ uolumꝰ mittere.A quo ĩsinuatio apđ rhetores appellata,quæ exordii pars est,& ita a principio distinguitur,qđ in principio ẽ recta beneuolẽtiæ,& actionis postulatio,quæ esse in turpi genere causæ nõ põt. insinuatio subrepit animis,uel quia res sit improba,uel qa ab oĩbꝰ parũ probeť.Quod uiscũ pro rete usurpauerit ueteres,testať Nonius Marcellus.Viscũ inqt positũ aliquãdo pro rete repitur a tenacitate. Testať Varro.cuius ipse testimonio utiť.Lepusculi timẽtes,hoc quadrãgulũ dedũt se in rete.Sic fugere uiscũ nequerũt,lineãq; cõpedẽ.Testať Virgiliꝰ.Tũ laqueis captare feras,& fallere uisco,inuẽtũ,& magnos canibꝰ circũdare saltus.De feris enĩ hic ꝓculdubio Virgilius loquiť,nõ de auibus.Nec recte sentit Seruius diuisũ esse sensum,& qđ dicit laqueis captare feras ad uenationẽ ꝑtinere.Quod uero ait fallere uisco ad aucupiũ.mox enĩ poeta ipse subiũgit,& magnos canibus circũdare saltus,qđ ad uenationẽ ꝑtinet,ferasq;.Auiũ aũt nullã hoc loco facit mẽtionẽ Sic igiť Virgilius laqueũ,& uiscũ noĩauit.ut Varro uiscũ,& lineã cõpedẽ.hinc aliq,quos Seruiꝰ rep̃hendit,ui quadã ueritatis ĩpulsi,qm̃ uiscũ pro rete a ueteribꝰ usurpari solitũ ignorabãt,& tñ nõ de auibus,sed de feris loq Virgiliũ nõ dubitabãt,Pro uisco uisceratione ĩterp̃tati sũt.in nõ minorẽ mihi uidenť errorẽ lapsi,qm̃ cũ carnẽ significare uolumus,uiscꝰ uisceris dicimꝰ,nõ uiscũ uisci.Oui.Heu quãtũ scelus est in uiscere,uiscera condi.Alteriusq; aiantẽ aiantis uiuere letho.Lucre.Visceribus uiscus gigni,sanguẽq; creari.Sed ĩ hũc errorẽ lapsum fuisse Noniũ Marcellũ eo magis admiror,quo pro rete accipi uiscũ & legerat,& notauerat,nisi forte posterius hoc legit notauitq;,qđ supra diximus,& oblitus ẽ retractare,qđ supius ita scripserat.uiscꝰ positũ pro uiscere.Lucre.uisceribus uiscus gigni,sanguẽq; creari.Vir.Tũ laqueis captare feras & fallere uisco,idest tractu uisceris.Sic aũt pro rete uiscũ usurpamꝰ a retinẽdis feris,quẽadmodũ pro arboribus capimus retas,qđ naues retineãt tanq̃ retia.Sũt enĩ retæ arbores,quæ aut ex ripis fluminũ eminent,aut in alueis eorũ extãt,a retibus appellatæ,qđ p̃tereuntes naues,quasi irretire uideãť. iccirco flumina retanda locari solent,idest purganda,ne qd moræ,siue periculi nauibꝰ in ea uirgulta incidentibus fiat.Rete a raritate deductũ diximus,teste Varrone.a quo reticulũ,de quo supiꝰ locuti sumꝰ.& irretio uerbũ,qđ significat retieo,capio.& irretitũ dicimꝰ fraude aliqua,aut blãditiis,aut dolo q̃si rete captũ.uisci tria sunt genera.unũ in abiete & larice nascẽs,qđ cassitias dr̃.Alteꝝ in euboea,qđ stellis.Tertiũ in arcadia,qđ hyphear.uiscum inq̃rcu.robore.ilice.primo siluestri.Terebintho,nec ullis aliis arboribus nascitur. Copiosissimũ ĩ quercu,qđ dryoshyphear uocant.Satũ nullo mõ nasciť.nec nisi per aluũ auiũ redditũ,maxĩe q; palũboꝝ & turdorũ.Hæc est enĩ uisci natura,ut nõ ꝓueniat nisi prius in uentre auiũ maturatũ fuerit.Altitudo arbusculi cubitũ nõ excedit.uiscũ fit ex acinis,qui messiũ tpe ĩmaturi colligũť.Nã si ĩbres accesserint,amplitudine q̇dẽ augenť.uisco uero marcescũt.Siccanť deinde,& aridi tũdũtur,ac cõditi in aqua putrescũt duodẽis fere diebus,& unũ hoc ex oĩbꝰ rebꝰ putrescẽdo gr̃am ĩuenit.ide in ꝓfluẽte rursus malleo tusi amissis corticibus ĩteriore carne lentescunt.Hoc uiscũ cũ libet ĩsidias moliri auibꝰ,iuglãdis oleo subigiť,aut si aues aq̃ticæ sint,& ĩ aq̃ uiscũ debeat põi,larido siue altero pĩgui.Nihil hẽbãt druides uisco & arbore in q̃ nasciť sacratiuis,hi magi galloꝝ erãt.in oĩ qppe gallia eoꝝ hoĩum,q in aliquo eẽnt honore,duo genera erãt.nã plebs pene seruoꝝ hẽbať loco,q nihil hẽbãt ꝑ se,nulli adhibebãť cõsilio.Pleriq; cũ aut ære alieo,aut magnitudĩe tributoꝝ,aut ĩiuria potẽtioꝝ p̃mebãť sese ĩ seruitutẽ dicabãt hoibꝰ nobilibꝰ.In hoc eadẽ oĩa iura erãt,q̃ dñis ĩ seruos.Sed hoꝝ duo genera erãt.Alteꝝ druidũ.Alte

rũ eqtũ.illi dĩuinis rebus ĩtererãt,sacrificia publica & priuata ꝓcurabãt.Religiones ĩterp̃tabãtur.Ad hos magnus adolescẽtiũ numerus disciplinæ cã cõcurrebat,magnoq; ii apud eos erãt honore.Nã fere de oĩbus cõtrouersiis publicis,priuatisq; cõstituebãt.Siqs aut priuatus,aut publicus eoꝝ decreto nõ stetisset.ei sacrificiis interdicebaẽ,hæc pœna apud eos erat.Quibus ita erat interdictũ,ii nũero ĩpioꝝ,ac sceleratoꝝ hẽbant,hoꝝ cõuersationẽ,sermonẽq; oẽs fugiebãt,neqd ex cõtagione ĩcõmodi accipent,neq; iis petẽtibus ius reddebaẽ,neq; honos ull⁹ cõmunicabaẽ.Oĩbus aũt druidib⁹ p̃erat un⁹,q sũmã ĩter eos hẽbat auctoritatẽ,hoc mortuo,aut siqs ex reliqs excellebat dignitate,succedebat.aut si plures erãt pares,suffragio druidũ.Nõnũq̃ ẽt de prĩcipatu armis cõtẽdebãt.Hic certo anni tpe in finib⁹ carnutũ,q̃ regio toti⁹ galliæ media habeẽ,cõsidebat in loco cõsecrato,huc oẽs undiq;,qbus aliq̃ cõtrouersia erat,cõueniebãt.& druidũ iudiciis,decretisq; parebãt.Eoꝝ disciplina in Britãnia repta,& ĩde in galliã trãslata fuerat.Druides a bello abeẽ cõsueuerãt,neq; tributa una cũ reliqs pẽdebãt.Vacatõem militiæ oĩumq; rerũ hẽbãt ĩmũitatẽ.Hi ergo roboꝝ eligebãt lucos,nec ulla sacra sine ea frõde cõficiebãt.unde & ἀπὸ τῆς δρυός,hoc ẽ a q̃rcu druides appellari existimantur.Quicqd iis arboribus adnascaẽ,e cœlo missũ putabãt,signũq; eẽ,ꝙ ea arbor a deo electa eẽt.Reptũ ergo in ea uiscũ magna religiõe petebaẽ.Sacrificio epulis rite sub ea arbore p̃paratis duos admouebãt cãdidi coloris tauros,quoꝝ cornua tũc primũ uinciebanẽ.Sacerdos cãdida ueste ĩdut⁹ arborẽ scãdebat,falce aurea demetebat uiscũ.Cãdido id sago excipiebaẽ.Tũ demũ uictimas imolabãt p̃cãtes deũ ut donũ suũ his,qbus dareẽ,ꝓsperũ faceret.Fecũditatẽ cuicũq; aĩaliũ sterili eo poto p̃beri arbitrabãẽ.Contraq; oĩa uenena eẽ remedio.A uisco uiscosum deduciẽ,qd' tenax significat,dr̃q; ẽt uiscidum.& inuisco,qđ ẽ uisco ĩficio.SPLENDIDA.Lucẽtia.Ob candorem ferri splẽdere lucere est.Hic splẽdor solis.Poniẽ tñ p metaphorã ꝓ decore.dignitate.gloria.Vnde splẽdorẽ nõis.splẽdorẽ familiæ.splẽdorẽ uirtutũ.splendorẽ reꝝ gestaꝝ dicimus,hoc ẽ claritatẽ.& splẽdidus.fulgẽs.clarus.& splẽdide aduerbiũ,clare.Quidã ẽt splẽdesco usurpãt.Apule.Cũ iã aurora splẽdesceret.&Splẽdophorus,nomẽ ꝓpriũ ex græco,ac latĩo cõpositũ,q̃si splẽdorẽ ferẽs.& cõpositũ resplẽdeo.CESSENT.Desistãt ab ope,reponanẽ.TECTO FERRO.In uagina recõdito,qđ ĩ uenabulis,atq; aliis hmõi telis fit ne rubigo incessat.LANCEA.Teli gen⁹ oĩum lõgissimũ,a græco nomẽ hñs.Quippe græci λόγχην lanceã dicũt,a quo λογχοφόρον lãcearium.Post lãceã ĩter tela lõgior ẽ materis.Sisẽna.Gallia materib⁹,sæui lãceis cõfigũt.idẽ.Alii materibus aut lãceis mediũ ꝑturbãt agmẽ.A lãcea fit lãcino uerbũ,qđ ẽ ferio.lacero.Ply.Est & uolucre canib⁹ peculiare malũ,aures maxĩe lãcinans,q̃ defendi morsu nõ queunt.Solin⁹.In Asia locus est,ubi primo aduentus sui tpe ciconiæ aduolãt,& eã q̃ ultima aduenerit lãcinãt uniuersæ.TORTA.Emissa,iaculata.Vir.ĩ medios telũ torsisti prim⁹ achiuos.de quo supra diximus.EXCVSSA MANV.Mota uibrãte manu.Excutere enĩ ꝓprie mouere ẽ.Ci.Explica,atq; excute intelligẽtiã tuã.Plau.Excute dũ paliũ.Per metaphorã tñ aliqñ ꝓ emittere accipitur.Vir.Excussus Acõteus fulminis ĩ morẽ.Aliquãdo pro deiicere.idẽ.Excutimur cursu & cæcis eramus ĩundis.idem.Magno si pectore possit Excussisse deũ,tãto magis ille fatigat.Hĩc excussores equi dicunẽ,qui sessorem deiiciunt.Ply.Excusso Circẽsib⁹ auriga,cucurrisse excussores cõstat,& primatũ obtinuisse.& excutio,eiectio.Veteres aliquãdo exciet p syncopẽ pro excutiet scripsere.Cõpositũ aũt excutio est ab ex intẽtiua præpositione,& quatio,qđ similiter ꝓprie significat moueo.Vir.At uero ingẽtem quatiẽs Mezẽtius hastã.Sed p metaphoram mõ pro cõcutio poniẽ.idẽ.Quadrupedante putrẽ sonitu quatit ungula cãpũ.Mõ pro infesto.idem.Aut rastris terrã domat,aut q̃tit oppida bello.Mõ pro eiicio,siue excludo.Teren.Nimirũ hõ quatieẽ cũ dono foras.Ab hoc fit frequẽtatiuũ quasso,qd' simili mõ significat moueo.Plau.Qui suã undantẽ chlamydẽ quassãdo fecit.Nõnũq̃ põiẽ pro cõcutio.Virg.Quassatæq; rates dũ nõ tractabile cælũ.Ab hoc fit quassabund⁹.Plau.Caput mõ quassabundus exiuit domo.item a q̃tio cõposita fiũt percutio,qđ est ferio.A quo ꝑcussor,q ferit.& aliqñ pro carnifice poniẽ.& percussio,ictus.Decutio.demeto.excido.Ply.Ramoꝝ sũma quæq; decutiens.a quo decussor.decutio.incutio,qđ ẽ iniicio.Vir.incute uim uẽtis,submersasq; obrue puppes a quo incussor.& incussio.incussum lapidẽ.Vir.uocat molã manualẽ lapidẽq; reuertẽs incusum,aut atræ massam picis urbe reportat.Succutio,qd' est cõcutio,& nõ tam in usu ẽ,q̃ ei⁹ frequẽtatiuum succusso,diciturq; ꝓprie de equo qui gradario cõtrarius est,hoc est cõcutiẽdo sessorem gradiẽ.& equ⁹ ipse succussor appellaẽ.& succussari⁹ equ⁹.& succusator.& succussio ip̃a agitatio,quæ & succussatio uocatur.Accius.Agite,ac equus ne succusset.caute ingredimini Lucil.Succussatoris tardi,rariq; caballi.idem.Cãpanus sonipes succussor nullus sequeẽ.Talis gressus succussatura appellaẽ.Ecõtrario gradari⁹,ut supius ostẽdimus,ẽ equus,q molli gradu & siñ succussatura ĩcedit.idẽ.ip̃e equ⁹ nõ formosus,sed gradari⁹ optim⁹ est.Tolutari⁹ uero equ⁹ uocatur,qui non uulgari motu incedit,sed molli alternoq; cruꝝ explicatu ueluti currẽs,qđ arte facere traditur.Hic asturco quoq; appellatur ab asturia gallica gente,quæ hmõi equos præ

ſtãtes olim hẽbat, naturaliter ſic gradiẽtes, queẽadmodũ nũc Britãnia. Marti. Hic breuis ad numeꝝ rapidos qui colligit ungues, Venit ab auriferis gẽtib⁹ aſtur equus. Tolutarii aũt a pedũ uolubilitate dicunt̃, q̃ſi uolutarii. Vñ tolutim aduerbium, q̃ſi uolubiliter. Plau. Demã hercle de bordeo, ni tolutim uadas. Var. Vt equus, q ad uehẽdum eſt nat⁹, tñ hic tradit̃ magr̃o, ut eqſ ſo doceat tolutim currere. Ply. Aſturcones ſunt, quibus nõ uulgaris grad⁹, ſed mollis alterno cruꝝ explicatu glomeratio. Vñ equus tolutim carpere icurſus tradit̃ arte. Iuli⁹ Mopſus. Quãtũ tolutarii eq̧ ſuccuſſariis diſtãt. Hinc etiam toluti loq hoĩes dicunt̃, q uolubilitate quadã utũtur. & tolutiloquẽtiam pro ſermonis uolubilitate ueteres uſurparũt. Neui⁹. O peſtifera. trux. acerba tolutiloquẽtia. Diſcutio, qđ examĩo. inueſtigo. Vñ diſcuſſum dicimus, qđ examinatũ aut iudicatũ ẽ. & actus ipe diſcuſſio uocitat̃. & diſcuſſor, q̇ diſcutit. Cõcutio. cõmoueo. a quo cõcuſſio, Vnde cõquaſſo fruẽtatiuum. a quo cõquaſſatio. Sũt qui cõquiniſco quoq; & obliuiſco a quatio deducta exiſtimẽt, ſignificatq; indignor. Plau. Faciẽdũ eſt puerile officiũ conquiniſcã ad ciſtulã. Priſcia. Cõqniſcẽ inqt ẽ caput q̃ſſare. Sed & hoc idignãtis ẽ. DEPRENDAT VACVO VENATOR IN AERE PRAEDAM. Senſus eſt. Si feræ capiũt̃ retibus, aut aues, capiantur etiã in aere, ut ſolẽt auiculæ cõprehẽdi. ARTE AVCVPIS. Tendẽdo uiſcum, hoc eſt retia. Auceps, qd ſit, ſupra diximus, a capiẽdis auib⁹ dictus. Auis ꝓprie eſt oẽ gen⁹ uolucris, qđ oua parit, pẽniſq; decoratũ eſt, ꝑter unũ ueſptilionẽ, de quo ſupra dixim⁹. Deducit̃ ãt ab aduẽtu ꝙ ſingulis annis aues aduenĩãt. Vel auis dicta, q̃ſi ſine uia, ꝙ qua uia ueniãt nemo intelligat. Ab auis auicula deducit̃, ꝑua auis. & auiariũ loc⁹, ĩ quo aues domi educant̃. Aliqñ ẽt ſecretũ nem⁹, qđ aues frequẽtãt. Virg. Sãguineiſq; ĩculta rubẽt auiaria baccis. & auicularius, q auiario ꝑ eſt. & auceps. aucupiũ. aucupor. aucupator. aucupatio. augur. auguror. auguriũ. auguraculũ. auſpex. auſpiciũ. auſpicor. auſpicatiſſimũ. auguſti⁹. auguſtiſſimũ. auguſte, de qb⁹ ſupius diſſeruimus. itẽ auernus, de quo dicemus inferius.

DE SVE QVAE EX VVLNERE PEPERIT. EPIGRAMMA. XII.

i NTER CAASAREAE. Blãdit̃ Domitiano ꝙ ĩ uenatiõe eius ſus grauida telo icta ĩcolumẽ ꝑtũ ꝑ uuln⁹ emiſerit. HASTA. Telũ. Partẽ poſuit ꝓ toto. Nã haſtæ ſunt ẽt ſine ferro, ut contoꝝ. uenabuloꝝ. mateꝝ. lãceaꝝ. piloꝝ. & alioꝝ ſimiliũ. qñq; ẽt ſagittaꝝ. Erat ãt haſta ꝑcipuũ belli ſignũ. Vñ carthaginẽſes bellũ cũ Romãis geſturi haſtã eis miſer̃, & romãi fortes uiros ea ſæpe dõare cõſueuerũt. ab haſta haſtati dñr, q primi ĩ acie cõſtitui cũ haſtis ſolebãt. & haſtula diminutiuũ. LEVIS. Sine põdere. Nã ſi grauior fuiſſet ĩteremiſſet ꝑlẽ. Leue qñ priorẽ ſyllabã corripit, ſignificat id, qđ ſine põdere eſt. uñ leuẽ ſtipulã dicim⁹. Trãſferturq; ad aĩum. uñ leues dicimus hoĩes incõſtãtes. uiles, & nullo honore dignos, queẽadmodũ ecõtrario graues uocam⁹ cõſtates. ſeueros. prudẽtes. Ab hoc fit leuitas, qđ mõ dr̃ de re, q̃ ſine põdere ẽ. Mõ ꝓ ſtultitia. ĩcõſtãtia. uilitate ponit̃. Cice. Cũ in Antonio gen⁹ quoddã ſordidiſſimũ uitæ demonſtrare uellet, qđ ĩ caupona deliteſceret, qđ ad ueſpeꝝ potaret, qđ ore inuoluto iter faceret, ne cognoſceret̃. Videte inqt hoĩs leuitatẽ. itẽ leucuna, quo uerbo ꝓ leui uſus ẽ Laberius. & lepus. lepor. lepidus. lepide. illepide. leporariũ a pedũ leuitate, ut ſupius dixim⁹. itẽ leuiter aduerbiũ, ſine põdere. Præterea leuior. leuiſſimus. leuius. leuiſſime. & leuo uerbũ, qđ mõ ſignificat in altũ uelut aliqd leue tollo. Liui⁹. Mox aq̃ leuata uẽto, cũ ſup gelida mõtiũ cõcreta eẽt. Mõ aufero. Virgi. Atq; arcta leuari uincla iubet Priamus. interdũ alleuo, & moleſtiã, laborẽq; extẽuo. idem. Ego hoc te faſce leuabo. Plerũq; iminuo. idẽ. Omenq; leuãdũ ꝑdim⁹. Ab hoc fit alleuo, qđ ẽ in altũ tollo uel de imo, & ubi qđ iacet, atq; abiectũ ẽ, ſurſum tollo. Quintil. Vidi multos, quorũ ſupcilia ad ſingulos uocis conatus alleuarent̃. mõ foueo, & opẽ atq; auxiliũ ꝑſto. idẽ. Quare nõ petit ut miſeꝝ putetis, niſi. & ĩnocẽs fuerit. nõ petit ut afflictũ alleuetis, niſi & ꝓbauerit ſe infœliciorẽ, ꝙ patrẽ amiſit, q̃ ꝙ oculos. Eleuo mõ in altũ tollo. Plau. Cape dũ lapidẽ hũc, atq; eleua. Mõ minuo, & extenuo. Quintili. Nam qs ignorat, qn id longe ſit honeſtiſſimum, ac liberalibus diſciplinis, & illo queẽ exigim⁹, aĩo digniſſimũ, nõ uẽdere opam, neq; eleuare tãti beneficii auctoritatẽ, cũ pleraq; hoc ipſo poſſint uideri uilia, qđ ꝑciũ hñt. Subleuo aliqñ defẽdo. adiuuo. Ci. Zopyrus, ꝙ ſe naturã cuiuſq; ex forma ꝑſpicere ꝓfitebat̃, a cæteris deriſus eſt, qui illa in Socrate uitia nõ cognoſcebãt, quæ ipſe ex illius aſpectu multa collegerat. ab ipſo ãt Socrate ſubleuat⁹, cũ illa ſibi ſigna, ſed rõne a ſe deiecta diceret. Aliqñ ſurſum tollo ſiue ſuſtento. Suetoni⁹ de Veſpaſião. Aluo repẽte uſq; ad defectionẽ ſoluta impatorẽ ait ſtantẽ mori oportere, dũq; cõſurgit, ac nitit̃, ĩter man⁹ ſubleuantiũ extinctus ẽ. Releuo idẽ pene, qđ alleuo. Cice. Multiſq; oppſſum miſeriis releuaui. Cũ uero leue primã ſyllabam ꝓductã hẽt. ſignificat id qđ tactu aſpeꝝ nõ ẽ, ut leue marmor. Ab hoc fit leuigo, qđ eſt complano. polio. Ply. Scabricia leuigat̃ dẽte cõchaue. ſed caducæ lr̃æ fiũt. Hĩc leuigator & leuigatio. itẽ a leue leuor, qđ ẽ aſpitati cõtrariũ. idẽ. Spectat̃ in chartis tenuitas. denſitas. cãdor. leuor. Lene idẽ fere ſignificat qđ leue. i. qđ tactu nullam aſpitatẽ hẽt. Trãſfertur tñ ad aĩum. & ꝓ modeſto accipit̃. A quo fit le-

nio uerbũ,qđ eſt mitigo.placo.mulceo. A quo lænitas.mãſuetudo,ſuauitas.quæ & lenitudo a ueteribus dicta eſt.Lucil. Mira lenitudine ac ſuauitate abundant. Cicero. Lenitudo oratiõis mollitudo corpis. & leniter aduerbium, hoc eſt moderate.ſuauiter.quod & lene dr̃. Martia. Tepida natabis lene cõgedi uada. & lenimẽtũ placatio.lænitio.Et(ut qdã putãt) lenia q̃ ſunt ornamẽta tunicarum aurea.Lænẽ uero qdã a lẽte dictũ exiſtimãt.Nã lẽtũ ꝓprie ſignificat tenerum,& facile flexuoſum. Vir.Lẽta ſalix q̃tũ pallẽti cædit oliuæ.Sed trãſlatũ ad aĩum ꝓ leni,& placido accipit.Cice. Qui cũ publicas iniurias lẽte tuliſſet,ſuã nõ tulit.Lẽte inqt,hoc ẽ molliter.modeſte.ꝑ metaphorã tamẽ aliqñ lentus pro facilis ponit.Lucillius.Cotta ſenex Craſſi pr̃ magnus trico fuit,nũmarius,ſoluere nulli lẽtus.itẽ pro tardus.A quo lẽtitia.& lẽtitudo tarditas.& lente,tarde.ĩterdum etiã lẽtitia,flexibilitas.Cice.Hũc craſſum,qui lentus(ut ſcitis)dicere ſolebat ad imitationem,q̃ſi nr̃i generis cõtẽ diſſe.& pro ſecurus,ocioſus.Vir. Nos patriã fugimꝰ,tu Tityre lẽtus in umbra.& pro tenax.Plau.Quam lẽtũ eſt,& uiſco ſimile.& ꝓ remiſſus frigidus.Vir.Nocte leues melius ſtipulæ nocte arida prata tõdent.noctis lentus nõ deficit humor.Vñ lẽte,pro remiſſe,& frigide uſurpamus.Cice.Neq; enĩ eſt facile ꝑficere,ut iraſcat ei cui tu uel iudex,ſi tu ipſe id lẽte ferre uideare.In cõpoſitione aũt lẽtũ pro pleno accipimꝰ, ut ſõnolẽtus.uĩolẽtus.temulẽtus.Itẽ a lenis lẽs dr̃ notũ genꝰ leguminis,ꝙ qui ea ueſcũt lenes ac moderati fiũt.Ply.inuenio apud ueteres auctores æq̃nimitatẽ fieri ueſcẽtibus lẽte.Duo genera lẽtis ſũt. Alteꝝ rotũdiꝰ,nigriuſq;.Alteꝝ ſua figura.Ab hoc fit lẽticula dimĩutiuũ,qđ modo paruã lẽtem ſignificat,mõ uaſculũ oleo accõmodatũ,de quo ĩferius dicemus.Et lẽtigo maculæ ĩ facie ad lẽtis ſimilitudinẽ.A quo lẽtiginoſus.Lẽs uero cum ĩ genitiuo lẽdis facit a lædo deducit.&fœdũ capitis aĩal ſignificat,ex quo format pediculus.Quidã ab hoc lendiginoſum deducũt,hoc ẽ lẽdibꝰ plenũ.A lẽto uero fit uerbũ lẽteo hoc eſt lẽtus fio. A quo lẽteſco eiuſdẽ ſignificatiõis.Sũt ẽt qui putẽt lẽtiſcum ab hoc deduci,ob uirgultoꝝ lentitudinẽ. Arbor ẽ q̃ maſtichẽ ſudat gũmi mõ. Chia optima eſt.Repit tñ ĩ aſia,græciaq; herba quædã e radice folia emittẽs, & carduũ ſimilẽ malo ſeminis plenũ ex quo ĩciſa parte ſũma lachryma erũpit,quæ uix dignoſci põt a maſtiche uera.Tradũt Democritum medicũ in ualitudine cõſulis.M.Seruilii cõſularis filiæ oẽm curationẽ auſterã recuſantis diu efficaciter uſum lacte caprarũ,q̃s lẽtiſco paſcebat,Folia eius dẽtibꝰin dolore atterunt,fuſticulus ꝓ dẽtiſcalpiis utunt.Martia.Lẽtiſcũ meliꝰ ſed ſi tibi frõdea cuſpis Defuerit dẽtẽ pẽna lauare põt.itẽ mobiles dẽtes lẽtiſci decocto colluũt.lachryma ſedis uitiis ꝓdeſt.Preter lachrymã oleũ quoq; fit e ſemine eiꝰ qđ attritis ꝑtibus medet.illud aĩaduertẽdũ eſt lachrymã eiꝰ maſtichen,nõ maſticem dici debere,& rectũ eiꝰ eſſe maſtiche,non maſtix. Nã maſtix flagellũ eſt,& μασιγῶ flagello.uerbero. A quo maſtigiam uerberonẽ uocãt.Plau.Exi e culina,ſis foras maſtigia.Hĩc homeromaſtix,dictꝰ eſt zoilꝰ ille,q̃ ſcripta ſua cõtra iliadẽ,& Odyſſeã Homeri cõparata in Alexãdriã uẽiẽs Ptolemæo regi obtulit.Ptolemæus uero cũ aĩaduertiſſet poetã optimũ maximũ abſentẽ uexari,nullũ ei reſpõſum dedit.zoilus aũt cũ diutius in regno fuiſſet,iopia preſſus petiit a rege,ut ſibi aliqd tribueretur. Huic uero reſpõdiſſe rex dr̃.Homeꝝ,q̃ ante ãnos mille deceſſiſſet,æuo ꝑpetuo multa hoĩum millia paſcere,itidẽ debere eũ qui meliore ĩgenio ſe ꝓfiteret,nõ mõ unum, ſed ẽt plures alere poſſe.Læua uero a græco deducit.Quippe græci λαιὰν læuã dicũt,& ſignificat ſiniſtrã manũ A quo deriuat læuꝰ.læua.læuũ adiectiuũ,qđ ſignificat cũ de humanis rebus loqmur,cõtrarium.Vir.Si mẽs nõ læua fuiſſet.Cũ uero de cœleſtibus,ꝓſpeꝝ.idẽ.intõuit læuũ,qa ſiniſtra numinũ intuẽtibus dextra ſũt.Dextrũ autẽ ſiue dexterũ.utroq; enĩ mõ dicimꝰ,pro fœlici ac propitio accipit.idẽ.Et nos,& tua dexter adi pede ſacra ſecũdo,tractũ a dextra manu.q̃ à ꝑo ſῖο δε ξιὰσ dr̃.Sic enĩ græci dexterã uocant.Nã dextra manus ualidior ac præſtãtior eſt ſiniſtra.Vñ dextrã dare dicimus,nõ mõ manũ porrigere,ſed etiã auxiliũ præſtare.idẽ.Da dextrã miſero, hoc eſt præſta auxiliũ.itẽ dexter aliquãdo ſignificat eũ,qui dextræ partis eſt.idẽ.Quo tñ mihi dexter abis?interdũ aptũ,cõueniẽtẽ ab aptitudĩe dexteræ manus.Vnde dexterior fit.& dexterrimꝰ,hoc eſt aptior.& aptiſſimus.& dexteritas,aptitudo.& dextere.dexterius .dexterrime aduerbia,hoc eſt apte.aptius.aptiſſime. Antiqui dextimũ & ſiniſtimũ dixerũt pro dextro & ſiniſtro . Varro. A primo cõpito dextimã uiã munit Epicurus.Dextrarũ tibiarũ genus eſt, quæ dextra manu tenent.A dextra dextrorſum dicit,hoc eſt uerſus dextrã,ſicut a læua læuorſũ & a ſiniſtra,qđ ẽt læuã ſignificat ſiniſtorſum.A ſiniſtra ſiniſtrũ,ſicut læuũ in rebus humãis aduerſum,ĩ cæleſtibꝰ proſperũ ſignificat,q̃a ſiniſtra numinũ intuẽtibus nobis dextra ſunt. Dicit aũt a ſinẽdo qđ gerere nos dextra manu,quæ aptior eſt,ſinat.Ab hoc fit ſiniſtre aduerbiũ,qđ ſignificat fœliciter atq; infœliciter.FIXISSET. Vulneraſſet.Figere enĩ proprie eſt immittere.Columella.Palũ humi fixit.Et qm̃ q̃ figũt ẽt firmãt.Figere frequenter pro firmare uſurpamus.Ply. Fixũ animo erat,hoc eſt decretũ.firmatũ.item quoniã quæ figunt,id quo figunt feriunt,Figere pro ferire acccipimus.Vir.Atq; humiles habitare caſas,& figere ceruos.Figere etiã aliquando eſt affigere,qđ ab eo cõponit,hoc eſt applicare,& q̃ſi ad aliq̃d firmare. Vnde omiſſa mili-

tia ſiue

tia siue gladiatura milites, seu gladiatores arma figere dicebãt, q̃a ea ĩ tẽplis suspẽdebãt, uel tẽplorum parietibus affigebãt. Vnde tractũ est ut figerè arma sit securum esse. Virg. Armaq; fixit Troia, nũc placida cõpostus pace quiescit. Ab hoc fiunt cõposita infigo. defigo. cõfigo notæ significatiõis. a quibus ĩfixio. cõfixio deducunt. SVEM. Ferã. s. Sus enim & de feris, & de domesticis dr. aper dũtaxat de feris. hoc aĩal bis anno parit, tp̃s partus quatuor mẽsiũ. Numerus fœcũditati ad uicenos, sed educare tã multos nequeunt. Mares nõ ultra trimatũ generant. fœminæ senectute fessæ cubãtes coeunt. Fœtũ suũ si aliqñ comedũt, nõ est ꝓdigiũ. Suẽ oculo amisso putãt cito extingui. Alioqn uita ad quindecim annos qbusdã ad uicenos. Morbos patiunt anginæ. & strumæ, de qbus superius disseruimus. index ualitudinis in sue est cruor in radicæ setæ, qñ euellit. Caput obliquũ in ĩcessu gestat. gratissimã hẽt uolutationẽ in luto. cauda ei ĩtorta est, sæpiusq; in dextrũ q̃ in læuũ iacens. pinguescit sexagĩta diebus. sed magis si tridui media saginatio incipiat oĩum aĩaliũ maxĩme brutũ est. iõ nõ illepide existimabat aĩam ei datã ꝓ sale. Cõpertũ est sues furto abactos, & in naui collocatos agnita custodis uoce facta in alterũ nauigii latus inclinatione id demersisse, & ad custodẽ natando remeasse. Feri uestigia sua, urina delent simul eo põdere se in fuga leuãtes. Castrant fœminæ post bidui inediã suspẽsæ pernis, & uulua recisa, celerius ita pinguescũt. inuentũ. M. Apicii fuit carica eos saginare, & dato mulsi potu, satie repẽte necare. quinquaginta pene sapores ex eo fieri solebãt. in primis cõmendabatur abdomen, seu sumẽ. Mar. Esse putes nõdũ sumẽ, sic ubere largo. Effluet, & uiuo lacte papilla tumet. Est ãt sumẽ lac suis extractũ ac densatũ sue occisa a sugendo dictũ. antiq abdomẽ uocabãt priusq̃ calleret eiicientes occidere nõ assueti. Cõpertũ est primos genitos in quaq; parte sues primas mãmillas p̃mere, & si escæ sunt faucibus ꝓximæ, tñ suã nosse, unũquẽq; fœtum quo genitus sit ordine, eaq; ali. nec alia detracto illã alũno suo sterilescere illico, ac resilire. uno uero ex oĩ turba relicto, solã munificẽ, quæ genito fuerat attributa, descendere. Secundo loco uulua habet. Hora. Nil melius turdo. nil uulua dulcius ampla. Martialis. Te fortasse magis capiat de uirgine porca, me mr̃na graui de sue uulua capit. Vulua enecto ꝑtu melior est, q̃ ædito. illa eiectitia uocat, hæc porcaria. Primiparæ suis optima ẽ. Cuius & sumẽ optimũ, si mõ a fœtu haustũ nõ sit. Eiectitiæ teterrimũ ẽ, hinc glandia, hoc est ipsæ ceruices. in iis. n. glandulæ positæ sunt, quæ in hoĩbus tonsillæ dñr. & aliqñ cũ dolore intumescũt. Ita dictæ a similitudine glãdiũ. Glans fructus est quercus & aliarũ arborũ glãdiferarũ. Sed q̃a ex iis hoĩes quõdã uiuebãt, glãdis appellatiõe (ut Caius & Vlpianus asserũt) oẽs fructus cõtinentur. Vnde diuglandes, & iuglãdes. & iuglæ uocitatæ, de q̇b⁹ supra diximus. Glãs caduca est, q̃ ex arbore cecidit. Hic glãs plũbũ est in modũ glãdis formatũ. Virgi. Pars maxima glãdes liuẽtes spargit plũbi. Salu. Pars eminus glãde, aut lapidib⁹ pugnare. Itẽ glãs pars sũma colis est, q̃ p̃putio tegit, oculo similis. p̃putiũ. n. pellis q̃ glãs tegit. coles ipse penis. a quo colei ipsi testiculi, q testes sint uirilitatis hli pẽdẽt ex cole. pubes lanugo, q̃ circa genitalia nascit, a quo puberes dicti, q q̃rtũdecimũ ætatis annũ attigerũt, ꝙ iã eã lanuginẽ ĩmittãt. impuberes, q nõdũ ad eã ætatẽ ꝑuenere. & pubesco, pubẽ emitto. & pubertas huiusmodi ætas ĩ maribus. in fœminis uero annus duodecimus. Itẽ pubertas emissio ipsa pubis, a quo anni pubertatis dñr. Foramẽ qđ in media glande est urinæ fistula, siue tubus appellat. frenũ dr̃ glãdis principiũ, hoc est ubi p̃putia desinunt uersus colem, qñ glãs ita cõtecta est, ut nudari nõ possit. Id uitium medici græci φίμωσιν uocãt, remedium est a summa ora cutẽ incidere recta linea usq; ad finẽ. si uero aliqñ est nuda. artificio tegi potest dũmodo nuditas ipsa naturalis sit. & hõ nõ sit circũcisus. Cutis q̃ circa glandẽ est apprehendit atq; extendit, donec illã ipsam cõdat, ibiq; deligat. deinde iuxta pubẽ in orbẽ tergus ĩcidit donec coles nudent. Eo facto cutis ad uinculũ inclinat, nudaturq; circa pubẽ uelut circulus, eoq; lineamenta dant ut caro increscat, & id ĩpleat. satisq; uelamenti supra latitudo plagæ præstat. Sed donec cicatrix fiat. uinctũ esse id debet. urinæ in medio tm̃ exiguo itinere relicto. glandiũ multa genera sunt. alia fagea ẽ. alia q̃rna. alia iligna. p̃terea cerrus glãdẽ facit. robur. esculus. suber. Ilicis duo sunt genera. alterũ genus græci smilacẽ uocãt. in prouinciis aquifolia dicit. utriusq; glãs breuior. & gracilior est. quã Homerus acylon appellat. Quercus quoq; duo genera sunt. altera latifolia ex arguměto dr. quercũ quidã appellatã existimẽt, qđ hæc arbor grauis sit, siue qđ in mirã amplitudinẽ crescat. querq̃rũ. n. graue, ac magnũ ueteres dicebãt, ꝓp qđ & febrẽ frigidã cũ tremore querquerã noĩabant. Lucil. Iactãs me ut febris querq̃ra. Idẽ. Querquera cõsequitur, capitisq; dolores. A quercus quernus deducit. Sic ab acere acernus. & querquetũ, a quo querquetulanæ nymphæ dicunt querqueto p̃sidẽtes. & querquetulana porta Romæ appellata, qđ querquetũ intra urbis muros iuxta se haberet. Est & roboris genus, qđ hemeris uocat. glandẽ similiter ferens. Itẽ alia arbor, q̃ a græcis ἁλίφλοιος. a nostris salsicortex appellatur, cui glans amara, quã p̃ter sues nullũ aĩal attingit. Quæ glandẽ ferũt oẽs & gallã, sed glandẽ alternis annis. dulcissima oĩum glans fagina est, qua obsessos ẽt homines durasse longo tp̃e in Chio oppido cõstat. hæc suẽ hilarẽ facit, carnẽ coctilẽ & leuẽ, ac stomacho utilem. a

Appellatio Glandis oẽ fructus

put orno. corono. Vnde redimitũ coronatũ dicimus. Virgi. Cõpa sirisca caput graia redimita mitella. Hinc redimicula ornamẽta capitis mulierꝝ, & uittarꝝ tenias uocamus. Iuuenalis. Accipiant te paulatim, qui lõga domi redimicula sumunt frõtibus. Et coemo idem qđ emo, uel simul emo. A quo coemptor. & coemptrix. & coemptio. & demo, detraho. A quo demptor. dẽptrix. & dẽptilo. item dãnũ. Siquidẽ Paulus iurisconsultus damnũ. & dãnationem ab ademptione, & quasi diminutione patrimonii dicta esse affirmat. & damno uerbũ, qđ modo significat damno afficio. Vnde & cõdẽno dictũ est. Et ecõtrario, qui nullo dãno afficit̃ ĩdemnis appellat̃. Mõ pro exhæredo accipit̃. unde e duobus filiis alterꝝ hæredẽ institutũ, alterꝝ dãnatũ legimus. interdũ pro cõpello. obligo. & necessitate astringo. Terẽ. tu9 ẽ damnat9 gnatus, nõ tu. Quod apud iuriscõsultos per syncopẽ damnas dicitur. Marcus. Quisqꝫ mihi hæres erit dare damnas esto, fideiqꝫ eius cõmitto, uti det quãtas sũmas dictauero. Sic enĩ dãnas pro damnat9 dicit̃. sicut raucis pro raucitas. Satias pro satietas. Nõnũq̃ pro morte do. Virg. Nõdum illi flauũ Proserpina uertice crinẽ abstulerat, Stygioqꝫ caput dãnauerat orco. itẽ pro culpo, reprehendo. Martia. Si schola dãnat̃, fora litib9 oĩa feruẽt. Sæpe etiã pro libero, in qua significatione & cõdẽno accipit̃. Titinnius. Fortasse notũ fuisse quo die liber foret, nũc uoto cõdẽnatus est, immolauit hostiã. Vir. Quẽ dãnet labor, aut quo uergat põdere lætũ. Idẽ. Dãnabis tu quoqꝫ uotis. Turpili9. Et amplius illã apparere cõdecet, quãdoqdẽ cõdẽnata ẽ. Sisenna. Quod uoto dãnati fœtum oẽm dicunt̃ eius anni statim cõsecrasse. Cice. Rerũ naturã q̃ errorẽ dãnare maluimus nostrũ. Dãnũ datũ dr̃ quotiẽs in agris nr̃is aliqd demptũ est. idẽ. Dãni dati formulã excessit. a dãnũ ẽt epidãni9 deduci uidebat̃, urbs Macedoniæ. Propter qđ romani id nomen uelut in auspicatũ mutantes Dyrachiũ uocitauere. Ab emo etiã fit emptor. emptrix. emptio & emptitius adiectiuũ. Quippe emptitiæ res dicunt̃, quæ emptæ sũt. & emptitius miles mercennari9. Quidã scripserũt emporiũ quoqꝫ ab emo dictũ, q̃si emptoriũ. Est enim emporiũ locus, in quo mercatus, seu nũdinæ fiũt, & in quẽ uendẽdi & emẽdi causa cõueniũt mercatores. Sed falsum ẽ. Quippe græca uox est emporiũ. Græci enim ἔμπορον mercatorẽ dicunt, ἐμπορίαν mercatũ, ἐμπόριον oppidum, siue aliũ quẽuis locũ, in quo fiat mercatus.

DE EADEM EPIGRAMMA. XIIII.

VS FERA. Idẽ fere argumẽtũ, qđ supiorũ duorꝝ epigrammatũ. Sed in hoc admirat̃ partũ, qđ stati mortua mr̃e, q̃si agnito periculo cucurrerit. IAM GRAVIOR. Propinq̃ partui. FACTA PARENS VVLNERE. Quia per uulnus peperit. EMISIT FOETVM. Ordo est. Emisit fœtũ, hoc est pignora uentris maturi. FOETVM. Partũ. Fœtus enim dicit̃ qcqd aĩal parit, siue oua sint, siue aĩalia. Nã & mulier ipsa fœta dr̃, siue quæ grauida est. Vnde fœtum pro pleno ponitur. Vir. Loca fœta furentibus austris, siue quæ iã pepit, & onere leuata est. idẽ. Fecerat & uiridi fœtã Mauortis in antro. Nã enixã hãc fuisse lac, qđ pueris præbebat, ostẽdit. Hinc fœtura deducit̃, qđ significat actũ ip̄m pariẽdi, & ipsam (ut ita dicã) fœtationẽ. Eteni fœtare quoqꝫ ueteres usurparũt, ꝑ eo, qđ est fœtũ emittere. Ply. Optima fœtura est post uernũ eqnoctiũ. Fœtifico quoqꝫ ab eodẽ deriuat̃, qđ significat fœtũ facio. A quo fœtificatio, hoc est fœtura. & fœtificæ, quæ fœtũ faciũt. & cõfœta sus a ueterib9 dicebat̃, quæ cũ oĩ fœtu adhibebat̃ ad sacrificiuni. & effœtæ nõ solũ quæ fœtũ emiserũt, sed etiã quæ nõ amplius pariũt, siue quæ fœtũ facere desierũt. idẽ. Est aũt tãta gallinis fœcũditas, ut aliquæ & sexagena pariãt oua, aliquæ quotidie, aliquæ bis die, aliquæ intantũ, ut effœtæ moriant̃. Hĩc effœtũ dicimus exhaustũ debilẽ, a similitudine mulierꝝ, quas ptus debiles reddit. & fœtifera, quæ fœtum fert. Hæc fere oĩa ad inanimata quoqꝫ transferũt̃. Nã & fœtũ terræ dicimus. & effœtã tellurem. & fœtificare arbores & fœturã pratorꝝ, & alia huiusmodi. A fœtu qm̃ fœtãdo mr̃es polluuntur, fit fœdo uerbum, qđ significat polluo. inqno. Et fœdũ nomen, qđ mõ significat deforme. Teren. Nũc tibi uidetur fœdus, qa illã nõ habet. Mõ per metaphorã execrandũ. Vir. Auersusqꝫ refugit fœda ministeria. Aliqñ crudele. Salusti. Fœdi oculi. Hinc fœdare aliqñ pro lacerare, & cruẽtare accipit̃. Hinc ẽt fœde aduerbiũ, qđ mõ pro turpiter, mõ pro crudeliter. & fœdus fœderis secundum quosdam a porca fœde, hoc est crudeliter interfecta. A quo fœdero uerbũ. & fœdifragus ruptor fœderis. & cõfœdusti apud ueteres fœdere cõiũcti. itẽ a fœto fœteo, hoc est male oleo. A quo fœtid9 male olẽs. & fœtor, malus odor. Fœdũ ẽt ueteres hedũ. hoc ẽ capræ filium dixere. Vñ hedus, q̃si fœdus est uocatus. Sic folus pro holus. Fostẽ pro hoste. Fostiã pro hostiã dicebãt. itẽ fœmina appellata, ut supra diximus. itẽ fœnus, hoc est usura. Nihil enĩ aliud est fœnus q̃ fœtus, hoc est partus pecuniæ. Quapropter græci quoqꝫ a pariendo fœnus τόκον uocant, & τοκίζειν dicunt fœnerare. Nam qđ aliqui scripserunt fœnus ἀπὸ τοῦ φαίνεσθαι, qđ est apparere deductũ, qđ id genus hoĩum speciẽ ostentent humanitatis & cõmodi esse uideant̃ in opib9 nũmos desiderãtibus, pene ridiculũ est. A fœnore fœnusculũ diminutiuũ. Plaut9. ad danistã deuenires, adderes fœnusculũ. Et lex fœnebris de credita pecunia, siqdẽ crediti nũmi alios pa

riũt. Et fœnero uerbũ, qđ est pecuniã, siue aliã rẽ ad fœnꝰ mutuo. & cũ accusatiuo iungit᷑. Martialis. Hæc sapit hæc oĩs fœnerat una deos. Huius passiuũ est fœneror. Vnde res fœnerata dicitur ad fœnus tradita. A fœnero fœnerator, qui græca uoce, sed apud nos usitatissima danista dicit᷑. & fœneratrix, quæ ad fœnus dat. & fœneratitius. Pecuniã quippe fœneratitiã uocamus, quæ ex usuris est collecta. itẽ a fœnore fœnũ, qđ herbæ eædẽ manẽtes quotãnis nouas pariãt. Sed de hoc, & de deriuatis ab eo supius late disseruimꝰ. Sũt q fœniculũ quoq; a fœnore deductũ uelint, q̃si paruũ fœnus, ꝙ semen eius terræ mãdatũ magno fœnore reddat fructum. Herba est, quã græci marathron uocant, uulgo nota. Hãc maxime nobilitauere serpentes, quæ gustatu eius senectã exuũt, & oculoꝝ aciẽ succo reficiunt. Ex quo intellectũ est hominũ quoq; caliginẽ eo præcipue releuari. Est in hoc genere siluestre, quod alii hippomarathron, alii myrseneum uocant. foliis maioribus. gustu acriore. Succus auribus instillatur, uermiculosq; ĩ iis necat. Fœniculũ condimẽtis fere omnibus inserit᷑. & oxyporis, hoc ẽ cõdimentis, quæ ex aceto fiũt aptissime. A quo oxyporopoli dicunt᷑ huiusmodi cõdimentorũ uẽditores. Quincrustis quoq; panis fœniculũ subdit᷑. Genituræ abũdantiã quoquo mõ sumptũ facit, uinũ cõmẽdat halitũ oris gratiorẽ reddit. Petridius, & Nicander, qui ophiaca, hoc est quæ ad serpẽtes attinẽt scripserũt, & Mycon, qui rizitonumena, hoc ẽ de radicibꝰ ad medicinã pertinentibus tradidit, nihil hippomarathro aduersus serpẽtes efficacius esse putauere. Valla fœnèro scripsit duntaxat datiuo adiungi. & fœneror accipi pro eo qđ est pecuniã mutuor. Sed utrunq; falsum. Nã & accusatiuo adiungit᷑ fœnero. & fœneror de re dicit᷑, quæ mutuo datur, non de hoĩe, qui ad fœnus accipit. itẽ a fœnore fœneratio, hoc est mutuatio ad usurã, quæ & fœneratus dicit᷑, quartæ declinatiõis. Fœtus aũt a foueo deriuat᷑. qm̃ & dum in utero est, & postq̃ eductus est fœtus a matre fouet᷑, hoc est calefit. Fouere enim ꝓprie calidũ tenere, siue calefacere. unde focus dictꝰ est, in quo ignis seruat᷑, etiã si ara sit. Cuius diminutiuum est foculus. Gellius. Tum illa foculũ corã rege cũ igni apposuit, & tris libros ex nouẽ deurit, & coquit. Et ab hoc aliud diminutiuũ focillus. a quo focillo calefacio. unde fit aliud cõpositũ refocillo. a quibus focillatio. & refocillatio. Reperitur ẽt focillor deponẽs. Varro. Propter secũdas res sublato metu nõ in communi spectant, sed suum quiq; cõmodum focillant᷑. Est autẽ focillare, siue focillari recreare. nutrire. & focillatio, recreatio. Veteres foculare quoq; aliquãdo pro focillare usurparunt. & focula ꝓ nutrimẽtis. Foueo tamẽ aliquãdo pro nutrio accipit᷑. Virg. Progeniẽ nidosq; fouet. Hĩc faui, de quibus supra diximus, appellati, qđ in iis apes fœtus suos foueant. Et fauonius, qđ cũcta foueat. Est enĩ hic uentus, ut supra diximus genitalis spiritus mundi. Eo maritãt᷑ uiuiscẽtia e terra, & equæ ẽt ĩ hispania cõcipiunt. Aliquando pro madefacio. idẽ. Fouit ea uulnus lympha lõgæuꝰ lapix. Hinc fomenta dicunt᷑ applicationes rerũ calidaꝝ, siue humidarũ ad partes corporis læsas, & medẽdi gratia, quæ & fotus appellantur. Ply. decoctura eorum cœliacos iuuat potione, & fotu. interdũ etiam pro cõstituo. Vir. Sub terra fouere larẽ. Hĩc fauissæ dictæ sunt foueæ, in quibus circa tẽpla aqua inclusa cõstituebat᷑. Sũt ẽt qui putẽt fauissas fuisse in capitolio cellis, Cisternisq; similes, ubi reponi erãt solita signa uetera, quæ ex eo tẽplo collapsa essent. & alia quædã religiosa donis cõsecratis. Quidam tamẽ fauissas, quasi flauissas dictas existimãt de quo inferiꝰ dicemus. Quãdoq; etiã pro faueo, & ĩ delitiis habeo. idẽ. ille Neærã, Dũ fouet ac ne me sibi præferat illa, ueretur. Ab hoc duo cõposita fiũt, refoueo eiusdẽ pene cũ suo simplici significationis. & cõfoueo, simul foueo. Cõfœta sus dicebatur, quæ cũ omni fœtu adhibèbatur ad sacrificiũ. item fomes a fouendo, hoc est nutriendo ignem. Est enĩ fomes assula ex arbore excussa dũ cæditur. item quæcũq; materia sicca, in qua facile ignis inflãmatur, quod apte declarat Virgilius. Ac primũ silicis scintillã excudit Achates, Suscepitq; ignẽ foliis, atq; arida circũ nutrimenta dedit, rapuitq; in fomite flãmam. Per metaphorã autẽ fomitem appellamus, quicquid accendit nos, atq; excitat ad aliquid agendũ. Gellius. Fomitẽ esse quendã dicẽs & incitabulũ ĩgenii uirtutisq;, si mens & corpus hominis uino flagraret. & fullo a fouẽdis aq̃ calida uestibus. Sũt enĩ fullones (ut Vlpianus affirmat) qui curanda, poliẽdaq; uestimẽta accipiunt, quorũ ars fullonia appellat᷑. & fauilla, qđ ignẽ tectũ foueat. Est enĩ fauilla deserta igne scintilla, dicta a scindẽdo, quasi scindilla, qđ scindat᷑ ab re ignita. A qua fit scintillo uerbũ, qđ significat refulgeo. splendeo. mico. A scindo uero fit rescindo. scissio. scissura. itẽ scãdula, quasi sandula. Sũt enim scandulæ paruæ tabellæ, hoc est in paruas laminas scissæ e robore, aut alio ligno maxime e glãdiferis, & quæ resinã ferunt oĩbus, quibus tecta teguntur. Scandula tectã fuisse Romã usq; ad bellũ Pyrrhi, quadrigẽtis septuaginta annis, Cornelius Nepos auctor est. itẽ scissus quartæ declinationis, hoc est scissura. Varro. Scissu materiæ fatigatus quiescebat lectulo. Itẽ scissile, qđ scindi põt, & est primogeniũ uerbũ, nisi forte a cædẽdo deductũ uideatur aut a græco σχίζω. A quo σχίσμα, hoc est schisma scissura dicit᷑. Hinc diuisionẽ ecclesiæ schisma appellamus. PIGNORA. Filios. Pignus pròprie hypotheca ẽ. Sic enim græci uocant, qđ creditori datur, ut sit securus. Aliquãdo tamen accipitur pro eo, quod deponitur ab iis, qui si-

mul decertăt apud sequestrŭ. Virgilius. Ego hăc uitulă, ne forte recuses, bis uenit ad mulctrá, binos alit ubere fœtus, Depono. Tu dic meŭ quo pignore certes. sed in hunc sensum raro reperitur. illo figurato crebrius utimur. cŭ aut mun⁹ nostrŭ, aut aliq̃d aliud simile pign⁹ eē amoris, & beniuolentiæ dicimus. Idē, nostri monumentŭ, & pignus amoris. Idē. ipse pater dextrá Anchises haud multa moratus dat iuueni, atqꝫ aīum p̄senti pignore firmat, q̃si dicat securŭ facit ut q dat pignus. quoniá uero filii uidentur tanq̃ pignora inter uirum & uxorem esse, tŭ uinculi, ne alioqn forte diuortiŭ fiat, tŭ caritatis, factum est. ut frequēter pignora pro ipsis filiis capiamus. Ouidius. Dulcia solicitæ gestabant pignora matres, huius rei argumentŭ est, quod legimus sæpe pignora filiorum. Suetonius de Tyberio. cōmunis filii pignora. Idē. tam marium quă fœminarŭ pignora. quidam pignus ab hypotheca ita distingunt, ut pignus sit quod traditur creditori præsertim si mobile sit, hypotheca uero qđ sine traditione nuda conuentione tenetur, sed hoc falsum esse măifestum ē cŭ hypotheca nihil aliud ē apud græcos, quă apud nos pignus significet. a pignore fit pignoro, & oppignoro, quod ē in pignus do, & repignoro, qđ ē soluto debito pignus recipio. ab iis pignerator oppignerator. repignerator. pigneratio. oppigneratio deducuntur. mirum est scripsisse Vallă, qđ pignero est do aliquid arraboni. pignerare enim aliud est, q̃ dare arraboni, siue arræ. q̃ppe pignoramus qꝑ nobis restituta creditori pecunia reddi uolumus. Damus ăt arră, siue arraboni siue arræ uel partem pecuniæ, uel aliud aliquid pro re empta, qđ non restituitur sed uel amittitur nisi soluatur residuum, uel si soluatur, in partē p̄tii, qñ solutio fit, computat᷑. Plau. Cui subegi fœnore argentŭ ab danista ut sumerèt, qđ isti daremus arraboni. Danistæ fœneratores dicuntur. græci enim δανίζειν fœnerari. δανειστὴν fœneratorēm, δάνειον fœnus, δανειστικὸν fœneraticiŭ nuncupant. MATVRI. Iam apti ad pariendum, de quo uocabulo superius locuti sumus. IACVIT. Mortuus est. Iacere manifestă significationem habet. Virgi. Silenum pueri somno uidere iacentem. Idem. Strata iacent passim sua quæqꝫ sub arbore poma. Cicero. patris ii, quos uidetis iacebŭt in limine. per metaphoram tñ iacere aliqñ accipitur pro eo, qđ est, esse. extare. Virg. Sed iacet aggeribus niueis informis, & alto terra gelu. Salustius, in medio căpus iacet aquis undiqꝫ scatens. Aliqñ pro squallere, & mœstum esse, qđ infirmoꝝ, ac male habentium iacere propriŭ sit. Lucillius. Et sua p̄cipue retro relicta iacere. Idē, humana ante oculos fœde cŭ uita iaceret ĩ terris. Quădoqꝫ ēt pro mortuŭ, siue interfectŭ esse, quod iaceant, nec amplius moueantur cadauera. Lucanus, ille iacet paci quem prætulit orbis. Itē pro sepultŭ esse. Martialis. Non aliter cineres mando iacere meos. ab hoc cōposita fiunt adiaceo, qđ est adhæreo. obiaceo ex aduerso situs sum. subiaceo, subditus sŭ, a quo subiecti dicuntur subditi. Virg. Parcere subiectis, & debellare supbos. Ennius pro subiectis frequenter subices usurpauit. CVCVRRIT. Cum cursu fugit, ut euitaret periculum. Currere p̄prie in terra dicimus. Vnde fit cursus. Virgi. Hinc qui forte uelint rapido contendere cursu. sed figurate, & in mari naues uelociter euntes. & in aere aues uelociter uolantes currere dicŭntur. Idem, sed tibi qui cursum uénti, quæ fata dedere. Apuleius. Et inopinati auiŭ cursus terrorem adiecere. a curro etiam deducitur cursio. idē qđ cursus. & currus, hoc ē carrus, qđ eo ueteres ad cursum in ludis uterentur. Quippe currus appellatione bigæ etiam, & quadrigæ continentur, unde triŭphales currus uocitati. huiusmodi cursus stadiodromos dicitur, etenim στάδιον græci locum, in quo ludi tales exercentur, appellant, quem nos curriculum dicimus. δρόμον cursum. Plynius, pythagoram uicit Leontius, cŭ fecit Stadiodromon Monostylon, qui olympiæ ostēdit᷑. Monostylon, unius colŭnæ significat, hoc est una colŭna descriptŭ. μόνον græci solŭ dicŭt. στύλον colŭnă. A curru fit curriculus, siue curriculŭ. utroqꝫ. n. genere dicit᷑, qđ p̄prie significat paruŭ currŭ. Curtius. Aliorŭ turbati equi, nō in uoragines mō, lacunasqꝫ, sed ēt in amnem p̄cipitauere curricula. Hinc a currium cursu, curriculum etiam pro cursu ponimus. Plau. Licet nobis abire curriculo. Idē. Nă ad portŭ te cōspexi, curriculo occœpi sequi uix adipiscendi potestas. mō fuit. Itē pro loco, in quo currit᷑. Apul. Quos sæpe in curriculo uictores fuisse constabat. hinc curriculo pro tp̄is aduerbio ponit᷑, & significat statim. celeriter. Vir. Curriculo expulerat somnŭ, cŭ fœmina primŭ. Itē a curru curulis una littera dètracta. hinc sellă curulē uocamus, q̃ sedente magistratus in curru uehebantur. qđ insigne a thuscis sumptŭ supra memorauimus. & ædiles curules, de quibus superius diximus. & curules equos, quadrigarios, qui a reda redarii uocantur. reda uehiculŭ est. Cicero, si tuam heri redam non habuissem uarices haberem. currus, & carros dicimus, & in neutro genere carra. Cæsar, inter carros, ĩpedimentaqꝫ p̄liŭ cōmiserunt. Hirtius. Pōpeius ea die per uiarum angustias carra complura, multosqꝫ lanistas retraxit. a carro carruca dicitur, curriculi genus. a quo carrucarius. Pompo. Plerasqꝫ mulas carucarias tales esse, ut trasiungi non possint. carpentŭ quoqꝫ genus carri est, non tamen a carro deductum, ut quidam uolunt, sed a Carmente Euandri matre, quasi carmentum. Ouid. Nam prius Ausonias matres carpenta uehebant, hæc quoqꝫ ab Euandri dicta parēte reor. ab hoc fit carpentarius. Vnde carpentarium equuum dicimus, qui carpentum ducit. carpentariŭ fabrum,

qui carpēta facit. Item a' curro fit cursim aduerbium, quod significat currendo. & ĩcursim, qđ significat celeriter. Cecilius. nullus sum, nisi meam rem iam omnèm propero incursim perdere. & cursor, qui currit. Aliqñ etiá tabellarius a celeritate currendi. Martia. Cursorē sexta tibi rufe remisimus hora. Et cursito frequentatiuũ. a quo cursitabundus, q currit, & quo nõnulli utũtur, Cursorius equus, pro desultorio. Itē ab eo cõposita fiũt accurro, & ĩtercurro, notæ significationis. occurro, qđ mõ significat obuius fio. Vir. Hic illi occurrit Tydeus. mõ in mentē uenio. Cicero. Nihil mihi tũc occurrebat, qđ ad te scriberē. aliqñ offeror. Idē. occurrebat ibi oratio. ideſt offerebat sese oratio. ab hoc deriuať occursus quartæ declinationis. & occurso. a quo occursatio. percurro, currendo peragro, ut omnē prouinciam pcurrit, hoc eſt currendo uestigauit. Hinc figurate percurrit librũ dicimus, hoc eſt celeriter legit. percurrit exercitũ. percurrit castra. i. cum quadam celeritate lustrauit. ab hoc fit percussio, hoc eſt excursus. Cice. Propter animi multarum rerũ percussiones breui tempore. transcurro, currēdo transgredior. a quo transcursus. Decurro, deorsum curro. a quo decursus. excurro, extra curro. Vnde excursus, & excursiones militũ dicimus, qui ex castris exeuntes in hostilem agrum grassantur. Procurro, procul curro. præcurro, currendo p̃uènio. a quo p̃cursus & præcursor. incurro, aduersus áliquem curro. Vnde incursus, atq3 incursiões hostiũ dicimus. Itē incido. Ply. iunior. neq3. n. putaui fore ut in tm̃ odiũ tã leui causa incurreremus. ab hoc fit ĩcurso, & incursor deponens. a quo ĩcursatio. & incursim aduerbiũ, hoc eſt celeriter. Cecilius. Nullus sum, nisi meã rē iam oēm propero incursim perdere. succurro, qđ mõ significat subuenio, opē fero. Plau. Succurrite mihi sultis, nec tã turpiter sinite labefactarier. Mõ in mētē uenio. Cice. Neq3. n. mihi succurrebãt uerba, q̃ ante discessum a Dolobella audieram⁹. discurro, uagor, & mõ huc, mõ illuc curro, nec cõsisto alicubi. Martia. Discurris tota uagus urbe, nec ulla cathedra eſt quo nõ mane feras irrequietus aue. Vnde discursum orationis dicimus, cũ eã celeriter legendo pcurrimus. recurro, rursus curro. aliqñ ẽt cõfugio. a quo recursus. cõcurro, simul curro. confluo. Valerius. Concurrite inquit ciues, nã mœnia urbis ruunt. ab hoc cõcursus. cõcursio. cõcurso. & cõcursatio. Cice. Cõcursatio illa atomorũ. sunt ẽt q cariná a curro deductá uelĩt, q̃si curriná, qđ p eá liceat currere. Eſt enim ĩfima pars nauis, & ip̃a nauis cõcauitas. a qua carinatim aduerbiũ, qđ significat ad similitudinē carinæ. Itē carinæ Romæ dicebantur ædificia facta in modũ carinarũ, quæ erant intra templũ Telluris. Virgilius. Passimq3 armenta uidebant romanoq3 foro, & lautis mugire carinis. a carina ẽt carinatũ dicimus cõcauũ, & ad carinæ similitudinē factum. Item carino uerbum, quod significat probra obiicio, qđ carinantes, hoc eſt ꝓbra obiicientes sint ĩfimæ sortis hoĩum, sicut pars nauis infima eſt carina. poetæ aliqñ carinã pro ipsa naui usurpant. CADENTE. Moriēte. Cadere proprie ruere eſt. Virgil. Illa cadens raucum per læuia murmur, saxa ciet. interdũ tamē ponitur pro eo qd eſt accidere, euenire. Cice. Et ut iidem dicunt, oẽs numeros habet, nec p̃ter sapientem cadere in quẽq̃ põt. interdũ pro mori, occidere. Virg. Cadit & Rhipheus iustissim⁹ unus, qui fuit in teucris. ab hoc fit casus, qđ mõ fortunam significat. Sene. Multa. n. casu potius q̃ rõne eueniunt. Mõ ruinã. Curtius, ĩopinato redde casu oppressus. Aliqñ calamitatē. infortuniũ. Virg. Sed si tantus amor casus cognoscere nostros, & breuiter Troiæ supremum audire laborē. interdũ uocabuloꝝ formas, utputa generádi. accusandi casus, quia in aliam, atq3 aliã cadunt effigiē. casam ẽt ueteres, antiquũ uocabant, quasi iá cadētē. Itē a cado casa, quēadmodũ supra diximus, q̃uis aliqui a cautione potius noĩatam uelint. a qua fit diminutiuũ casula, & casaria dicta eſt mulier, quæ casam custodit. Itē a cado caso frequentatiuũ. Et ab eo aliud frequētatiuũ casito, de quibus superius diximus. & casabundus, crebro cadēs. & caducor, præcipitor. Varro. Et frigido nimbo aq̃ iacta caducimur ruētis ptimuere aquatiles querquedulæ natãtes, ubi obiter notandũ eſt querquedulas aquaticulas esse paruas, in aqua fere uiuētes, quæ uulgo ẽt ita uocanť, a uoce ita dictas. & caducũ qđ momentaneũ eſt, nõ ppetuũ. Item caducum mortuũ. Vir. Belloq3 caduci dardanidæ. hinc caduca auspicina dicebanť. cũ aliqd in tēplo excidebat, ueluti uirgæ manu. & caduca hæreditas, cũ hæredes ceciderũt, unde q̃ hmõi hæreditatem accipiunt, uocanť caducarii. & cadauer, corpus mortuũ. & cadiuũ, qđ p se cecidit, unde cadiua poma appellamus, quæ nõ sunt manu collecta, sed sua spõte in terrã cecidere. Itē folia cadiua, quæ p se ex arborib⁹ cadũt. Ply. colligi mala post æquinoctiũ autũnale, cadiua separari stramētis. storiis. paleisue sterni. Idē, cætera mala foliis ficulneis, præterq̃ cadiuis singula cõuolui. & caduceũ, ut qdã putant, qđ cadere faciat cõtentiones, atq3 certamina. a quo caduceator, de qbus superius diximus. & caducus, uulgo morbus comitialis, qđ cadere hoĩem faciat. & stillicidiũ ac stiricidiũ, de qbus supra diximus, qđ stillatim cadãt. & cicada, q̃si cito cadens. Viuit. n. rore, & cito deficit. Casnar quoq3 a cadendo deductũ nõnulli uolũt, sed hoc oscorũ lingua senem significat. cadurcũ uero tentoriũ ẽ, quo merces tegũtur. præterea cõposita a cado fiunt accido, qđ proprie significat euenio. a quo fit accidēs, oppositũ substantiæ, qđ dialectici definiunt, qđ adest. & abest p̃ter subiecti corruptionē. iuriscõsulti accido usurpant ꝓ eo qđ ẽ morior, quem

admodũ simplex quoq; eius accipi, supra memorauimus. Vnde siq̃s in testamento ita scripserit. siquid filio meo acciderit, Dama seruus meus liber esto. Idẽ est ac si diceretur, si filiꝰ meꝰ mortuus fuerit. occido penultima correpta, mõ obuenio, Vnde occasio dicta ẽ opportunitas tẽporis casu proueniens, mõ interimor. a quo occasus, interitus. Aliqñ cado, unde occidere sol dicitur, q̃a cadere uidetur, dũ mergit̃. & occasus mersio solis in oceano. uel p metaphorã occidere sol, hoc ẽ mori dr̃, dũ mergi uidet̃, quẽadmodũ ecõtrario oriri, dũ uidetur surgere. ab hoc etiã occiduũ deriuatur qđ occidit, & occidens substantiuũ plaga, ĩ quo sol occidit. Vnde & occidẽtalis plaga appellatur. decido notæ significatiõis. a quo deciduũ eiusdẽ significationis, cuius ẽ occiduũ. Laberius, decidua folia pãdit. excido mõ cado. Virg. Exciderat pupi. Hinc excidium, & excidio, de q̃bus superius diximus, q̃uis aliq a cedendo potius hæc deducta existiment. mõdo in obliuionẽ uenio. Idẽ. Nec dũ ẽt causæ irarũ, sæuiq; dolores exciderant aĩo. Plyni. Subiit ãt mihi, qđ anno ante exciderat. procido. cado. procũbo. incido. cado. recido, rursus cado. a quo recens, nouũ, hoc est qđ nuper accidit. Vnde recentior. recentissimus. & aduerbia recẽter. recentius. recentissime. Cicero. Horum recentiorũ nunq̃ dictum ab ullo, qđ sciam. Itẽ aduerbium recens. Plau. Qui recens ex agro uenerat. & recento uerbũ, renouo. cuius passiuũ est recentor. Accius. Iamiã albicascit, ac recentatur cõmune lumen hominibus. cõcido. cado. morior. O QVANTVM EST SVBITIS CASIBVS INGENIVM. Sententia ẽ Thucydidis. subita ingeniũ excitãt. QVANTVM INGENIVM. Quantũ naturalis sapientiæ, ut supra diximus. SVBITIS. Repentinis, impræmeditatis.

DE CARPOPHORO. EPIGRAMMA. XV.

SVMMA TVAE. Blanditur Domitiano in laudando Carpophorõ, qui uenator excellentissimus fuit, & ob id carissimus principi. ordo est. aper fusus, q̃ fuit summa gloria tuæ famæ o Meleager quãtula portio ẽ famæ Carpophori? q̃si dicat paruula quædã particula est gloriæ eius, cũ ille aprũ tm̃ ĩterfecerit. hic uero & Vrsum, & Leonem. & Pardũ. MELEAGRE. Meleager. nã in recto, & Meleager, & Meleagrus dicit̃. Ouidius. Donec Meleagrus, & una lecta manus iuuenũ. Meleager filius fuit Oenei regis Aetoliæ ex Althea cõiuge. quẽ cũ Althea peperisset, aĩaduetit tres parcas iuxta ignem sedentes, lanãq; colo trahẽtes, quæ cũ forte stipitem igni admouissent auditæ sunt uerba hæc pfere. O nunc nate erit, æq̃ tibi cũ stipite uita. quapp illis mox discedentibus Althea stipitẽ ex igne subtraxit, & ne ureret̃, diligenter seruauit. Meleager uero creuit robore, ac uiribꝰ corporis p̃stans. inter hæc Oeneꝰ cũ oĩbus diis sacrificia pro susceptis frugibus fecisset, solã Dianã ĩhonoratã reliq̃t, siue ille oblitꝰ huiꝰ deæ fuerat, siue ita putauerat agẽdũ. ob hoc irata dea terribilẽ setis, ac dẽtibus ĩmisit aprũ q prouinciam Oenei oẽm uastaret. hic & alia dãna ĩferebat ĩnumera, & arbores radicitus euellens cũ ipsis pomis in terra p̃sternebat. cædebat p̃terea pecudes, atq; armẽta, nec canes, neq; pastores esse adiumento poterãt, cũ ipsi quoq; hoĩes feræ ĩmanitate formidabãt, uix se intra tecta tutos putantes. sed tandẽ Meleager in feræ pnitiẽ, & canes & p̃stantissimos quosq; uiros e finitimis urbibus conuocauit, inter quos & Atalãtis filia Iasii filii Abãtis argiuorũ regis, a quo iasis dicta, uenit, uirgo & forma, & corporis uiribus p̃stans, quæ pria aprũ sagitta uulnerauit, huius amore captus est Meleager, q tãdẽ ferã confecit, & illius caput, ac setosum tergũ Atalãtidi, quasi p̃mii partẽ consorti laudis dedit. Cuius rei inuidia permoti alii, p̃sertimq; duo auunculi eius cũ ui rapere a uirgine apri exuuias conati essent, a meleagro interfecti sunt. Calydones ob mortẽ apri lætitia elati sacra diis fecere dona pro more patrio templis inferentes, iter quos Althea quoq; cũ ob necẽ feræ, & filii gloriã lætabunda incederet, postq̃ de cæde fratrũ allatus ei ẽ nũcius, in furorẽ acta, stipitẽ tãdiu seruatũ flãmis iniecit, quo ardente pariter & Meleager intẽstinis flãmis exuri uisus est. sunt q eũ tradãt Parthenopeũ filiũ ex Atalanta suscepisse, qui cum Adrasto aduersus thebas pfectus in bello desideratus est, hunc alii non meleagri, & Atalãtidis, sed Menalippes, & Martis filiũ fuisse existimant. mirũ est Ouidium hãc Cenei filiã scripsisse, cũ Cenei filiã Atalantã cõstat uocatã fuisse cursu insignẽ, quæ ab hoc Ceneia dicta est. Oui. Talia dicẽtẽ molli Ceneia uultu aspicit. APER FVSVS. Aper a te prostratus. tres apri inter portenta a poetis numerantur. Erymanthius, siue arcadicus, quẽ Hercules peremit. Olympius, in cuius uenatione occubuit filius Crœsi uulneratus ab Adrasto, & hic Calydonius, quem ĩterfecit Meleager. QVANTA PORTIO. Quam parua pars. CARPOPHORI. Hoc nomẽ a fructu ferendo declinatũ est. græci. n. καρπὸν fructũ, φέρειν fere dicũt. duo Carpophori tpibus Domitiani leguntur fuisse, alter mango, q senior erat. alter qui erat iunior clarus fortitudine. hic Domitiano carissimus fuit, qđ uiribus eius in feris conficiendis oblectaret̃. ILLE. Carpophorus. CONDIDIT. Abscondit, magnitudinẽ ictus ostendit, in quo totum uenabuli ferrũ abscondit. PRAECIPITI. In se ruenti. QVI. Vrsus. FVIT PRIMVS. Principatũ & robor̃, & magnitudine obtinuit. IN ARCE POLI ARCTOI. In septẽtrionali plaga. Septẽtrio. n. maximos ursos, ac ferocissimos mittit, uti alias plerasq; feras. ARCE. Sumitate. Ars proprie munitior

pars urbis eſt,quæ qñ in altiori parte fieri cõſueuit,inualuit uſus,ut arcẽ pro mõte. & pro quacunq; altitudine ponam⁹. Ideo aũt ſeptẽtrionalis plaga alta dŕ, qa ſupſtare nobis uideŕ.quippe & polus arcticus ſupra nos eſt, quẽadmodũ antarcticus,quatenus ad ſitũ terræ ſpectat, ĩfra nos eſſe uideŕ.ideoq; ĩpediente terra cerni nõ põt.Virg.Hic uertex nobis ſemp ſublimis, at illum ſub pedibus Styx atra tenet,maneſq; profundi. Arx ab arceo dicta eſt,quod prohibeat hoſtes accedere. Arcere.n.prohibere eſt, ne ii q̃ ueniunt,accedant.Vir.Hoſteſq; a mœnib⁹arcẽt. tranfferturq; aliqñ ad incorporea.Ci.Quæuis.n.eſt,quæ magis arceat hoies ab ĩprobitate, q̃ ſi ſenſerint in delictis nullũ eẽ diſcrimẽ.ab hoc arca quoq; deduciŕ qđ ab ea clauſa arceãŕ fures. Eius diminutiuũ eſt arcula, & huius aliud diminutiuũ arcella.ab hoc arcanũ, hoc ẽſt ſecretũ, atq; abſconditũ,quod quæ ĩ arca ſunt cælata ſint,atq; abſcondita.Vir.Longius euoluens fatorum arcana monebo.Pompeius tñ arcani ſermonis ſignificationem tractam dicit uel ab arce, quæ tutiſſima pars urbis erat,uel a genere ſacrificii, qđ ab auguribus ĩ arce fiebat,adeo remotũ a notitia uulgari,ut ne litteris qdem mãdarẽŕ,ſed per memoriã,ſucceſſionẽq; hoĩum celebraretur,uel ab arca,in qua quæ clauſa ſunt tuto cuſtodiuntur.Itẽ ab arca Arculus deus,qui tutelã gerebat arcarũ.& arcera,plauſtrũ undiq; tectũ,& munitũ,quaſi arca quædam magna ueſtimentis ſtrata,qua ægri,aut ſenes portari cubantes ſolebant.præterea ab arceo erciſcor, quo uẽrbo iuriſconſulti utuntur,cum ĩter cõſortes hæreditas diuiditur.Vnde erciſcundæ familiæ iudicium dicitur,quaſi arcendæ ab hæreditate,qđ fit in bonorũ diuiſione.Erctum,citumq; inter conſortes in antiquis legum libris legimus,erctum ab arcendo,citum a citando,quaſi citatum.Itẽ ab arceo Ercius, dicebatur iupiter,q ĩntra conſeptũ domus cuiuſq; colebaŕ.quẽ ẽt Deum penetralẽ appellabant.qdam tñ herciũ p aſpirationẽ ſcribunt,& ab hærendo dictum malũt.arceſſo eiuſdem ſignificationis.& arcus,qđ miſſis ſagittis non ſinat hoſtẽ accedere,a cuius ſimilitudinẽ arculata uocabantur circuli,q ex farina in ſacrificiis fiebãt.Itẽ arculi circuli, quos capitibus ĩponebãt ad ſubſtinenda cõmodius uaſa,quæ ad ſacra publica capitibus portabantur.Item ab arceo arcula dicebaŕ auis,quæ in ſacrificiis aliqd fieri uetabat.præter hæc cõpoſita ab eo fiũt coerceo,qđ eſt cogo.a quo carcer.& carceres,de q̇bus ſuperius diximus.& aberceo,ꝓhibeo. Pla. Atq; eã abhercet domo.& porceo,prohibeo,q̃ſi porro arceo,tractũ a magiſtratibus,quorũ poteſtas erat,uel cogere aliqd,uel ꝓhibere.Itẽ exerceo,quaſi extra arceo.premo.fatigo. Nã exercere proprie fatigare eſt.Teren.Iſane ego te exercebo hodie,ut dignus es.ſilicerniũ.ponitur ẽt pro agitare.cõmouere.Ci.Exercenda ẽt eſt facilitas,& altitudo animi.& pro inſeq. Virgil.Tũ uos o Tyrii ſtirpẽ,& genus omne futurũ,exercete odiis.Et pro laboraŕ,colere.Idẽ,Eercetq; frequens tellurẽ,atq; ĩperat aruis.ab ẽxerceo fit frequentatiuũ exercito.a quo exercitiũ, & exercitatio,& exercitus,hoc eſt multitudo militũ,qđ exercendo fit melior. Vlpia. Exercitum dicim⁹ non unã cohortẽ,neq; unã alã,ſed numeros multos militũ.Nã exercitui diximus præeſſe eũ, q legiones cũ ſuis auxiliis ab imperatore cõmiſſas adminiſtrat.Cũ uero exercitus ſecundæ cõiugationis eſt,ſignificat fatigatũ.&exercitatũ.Veteres exercitionẽ exerciti dixere,pro exercitationem exercitati.& exercitiorẽ,ac exercitiſſimum pro exercitatiore, & exercitatiſſimo.exercirẽ uero ſarcire eſt.& ab ex & ſarcio cõponitur.ſarcio idẽ eſt qđ integrũ facio.Vnde ſarctores dicti,qui ueſtes ſarciunt, hoc eſt ſuunt.& ſarcta tecta opera publica,quæ locanŕ.& ſarcte,integre. Nã ſartor ſine c a ſarrendo deducirur.ſarrire ẽt ueteres pugnare dicebant. Vnde ſarculũ ĩſtrumẽtũ ruſticum,quo terra purgatur.& ſarmenta,uirgulæ uitium ſupuacuæ abſciſſæ. & ſarta uinea putata & pura facta. Plaut. Sator ſartorq; ſcelerum, & meſſor optime. occatorem dicere debebas prius.Nã ſemp occant priuſq̃ ſarriunt ruſtici.Sarcio ẽt aliqñ pro eo accipiŕ, qđ eſt damnum ſaluo.Pacu.Tu damni noſtri cã fuiſti.Tu nobis ſarcito ut debes.ab hoc fit ſarcina, q̃ proprie eſt utenſiliũ,& eorũ,quæ ad cultũ ptinẽt,ueluti faſcis,quẽ quis in itinere faciendo portare poſſit. hinc milites,cũ caſtra mouere uolunt,ſarcinulas colligere dicuntur,& q ĩn aliã domũ migrãt,ſarcinas ſuas cõponere.per metaphorã tñ ſarcinã pro inutili onere ponimus. Aurelius.Et hãc corporis ſarcinã aliqñ deponerẽ.hinc ſarcinator,cuius fœmininũ eſt ſarcinatrix. ſignificatq; proprie eum,q plurimũ ueſtium ſumit.Aliqñ ẽt pro ſutore accipitur.Luci. Sarcinatorẽ eẽ ſummũ.ſuere centonem optime.Itẽ a ſarcio cõpoſitũ reſarcio,qđ eſt inſtauro, ĩterpolo,& quaſi nouã formã induco.hoc enim ꝓprie interpolare eſt,ĩmittere,ſcilicet, & nouam formã fingere,dictũq; interpolo,quaſi interpolio,& ab arte fullonia tractum, qui polliendo uetera quæq; in nouã ſpeciẽ mutãt.Cicero.Aliqd demendo.mutãdo.interpolando.Plautus.Illic me hõ interpolabit, meũq; os finget denuo.interpolãdo inquit Cicero hoc eſt renouando.& Plautus.Interpolabit,hoc eſt renouabit.Plynius. At Hercule Alexandriæ,ubi thura interpolantur inquit hoc eſt purganrur,cernuntur,q̃ſi reuocantur. Vlpianus. Vbiq; curant ædiles ne emptores a uenditoribus circumueniãŕ.præſumptũ eſt.n.ea mãcipia,quæ rudia ſunt, & ſimpliciora eſſe,& ad miniſteria aptiora,& dociliora.trita autem mãcipia,& ueterana difficile eſt reformare,& ad ſuos mores formare. quia igitur uenalitiarii ſciunt facile decurri ad nouitio-

rum emptionem.idcirco interpolant ueteratores,&pro nouitiis uendant,interpolant inquit, hoc est ornant.fingunt.renouant.ut nouitii esse uideātur.ab hoc interpola dicuntur noua inuenta,&(ut ita dicam)renouationes artium,& aliarū rerū.Plynius.Mutatur ars quotidie,quotiens interpolis,& ingeniorū græciæ flatu impellimur.& interpolatorē uocamus, qui antiqs uestes resarcit,ac renouat,ut eas facilius uendat.cuius fœmininū est interpolatrix. Pomponi⁹ interpolatricem accersire oportet,quæ huic uestē adducat. SPECTANDVM. Dignū spectatione.MOLE IGNOTA.Magnitudine non prius uisa, ideo incognita. DECVISSE HERCVLEAS MANVS.Conueniss~ manibus Herculeis,quæ Nemæum Leonē,ut superius diximus,interfecerunt.PORREXIT.Prostrauit.interfecit.VOLVCREM.Celerem uolucrē.Velocissimum quippe aīal Pardus est,adeoq; currendo extenditur,ut uentre pene terram contingat,sed nisi mox adipiscatur prædā,desistit a cursu.LONGO.Mortali.pernitioso. Longū enī pprie dicimus porrectum,altū.Virgilius.Stant longis innixi hastis,& scuta tenentes.sed per metaphorā mō ꝓ diuturno ponimus.Idē.& lōgū Andromaches testenť amorē,modo ꝓ magno.Vnde longiores dies maiores dicimus.mō pro pernitioso.Idem. Infœlix Dido,lōgūq; bibebat amorem.ab hoc fit prælongus,hoc est ualde longus.& lōgurio idem, quod longus. Varro.Hic qui ante me est,nescio qs longurio.& longisco,longus fio.Enni⁹,Neq; corpora firma longiscunt quicq̄.Idem.Cū sola est eadem faciūt longiscere longe.& elongo, ac prolongo,quæ significant protraho,differro.Ply.Quo maxime tpe elongantur dies.Plau. Quæ mihi ānus prolongat promissa.& longe.delonge,a longe aduerbia,quæ significant procul. quādoq; per longitudinem,ut cum dicimus,longe,lateq; discurrit.Itē aliud aduerbium longum, qđ significat longo tpe.Martia.Vtq; tuis longum dominusq;,puerq; fruanť munerib⁹, hoc ē ꝑlongitudinem.& latitudinē.& longitrorsum sicut dextrorsum, & sinistrorsum.& lōgæuus, antiquus,quasi longi æui.a quo longæuitas.& longitudo.prolixitas.&lōganimis,ꝑseuerātis animi.a quo longanimitas,ꝑseuerātia.&lōginquū.remotū.distās.Vnde lōginqtas,distantia uel loci,uel tpis.CVM FERRET PRAEMIA. Q ando post cōfectas feras dabatur ei p̄miū. est.n.p̄miū,qđ in ludis ꝓponiť dandū ei,q fortiter fecerit,uel q̄ in aliquo certamine uictor euaserit.differtq; a p̄tio,qđ p̄miū dūtaxat pro recte factis dať. prætiū uero nō mō pro recte factis, sed ēt pro male gestis.Salu. Vicit tn̄ in senatu pars illa,quæ uero p̄tium, aut gratiam anteferebat.Teren.Ego p̄tium ob stultitiam fero.Liuius.Si malos imitabor,tum p̄tium pro noxa dabis.proprie tn̄ p̄tiū est,qđ pro re empta datur.Terē.Prētium sperans illico produxit,ac uendidit.hinc p̄tiosum dicimus,qđ carum est,& magni pretii,cuius cōparatiuū est pretiosior.& superlatiuū pretiosissimus.& appretio,æstimo,p̄tiū impono.dictū āt p̄tiū existimant a præeundo,q̄si præitiū,qm̄ primo soluitur pecunia,deinde res empta apꝑhenditur.& eodē modo præmiū, quasi præuiū,quia primo proponiť,qđ dādum est uictori,deinde certatur. Veteres aliqn̄ præmium pro pecunia usurparūt.Neuius.Sine præmio sum,marsupium reliq domum. hinc præmiosus pro pecunioso accipitur.Accius.diuitē,ac præmiosam anū.& præmiatores, prædōes. Neuius.In scæna nos nocturnos cœpit præmiatores tollere.LAVDIS.Virtutis. Virgili⁹. Sūt hic sua p̄mia laudi. ADHVC.Etiam.Q uinti.Est adhuc alia in respondēdo figura, quasi dicat præter has,quarū mentionē feci,est ēt illa figura.aliqn̄ tn̄ adhuc pro hucusq; ponitur. Cicero, Adhuc,quæ dicta sunt arbitror mihi cōstare cū cæteris artis scriptoribus. Est.n.uox ipsa cōposita ex ad præpositione,quæ tā in cōpositione,q̄ in appositiōe. aliqn̄ significat usq;. Apule. Ad montē eū comitatus sum,hoc est usq; in montē,pro quo ēt adusq; aliquando reperimus. Idē. Iam adusq; amnē perueneramus.hinc & quoad dicimus,pro quousq;.Salu.Dūmodo putetis uos tutos esse,quoad reliqua multitudo aduenerit,& quoadusq;.Accius.Nihil.n.te impedio quoadusq; rem peragas.& quoadeius.Cic.O ratoris officium est de iis rebus posse dicere,quæ ad usum ciuilem moribus.& legibus constitutæ sunt,cum assensione auditoꝝ quoadeius fieri poterit.Idem.Elaboro.n.quoadeius facere possum, ut consilia hostiū intelligam uerum hoc non tam usq; q̄ inquantū significat.sicut adeo qđ ab ad & eo cōpositum est pro intantum accipitur.Martialis.Quæ adeo antiquis auctoribus defuit,ut noībus non tantum ueris abusi sint, sed & magnis.Quinti.Nūq̄ adeo pro nobis solicita lex est,ut qđ p̄stet,extorqueat.Idē.significat usq; adeo & usq;eo.Ci. Ne si quando ei dicendū erit de iustitia & fide mutuetur a Platone, qui cū hæc exprimēda uerbis arbitraretur, nouā quādā finxit in libris ciuitatē usq;eo illa quæ dicenda de iustitia putabat,a iuris cōsuetudine,& a ciuitatū moribus abhorrebāt.usq;eo, hoc est adeo.intantū.interdū tn̄ adeo pro ualde accipiť.Teren. Adolescentē adeo nobilem.aliqn̄ etiā ad pro iuxta accipitur.Curtius,erat ad ripā fluminis ingens arbor,hoc est iuxta ripā fluminis.& assideo assisto,hoc est iuxta sedeo,iuxta sto.Item ꝓ eo,qđ græci dicunt ἐπὶ. Virgi. Atq; iterum ad Troiā magnus mittetur Achilles,significatq;,& personā, & locū.& tp̄s.Et pro circiter ut ad tria millia,hoc est circiter tria millia.quādoq; ēt cām significat,ut ad qd uenisti,hoc ē cur,siue qua cā uenisti? Q uādoq; similitudinē.Teren.Sed nihil ad nostrā hanc.Et ad unguē

qđ significat perfecte, trāslatū a marmorariis, q iuncturas unguib⁹ ꝓbant. nōnunq̄ ītentiua particula est, ut adedo, in totū edo. cōsumo. Vir. Nā sæpe fauos ignotus adedit Stellio. Interdum significat prope. Idē. Ad quē tū Iuno supplex his uocibus orsa est. īterdū aduersatiua est. Pomponius. ad hostē furibundus ꝑdit. hinc aduersus. & aduersum. & aduersor. & aduersarius, de qbus superius disseruimus. Aliqn̄ significat post, ut ad hæc. i. post hæc. ad unum cū dicim⁹ significam⁹ nemīe excepto. Vir. Iuppiter oīpotens si nōdū exosus ad unū. ad tp̄s uero duob⁹ modis sumit̄. uno cū significat ad conditionē, siue necessitatē siue opportunitatē tp̄is. Quinti. Fingere nimirū ad tp̄s uidebor, & rē nimiū manifestā īpudēter cōprobare. altero, cū significat ad spatiū tp̄is. Varro. Qui cū ad tp̄s latitasset, tādē sub spònda iacens inuentus est. POTERAT. Potē s erat, integras uires habèbat, perinde ac si in conficiendis feris non laborasset.

DE TAVRO CAESAREM VEHENTE. EPIG. XVI.

APTVS ABIT. Blanditur Domitiano, ꝙ in ludis tauro insidens in altū uectus fuerit,
1 q̄si in cœlū ascensurus. RAPTVS. Machinis qbusdā sublatus in altū, ut cœlum cōscēdere uideret̄. rape ꝓprie est cū impetu quodā, & uiolentia auferre. Virgili⁹. Raptas sine more sabinas, hoc est ablatas. ponit̄ tn̄ aliqn̄ figurate pro uitiare. & proprie de uirginibus, atq; impuberibus pueris dr̄, etiā si loco nō dimoueantur. Idē. Et rapti Ganimedis honores. rapi uirgo simulabatur apud ueteres, qn̄ uiro tradebatur ex gremio matris, aut si ea non esset ex proxima necessitudine, ꝙ ea res sub Romulo principe in sabinarū raptione fœliciter successisset, quēadmodum uirgines quoq; uestales capi dicebant̄. qa pontificis maximi manu ꝑhensæ ab eo parente, ī cuius potestate essent, ueluti bello captæ abducebantur. a rapio raptus quartæ declinationis deriuatur, quod a raptione & rapina ita distinguitur, ut raptio ꝓprie ad personam referatur, rapina ad rem. Raptus ad stuprū. Teren. Disperii Thesiphonem audiui filium una in raptiōe fuisse. Cicero. Quas res luxuries in flagitiis, crudelitas in suppliciis, auaritia in rapinis, supbia ī cōtumeliis efficere potuisset. Idē. Matronarū cædes. uirginū rapt⁹. ab eodē fit raptor, q rapit. Cuius fœmininū raptrix. & rapax, auidus. & rapinis semper intētus. Sueto. Inopia rapax, metu sæuus. a quo rapacior. rapacissimus. rapacitas. & aduerbia rapaciter rapacius. rapacissime. Itē rapidus, hoc est celer. festinus ab eorū q rapiūt, celeritate. & rapide, ac raptim aduerbia, festine. & rapo raponis, qđ est rapax. Pompo. Ne nos conturbent auari, atq; rapones. & rapinator, pro raptor. Varro. Inuidiā ueniant in hoc ipso rapinatores. Lucil. Hō impudicus, & impune est rapinator. & rapto frequentatiuū. a quo aliud frequentatiuū raptito. & rapum, siue rapa, utroq;. n. genere dr̄, qđ passim rapiatur, tum qa cibus homini grauissimus ē. Martia. Hæc tibi brumali gaudentia frigore rapa, quæ damus in cœlo Romulus esse solet. tū qđ ex eo cætera quoq; aīalia, & alitū genera pascimus. q̄drupedes ēt fronde earum gaudent, & hoīes ex iis decoctis cibū sumunt. rapacia dicunt̄, quēadmodū in brasica & cæteris herbis caules. uescunt̄ ēt cima. Sic. n. herbarū sumitatē uocamus. Ply. Et homini nō minor rapaciorum gratia, quasi cimarū. reperitur ēt neutro genere, & declinationis tertiæ. Colu. Frigoribus caules & ueri cimata mittit. est etiā flacidoꝝ raporū non minor gratia, q̄ uirentiū, seruantur & passa usq; ad alium prouentū, famēq; sentiri prohibent. transpadani tertiū hunc fructū habēt, post uinū, & fruges. medici in iis masculini generis faciunt, q̄ rotunda sunt, latiora, & cōcaua fœminini generis sunt. rapū aq̄ decoctū frigus e pedibus pellit, ēt in cibo sumptū uenerē multum stimulat. pluribus modis cōmendat̄ in cibo, ꝑsertimq; sinapis acrimonia duratū, purpureo etiā, & aliis coloribus pingitur, qđ raro accidit in cibis. palma rapis est in nursino agro nascentib⁹ & frigore dulciora fieri existimant̄. iccirco Martialis inqt, gaudētia frigore rapa. Idem. Nursinas poteris parcius esse pilas. M. Curius dētatus, q prīo de sannitibus triūphauit, iterum de sabinis. tertio de lucanis ouās urbē introiuit, Pyrrhū epyrotarū regē ex italia pepulit. quaterna dena agri iugera uiritim populo diuisit, sibiq; deinde cōstituit, dicens neminē esse debere, cui non tātū sufficeret, cū legati Sannitum ad eū uenissent aurū offerentes, rapū torrebat in foco, malo itaq; inquit hæc in fictilibus meis esse, & aurū habentibus impare. cūq; aliqn̄ inuersæ pecuniæ argueret̄, cadū ligneū quo uti ad sacrificia cōsueuerat, in mediū protulit, īnuitq; se nihil amplius de ꝑda hostili in domū suā cōuertisse. rapis pene similes napi sunt, nisi ꝙ longiores, gracilioresq;, optimi quōdā amiterni erāt. Martia. Hos amiternus ager fœlicibus educat hortis. napoꝝ duo genera sunt. alterū angulosis filioꝝ caulibus bumon uocāt. alterū buniada raphano. & rapo similis. Est præterea tertiū genus siluestre, cuius folia erucæ similia sunt. Estur ī acetariis, uulgo a rapo rapunculū uocant, radicis exiguæ. dici recte, latineq; napunculus pōt. sunt ēt q a rapio rabiē, quæ & rabia dicitur, appellatam putent, morbus est canum, cū ueluti furore quodam acti huc, atq; illuc rapiuntur, necullum quietis locū inueniunt. a quo dicuntur rabiosi. hinc rabio uerbū deducitur, qđ est nimia ira, & quasi rabie agitor. Varro. Quid est qđ latras? qd rabis? qs uis tibi? Cecilius. Rabia rabere se ait. ab hoc fit rabidus, plenus iracundia, & ueluti rabie agitatus. & aduerbium rapide. & rabula, quod proprie significat aduocatum, siue

patronū

patronũ nimis maledicũ, acrẽq; in causis agendis, & quasi rabiosum. a quo appius caninā eloquētiā uocauit. Quint. Sup oīa perit illa, quæ plurimũ oratori & auctoritatis, & fidei affert modestia si a uiro bono in rabulā, latratorẽq; cōuertit̃. Alii rabiē, q̄si rauiē dictā uolunt, a raucitate uocis, quā rabiosi habent, similē canis latratui. Veteres. n. rauum obtusum dixerūt. Vnde raua uox obtusa, & parū liqda. a quo rabula quasi raula. & rauus color obtusus, hocē mixtus, niger cũ fuluo. a quo fit diminutiuũ rauistellus. Plau. Quis inq̄t hæc mulier, & ille rauistellus, qui uenit. a rauus deriuat̃ raucus, q uocē nimio clamore, sine alia cā obtusam hēt. Vnde raucas cicadas dicimus. Martia. Quod fumātia qui tomacla raucus circūfert tepidis coquus popinis. ab hoc fit raucio uerbũ, hoc est raucus sũ. a quo raucesco, raucus fio. & raucitas, obtusitas uocis. & rauce aduerbiũ hoc est uoce obtusa. rauiliæ dicuntur q rauos oculos habent, quēadmodum, cesios cesuliæ. rauī ueteres pro raucitate posuer̃. Plau. Expurgabo hercle oīa ad raucā rauī. præterea à rapio cōposita fiunt arripio, eiusdē cũ suo primitiuo significationis. a quo arrepticiũ ueteres dixerunt laruatũ, quasi a laruis arreptũ. abripio p uī aufero. eripio. rapio. præripio, qđ ꝓprie ē in meos usus rapio, nec ꝓpositio illa aliquā tpis antecessionem significat. Ci. Demosthenes tibi ꝓripuit ne esses primus orator, tu illi ne solus. proprio, procul rapio. Apule. Quæ cum dixisset oppido se e cōspectu nostro proripuit. corripio īterdũ capio. Ouid. Et corripit ensē. interdũ raptī perago. Vir. Corripiūt spatiũ mediũ. interdũ abbreuio, unde correptas syllabas, ac productas dicimus. a quo correptio. subripio. furor, clā aufero. quandoq; ēt ī altũ tollo. a quo subreptio, qđ mō furtũ significat. mō ipetrationē, quæ fit a principe, siue magistratu per falsam rei narrationē. Vnde & subripere aliqñ usurpamus pro eo qđ est p mēdacē narrationē aliquid extorquere, & quasi furari. hic postulatio subreptitia, & subreptitiæ litteræ dicunt̃, q̄ ad falsam alicuius suggestionē cōcessæ sūt. differtq; subripio ab obripio, qa obripere ē, nō falsa narrādo, sed quæ expromere necesse erat tacendo aliqd impetrare. hinc obreptio, & obreptitiæ postulationes, ac obreptitiæ litteræ dicunt̃. Vlpia. Patronũ autē appellamus ēt si capite minutus sit, uel si capite libertus minutus dũ arroget̃ p obreptionē. cũ. n. hoc ipso, qđ arrogat̃, cœlat cōditionē, nō id actũ uidet̃, ut fiat ingenuis p obreptionē inqt, qa petendo arrogationē, tacuerat se libertũ esse, qđ expromere in arrogatione necesse erat. Veteres subrepsit ꝓ sustulerit scripsere. sicut suremit ꝓ sumpsit. Enni. Inq; manũ suremit hastā. diripio. depdor. depopulor. a quo direptio. Ci. Vexatio Macedoniæ an oppidorũ turpis amissio. an sociorũ direptio, an agrorum depopulatio. AETERA. Cœlũ proprie æther elemētũ ignis ē dictũ ἀπὸ τοῦ αἴθω, quod ē uro. cremo. Cleātes physicus æthera sũmũ deũ eē existimauit, cuius opinionē secutus est Virgili⁹. Tũ pater oīpotens fecundis ībribus æther, cōiugis in gremiũ lætæ descendit. Aristo. æthera cœlum dixit, quē imitatus est Ouid. Sic habites terrā, ut te desideret æther. nonnunq̄ tñ pro aere accipit̃. Apul. Aqua. tellus. æther. ignis. ab æthere fit æthereus. Vir. Aethērea quos lapsa plaga Iouis ales ab alto. & æthra, quod ætheris fulgorem significat. Idem. Nec lucidus æthra syderea polus. sunt qui dicant æthrā ab æthere non differre. siquidem Home. & aera, & æthra communis generis facit. Sicq; æthra sydera exponunt pro æthere, hoc est cœlo sydereo. Aethra ēt Aegæi athenarum regis cōiunx fuit Thesei mater. & altera Aethra comes Helenæ. Oui. Cætera per socias Clymenen, Aethrāq; loquamur, quæ mihi sunt comites, cōsiliũq; duæ. MEDIA ARENA. Per mediam arenā, hoc est mediũ theatrũ. q. d. omnibus spectantibus. NON FVIT HOC ARTIS SED PIETATIS OPVS. Non artificio scænico, ac fabuloso factũ ē, sed diuino quodā cultu, atq; miraculo, ut Domitianus īter deos referendus ostenderet̃. Pietas enim proprie dr̃ diuinus cultus, quem græci εὐσέβειαν, hoc est eusebiā uocant, dicta, ut doctissimi ueteres tradiderunt, ꝙ quæ in ea sunt, penitus & in penetrabilibus recondant̃. hinc fit pio uerbũ, qđ proprie est colo. Plau. Vbi piē pietatē, si isto more morata tibi postulē placere. Vnde piaculũ sacrificiũ, cultus. Virg. Ea prima piacula sunto. Aliqñ tñ ponit̃ pro eo qđ est contamīo. polluo, quod & impio dr̃, quēadmodũ sacrũ aliqñ ponimus ꝓ execrabili. hic piacula crimina, & flagitia dicuntur. Idē. Distulit in serā cōmissa piacula mortē. a pio fit expio, quod ē purgo, purifico, & piatrix sacerdos, quæ expiare erat solita. & piamentũ, quo in expiando utebatur, dictũ a poetis piamen. & piacularis porta Romæ appellata ob q̄dam piacula, quæ ibi fieri solebant. piacularia uero auspitia dicebantur, quæ sacrificantibus tristia portendebāt, cum aut hostia ab ara profugisset, aut percussa mugitũ ædidisset, aut in aliā partē corporis quā oporteret, cecidisset. Itē pio quādoq; capit̃ pro eo quod ē pie amo. Neuius. Nemo ē, q magis suos piet liberos. hinc piens pientior. pientissimus. pienter. pientius. pientissime. hinc pietas officium, & cultus est, quem patriæ parentibus sanguine coniunctis, beniuolis, ac etiam subditis exhibemus. Itē pietas dea, quā colebant Romani, hinc piũ aliqñ religiosum dicimus. Virgi. Dii meliora piis. Aliqñ misericordē, benignũ. Ci. Nō secus in me pius q̄ pater in filios. Aliqñ ēt castum. Virgil. Quiq; pii uates. Quintil. Et pios amores, ac pudicos, huius cōtrariũ est impium, hoc est crudelis. a quo pietati cōtraria impietas. & pie aduerbiũ, qđ mō religiose significat, mō clementer,

STELLAE DELICIVM MEI.Hoc epigrāma scribit ad maximum,ī quo Stellā poetam laudat,eūq; anteponit Catullo.Stella poeta fuit patauinus,q̄ Violantillam amauit uirginem neapolitanā,quā tandem duxit uxorem,hæc in delitiis habuit columbam auem dicatam Veneri,quam Stella fleuit defunctā pulcherrimo carie,opusq; ipsum columbam inscripsit,de quo uenus apud Papinium sic loquitur. hic nostræ defleuit fata columbæ.Catullus Veronensis poeta fuit iambi acerbitate p̃clarus,hic eodem modo passerem puellæ suæ delitias defleuit mortuū.Mar.Id opus passerem uocat.utraq; auis salacissimā ē ideoq; amātibus cōueniens.tanto īquit stellā maiorē esse Catullo,quanto passerem magnitudine uidemus colūbam excedere.COLVMBA.Opus stelle ita inscriptum.VERONA.Vrbs est Venetiæ a Gallis olim condita.duce(ut quidam opinantur)Brenōe, a quo brenōa primo. deinde mutatis consuetudine litteris Verona appellata.Galli enim cum nouas sedes quærere ob intestinas discordias,& assiduas domi dissensiones cogerentur,ī italiam uenere, expulsisq; inde cultoribus Mediolanū.Comū.Brixiam.Bergomū.Tridentū. Vincentiam condiderunt. Veronam magna ex parte alluit fluiu⁹ oīum amœnissimus atesis.qui ex tridentinis alpibus ortus non longe a fossa clodia pado miscetur.Clara hæc urbs solo,ac frugum,& fructuum omnium ubertate.Clarior uiris,duobus Plyniis . & uno Catullo, quoꝝ nomīa nulla oblitteratura est uetustas.PASSEREM.Opus Catulli,in quo passerculi mors defletur.

AD DECIANVM.EPIGRAMMA.XXXVII.

QVOD MAGNI THRASEAE.Laudat Decianum ꝙ stoicorū dogma citra mortē sequatur non autem ut cato,& thraseas fecerunt,qui sponte mortem quæsiuere, per quod p̃cipere uidet̃ non debere quēq̄ fugiendi incōmodi gratia mortē sibi cōsciscere.id enim imbecillioris potius animi esse q̄ firmioris.MAGNI THRASEAE.Thraseas Patauinus fuit Claudii Neronis temporib⁹,qui cū librum de reb⁹ Catonis a numatio scriptum legisset,gloriæ cupidine incensus,postq̄ a Cæsare dānatus est,prolatis brachiis iussit sibi uenas incidi,& dū moreretur magna constantia suorū fletū compescuit.libauitq; sanguinem Ioui liberatori,hic q̄diu uixit,bruti,& Cassii interfectoꝝ Cæsaris dies natales summo honore traditur celebrasse.CONSVMATI.Omni ex parte perfecti,de quo superius diximus.CATONIS.Cato. Antipatro Tyrio p̃ceptore stoicam disciplinam secutus.Vticæ, ne in Cæsaris potestatem ueniret,mortem sibi consciuit.ab eo fit Catonianus adiectiuū.TALIS VT ESSE VELIS.Vt uelis uitam illorum sequi,non mortem.ENSES.Gladios.Ensis Gladius.Mucro. spatha eiusdem significationis sunt . ab ensis fit Ensiculus diminutiuum , a gladius gladiolus, quod modo significat paruum gladium ,modo herbam , de qua supra diximus,a gladii similitudine ita appellatam,& gladiator, de quo supra diximusa quo gladiatorius ludus, & digladior uerbum,quod est dissentio,contendo , & ueluti gladiis dilanior. Cice. Quid antipater digladiat̃ cū carneade tot uoluminibus.Idem,digladiari autem semper,& pugnare cū facinorosis,& audacib⁹quis nō eū miserrimū,ac etiam stultissimū dixerit?a clade autem appellatū Claudiū Varro affirmat, quasi gladiū , quod sit ad hostiū cladē. mucro licet proprie gladium significèt ponitur tn̄ pro cuiuslibet teli acumine. Virg.Ossa sed inter ferreus ad costas alto stat uulnere mucro.hoc est teli cuspis.hinc mucrono uerbū acuo,a quo mucronat⁹ deducit̃,hoc ē acut⁹ & ad mucronis speciem factus.spatha græcū est.σπαθη.n.apud græcos modo costā , modo ensem significat.parazoniū ensis est,quo p̃cingitur a zona ad quā alligat̃ nomen habens, hoc est ἀπὸ τοῦ παρὰ καὶ τῆς ζώνης dictus,quasi ad zonam pendēs.Martia.de parazonio.militiæ decus hoc,gratiq; erit omen honoris,arma tribunitium cingere digna latus.pudet referre quosdam nuper per inscitiam pro parazoniō patracō scripsisse auctore deprauato,& quod magis ridiculū est patracō exposuisse pro genere officii,ac etiam telo,quod ei officio conuenit.o demētiam singularem.parochos non patracos ē,qui nuptiis præest ita appellatus,quod uehicula p̃eat,ὀχήματα.n. græce,latine uehicula nūcupam⁹. Varro.Hinc.n.oīa erāt.Idē sacerdos idē parochos.deniq; idē senatus, idem parochos inqt,hoc est idem auspex siue paranymphus hunc enim mos erat præire uehiculum,in quo sponsus, ac sponsa ferebantur, quo die nuptiæ celebrabātur. Aristophanes,ὁ δ᾽ ἀμφιθαλὴς ἔρως χρυσόπτερος ἡνίας εὔθυνε παλιντόνους ζηνὸς πάροχος γάμων.hoc ē cupido floridus aureis præditus alis habenas dirigebat auersas,parochus nuptiarum iouis.Est etiam parochus.ὁ ἀναβαίνων εἰς τὸ ἅρμα.idest qui in uehiculo assidēs ministrat uectori.STRICTOS.Nudatos.stringere proprie arctare est.Ply. Apprehēsāq;

manu ſtringit.hinc ſtrigæ appellant ordines rerum inter ſe coniucte collocatarum,qđ una ſint cōſtrictæ.Item longitudo maior latitudine.a quo ſtrigat⁹ ager uocatur,qui per ſtrigas creſcit a ſeptentrione in meridiem.Item ſtrigones dicuntur denſarum uiriū hoīes,ꝙ in ſe conſtricti,atq; arctati ſint.& ſtrigoſa iumenta,quæ exhauſta,ac macilēta ſunt,quaſi ſtrigoſa,quod corpora eorum reſtricta ſint.Maſſurius.P.Scipio naſica.&.M.Pompilius cenſores,cum equitum cenſum agerent,nimis ſtrigoſum equum,& male habitum,ſed equitem eius uberrimū uidentes ab exercitu amouerūt,& ſtrictim aduerbiū,hoc eſt ſtringendo,unde ſtrictim referri dicim⁹ ea quæ cum ſparſa,ac diffuſa eſſent,breuiter,& quaſi ſūmatim colliguntur,quēadmodum & pſtringere capimus pro colligere,& ſūmatim referre,q̄uis interdū perſtringeř ꝑ obcœcare accipiatur,quaſi coniunctis palpebris oculi perſcribantur.Cice.Exiſtimat ſe gēmæ nitore.& auri ſplendore aſpectus omniū perſtringere.ab hoc perſtrictores uocantur,qui unā rem pro alia facientes aſpectum hoīum fallunt.hi etiam præſtigiatores uocant a p̄ſtingendo,quaſi p̄ſtringatores,nam & p̄ſtringere obtenebrare,atq; obcœcare ē,ſicut perſtringere.Plautus.Perſtringam oculoꝝ aciem in acie hoſtibus.interdū tñ ponit pro eo,quod eſt breuiter,& ſuccincte percurrere.Idem.Ignoſcite,rei magnitudo me breuiter perſtringere atrocitatē criminis non ſinit,& pro radere,ut paulo poſt dicemus.Item ſtricturæ proprie appellantur ſcintillæ,quæ de ferro cādenti micāt,eūtq;,cū maſſa maleis tunditur,ſiue qđ ſtrictius emittuntur,ſiue quod oculos ſuo fulgore perſtringunt.Vir.Stridūq; caminis ſtricturæ calibū,& fornacibus ignis anhelat.Item aliud aduerbium ſtricte,hoc ē arcte,a quo ſtricti⁹ ſtrictiſſime,ſicut a ſtrictus ſtrictior ſtrictiſſim⁹ Itē ſtrigillo uerbum idem ꝙ ſtringo.a quo obſtringillo,qđ ſignificat obſto.Varro.Quid curio cū id feciſſet,dicebat amicis,ut illi nūciaretur ſe obſtrigilaturū,ne aut triūphus decerneret,aut iterū fieret cōſul.Itē cōpoſita a ſtrigo.obſtrigo pſtrigo,de quo diximus ſubſtringo.cōſtrigo eiuſdem fere cū ſuo ſimplici ſignificationis.Itē reſtringo,qđ modo ſignificat ſoluo.Apuleius.Iumentum reſtringit,abireq; ſtabulo liberū ſinit,qđ ſtabularius inuentum mox domum reducit.modo rurſus ſtringo.Idem.Et duplici nodo,ne ſolui facile queat,reſtringit.interdū tamen per metaphoram ſtringere pro percutere accipimus.Virg.Atq; aium patriæ ſtrinxit pietatis imago,& pro rareſacere,excidere.Idem.Vbi denſas agricolæ ſtringunt frondes,& pro decerpere.Idem.Sed tamen & quernas glandes dū ſtringere tempus,& pro uulnerare.Idē.Hūc primū leuis haſta themillæ ſtrinxerat,& pro attenuare,quod ſtrigendo fieri ſolet.Idem,& ſtrīgite remos.Item pro radere.Idem.Ego ſum pleno quem flumine cernis ſtringentē ripas.quapropter & in compoſitione perſtringere in eadem ſignificatione accipimus.Cic.Cuius qdem portam Capuæ pene perſtrinxiſti,& diſtringere dicimus,radendo ſordes detergere.Vnde diſtringentes uocamus,qui ſordes corporis radunt,quos græci Apoxyomenos nominant.ἀπὸ ξύειν eni ſtringere,hoc eſt radere.Plynius.de Liſipo.plurima ex omnibus ſigna fecit fœcundiſſimæ artis,inter quæ diſtringentem ſe quem.M.Agrippa ante thermas ſuas dicauit mire gratum tyberio principi,qui non quit temperare ſibi in eo,q̄q̄ īperioſus ſui inter initia principat⁹,tranſtulitq; in cubiculū,alio ibi ſigno ſubſtituto.Cū quidem tanta populi romani cōtumacia fuit,ut magnis theatri clamoribus reponi apoxyomenō cōflagitauerit.princepſq; q̄q̄ adamatum repoſuerit.hinc ſtrigmenta appellantur ſordes,q̄ ex corporibus radunt.Vnde ſtrigmēta olei dicimus ceromata,hoc eſt ſordes olei,quæ ex unctorum athletarum corporibus radunt.Idem.Vſum olei ad luxuriā uertere græci uitiorum oīum genitores in gymnaſiis publicādo notū eſt magiſtratus honoris eius octogenis ſeſtertiis ſtrigmenta olei uendidiſſe.hinc ēt ſtrigil uocatur inſtrumentū ad diſtringendū,hoc ē ad radendas ſordes aptum,quo ueteres ī balneis p̄cipue utebantur ex auro,argento,ferro.interdum ēt lapidibus qbuſdam.Perſius.I.puer & ſtrigiles criſpini ad balnea defer.Iuue.Et ſonat unctis ſtrigilibus.Mart.de ſtrigile ferrea.pergamus has miſit curuo diſtringere ferro.nō tā ſæpe teret lintea fullo tibi.Ply.de ſpōgia,cinis eius plurimum proficit cōtra ſcabricies genarum,& quicquid opus ſit diſtringere.præſtat,& ſtrigilum uicem,linteorūq; affectis corporibus.ab harum ſimilitudine,in hiſpania ſtrigiles ēt uocabant auri paruulas maſſas,quod ſup omne ſolū in maſſa auro inuento capitur,cum cætera in metallis reperta igni perficiant,hoc ſtatim aurum ē,conſumatāq; materiam protin⁹ habet.cū ita inuenitur.Item ſtrigil aluminis genus eſt punicoſum,& foraminū fiſtulis ſpongiæ ſimile,rotūdūq; natura.ſunt qui putent ſtringere,cū pro eo capitur,qđ ē breuiter colligere,ſiue percurrere ab eo ſumi,qđ radere ſignificat,ſiquidem radere proprie eſt leuiſſime tangere.& eadem rōne ſtringere enſem accipi pro nudare.nā cū uagina eum exerimus quaſi radere hoc eſt polire,ac detergere uidemur.Vir.Strictum rotat acer lutagus enſem.a ſtringere ſtriare deducitur,qđ eſt polire,leuigare.Ply.Cōchis leuibus,ſtriatis,uertice mitrati ī torto.Striges nō a ſtringendis infantiū corporibus(ut quidā falſo exiſtimant)ſed a ſtridore nomē habēt.fabuloſūq; eſt,qđ eas tradūt ubera īfantiū labris īmulgere.Aues ſunt nocturnæ.Lucanus.Quod tepidus bubo,quo ſtrix nocturna q̄runt.Cōſtat tñ & in maledictis iā eſſe,& ēt apud uetuſtiſſimos fuiſ-

ſe,accipiq;

se,accipiq; pro maleficis mulieribus,quæ noctu gradiẽtes infantiũ corpora sanguinem sugendo exhauriũt.nec desunt q opinent̃ ab hac strigosum,de quo supra diximus,deriuari,q̃si a strige exhaustũ.NVDO.Inermi.Nudũ ꝓprie dicimus qcqd sine tegmine ẽ.Vir.Nudatosq; humeros oleo ꝑfusa nitescit.ĩterdũ tñ nudũ ꝓ insepulto accipit̃,qđ nõ tegat̃ sepulchro.Idẽ.Nudus ĩ ignota palinure iacebis harena. Quidã nudũ,& nudatũ ita distingunt,ut nudũ sit,qđ nũq̃ tectũ fuit,nudatũ ãt,qđ tectũ esse cõsueuit,sed nũc tectũ nõ ẽ,unde nuda facies,& nuda manꝰ dr̃,uẽter ãt nudatus,a nudus fit nudo uerbũ hoc est aperio,detego,a quo cõpositũ denudo,& nuditas nomen,& nudè aduerbiũ,hoc est apte simpliciter.PECTORE.Pectus pars corporis ẽ infra gulã ĩcipiens,finiensq; supra aluũ,qđ ĩtus homini octonis costis munitũ ẽ,suibus denis,cornigeris tredecim,serpẽtibꝰ trigĩta,homini dũtaxat latũ ẽ,reliqs corcinatũ,p̃sertim uolucribus & in iis maxime aq̃ticis.latitudo eius sublimis,& exposita oculis mirabilẽ p̃ se fert habitus sui dignitatẽ,a quo q porrectiori pectore sunt pectorosi dicunt̃.a græcis θώραξ dr̃.uñ & munimẽtũ militare,quo pectus ꝓtegit̃ thorax appellatur,a quo thoracati dicunt̃ q thoraca ĩduti sunt,sicut a lorica loricati.Itẽ a pectus pectorale deriuat̃.hinc pectoralis fascia,de q̃ Martia. Fascia crescẽtes dñæ cõpesce papillas,ut sit qđ capiat nostra,tegatq; manus,fascia linteolũ ẽ ad ligandũ aptũ dicta a græco φασκία,cuius diminutiuũ ẽ fasciola.Itẽ a pectus fit expectoro uerbũ,quod significat extra pectꝰ eiicio.Cice.Tũ pauor sapiẽtiam mihi oẽm exanimato expectorat.REDEMIT.Emit,ut supra diximus.FACILI SANGVINE. Facile effuso. hoc est facilitate mortis. HVNC VOLO LAVDARI QVI SINE MORTE POTEST.Aristotelis s̃nia ẽ,ꝙ mortẽ oppetere ob fugiendam pauptatẽ,aut amorẽ,aut aliud q̇cq̃ molestũ & graue,nõ fortis aĩ ẽ,sed potiꝰ timidi,atq; ĩbecilli. Est.n.mollities q̃dã laboriosa fugere,& q̇a nõ id decorũ sit,sed mali euitãdi gr̃a mortẽ appetere.hĩc fuere pleriq; q catonẽ,& thraseã rep̃henderũt uiri docti,& eoꝝ familiares,ĩbecillioris potiꝰ q̃ fortioris aĩ esse dicẽtes mortẽ sibi cõsciuisse,qđ non honestas eo facto appuerit turpia p̃caues,sed aĩ infirmitas aduersa nõ sustinẽs,qđ Cato ipse ĩ filio iussus est ostendere,quẽ nõ ẽ secũ hortatꝰ ad mortẽ,sed de Cæsaris benignitate oĩa sperari posse p̃cepit. eũ igit̃ laudandum potius esse poeta existimat,qui tolerantia rerum aduersarum uiuendo,q̃ q fuga moriendo gloriam sibi aucupantur.

AD COTTAM.EPIG.XXXVIII.

b ELLVS HOMO ES.Iocat̃ cũ cotta deridẽs eũ,qđ cũ uellet magnus uideri,bellum se ꝑ molliciẽ diminutiuo noĩe appellabat,cũ bellus,& magnus inuicẽ repugnẽt,& ẽ tacita reprehensio eoꝝ,qui cum uelint boni uideri,molles tñ sunt atq; lasciui.

DE VENVSTO.EPIG.XXXIX.

p ETIT VENVSTVS.Per iocũ uenusti auaritiã carpit,uxorẽ fœdissimã petẽtis dotis gr̃a,q̇a.s.lãguebat,& mox sperabat̃ moritura. Metrũ ẽ iãbicũ trimetrũ,cuius duo genera sunt.alterũ apud uetustissimos comicos,tragicosq; in usu fuit.Horatius. Hunc socci sumpsere pedẽ,grãdesq; cothurni,alterũ apud iuniores tantũ.uerũ iambicũ comicum & tragicũ dr̃,hoc purũ trimetrũ appellat̃,suscipitq; tres pedes,inuicẽ mutatos iãbũ pyrrhichiũ & spõdeũ raro apud uetustissimos in usu fuit.NVPTIAS.Matrimoniũ.nuptiæ dñr,ut Modestinus iuriscõsultus affirmat.cõiunctio maris,& fœminæ cõsortiũ oĩs uitæ diuini & humani iuris cõiunctio.uñ nuptialis deriuat̃,hĩc nuptialis thalamꝰ dr̃ cubiculũ,in quo primũ uir & uxor cõiungunt̃,a quo thalamo epithalamiũ uocat̃ sacer hymnꝰ,q̇ ĩ nuptiis canebat̃,& nuptialiter aduerbiũ,qđ significat,ꝑ more nuptiarũ,uñ uestitã aliquã nuptialiter dicimꝰ,hoc ẽ decẽtiꝰ solito & ut fieri nuptiis solet.nuptiæ ãt a nubẽdo dictæ sunt.Nubo,& cõpositũ eiꝰ obnubo,ꝓprie significat operio,uelo.Vir.Arsurasq; comas obnubit amictũ.qñ uero spõsæ apud ueteres dum uiro tradebant̃,nubere hoc ẽ uelare capita solebãt,usurpari cœptũ hoc uerbũ ꝓ eo,qđ est uiro tradere,siue uiro tradi.Nã & actiue dicimus.nupsit filiã Cæsari.& passiue,cuiꝰ filia nupserit Cæsari.Vñ nõ mõ mulier,q̃ uiro tradebat̃ nupta,sed ẽt uir cui tradebat̃ nuptus dici solebat.Plau. Licet ẽt catinũ,qđ agat scire nouũ nuptũ.nupta ẽt uerba dicebant̃,quæ nõ licebat uirgini proferre.idẽ,uirgo sum nõdũ didici uerba nupta dicere.a nupta innupta deducit̃,q̃ nõdũ uirum cœpit.Virg.Innuptæq; puellæ.Itẽ a nubo innubo,a quo ĩnubus,& innuba q uxorẽ ducit.& q̃ uiro tradit̃.Nã ĩnubere ꝓprie ad domũ uiri trãsire ẽ. Vñ & ꝓ trãsire simpliciter ueteres usurparunt. Lucilius.Suã.n.inuadere,atq; ĩnubere cẽset,& pronubo,hoc ẽ nuptiis p̃sum. a quo pronubus,ac ꝓnuba,de q̇bus supra diximꝰ,& conubo matrimonio iũgor,q̃si simul nubo. Apuleius.Nescientibusq; parẽtibꝰ puellari ætate cõnupseramus.Hĩc cõnubiũ ius legitimi matrimonii.Vir.Cõnubio iungã stabili,ꝓpriãq; dicabo,& nubilis ad nubẽdũ apta.nubo ãt qñ operio significat,a nube deducit̃,q̃ cœlũ operit.nubes aũt deriuat̃,a græco.νέφοσ,qđ apud illos a priuatiõe lucis nomẽ accepit,quẽadmodũ κνέφας,qđ nibũ significat,a quo nostri gnefosum obscurũ dixere,q̃si nebulosum.Varro.Gnefosus locus,& sine ulla luce.Est.n.nubes uapor humidus in sublime egressus siue aer in liquorẽ coactus,cuius dẽsitas haud dubie solẽ obumbrat. a

nube nubilũ deducit̃,qđ mõ adiectiuũ ẽ,& significat fuſcũ,nubibus tectũ,mõ ſubſtãtiuũ significatq; ipſam nubẽ,unde fit obnubilo uerbũ,qđ ſignificat offuſco,obtenebro,& q̃ſi nubib⁹ impleo,& nubecula parua nubes,& nubiloſus nubilis plenus,& nubiger gerẽs nubes.a nube nebula ita differt,qđ nebula uapor ſit e terra atq; aq̃s ſurgẽs,q̃ ſiue ſtati euaneſcit,ſiue ĩ altũ ſublata,cõuertit̃ ĩ nubẽ.nubes quocũq; tp̃e fieri pñt.nebulæ nec æſtate calida,nec nimio frigor̃ exiſt ũt.a nebula nebuloſus deducit̃,nubib⁹ plen⁹,& nebulo,nugator,uan⁹,nullius p̃tii hõ,qđ nõ facile p̃ſpicere põt q̃lis ſit,q̃ſi nebulis obtenebrat⁹ uel qđ mẽdaciis ac uerſutiis ſuis nebulas q̃ſdã obiiciat,uel qđ ad fugã fugitiuis,& furta nebulæ ſunt accõmodatæ.Lucilius.Nugator qdẽ ac nebulo fit maxim⁹ multo.hi & tenebrones a ueterib⁹ dicebãt̃ a tenebris.Varro.M.Cur.Cõſul ĩ capitolio, cũ delectũ haberet,nec citat⁹ a tribunis ciuis reſpõdiſſet,uẽdidit tenebronẽ.nebula a græco deducit̃ νεφέλη,a quo p̃ diminutionem νεφέλιον parua nebula dr̃. ADEO NE PVLCHRA EST.Vt.ſ.cupi.peti.p̃cari.donari mereat̃.TVSSIT.Hoc placet ĩ ea & ob hoc petit̃,qđ tuſſit,hoc ẽ phthiſin patit̃,& ſperat̃ mox moritura.phthiſici.n.tuſſim patiũt̃,ut ſupra dixim⁹.tuſſio qd ſignificet manifeſtũ ẽ,qdã hoc uocabulũ factitiũ eẽ putant,ab eo fit tuſſis,a quo tuſſicula diminutiuũ, & tuſſilago herba,q̃ tuſſim ſedat.ob id ẽt bechion appellata ἀπὸ τοῦ βήχας ὠφελεῖν,hoc eſt a tuſſi ſananda.duo eius genera.Silueſtris,cui ubi naſcit̃,ſubeſſe aquas credũt.folia hẽt q̃nq;,aut ſepten maiuſcula q̃ ederæ ſubalbida a terra ſup̃ne pallida,ſine caule,ſine flore,ſine ſemine,radice p̃quamtenui.qdã eãdẽ chamæleucen putãt,huius aridæ cũ radice fumus p̃ arũdinẽ hauſtus,aut deuorat⁹ ueterẽ tuſſim ſanare dr̃.Altera a q̃buſdã ſaluia appellatur ſimilis uerbaſco.cõterit̃ ea,& colata calefit,atq; ita cõtra tuſſim,& lateris dolores bibit̃.contra ſcorpiones ẽt & dracones marinos efficax.itẽ cõtra ſerpẽtes,ſi ea ex oleo læſi perungant̃.

AD SEXTILIANVM.EPIG.XL.

c VM DATA SINT EQVITI.Sextiliani ebrietatẽ per iocũ carpit,cuius ẽt mẽtionẽ facitĩ ſerius. Sextiliane bibis quãtũ ſubſellia q̃nq;.ſenſus ẽ.cũ ſit lege cautũ,ne ſupra decẽ nũmos ĩpendere uino eq̃tes ĩ cõuiuiis poſſint, tu ſolus uiginti nũmoꝝ uinum potas.p̃ſcriptũ eq̃tibus fuit,ne ſupra decẽ nũmorũ uinũ apponere liceret.Itẽ ne q̃s uinũ græcũ amineũq; plus octõis æris ſingula q̃drantalia uẽderet,parciſſimi olim ĩ bibẽdo uino ueteres fuere.Vñ.L.Papyrius ĩperator aduerſus ſamnites dimicaturus uotũ fecit,ſi uiciſſet Ioui pocillũ uini ſe libaturũ.& Cato cũ in hiſpaniã nauigaret,ex q̃ cũ triũpho rediit,gloriatus ẽ nõ aliud ſe uinũ bibiſſe,q̃ remiges.Idẽ ſcripſit p̃pinquos nõ aliã ob cãm fœminis oſculũ dare ſolitos,q̃ ut ſcirẽt,an olerẽt uinũ,quo uti romæ mulierib⁹ nõ licebat.Egnatii uxorẽ conſtat qđ uinũ e dolio bibiſſet,fuſtib⁹ a marito ĩterfectã fuiſſe,eũq; cædis a Romulo abſolutũ.Itẽ matronã aliã,qđ loculos,in q̃bus erãt claues cellæ uinariæ,apuiſſet,inedia a ſuis mori coactã.ĩ cõuiuio nunq̃ plus ſemel uinũ græcũ dari ſolebat.chiũ raro Romæ niſi medicinæ gr̃a bibebatur poſtea in tantã luxuriã uenere mores,ut Lucullus,q̃ rediit ex Aſia ampli⁹ cẽtũ cõgioꝝ uini græci cõuiuio appoſuerit.Cæſar dictator triũphi ſui cœna uini falerni amphoras centũ.chii cados cẽtũ in cõuia diſtribuerit.propterea lege adhibita moderatio eſt, cautũq; ne uinũ,qđ equeſtri epulo apponeret̃,decẽ nũmorũ p̃tiũ excederet BIS DECIES.Vigeties.Bis.n.id ſignificat,qđ græci dicũt δὶς,a quo fit bin⁹.na.nũ,qđ ſignificat duo.Siſẽna.ad binũ milliũ numero ſauciis utrinq; factis.hinc cõbinatio duorũ cõiunctio dr̃.& cõbinare ẽ multos ita diuider̃,ut bini ſint ideſt duo ſimul cõiuncti.hinc.cõbinatio ẽt figura appellat̃,quã græci epizeuxin uocant,cũ in oratione,eadẽ dictio ſine medio duplicat̃.Virg.Me me adſum q̃ feci,& bipẽnis de q̃ ſuperi⁹,ſecuris ex utraq; p̃te aciẽ habẽs,& bilinguis duas habẽs linguas,ut ſerpẽs.Itẽ q̃ loquẽdo nõ conſtat,ſed mõ unũ,mõ aliud loq̃tur.Itẽ fallax q̃m̃ ad mentẽ quoq; plerũq; refert̃.& bidentes,q̃ & ambidentes dictæ a ueteribus inueniunt̃.& bidental,de q̃bus ſuperius dixim⁹.& bignæ geminæ,qđ duæ uno p̃tu natæ ſunt,& bigenera aĩalia e diuerſo genere nata.ut Leopardalis ex leõe & pãthera,mulus ex aſino,& equa.binominis,qđ & binomius dr̃,cui geminũ eſt nomẽ,ut numa Põpilius.Tullius Hoſtilius.Biceps duorũ capitũ.bicliniũ locus,ubi duo lecti ſũt,ſicut triclinium ubi tres,bihæres,q̃ duas hæreditates cõſecutus ẽ.biduũ duo dies.biẽniũ duo anni bifera arbor,q̃ bis fert fructus.bipera,q̃ bis peperit.biuiũ locus,qđ duas uias habet,ſicut triuiũ qđ tres.bifariã bipartito.bipartior in duas partes diuido.a quo bipartitũ,& bipartitio,& bipartito aduerbium.bifidus in duas partes fiſſus.bipẽnis ſecuris,quæ ex utraq; p̃te acuta eſt,& biuita uidua quod duas uitas habuerat,alteram coniugalem,cœlibẽ alterã. Var. Ad biuitam uenio cum uellem oſtendere qd uellẽ.M.Attilius incõſtantiæ filius me rep̃hendit.bifores duplices ianuas hñtes.bigæ quaſi biiuge.bilibris duarum librarũ.bimatus ſpatiũ duorũ annorũ.bimulus,qui in bimatu eſt.bilanx,quod duas(ut ſuperius oſtendimus)habeat lances. bimaritus ſecũdo maritus.bipes duorum pedum.a quo bipedalis.bigamus,qui duas duxit uxores,a quo bigamia ipſa conditio.biſellium duos tantum capiens ſella.biiugerum duorum iugerum. biremis nauis quæ duplici remorum ordine agitur.biſextum,de quo ſuperius diſſeruimus,

quod bis sexto kal. dicamus. Bitemporeꝰ, duoꝝ tēpoꝝ. Bifurcatus, geminas furcas hābēs. bifur, plus q̃ fur, siue bis, qui in furto dephēsus est. Bisulcus ungulas nō solidas, sed scissas hn̄s. itē qcqd in duas acies scissum ē, bisulcū appellamꝰ. Besis, qđ bis triēs sit. Besis. n. octo unciæ sunt. triēs quatuor. biseta porca, cuiꝰ a ceruice setæ bifariā diuidūtur, cū iā eē īcipit maior sex mēsiū. Bifrons, q duas frōtes habet. uñ Ianū dicimꝰ bifrontē, bilis gemīa lis. Neuius. Bilitē mihi nup excitauit. Biblo uerbū, nō a bis deducit̄, sed factitiū est a similitudīe sonitꝰ, qui fit in uase. Enni. Biblit amphora Quēadmodū āt bis a δὶσ græca uoce deducit̄. Ita duo a δύω. a duo aūt fit duplus. a quo duplo uerbū, & duplex. a quo duplico, & dupliciter. Duplices īterdū pro duos accipimꝰ. Vir. Et duplices tēdēs ad sydera palmas. interdū pro latos. idē. Duplici aptant̄ dētalia dorso. Veteres duplionē dicebāt, quos nos duplū. inde duplarii uocati, qbꝰ ob uirtutem duplicia cibaria ut darent̄ institutū. Duplico uerbū iterdū ꝓpriā hēt significationē, hoc ē duplicē facio. interdū ponit̄ pro augeo. Salu. Et maurus uictus duplicauerat bellū. Vir. Et sol crescentes decedēs duplicat umbras. Ab hoc fit reduplico, hoc est rursus duplico. & cōduplico, simul duplico. itē a duo fit duodecim. a quo duodecimus, & duodenus. uñ duodenariꝰ. duodeuiginti, ac reliqua similia. & ducētū. ducēti. ducēteni. & duodecies. duodeuigecies. ducēties. duodeuicesimus. duodetrigesimus. ducētesimus. & duellū secūdū quosdā, de quo supiꝰ diximus. & duplaris numerus, in quo minor bis numerat̄. & duplices substātiuū pugillariū, siue tabellarū genus, in qbus litteræ scribi solebāt, quæ & diplomata græca uoce dicūtur. nam diplō græci duplū dicūt. Sueto. in diplomatibꝰ, libellisq; & epistolis signādis initio Sphīge usus est mox imagine magni Alexādri, nouissime sua. huiusmodi tabellæ aliqñ triplices erāt, in qbus scribi res amatoriæ solebāt. Mar. Tūc triplices nostros nō uilia dona putabis, Cū se uētura scribet amica tibi. Aliqñ qncuplices. idē. Cede iuuēcoꝝ domini calet area fœlix, Quīcuplici cæra cū dat̄ altus honor. itē duidēs hostia bidēs. & duicēsus, cū altero, utputa cū filio census. A dis uero fit dipōdiū, de quo supius diximus. & diphthōgus duaꝝ uocaliū in una syllaba cōprehēsio unū efficiēs sonū. & diplois genus uestis duplex uulgo notū. & diptota noīa, duos tm̄ casus hn̄tia. & diobolaris, duoꝝ oboloꝝ meretrix, de qua alibi diximus. NVMISMATA. Nūmos græcū uocabulū est. νόμισμα, ut supiꝰ diximꝰ, a latinis tñ passim usurpatum. Hora. Regale nomisma philippos. Ab hoc nūmus deducit̄, una lr̄a addita, ut positura syllaba ꝓducat̄. Nomisma aūt a lege deriuat̄, quæ græce dicit̄ nomos. qđ lege deposita ꝑmutandi cōsuetudine signatꝰ sit nūmus, eiq; pretiū impositū. Nūmus generaliter oēm pecuniā significat. unde nūmū aureū dicimus. nūmū argēteū. nūmū denarium. nūmū qnariū. nūmū uictoriatū, & similia. itē as nūmū libralē. dipōdium. nūmū bilibrem. Petronius. Quisqs habet nūmos, secura nauiget aura, hoc est qsqs habet pecuniā. Quotiēs tñ nūmū simpliciter ponimus, pro denario accipimꝰ, q erat uigintiquatuor siliquarū. Siliquæ tres scrupulū faciebāt. Denarius aūt uocitatꝰ est, qđ hic nummus pro decē libris æris cōstitutꝰ sit, sicut qnariꝰ pro qnq;. sestertium pro dipondio, ac semisse. Sed Annibale Romanos urgente. Cū. Q. Fab. Maximus dictator esset, asses unciales facti sūt, placuitq; denariū sedecim assibus ꝑmutari. Quinariū octonis. Sestertiū quaternis. in militari tñ stipēdio semꝑ denariꝰ pro decē assibꝰ datus. Itē a nūmus fit nūmulus diminutiuū. a quo nūmularius. DATA. Permissa. concessa. CALDA. Aqua calida. Romani ueteres pro rōne tēporū, mō calidis, mō frigidis aqs in mēsa utebant̄. Iuue. Gelidæ calidæq; minister. Hīc niuales ēt aquas adhibere mēsis solebāt, q̄s decoq̄ebāt, ut eēnt salubriores postea colo niuario, aut sacco attenuabāt, deīde refrigerabāt. Neronis prīcipis īuētū fuit dequoq̄re aquā, deīde uitro ī niues refrigerandi gr̄a dimittere, ut uoluptatē frigoris hēret sine niuis malignitate. idē calfacē aquā hyeme solebat, ut tepidiꝰ biberet. Prior illa decocta, siue cocta uocabat̄. Sue. Nero aquā e subiecta lacuna potaturꝰ māu hausit. & hæc ē īqt Nerōis decocta. Mar. Niueæ custodia coctæ hmōi luxuriā execrat̄ Ply. dū īqt, Hi niues. illi glaciē potāt, pœnasq; mōtiū ī uoluptatē gulæ uertūt seruat̄ algor æstibꝰ, cogitat̄q;, ut aliēis mēsibꝰ nix algeat. đcoquūt alias, q̄s mox & illas hyemāt. Veteres nō calidū, & calidā, sed caldū, & caldā dicebāt. Augustꝰ in epistolis ad Cæsarē scriptis emēdatꝰ est, qđ is calidū dicere, q̃ caldū maluisset, nō qa id nō eēt latinū, sed qa esset odiosū. & ut ipse græco uerbo significauit. περίεργον, hoc est curiosū, & nimis affectatū. MINISTROS Seruiētes. eosq;, q ī mēsa necessaria suppeditāt. a manibꝰ. n. mīstri, q̄si manistri appellati sūt. Hīc mīsteriū fit, qđ ꝓprie significat obsequū, & operā ministrī. ꝑ metaphorā tñ ꝓ q̄cūq; actione accipit̄. Virg. de rege latino. Mœstusq; refugit fœda mīsteria. In plurali uero mīsteria ēt pro ministris usurpamꝰ. ab eodē fit mīstro uerbū notæ significatiōis. a quo mīstrator & mīstratrix ꝓ ministris. Cic. Sed ut oēs comites, atq; ministratrices eē diceres. itē ministratio. subministro, q̄ ē suppedito. uñ submīstrator. subministratrix. submīstratio. Admīstro, idē qđ ministro. a quo administrator. administratrix. administratio. MERVM. Vinū solū sine aqua. uñ meracius bibere dicunt̄, qui minus aquæ uino cōmiscēt, sicut e cōtrario lymphatius. & dilutius, qui plus aquæ adhibēt uino. Deducit̄ aūt merū ab adiectiuo merus ra. rū. qđ mō solū significat. Terē.

Nihil hēt niſi ſpem merā. hic merulā q̇dā dictā exiſtimāt, qđ ſolitaria incedat. Auis ē turdi magnitudīe. colore nigra. docilis. & ſibilādo humanā exprimens uocē. Circa Cyllenē Arcadiæ nec uſq̄ alibi cādida naſcit᷑. Mō purū, cū pro ſincero accipit᷑. Plau. Neſcio qd ē nō meꝝ, qđ gemit. Varro. Eodē cōieciſſe neſcio quæ mera miracula. Cice. Ecce tibi exortus eſt Iſocrates magiſter iſtorum oīum, cuius e ludo tanq̄ ex equo troiano meri principes exierunt.

DE REGVLO. EPIGRAMMa. XLI.

1 TVR AD HERCVLEI. Blādit᷑ Regulo, ꝙ porticus, in qua aliquādiu fuerat, cū ipo pn̄te ītegra ſtetiſſet, eodē abeūte ſtatī corruerat, q̄ſi diis p hoc oñdere uolētib⁹ q̄ carū eū hērēt. Regulus nobilis cauſidicus fuit. Ply. ac Martia. tpib⁹, quē ille ſæpe ī epiſtolis carpit. hic frequētiſſime laudat, habuit uia tyburtina ad quartū lapidē uillā cū nemore, & porticu antiqſſima, in qua cū aliqñ, curru uect⁹ umbræ gr̄a parūper cōſediſſet, mox diſcedēs añ oculos ſuos collapſam aſpexit. ITVR AD HERCVLEI. Ordo ē. Quart⁹ lapis a uicina urbe ſignat rura, & ſacrum nemus, & iugera dilecta muſis ea uia q̄ itur ad gelidas arces herculei tyburis, & cana albula fumat ſulphureis aqs. QVARTVS LAPIS. Lapidib⁹. n. apud ueteres miliaria ſignabant᷑, qđ nūc quoq̧ qbuſdā in locis aſpicim⁹. uñ lapis aliqñ pro miliari accipit᷑, ut cū dicim⁹ ad tertiū lapidē, ad q̄rtū lapidē. Lapis ꝓprie ē, quē græci λίθον uocant. Saxū qđ ab illis petra dr̄. Lapis mitior, minorq̧, ac tenerior eſt. Saxū mai⁹, aſpi⁹. duriuſq̧. uñ gēmæ lapides, nō ſaxa dicunt᷑. Ply. Nuſq̄ hic utilior, q̄ in italia gignit᷑. Lapiſq̧ nō ſaxū ē. idē. Eſt & uiridis lapis uehemēter igni reſiſtēs, ſed nūſq̄ copioſus, & ubi inuenit᷑ lapis nō ſaxū ē. A petra petroſus deducit᷑, hoc ē petris abūdās. Et Petra Arabiæ oppidū, qđ Nabatei incolūt ī cōualle paulominus duobus milib⁹ paſſuū amplitudinis circūdatū mōtib⁹ in acceſſis, amne īterfluēte. uñ pars ea Arabiæ Petroſa (ut ſupra diximus appellata eſt. & petreleon oleū, qđ ex petris naturæ ſpōte fluit. Itē petroneſi a ueterib⁹ ruſtici, a petraꝝ aſpitate, & duritia dicti ſunt. Petra ēt a ueterib⁹ uocabat᷑ mulier, q̄ pōpā ꝓcedēs in coloniis, aut municipiis imitabat᷑ anū ebriā, qđ pedes in petras frequēter impingeret, ceſpitaretq̧. Et petronia nomē amnis in tyberim defluētis, quod per petras fluāt. Petroſelinon, quaſi petrariū apiū, herba eſt uulgo nota, quā ſupi⁹ diximus olus atrū appellari. & inter apii genera numerat᷑. græci σέλινον apium uocāt, cui⁹ plura genera ſūt. Helioſelinū, qđ nōnulli paludapiū uocāt circa aquæ ductus, & in paluſtrib⁹ naſcens, Hipposelinon, ſiue equapiū plurib⁹ foliis helioſelino ſimile. Oreoſelinū, hoc eſt mōtanū apiū, qđ & mōtapiū cicutæ fere foliis. radice tenui. ſemine aneti, ſed tenuiore. Itē qđ diximus petroſelinū urinæ difficultatib⁹, & calculo utile. A ſaxo ſaxeus, qđ e ſaxo eſt. & ſaxoſus, qđ ſcatet ſaxis. A lapide lapideus. lapidoſus, lapidib⁹ abūdans. lapillus, paruus lapis. Lapideſco, in lapidē conuertō. Lapidicida, qui lapides cædit. Lapidicinæ locus, ubi lapides fodiunt᷑. Latomiæ a græcis dictæ. uñ & carcerē latomias uocam⁹, ſiue ꝙ dānati ad lapides fodiēdos mittebant᷑, ſiue ꝙ Sinueſſani Cāpaniæ populi latomias hēbāt, inſtar carceris ēxcauatas, ex qb⁹ exciſi lapides fuerāt ad urbē extruēdā, iiſq̧ pro carcere utebant᷑. Delapido, lapidib⁹ ſterno. Vñ delapidata loca, quæ lapidib⁹ ſtrata ſunt, qdā ēt lapido uſurpāt pro eo, qđ ē lapidib⁹ cædo. & lapidatos dicūt eos, q lapidibus cæſi fuere. itē dilapido. uaſto. cōſeruo. Var. Profundit pr̄nas opes, atq̧ dilapidat. Lapit quoq̧ ueteres uſurparūt pro eo, qđ eſt indurat, & quaſi in lapidē cōuertit. Pacu. Lapit cor cura, erūna corpus cōficit. QVA. Via, ſcilicet lapidē ſilicē tenebāt iuraturi p iouē, hæc uerba dicentes. Si ſciēs fallo, q me deſpicit ſalua urbe, arceq̧, iis me eiiciat uti ego hūc lapidē. ITVR. Pergitur. Eo qdē a græco deductū exiſtimāt ἕω, qđ eſt ſino. omitto, qa eūdo locū omittim⁹, ī quo eramus. Ab eo uia deriuat᷑, de qua ſupius diximus, quaſi ia, qđ p eā eat᷑. & iter a ſupino itū. & itiner cū eoꝝ deriuatiuis, de quibus ſimiliter ſupius diſſeruimus. itē itus & itio. Cice. Quid nr̄ it⁹ & reditus. idē. Nā plura de obuiā itione ſimul locuti fueramus. & ſemita, qđ ſemis, hoc ē dimidia uia ſit. i. breuis, & arcta. a quo ſemitat⁹ ager dr̄, p ſemitas diuiſus. & ito frequētatiuū. a quo iter itiner. Obiter itero. iterum. itinero. itinerariū. itidē. item, de qbus ſupius diximus. itē beto, qđ eſt uado, quaſi bene ito. Varro. mulierē qđ parere ea nō poterat, foras betere iuſſit. item cōpoſita adeo, qđ ſignificat accedo. a quo fit aditus pro ingreſſu. Vir. Sola uiri molles adit⁹, & tempora noras. cuius diminutiuum eſt aditiculus, hoc eſt paruus aditus. & aditio acceſſio. & adides tela quædam adeo antiqua, ut nuſq̄ commemorentur in bello. Legitur tamen clauas fuiſſe cubito ſemis factas eminētibus hinc, atq̧ hinc acuminibus, quæ ita iaciūtur in hoſtes, loro ſiue lino religatæ, ut pacto uulnere ad nos reuertantur. Virgi. Teretes ſunt adides illis tela, ſed hæc lento mos eſt aptare flagello. Adytus uero ſi cū y littera græca ſcribat᷑, locus eſt ſecretior tēpli, ad quē non niſi ſacerdoti dabat᷑ acceſſus. græci ἄδυτον uocant. idem. iſq̧ adytis hæc triſtia dicta reportat. Adeo uero cum ab ad, & eo, ꝓnomine cōponatur, ſignificat eouſq; & ſemper ſubditur coniūctio, ut Quinti. Nunq̄ adeo pro nobis ſolicita lex eſt, ut quod præſtet extorqueat. Interdum aduerbium eſt, & ſignificat ualde. Terentius. Adoleſcentem adeo nobilem. Circūeo, a quo circuitus. & circuitio notæ ſignificationis. Intereo morior. a quo interitus mors

quaſi interueniens,& mixtarum rerum cōnexionem reſoluens.Obeo,quod & obino ueteres dixere.& modo ſignificat adeo.unde obire diem dicimus,pro eo,qđ eſt mori,quaſi ire ad diē fati.Sulpitius.Nūciatum eſt mihi.M.Marcellū diem ſuum obiiſſe,modo exequor,ut obeo legationem,hoc eſt exequor munus,& officium legationis.obeo ꝓuinciam.exequor officium ꝓuinciale.obeo mortem,exequor.& perago mortem.obeo uitam,pago,hoc eſt perficio uitā Ab hoc fit obitus,quod modo mortem ſignificat.Cicero.Cum de obitu fratris litteras accepiſſem.modo occaſum.Virg.Nec fruſtra ſignorum obitus ſpeculamur & ortus.Aliquando etiā aduētum.Turpil.Et quis eſt,qui interrūpit ſermonem meum obitu ſuo?Pereo.quod quidam ab intereo ita ſeparāt,ut perire leuius ſit,& non omniū rerum finem denotet.Plautus. Qui per uirtutem perit,non interit.Dictum eſt aūt pereo,quaſi in totū eo,quod qui perit.prorſus abit. Ab eo fit periculum,quod modo ſignificat ſalutis diſcrimen.Virg.Obſcœnāq; famē,quæ prima pericula uito.Vnde periculor uerbum deducit'.Cato.Periculatꝰ ſum,hoc eſt periculū ſubii Item periculoſum,hoc eſt cum diſcrimine ſalutis.Cicero.Grauioribus autem morbis periculoſas curationes & ancipites habere cogūtur.ab hoc periculoſe aduerbium,hoc eſt cū periculo.& a pereo diſpereo cōpoſitum.Martia.Diſpeream ſi non hic Decianus erit.modo expimentum.Terentius.Fac periculum in litteris.Hinc fit periclitor uerbum,quod modo pro eo accipitur,quod eſt periculum ſubeo.modo pro experior.A quo fit periclitatio.Trāſeo notæ ſignificationis.A quo tranſitus,& tranſitio.Item apud grāmaticos tranſitiuum,quod tranſitionem ſignificat.Anteeo præcedo.Plautus.Omnes ego lōge anteeo ſtultitia.abeo diſcedo. Veteres tñ aliqñ abiſſe pro obiſſe ſcripſerūt.Ab hoc abies dicta arbor uulgo nota,ꝓcera,quod in cœlū abeat.Nulla arbor tātopere nauigiis expetitur.Situs eius in ſummis montium eſt,quaſi maria fugerit.Materies præcipua trabibus,& plurimis uitæ operibus.ideo abietaria negocia ueteres uocarunt,quæ nunc materiaria dicimus.& abietarios negociatores materiarios,ab abietibus & aliis lignorum generibus coemendis.Abiegnum dicimus,quod ex abiete eſt,ut abiegnas trabes,abiegna nauigia.Exeo,egredior. Terentius.Exi foras ſceleſte. At etiam reſiſtis fugitiue?Aliquādo tamen ponitur pro eo quod eſt liberor.Cicero.Vt tādem e tot miſeriis atq; erūnis exiremus.Interdum pro uito.Virgilius.Corpore tela modo,atq; oculis uigilantibus exit. Nōnunq̄ pro erūpo.idem.Non ſic aggeribus ruptis cum ſpumeus amnis Exit.Ab hoc deriuatur exitus,hoc eſt egreſſio.& exitium,quod ueteres pro exitu tam in bonam q̄ in malam partē accipiebant.nūc dūtaxat pro peſſimo exitu,ac pernitioſo accipitur.unde exitioſum pernicioſum dicimus,quod & exitiale,& exitiabile dicitur.Prodeo,progredior,in lucē uenio,uel quaſi porro eo.Apuleius.Tum uero ex occulto ꝓdeunt aliqui.Veteres ꝓdinunt pro prodeūt ſcripſere.Ennius.Prodinūt famuli cum cādida lumina lucent.Hinc ꝓdius interius longius.Præeo,ante eo,præcedo.a quo præditus dicitur is,qui aliqua re alios præit,ut præditus honore.p̄ditus uirtute.præditus uitiis.Item prætor,quaſi præitor,magiſtratus populi Romani creatus (ut Pōpeius refert)Cum conſules ab urbe bellorum gratia auocarētur,neq; eſſet,qui in ciuitate ius reddere poſſet.Hinc urbanus prætor appellatus eſt,qđ in urbe ius redderet,poſt aliquot annos non ſufficiente eo prætore,quod multa turba peregrinorum in urbem ueniret, creatus eſt & alius prætor,qui peregrinus appellatus,eo ꝙ inter peregrinos ius dicebat.Capta deinde Sardinia & Sicilia,Item Hiſpania.deinde Narbonēſi ꝓuincia,tot prætores creati ſunt,quot ꝓuinciæ in ditionem uenerūt,partim,qui urbanis,partim qui ꝓuincialibus præeſſent. A prætor prætura,ipſe magiſtratus.& prætorium poſſeſſiuū deducitur.& prætorium.& prætoritia corona.Prætoria cohors eſt dicta,quod a prætore non diſcedebat.Prætores enim initio erant,qui nunc cōſules.& Scipio,qui primus africanus eſt dictus.fortiſſimū queq; militem delegit,qui ab eo in bello non diſcederent,& cætero militiæ munere uacarent,ac ſexcuplex ſtipēdium acciperent.Prætoria porta appellabatur,qua exercitus in prælium conducebatur. & tranſenna, quod non trāſitum(ut quidam putant)ſignificat,ſed porrectam extra domū,quaſi pergulam, per quā tranſitur,ſuperimpoſito tegulo.Macro.Præterea tum ſedenti Metello in trāſenna dimiſſum uictoriæ ſimulachrum.Cicero.Nunc pete a Craſſo,ut illam copiam ornamentorum ſuoꝝ,quam cōſtructā uno in loco,quaſi per trāſennā p̄tereūtes,ſtrictim aſpeximus.Item cōpoſitum ab eo pertrāſeo.& prætorium tabernaculū conſulis. Ineo mō incipio,ut init certamen, hoc eſt inchoat,mō īgredior.Plau.Videbo id,priuſq̄ ineā domū.mō concubo.Ply.Sed aſini q̄ equas ineāt,optimi legēdi ſunt.idē.Arceriq; utrūq; genus ab altero narrāt,niſi infantia eius generis,qđ ineant.lacte hauſto.hinc initorē aliqñ pro cōcubitore.& initum pro coitu uſurpamus.Subeo mō ingredior.Virg.Hæc inq̄t limina uictor Alcides ſubiit.unde ſubire onꝰ & ſubire ꝓuinciā dicimus.mō occurro,in memoriā uenio. idē. Subit & deſerta Creuſa, Nonnūq̄ extollor.Ply.Sed hi rōnē afferūt,qđ leuiſſima eſt imbriū ciſternaꝝ aqua,ut quæ ſubire potuerit,& pendere in aere.Idem.Nec leuitatis in pluuia aqua argumentum eſt ſubiiſſe eam in cœlum,cum etiam lapides ſubiiſſe appareat.Hinc ſubitus deducitur,quod repētinum ſignificat.

Accius. Benefacis, sed nũc quid subiti mihi febris hæc attulit mali? A quo fit subito aduerbiũ hoc est repente. Martialis. Nam subito collapsa ruit. & subitarius repentinus, quod etiam pro extemporali accipitur. Gellius. Quid sibi uellet subitaria dictio. Item subitaneus. a quo subitaneam mortem dicimus. Superbio, quasi supereo. A quo superbus. superbia. superbe. superbiloquus. superbiloquẽtia, de quibus superius disseruimus. Redeo, reuertor. Teren. Redeo inde iratus, atq; ægreferens. Aliquãdo tamẽ accipit pro eo, quod est referor. reuocor. Virgi. Redit agricolis labor actus in orbem. Veteres redimũt pro redeũt scripsere. a redeo reditus, hoc est reuersio deriuatur. & rediculi fanum extra portam capenam. iccirco dictum est. q̃a accedẽs ad urbem Annibal ex eo loco redierit, uisis quibusdam perterritus. Coeo modo coniungor. Gellius. Coibat societas inseparabilis. unde quidam cœtum pro cohuẽtu deductum uolunt, quasi coitum, hoc est cõiũctionem. conuentũ. modo concũbo. Ouidius. Hic coeam⁹ ait, coeamus, rettulit echo. Hĩc fit coitus pro concubitu. Item frequẽtatiuum comito, quod ueteres aliquãdo pro cõcũbo usurparũt. cuius passiuum est comitor, quãuis reperiatur etiam deponẽs. & comes & comitium. A quo comitialis, & comitialiter. de quibus superius disseruimus. Sedeo, quasi seorsum eo, de quo & eius deriuatiuis similiter a nobis disputatũ est. Ambio, quod ꝑprie significat circuo. concludo. Virgili. Quæ rapidus flãmis ambit currentibus ãmnis. Per metaphoram tamẽ aliquãdo significat ambire, pro eo quod est blandiri. & circũuenire. Virg. Quo nũc reginam ambire furentem Audeat affatu. Quoniã uero romani dũ honores & magistratus quærerent, circuire singulos solebant, prensare dextras. rogareq; ut se suffragiis adiuuarent. factum est ut ambire capiatur pro eo, qđ est honores & magistratus quærere. Ab hoc ambitio, & ambitus deducuntur. Ambitio ꝑprie est honorum & laudis immoderata cupiditas. Ambitus uero dicitur, cum ad publicos honores & magistratus turpibus, atq; inhonestis artibus, utputa blãditiis, precibus largitione contẽdimus, quàlis est, quæ nũc uulgo a Simone mago simonia uocatur. Quæcũq; autem ambitus facit, ambitio facere cõpellit. Vnde ambitiosi dicuntur, qui immoderate appetũt honores. Interdum pro captatione misericordiæ ponitur. Quintilianus. Si iuuenis innocentissimus iudices uti uellet ambitu tristissimæ calamitatis, hoc est misericordiam captare ex cõmemoratione malorũ. unde ambitiosus etiam dicitur qui huiusmodi utitur ambitu. Idem. Non sum ambitiosus in malis, nec lachrymarum augere causas uolo. Ambitus etiam apud rhetores dicit, quod græci periodon uocãt, cũ sentẽtia certa quadam descriptione definit. Sed hic cõstat ex mẽbris, quæ cola græci uocant. & cæsis, quæ cõmata appellant, de quibus superius diximus. Item ambit⁹ locus est inter ædificia uicinorũ, patens in latitudinem pedes duos, & semissem, ad circũeũdi facultatem relictus. Item ab ambio amnis, hoc est fluuius (ut Varro testat) q̃a oĩa flumina circũeũt, ꝑpter qđ cornuta pingũt. ARCES. Loca excelsa ꝑpter altitudinẽ mõtis, in quo sitũ ẽ tybur. GELIDAS. Frigidas. Quia locus iste natura frigidissimus est. Gelu ꝑprie glaciem significat, dictũ (ut nõnulli existimant) ἀπὸ τοῦ λύειν γῆν, hoc ẽ a soluẽdo terrã. nã glacie ꝑscissa terra resoluit. aliq̃n tñ ꝑ frigore capit uñ gelidũ frigidũ dicim⁹. A gelu fit gelo uerbũ, a quo cõgelo, hoc ẽ cõstrĩgo. uñ fit cõgelatio astrictio. & gelasco, ĩ gelu astringor. & glacies, q̃si gelacies. a quo glacior uerbũ. hoc ẽ ĩ glaciẽ astrĩgor. & glacialis qđ glaciari, hoc ẽ ĩ glaciẽ astrĩgi solet. Iuue. Vltra sauromatas fugere hinc libet. & glacialem oceanum. TYBVRIS. Tybur urbs est ad sextũdecimũ lapidem distãs ab urbe Roma. Hãc Cato. Solinus, & alii q̃dã a Catylo arcade Classis Euãdri præfecto scripserũt cõditam fuisse. Plynius uero Tyburis originem multo antiqorem esse scribit, q̃ urbis Romæ, & extare adhuc tẽpore suo memorat ilices tres etiam Tyburto eius urbis conditore uetustiores. Apud quas inauguratus tradit fuisse Tyburtus, dũ urbem eẽt cõditurus. Sed hanc autorũ dissensionem cõcordat Sexti⁹ nobilis apud græcos hystoricus. Catylus inquit Amphiarai filius fuit, hic post ꝓdigialẽ patris apud Thebas ante iliacũ bellũ interitũ, iussu dei cũ omni suorũ cœtu, & sacris missus, tris liberos ĩ Italia procreauit Tyburtũ. Coracem. & Catylũ, qui expulsis ex oppido haud lõge ab urbe Roma posito ueterib⁹ sicanis, a nomine Tyburti maximi filii, oppidum uocauerũt. huic consentire uidet Virgilius cum inquit. Fratres Tyburti dictam cognomine gẽtem. Sũt qui affirmant singulos fratres singula oppida cõdidisse. Cuius rei testis est mons, qui adhuc Catylus dicit. & Corax oppidũ nobile in uolscis. A tybur gentile nomen tyburs deducit, & adiectiuũ tyburtinus. HERCVLEVS. Tybur Herculeũ uocitatũ est, ꝙ in eo Hercules religiose colebatur, frequẽsq; ad eius tẽplũ populus singulis annis die eius festo conueniebat. RVDIS. Vetusta, sine artificio ĩpolita. ALBVLA. Albulæ aquæ dictæ sũt in agro tyburtino uariis morbis utiles, p̃sertimq; uulneribus, hæ p̃gelidæ sunt. Strabo. Tybur herculeũ est, in quo Anio e sublimi in ꝓfundã uallẽ p̃ceps defert, & per nemora fluit urbi uicina. In planicie aquas albulas hẽt frigidas multis e fontib⁹ surgẽtes ad uarios morbos salutares. nõ mõ potui, sed etiã sessionib⁹ admissas. Albulæ dictæ sunt a colore albo, q̃lẽ fere oẽs sulphureæ habẽt. CANA. Alba. FVMAT. Tollit quasi fumus. Surgũt enim ex huiusmodi aquis nebulæ

quædam instar fumi. Fumus a furuo deducitur,(ut supra diximus). A fumus uero fumosus & fumiger. & fumo uerbum. a quo infumo, hoc est ad fumum sicco, sicut insolo, sicco ad solem. & infumibulum spiraculum per qđ exit fumus. & fumigo, quo aliqui utunť pro suffio. a quo fumigatio, hoc est suffitus. & fumifico eiusdem significationis. Plau. Eiqꝫ ut arabico fumificẽ odore. AQVIS SVLPHVREIS. Propter aquas sulphureas, hoc est sulphuris colorem, ac naturam habẽres, quod per uenas sulphuris transeant. Sulphur in insulis Aeoliis præcipue nascitur Inter Siciliam, italiamqꝫ. sed nobilissimum in Melo insula. in italia quoqꝫ inueniť ĩ Neapolitano, Campanoqꝫ agro collibus, qui leucogabi uocãtur, quod e cuniculis effossum perficitur igni. Genera eius quatuor. Viuum, quod græci apyron uocant, nascitur solidum, hoc est globosum. Cætera liquore cõstant, & conficiũtur oleo incocta, hoc effoditur, trãsluceťqꝫ & uiret. Alterum genus appellant glebam, fullonũ tãtum officinis familiare. Tertium genus Aegula uocať suffiẽdis, tamen lanis utile. quoniam cãdorẽ ac molliciẽ præstat. Quarto ad eclychnia maxime cõficiẽda utũtur. Sed tanta ei uis est, ut morbos comitiales deprehendat nidore igni impositum. Lusit & eo Anaxilaus in calice nouo pruna subdita circũferens, exardescẽtis repercussu pallorem dirum uelut defunctoꝝ effundente cõuiuiis. Aufert & lichenas e facie cum terebithi resina, & lepras. Harpacticon uocať a celeritate auellẽdi. auelli enim subinde debet dicitur & gregale, quod hoc genus cæteris uilius est. Papinius. Quiqꝫ cõminutis permutat uitreis gregale sulphur. habet & in religionibus locum ad expiãdas suffitu domos. Nulla res facilius accẽditur, ex quo apparet ignium uim magnam ei inesse. Fulmina & fulgura quoqꝫ sulphuris odorem habent, ac lux ipsa eorum sulphurea est. A sulphure sulphureus deduciť. & sulphuratum. Sulphurata enim dicuntur ligna exilia sulphure ab utraqꝫ parte intincta ad accẽdendas lucernas. Martialis. Qui pallẽtia sulphurata fractis permutat uitreis. Iuriscõsulti scribũnt materiæ appellatione carbones non cõtineri, nec titiones, alia ue ligna cocta, quæ fumum non faciant, nec sulphurata, licet de ligno sicco sint, nec quæ ad faces parata sunt. NOVVM. Magnum siue inopinatum. Nouum enim proprie diciť recens, & quod nuper fuit. Ouidius. In noua fert animus mutatas dicere formas, Corpora. & a græco deduciť, quod est νέον. interdum pro magno, ac mirando accipiť. Virgilius. Pollio & ipe facit noua carmina. Nõnunq̃ pro inopinato. idem. Quis furor iste nouus? Nouos etiam dicimus, quorum nulli maiores clari fuere, sed ipsi per seipsos clari esse incipiunt, & magistratus in ciuitate consequi. Cicero. Noui homines plurimi eosdem honores consecuti sunt. Ab hoc fit nouitas notæ significationis. & nouitium, ualde nouum. & noualis, siue nouale, de quibus superius diximus. & nouissimꝰ postremus a quo nouissime aduerbium postremo. & nuper, quasi nouiter. A quo nuperus recens. Plautus. Quo tu una nocte postulauisti, & die recens captum hominẽ nuperum, & nouicium. & noue aduerbium. idest præter cõsuetudinem. & nouo uerbum, hoc est nouum facio. A quo innouo, & renouo cõposita. & nouacula, culter rasorius, quod nouare, hoc est nouum facere uideať. & nouerca, quod noua superinducať a patre (ut superius diximus). Et uitricus, quasi nouitricus, qđ nouus superinducať. a matre enim uitricus, matris meæ uir, quẽadmodum inferius dicemus. & nugæ res inutiles, & ridiculæ, quasi nouigæ, hoc est nouæ & inauditæ. Nugas enim ꝓprie dicimus uerba inutilia. leuia. ridicula. unde & pro rebus etiam inutilibus usurpamus. Hinc fit nugor uerbum, quod significat falsa. leuia & inutilia loquor. & nugator, cuius fœmininum ẽ nugatrix. & nugax, qui nugis plenus est. & nugatio iocatio. & nugacitas pro nugatione. & nugatior, ac nugacissimus. & nugalia. hoc est nugationes. Gellius. Et alii alia quædam nugalia ꝓferebant. & nugigerulus, qui falsa, atqꝫ inutilia noua, uel res inutiles atqꝫ inanes apportat. & nugiuendus, qui rem aliquam mulieribus uendit. Nam omnia, quibus matronæ utũtur, ueteres nugas appellauere. Plautus. Nugiuendis res soluta est omnibus. ab hoc fit diminutiuum nugiuẽdulus. a νέον uero Neapolis dicitur, hoc est noua ciuitas. & neophytus nouellus, quasi νέον φυτὸν, hoc est nouũ germen. & neomenia nouiluniũ. & Neoptolemus proprium nomen qđ significat nouus miles. Fuit aũt Achillis filius ex Deidamia filia regis Lycomedis in Syro, cũ qua uirginali habitu concubuit. Virg. Degeneremqꝫ Neoptolemũ narrare memento. Hic postea a colore ruso dictus est Pyrrhus. nã græci πιῤῥὸν rufum dicũt. fuit rex Epiri ab Oreste iterfectus. Alter quoqꝫ Pyrrhus fuit Aeacidæ filius, rex Epiri. qui paternũ genus ab hoc traxit, maternũ ab Hercule. Hic cũ romanis bellũ gessit, & in pelopõneso dũ argos oppidũ oppugnaret, lapide ictꝰ iteriit, a quo pyrrhychiꝰ appellatus pes duabus breuibꝰ syllabis constans, quo frequens in ludis suis utebať. Pyrus uero Imbrasii filius, & Thracum rex fuit, qui cum ex Eno patria troianis suppetias tulisset a Thoante rege Etolorum in bello occisus est. Pyrrho aũt Helidensis philosophus, & Plistarchi filius fuit, quem Apolodorus priꝰ pictorẽ fuisse affirmat, postea audisse Anaxarchũ, adeoqꝫ aliqñ ira percitũ fuisse, ut sumpto ueru cũ carnibꝰ cocũ in forũ usqꝫ ꝑsecutꝰ sit. qñqꝫ etiam in Helide discipulorũ disputationibꝰ fatigatũ abiecto palio Alpheũ tranasse. Ab hoc pyrrhonii dicti sunt philosophi, qui a græcis σκεπτικοὶ, hoc est cõmẽtantes,

fruticatio ex arború radicibus. Ply. Fuere ab arborib⁹ cognomina antiq̃s. ut Frõdicio militi illi, q p̃clara facinora uulturnú tráſnatans fróde capiti ĩpoſita aduerſus Annibalé ædidit. Stolonú liciniæ gẽti. ita. n. appellat́ in ipſis arborib⁹ fruticatio inutilis. uñ & pãpinatio ĩuẽta pimo ſtoloni nomẽ dedit. Eſt. n. obiter pãpinatio. reſecatio pãpinoꝝ, hoc eſt uirgultoꝝ pcedẽtium ex arborib⁹. uitibuſq; cú foliis. uñ pãpineú dicim⁹, qđ totú ex pãpinis cõſtat. & pãpinoſum, qđ pãpinis eſt referctú. & pãpino reſeco. a quo expãpio cõpoſitú. & ſtult⁹, qđ pprie ſignificat ĩprudẽs. improuidus. Nam & multi non inſipiẽtes aliquãdo ſtulte aliq̃d, uel loquũtur, uel agunt. Ab hoc fit ſtultior. ſtultiſſim⁹. & aduerbia ſtulte. ſtulti⁹. ſtultiſſime. itẽ ſtultitia. & ſtultiloquus qui ſtulte loquitur. ſtultoꝝ feriæ appellabãtur quirinalia, ꝙ eo die ſacrificabãt ii, qui ſolẽni die aut non potuerant rem diuiná facere, aut ignorauerãt. quidam ſtultum a fatuo ita ſeparant, ut fatuus plus ſit q̃ ſtultus, hoc eſt inſipiens, & qui uel fari neſcit, uel alios fantes nõ intelligit. Afranius. Ego ſtultú me exiſtimo, fatuú eſſe non opinor. a fatuo fatue aduerbium. & fatuitas deducũtur. & fatua dea. & fatui. & infatuo, de quib⁹ ſupius diximus. Quidã ab inſipiditate fatuos dictos exiſtimãt, ꝙ fatui cibi uocẽtur, qui carẽt ſapore. Sed plane cõtrariú eſt. fatui cibi dicuntur inſipidi a fatuis, hoc eſt inſipidis, uel potius inſipiẽtibus hominib⁹. PROCACITATE. linguæ petulantia. NON EST TETTIVS ILLE SED CABALLVS. Non eſt Tettius cognomento Caballus, ſed ẽ uere caballus, hoc eſt non ẽſt homo, ſed bellua. Caballus equus ẽ. a quo caballinus. Perſius. Nec fonte labra prolui cabalino.

DE PORCIA. EPIGRAMMA. LXXI.

c ONIVGIS AVDISSET FATVM. Exẽplo porciæ docet uolẽti mori negari mortem nõ poſſe. in quo eoꝝ philoſophoꝝ opinioné ſequit́, q exiſtimarũt in rerú acerbitate, qeti animi morte eẽ cõſulẽdú. Porcia Catonis uticenſis filia fuit, & Bruti uxor qui Cæſaris interfector fuit. Húc cú audiſſet poſt p̃liú cum Auguſto, & Cæſarianis ĩ philippicis cápis cõmiſſum gladio ſibi morté cóſciuiſſe, mori & ipſa ſtatuit. Sed cú arma a domeſticis ſubtraherent́, hauſtis carbonib⁹, & obſtructo ore cõfeſtim extincta ẽ. FATVM. Morté. DOLOR. ipſa porcia dolore ob mariti necẽ affecta. SVBTRACTA. Quæ domeſtici & familiares, ne ſe interficeret, ſubtrahebãt. AIT. Dixit. Quidã hæc ita diſtingũt, ut pprie ait de iis dicamus, qui uana loquũtur. Dixit uero de iis q ualidiora. Terẽ. Quẽ amicú tuú ais fuiſſe iſtú, explana mihi. Aliqñ aio pro affirmo accipit́. idẽ. Ait, aio. negat, nego. CREDIDERAM SATIS HOC VOS DOCVISSE PATREM. Catonẽ uticẽſem. hic. n. cum poſt uictoriá Cæſaris mori deſtinaſſet, ſimul atq; aĩaduertit gladiú, quẽ parauerat, filii ſui iuſſu ablatum fuiſſe uocato ſeruo eú ſibi iuſſit reportari. Qua re intellecta, cú filius ad eú cú q̃buſdã familiarib⁹ ueniſſet, torua eú fronte Cato aſpiciẽs, Tu ne inqt ĩſanú me putas, qui nõ rõnibus, ſed ui me cõpellere niteris. Cur uero parẽtẽ nõ alligas? atq; in uinculis tenes? Sed nihil agis mihi crede. Neq; enĩ mihi ad morté, cú ita ſtatuero, opus eſt enſe. Nã ſi breui tpis ſpatio ſpiritú p̃cluſero, ſi parieti caput illiſero mori poſſum. ARDENTES FAVILLAS. igneos carbones. parté pro toto poſuit. hoc genus mortis (ut Plutarchus ſcribit) & Nicolaus philoſophus. & Valeri⁹ tradiderũt. I NVNC. Elegans loquẽdi modus, de quo ſuperius diximus, cum leue aliquod, ſeu ſtultum factum uolumus declarare.

IN MANCINVM. EPIGRAMMA. LXXII.

b IS TIBI TRICENI. Mancini auaritiá carpit, q ſexaginta familiarib⁹ ad cœnã uocatis, unú dũtaxat aprú appoſuerat, & eú pexiguú, nec ex eo qcq̃ diſtribuerat. Merito ergo imp̃cat́, ut deĩceps nullus ei ap, ſed ipſe apro dilaniãdus apponat́. PRAETER APRVM. excepto apro. Præter, p̃poſitio ẽ, accuſatiuo caſui ſeruiẽs, & a præ deducitur, ſicut a pro ppter. Significat aút idẽ fere, qđ abſq;, & ultra. & ante. & ſupra. & citra. ab eo fit cõpoſitú p̃terea, qđ ẽ aduerbiú ordinis. & p̃ter, ppter. de quo ſupra diximus. & p̃ter ſpem dicim⁹, ex inſperato. & p̃ter opinioné ex inopinato. NON QVAE DE TARDIS VITIBVS. De uitibus ex q̃bus uuæ tarde colligũtur & duraciná uuá intelligit, nõ q̃a uino inſignis ſit, ſed q̃a ſine ullis uaſis in uite ſeruat́, tãta ẽſt cõtra frigora, æſtus. tẽpeſtateſq; firmitas. Martia. Non utilis cyathis, & inutilis uua lyæo. Sed nõ potãti me tibi nectar ero. Auguſt⁹ in epiſtolis. Dú lectica ex regia, dú redeo panis unciá cú paucis acinis uuæ duracinæ comedi. Duracinæ a duricie, hoc eſt firmitate corticis dictæ ſunt. Duꝝ. n. pprie ſolidú, ac firmú dicim⁹. Virg. Sed duris genuit te cautib⁹ horrẽs Caucaſus, eſtq; ei⁹ cõtrariú molle. Sed p metaphorã durú aliqñ pro aſpo ac nocẽti ponim⁹. Lucil. Et ſæuo, ac duro in bello optimus hoſtis. Vir. Aut durú tineæ gen⁹. idem. Res dura, & regni nouitas me talia cogũt moliri. aliqñ p patiẽte, ac pſeuẽráte, idẽ. Scipiadas duros bello. interdú pro ĩmiti. crudeli. idẽ. Quid iuuenis magnú, cui uerſat ĩ oſſib⁹ ignẽ durus amor? Ab hoc fit p̃durus, hoc ẽ ualdedurus. & durities, hoc ẽ firmitas. ſoliditas. itẽ aſpitas. crudelitaſq;, quæ & duritia dŕ. & dure, ac duriter aduerbia, q̃ ita a q̃buſdã ſepant́, ut duriter ſit ſine ſenſu laboris. dure uero crudeliter. & dure in alterú. duriter in nos aliq̃d faciam⁹. Terẽ. Vitã parce, ac duriter agebat. & duro uerbú qđ aliqñ ſignificat firmo. ſolido. Ply. Qui aſſiduo labore, & partim æſtu. partim frigore durant corpora. Aliquãdo patiẽter ferrò. Vir. Durate &

uos met

uos met rebus seruate secūdis. nōnunq̃ ꝑseuero. Terenti. Non hercle hic, q̃ uult durare quisq̃ sic sit potēs. & durabile, qđ durare pōt, cuius cōtrariū ē īdurabile. itē a duro dureo, hoc ē durus fio, a quo duresco. itē cōposita induro, qđ est durū facio, cuius passiuū ē induror, & ab eo indureo, a quo induresco. obduro eiusdē significationis, a quo passiuū obduror, subduro parū duro, a quo subduror. TARDIS. Etiā ꝓ ꝑseuerantibus, & diuturnis possum⁹ accipere, nā tardū ꝓprie pigrū, & lentū dicimus. Virg Sæpe oleis tardi costas agitator aselli uilibus aut onerat pomis. per metaphorā tñ aliqñ ꝓ ꝑseueranti ac diuturno ponimus. Idē. media fert tristis succos, tardūq; saporē. aliqñ ꝓ dēso, & crasso. idē. udo sub robore uiuit stuppa uomēs tardū fumū. nōnunq̃ ꝓ rudi, & stulto. Idē. tardi uenere subulci. Teren. Tardus ē. i. stult⁹. ab hoc fit diminutiuū tardiusculus, & tardior, tardissim⁹, tarde aduerbiū, qđ & tardo dr̃, a quo tardi⁹, tardissime, & tardiuscule aduerbiū. Itē tarditas, lentitia, pigritia, q̃ & tarditudo, & tardities dr̃. Accius. Atq; eccos segni sōno & tarditudīe. idē, multa mittunt̃ tarditiæ & socordiæ. Plau. Deuicisti cocleam tarditudine. itē tardigradus, de quo superius dixim⁹, & tardiloquus, tardiloquētia notæ significationis. Itē tardo uerbū, qđ mō significat moror, tardus sum, modo remoror, qđ potius per cōpositionē retardo dicimus, a q̀bus tardatio, & retardatio. MELIMELA. Mala dulcia de qb⁹ supi⁹ dixim⁹, hæc a celeritate maturescēdi mustea dicunt̃, & a sapore mellis melimela, græci. n. μέλι mel uocāt, μῆλα mala, uulgo uero mala nana appellāt, qđ arbores ea ferentes pomiliæ sūt græci μέλι ꝑ simplex. l. scribunt, nos duplicamus ad differētiā, ut opinor ei⁹ aīalis, de quo superius diximus, qđ melis dr̃, & ꝑ simplex. l. scribit̃. maloꝝ plura genera sūt. Matiana. Gestiana. Māliana, a Matio, gestioq; & mālio appellata, qđ ii hmōi pomis inserendis īsignes fuissent. similiter ab appio e Claudia gēte appiana sunt cognominata, odor iis maxim⁹ ē fere cotoneorū, magnitudo nō multo īferior, sed Claudianis rubeus color. sceptiana a sceptio libertino eorū primo insitore, īsignia rotūditate. quiriana a quirio, & q̃ Cato tradit in doliis optime cōdi. scātiana. præterea parua gratissimi saporis petisia. Itē q̃ a patria nomē habent, camerina, & græcula, & a sentino patria mea sentīatia, q̃ uulgo ab Apēnino ad urbē saxoferratia dicuntur. Veteres ea a colore serica uocabāt, cætera a causis traxere nomē. rosea a colore, odoreq; rosarum, excellentia apud sentinates meos, & in alterū annū durantia, gemella q̄ nunq̃ fere singula ī fœtu nascant̃ ab appiorū similitudīe. melappia maiora appiis uulgo appionia uocata, a figura orbis ī rotūditatē circūacti, orbiculata, quæ græci a patria epirotica noīant, a situ, qđ fere ī oībus pomariis īserant̃ odore saporeq; īsignia paradisea. Nā græci παράδεισοι pomarium uocant, ab effigie māmarū Orthomastica. ὀρθὸν. n. græci rectū. μασὸν māmā appellant, a cōditione castrati semis spadōia, q̃ uulgo a capoꝝ similitudine capūcula uocitāt, a foliis Melgemella. foliū enim unū aliqñ & geminū erūpit e later̃ medio qđ celerrime ī rugas marcescāt, pānicea, quod stolide tumeāt. pulmonea uulgo cētū solida dicta q̃ prima adueniūt, & ueluti decerpi ꝓperant q̄si statim liq̄scentia. a farina farinacea uocant̃. oīa fere partib⁹, q̃ a sole fuerūt, aliquātulū rubēt ea qbus sanguineus ē color originē a mori īsitu habuisse existimāt. FAVIS. Melle recenti. Faui. n. ut superius dixim⁹ ꝓprie cellæ sunt, quas apes cōstruūt ut melle īpleāt a fouēdo dicti, qđ ī iis fœtus suos foueāt. Ply. Primū itaq; fauos cōstruūt, cærā fingūt hoc ē domos, cellasq; faciūt. Virg. Pars ītra septa domoꝝ narcyssi lachrymā & lentū de cortice glutē. prima fauis ponūt fūdamenta, deīde tanaces suspēdūt cæras, aliæ purissima mella stypāt. Ply. Iunior, bucellā panis dedit, & fauū mellis, hoc est frustū operis appiarii melle plenū. a fauus fit diminutiuū fauulus. Plau. Meus dulciculus fauulus, PIRA. Hoꝝ quoq; multa genera sūt. supba quæ a mosci odor̃ moschatula dñr, & a celeritate aduētus q̄si principat⁹ tenere uelint. supba, pua. n. hæc sunt, sed ocyssima. gratissimiq; & odoris. & saporis. moschū ignoratunt ueteres, nihilq; aliud ē, q̃ sanies animali, qđ arabes eodē noīe appellāt ignotū, id quoq; ueterib⁹ fuit paruū ē, muris fere effigie binos dūtaxat dentes in superiori mādibula, & totidē in inferiori habēs eosq; ad interiora recuruos. orit̃ in eius corpore appostēa sanguinolētū iuxta umbilicū, idq; putrescens cū pelle excidūt uesicæ īstar sanguine plenæ, qđ exsiccatū gratissimi odoris ē, & īter primas hoīum delitias hētur. cibis. unguētis medicinis passim adhibita. Muscus uero ē lanugo uiridior, q̃ ī fontiū marginibus frequens eē solet. Vnde muscosi fontes dicunt̃. Virg. Muscosi fontes, & sōno mollior herba. sunt secūdo loco crustumina oībus gratissima a crustumio agro thusciæ, ut quidā uolūt cognominata. franguntur facillime, unde uulgo a glacie nomē sumpser̃. proxima his bonitate falerna, rubiginosi corticis, sed a potu ita appellata, qm̃ mira uis succi abundat, qdā hæc ob eādem cām lactea uocāt, alii a colore Syriaca, uulgo nūc coroela dñr. præter hæc curmundula gratissimi & ipsa saporis, corticis tenerrimi, pp qđ a plerisq; nequaq̃ detracto corio eduntur. unde nomē hñt. itē decumana uulgo nota, qbus similia, sed differentia bonitate pseudo decumana appellant̃. dolobelliana lōgissimi pediculi ab īsitore dolobella, pomponiana, q̃ cognomine māmosa appellāt̃, a māmarū similitudine. liceriana. seueriana. generiana. tyrrānia na. fauoniana. rubra, & paulo superbis maiora. lateriana. aniciana. post hæc autūnalia acidu-

lo sapore iocũda, q̃ a Tyberiõ principe Tyberiana sunt dictá.patriæ nõia hñt amerina.picẽntina.numãtina.alexandrina.numidiana.græca.tarẽtina.signina,q̃ alii a colore testacea appellãt, sicuti onychia purpurea.ab odore myrrhappia.laurea.nardía a tpe hordeacea.a collo ampullacea. & coriolana,a forma cucurbitana,a succo acidula,incertã nõium cãm habẽt barbarica.uenerea,q̃ colorata dñr.regia,q̃ nimio pediculo ueluti sessilia sunt.patricia,uocõia, & quæ Vir.a Catone sumpsit.uolena.& semẽtina.& mustea,ẽ & aliud pyrorũ genus suauissimũ i hyemẽ durans succosum,grãde coloratũ.qđ põtificiũ dr̃.itẽ aliud quo nullũ inter oĩa sapore acerbius ẽ,si crudũ edat̃,nullũ iocũdius,si coctũ, amabilia hæc uocãt,uiridia sunt,&uisu quoq; horrida,durãt in alterũ annũ.fiũt ex iis coppuli,& pulmẽtaria,nullæ dapes æq̃ in p̃tio sunt. excellunt hæc maxĩe apud sentinates. p̃sertĩq; i paruo oppido nostro aqs undiq; circũfluentib⁹, qđ ex argumento ĩsulã Cẽtũperaneã uocãt,a quo & familia nostra perottoꝝ traxit cognomẽ, qppe pyra uulgo a sentinatib⁹,& fere p oẽm Italiã pera dicũt̃. dãt hæc pyra in ẽscã ægris cocta dũtaxat uel in uino uel ĩ sapa,& pulmẽtarii uicẽ iplent.pero aliqñ ,ppriũ nomẽ ẽ uiri,fuit hoc nomine Nelei filius,& frater Nestoris.aliqñ genus ẽ calciamenti rustici ex crudo corio. Nã perã ueteres pellẽ dicebãt pendentẽ a collo ad lũbos.Iuue. Quẽ nõ pudet alto p glaciẽ perone tegi.hinc peronatus deducit̃.Persius.Nauẽ si poscat sibi ponatus arator, hoc ẽ ponibus calciat⁹ a pera ẽt hoc est pelle.pera dicit̃ sacculi genus.hĩc perã uiatoriã uocamus,q̃ panẽ & aliqd obsonii gestare uiatores solẽt,quẽadmodũ poculũ uiatoriũ,quo uinũ.ab hoc fit diminutiuũ perula.RELIGATA LONGA GENISTA.Pira pediculo ligata suspendunt̃,ut in hyemẽ durẽt,q̃dã ẽt ut diximus toto ãno seruant̃,cõdunt̃ quoq; sæpe i cadis ut uuæ. GENISTIS. Genista arbor est uulgo nota,cuius florẽ tingẽdis uestib⁹ ueteres adhibebãt.idẽ apibus in cibo ĩgratissimus.semẽ eius in foliculis pasioloꝝ mõ nascẽs ellebori uice p uomitũ purgat drachma una & dimidia in aquæ mulsæ quatuor cyathis a ieiunis pota.græci hanc spartõ appellauere.de hac enim intellexit Homerus cũ inqt καὶ δὴ δοῦρα σέσηπε νεῶν καὶ σπάρτα λέλυνται,hoc est, & iã latera putrefacta,& nauiũ sparta soluta sunt.Neq; enim de sparto ĩtelligi põt, cũ nõdum africanũ,aut hispanũ spartũ Homeri tpibus in usu eẽt,nec añ pœnoꝝ arma q̃ primũ hoc hispaniæ intulerũt.herba hæc ẽ spõte nascẽs,& q̃ seri nõ põt,iũcus ,pprie aridi soli,ubi nec seri aliud nec nasci põt.in africa exiguũ,& inutile gignit̃.in hispania abũdãtius.hĩc strata rusticis eoꝝ, hinc ignes,facieſq;,hinc calceamina,& pastoꝝ uestes,hĩc ẽt sportæ,quæ & sportulæ dñr uasa, q̃si fiscellæ,in qbus cibi i quotidianũ usum dati ferri cõsueuerũt.pp qđ & ,p ipsis cibis ponunt̃.Iuuena.Nõne uides quãto celebret̃ sportula fumo.Item ,p pecuniis,q̃ cibarioꝝ loco qñq; dari solebant.Marti.Dat baiana mihi q̃drantes sportula cẽtũ.a sparto ãt nomẽ hẽt,qđ ex eo factitabãt. cũ ergo Homerus spartũ dixit,genistã intellexit.ex q̃ certũ ẽ funes, & lina piscatoria fieri. qdã tñ uoluerũt Homerũ hoc loco,nõ σπάρτα.sed σπαρτὰ scripsisse.qđ significat sata, & lina ĩtelligi uoluisse, q̃ serunt̃.e lino qppe nauiũ armamẽta apud ueteres facta fuisse mãifestũ ẽ. MALA PVNICA.Granata,quæ hoc cognomẽ sibi circa Carthaginem uẽdicarũt,ubi & multa & insignia nascunt̃.granata dicunt̃ a granis,hoc est acinis qbus sunt referta.grana &acini in eũdem sensum accipiunt̃,sed hoc ,pprie differũt,qđ granũ fere frugum dr̃,ut tritici, hordei,farris,& similiũ,a quo granariũ uocat̃,locus in quo frugũ grana reponunt̃ &granosum qcqd grana ĩtus hẽt.acini uero sunt cæteroꝝ fructuũ,utputa uuæ,baccharũ,leguminũ, & alioꝝ hmõi. tñ hæc sæpenũero cõfũdũt̃,&granũ accipit̃ gñaliter,p oĩ eo,qđ græci uocãt coccũ,uñ coccũ ilicis granũ uocamus,a quo coccinũ & coccineũ,de qbus superius dixim⁹,&granũ gnidiũ,qđ aliq linũ uocãt in asia,& græcia nascẽs paruo frutice,specie rotũdũ,colore rubrũ,minusq; q̃ pip, sed caliditate multo ualidius,q̃pp cũ deuorãdũ dat̃ cũ pane,aut adipe sumit̃.alioqn gulã adurit,inter punica mala genus ẽ,qđ apyrinũ uocat̃,cui lignosus nucleus abest,uñ nomen hẽt ab a priuatiua p̃ticula,& p̃yrin, qđ græce paruum nucleũ significat,q̃lis ẽ oliuæ. Martia.In momẽtanis tuberes,& apyirina ramis.Itẽ alia dulcia sunt,alia acria,alia mixta,alia acida,alia uinosa.flos eoꝝ balaustiũ uocat̃,& medicinis,& tingẽdis uestib⁹ idoneus. Vñ color hmõi Balaustinus uocat̃. corticibus quoq; eoꝝ q̃ acerba sunt ad p̃ficiẽda coria utunt̃. Vt ãt conseruari hæc mala melius possint ĩdurant̃ feruente aqua marina,mox triduo sole siccant̃, postea suspendunt̃ ne nocturno rore madescãt.cũ libet uti,aq̃ dulci pluunt̃. IMITATA BREVIS ROSAS. Quæ similitudinẽ hñt breuiũ rosarũ,etenĩ flos mali punici,exiguæ rosæ simile ẽ.germinat.n.uterq; flos, p̃rio ĩclusus granoso cortice, quo mox ĩtumescẽte,& in uirides alabastros fastigato paulatim rubescẽs dehiscit, ac sese pãdit ĩ calices,medio sui conplectẽs uel luteos, uel purpureos apices. BREVIS.Paruas breue ,ppriũ ẽ,qđ lõgo opponit̃, dr̃q; a græco βραχύς,a quo brachia ĩdumẽti gen⁹ p̃udẽda maxĩe tegẽs. uñ brachati galli dñr,& βραχίων brachiũ,& brachycatalectõ, qđ breuis d̃sinẽtia ĩterp̃tari p̃t,& brachyologia breuiloquiũ,siue breuiloq̃ntia,a breuis fit breuior breuissimus.breuiter.breuius.breuissime.breui aduerbiũ ,p breuiter.Martia.Quib⁹ remissum corpus astringẽs breui. breuitas.breuiloquus. breuiariũ cõpendiũ, hoc est liber,ĩ quo uel res

gestæ, uel aliud q̃ppiã breuiter cõp̄hensum est: & breuio uerbũ, a quo cõpositum abbreuio. FISCINA. Instrumẽtũ rusticũ, de quo superius diximꝰ, aptũ ferẽdis e rure fructibꝰ, cuius diminutiuũ est fiscella. in hac portari recẽtes casei cõsueuerũt, a quo fiscelli appellati sunt casei mollis appetitores, sicuti Catillones catillorũ liguritores, uñ & lupũ piscẽ a nimia uoracitate catillonẽ ueteres nũcupauere. METAS LACTENTES. Caseos recẽtes, a metarũ .n. figura casei metæ lactis appellant̃. lactentes ãt dicit q̃si adhuc lac sugẽtes, & nõdũ ĩ totũ coactos. OLIVA. Fructus oleæ. ꝓprie .n. olea arbor ipsa ẽ. oliua fructus. oleũ succus, q ex oliua exprimit̃, legimꝰ tñ & oliua de arbore. Vir. Incũbens tereti damõ sic cœpit oliuæ, hæc ãt oĩa a græcis sumpta sunt, q ἐλαίαν oleã. ἐλάαν oliuã. ἔλαιον oleũ dicũt. olearũ genera tria Vir. Posuit. orchitẽ. radiũ posiam. alii liciniã. sergiã. neuiã. cominiã. cõtiã. albicerã. Itẽ alia genera addũt sergiã, sabini regiã uocãt cuiꝰ fructus nõ añ fauonii flatũ nigrescit, hoc ẽ ad .vi. idus februarias. alii hãc maiorinã uocãt. alii bãbiã. quãto maturior ẽ oliua tãto piguior succꝰ, sed minꝰ gratꝰ. optĩa ãt ætas ad decerpẽdũ ẽ ĩter copiã, bonitatẽq; cũ bacca ĩcipit nigrescere. has nr̃i drupas uocant, græci drypetas. oliuæ cõstãt nucleo oleo. carne. amurca. hæc sanies est eiꝰ amara, q̃ ex aq̃s ꝓuenit, iõ siccitatibus nimia ẽ, riguis copiosa. suus oliuæ succus oleũ est. optimũ fit in uenafrano agro cãpaniæ ubi uenafrũ ẽ oppidũ, cuiꝰ odor ẽ unguẽtis accõmodatissimꝰ. Martia. Hoc tibi cãpani sudauit bacca uenafri unguẽtũ quotiẽs sumis & istud olet. oleæ honorẽ romana maiestas maximum p̄buit turmas eq̃tũ idibꝰ Iuliis ex ea coronãdo. Itẽ minoribꝰ triũphis ouãtes. athenæ quoq; uictores olea coronabãt, & græci olympiæ oleastro. olea siluestris hæc ẽ, ab olea nomẽ habens. oleo natura ẽ tepefacere corpꝰ & cõtra algores munire. iõ ĩstitutũ a græcis, ut ĩ gymnasiis athletarũ corpora ungerent̃, q̃d tãta luxuria factitatũ est ut aliq̃ñ magistratꝰ honoris eiꝰ octogenis sextertiis strigmẽta olei uẽdiderit. fit & fictitiũ oleũ e diuersis arboribꝰ, herbisq;, & aliis rebꝰ, ut puta ex oleastro, q̃d oleastrinũ dr̃, ex chamælea frutice saxoso, nõ altiore palmo, folia oleastri baccasq; hñte. e cyri altero frutice, quẽ alii scotõ, alii rhibĩ, alii sisamõ siluestre appellãt folio uitiũ, caule ferulaceo semĩe ad similitudinẽ ricini, uñ & ricinũ hũc fruticẽ uocãt. coq̃t̃ id semẽ, in aqua, ĩnatãsq; oleũ tollit̃ q̃d cocynũ appellat̃. ex amygdalis amygdalinũ, q̃d & metopũ dr̃, ex lauro laurinũ, ex myrto myrtinũ. & oxymyrsine, siue chamæmyrsine oxymyrsinum, q̃d & chamæmyrsinũ, ex citro citrinũ, e cup̄sso cup̄ssinũ, e nucibꝰ iuglãdis, q̃d caryniõ nũcupãt, e lini semine lineũ, e malis cedri cedreleõ, e grano cnidio cnidiũ, e lẽtisco lẽtiscinũ, e cypro arbore cyprinũ. indi ẽt e castaneis, & sisama & oriza facere castaninũ, & orizinũ, & sisaminũ dñr ichthyophagi, e piscibꝰ piscininũ. aliq̃ñ & e foliis platani factũ ẽ luminũ cã pp olei inopiã, ex oenãthe de q̃ dximꝰ, oenãthinũ, e sansuco sansucinũ. Itẽ fit ex cardamomo, meliloto. nardo gallica. panace. helenio. cinami radice, oĩum succis ĩ oleo maceratis, exp̄ssisq;, sic rhodinũ, siue rosaceum e rosis, iũcinũ e iũco, q̃d ẽ rosaceo simillimũ. Itẽ hyoscyamo. lupinis, & narcisso plurimũ etiã ĩ ægypto e raphani semĩe, aut gramĩe, q̃d cortinõ uocãt. Itẽ e sisama, & urtica mixtis, q̃d agrostinũ appellãt. e Lilio Lilinũ. suis p̄terea herbis ĩter cappadociã, & seleuciã, q̃d seleuticũ dr̃ neruis admodũ utile. ĩ Italia e gũmi, q̃d gũminũ, e pice q̃d picinũ appellãt. spõte nascit̃ ĩ syriæ maritimis, q̃d elæomeli diximꝰ uocari. fluit itẽ e petris q̃busdã, q̃d & petrelæõ dr̃. est p̄terea oleũ oenãthinũ, cuiꝰ ĩ medicĩa idẽ affectꝰ, q rosacei. fit ex florescẽte uua labruscæ q̃ oenãthe dr̃. omphacinũ oleũ ẽ, q̃d ex oliua ĩmatura fit, hoc oĩum optimũ, atq; utilissimũ ẽ, etenĩ omphaciũ ꝓprie dicimꝰ, q̃d fit ex uua acerba, hoc mõ decerpit̃ uua, q̃ñ ẽ ciceris magnitudĩe, añ cãis ortũ, eiusq; melligo, & totũ corpus sole coq̃tur, nocturni rores cauent̃. addit̃ aliq̃d salis ĩ fictili cõdita melligo colligit̃, optĩeq; cyprio ære seruat̃. fit & alio mõ ĩ mortariis uua ĩmatura territ̃. siccataq; in sole digerit̃ ĩ pastillos. omphaci uocabulũ a græcis sũptũ ẽ, apud quos ĩmatura uua dr̃. ὄμφαξ olei fex, q̃ amurca dr̃, ad multa utilis ẽ. dolia olearia, cadiq; ea ĩbuunt̃, ne bibãt oleũ. eadẽ subigunt̃ areæ terẽdis messibꝰ, ut formicæ, rimæq; absint, & similiter lutũ parietũ, & tectoria, & pauimẽta horreoꝝ frumẽti, uestiariũ ẽt cõtra teredines, & noxia aĩalia amurca asp̄git̃, semĩa frugũ p̄fundunt̃, lora ẽt, & coria oĩa, ac calceamĩa axesq;, & æramẽta cõtra eruginẽ, postrẽo ligna macerata amurca sine aliquo fumi tædio ardẽt. ab oliua oliuetũ deducit̃ locus, ĩ quo oleæ cõsitæ sunt, & oliuitas fructus olei. Varro de oliuitate oleas exui optĩe cõscribit Cato, & oliuum oleũ, & oliuo uerbũ, q̃d ẽ oliuarũ uĩdemiã ago, siue oliuas colligo. Ply. Quippe oliuãtibus lex antiq̃ssima fuit, oleã ne stringito, ne uẽ uerberato, & oliuita olei uindemia. ab olea uero oleagius, sicut a fago faginus. uñ oleagĩæ coronæ appellatæ, & oleũ a quo olearíꝰ. olearia. oleariũ, uñ oleariã cellã, & olearia ĩstr̃a dicimꝰ. Itẽ olearios, q oleũ uel faciũt uel uẽdũt. p̄terea ab oleũ oleo uerbũ, q̃d & olo ueteres dixerũt, significatq; odorẽ reddo, uel bonũ uel malũ, cũ cõpositũ ab eo redoleo ĩ bonã sp ptẽ accipiat̃. tractũ ãt ab eo ẽ, q̃d oleũ ĩueterascẽs asp̄iorẽ hẽre odorẽ ĩcipiat, uetustas .n. tædiũ affert. hĩc olẽtica mali odoris loca dñr, & olidũ, q̃d odorẽ hẽt. Mart. Olidæq; uestes murice, & oletũ stercus humanũ, Veraniꝰ sacerdotula ĩ sacrificio fecit oletũ, ab hoc fit cõpositũ olfacio, q̃d & odfacio ueteres dixere. Itẽ adoleo, q̃d mõ significat accresco, qa

crescẽtes pueri,cũ primũ puberes fiũt olere hircũ ĩcipiũt,pp qd̃ hirqtalli ut superiꝰ diximꝰ sunt appellati.hic adolesco,a quo adolescẽs,cuiꝰ diminutiuũ ẽ adolescẽtulꝰ,& adolescẽtia,& adultus deducũť,& adolescẽtior uerbũ,qd̃ significat luxurior.Varro.Id eqdẽ ut faciat cẽseo,qm̃ tu quoq; adolescẽtiaris.itẽ adolescẽturio,qd̃ adolescẽtiũ more facio,siue ĩ adolescẽtiã redeo.Laberius.ĩcipit adolescẽturire,& nescio qd nugarũ facere,mõ adoleo accipiť ꝑ sacrifico,q̃si odorẽ diis p̃beo.Vir.Verbenasq; adole pĩgues,& mascula thura,qm̃ uero sacrificiũ urendo fieri cõsueuit,adoleo ẽt ꝑ uro aliqñ accipiť.Varro.Cũ ĩtestina adoleuissent partẽ diis obtulerũt,partĩ ipsi cõsũpsere.Vir.Adolescũt ignibꝰ aræ.Itẽ ob eãdẽ rõnẽ ꝑ colo usurpať.idẽ,cura penũ struere & flãmis adolere penates.p̃terea ab oleũ,fit & aliud cõpositũ aboleo,qd̃ ẽ deleo, ac prorsus oblittero,ut ne odor qdẽ eius relinq̃tur,& exoleo,a quo exolesco,qd̃ ẽ adolescere,hoc ẽ crescere desino, a quo exoleti dicti scorta mascula iã adulta,&fere dimissa,qd crescere desierũt.aliqñ ẽt exoleo ꝑ cresco accipiť,uñ & exoletũ adiectiuũ ꝑ adulto accipimꝰ.Plau.Reliq̃ domi exoletã uirginẽ,& obsoleo ex ob & oleo.s.littera ĩterposita,qd̃ similiter significat reiicior. dimittor Cic.Obsoleuit iã ista rõe multo magis q̃ uerbis refutata,&suboleo,qd̃ significat parũ oleo.Accius.elẽgãs ẽ,myrrhã subolet.Itẽ ab oleo fit inoleo,qd̃ significat cresco,inualeo, a quo ĩolesco Vir.Vdoq; docẽt ĩolescere libro,& ĩdoles q̃ ĩ pueris,atq; ĩ adolescẽtibꝰ ẽ significatio q̃dã,&q̃si odor futuræ uirtutis.Cicero.Vt.n.adolescẽtibꝰ bona ĩdole p̃ditis sapiẽtes senes delectanť.in uiris ãt ẽ signũ,& q̃si odor p̃sentis uirtutis.Idẽ,hoĩes ĩ qbus ẽ uirtutis ĩdoles cõmouenť.Lucanꝰ.ĩdole si dignũ latia,si sanguine prisco robur inest aĩs.indole ĩqt q̃si generositate q̃dã uirtutis,atq; aĩ.aliqñ ẽt ĩ malã ptẽ ĩdoles usurpať.Liuiꝰ de Annibale,sic cũ hac ĩdole uirtutũ,atq; uitiorꝫ triẽnio sub hasdrubale ĩpatore meruit.trãsferť quoq; ad muta,atq; inaĩata.Idẽ.sicut ĩ frugibꝰpecudibusq; nõ tm̃ semĩa ad obseruãdã ĩdolẽ ualẽt, quãtũ terræ ꝓprietas,cœliq;,sub quo alunť.sunt tñ q oleo uerbũ nõ ab oleũ,ut supius diximꝰ deductũ putãt, sed ἀπὸ τοῦ ὄζειν qd̃ olere ẽ,a quo & odoro uerbũ deriuatũ existimãt notæ significatiõis,& odor siue odos,a quo odoratꝰ,odorificus,de qbus supius diximꝰ.Itẽ odorabilis,hoc ẽ odorẽ reddens,& odoramẽtũ,qd̃ odorãdi gr̃a tenemꝰ,sicut unguẽtũ,qd̃ cã ungẽdi.DE CADIS PICENIS.de uasibꝰ,ĩ qbꝰ picenæ oliuæ cõdunť.ex oĩbus.n.italicis oliuis picenæ,& sidicinæ apud ueteres maxĩe cõmẽdabãtur,sicut nũc pp magnitudinẽ & carnositatẽ bononiẽses.picenæ ptim sale cõdiebanť,partim oleo suo sine aliq̃ arte,sua cõmẽdatiõe puræ innatabãt.q̃dã frãgebanť,& herbarũ uiridiũ condiebanť sapore.ob id colymbades uocatæ ἀπὸ τοῦ κολυμβᾶν, qd̃ ĩnatare ẽ nã pp lenitatẽ urinabãt.fiebãt & p̃coces feruẽti aq̃ ꝑfusæ,q̃uis immaturæ eẽt.Cato.Nõ alio mõ cõdi laudat oliuas,q̃ uel ĩ muria uirides,uel fractas ĩ lẽtisco.NVDVS APER.subĩtellige appositꝰ ẽ.NVDVS.Solus, sine aliarũ dapiũ apparatu.solidos.n.apros apponere ĩ cõuiuiis ueteres solebãt.primus romanorꝫ solidũ aprũ ĩ epulis posuit.P.Seruilius rullus.pater eiꝰ rulli,q Ciceróe cõsule legem agrariã ꝓmulgauit.postea bini & terni simul apri uno cõuiuio cõsumpti.Iuue.Quãta ẽ gula q̃ sibi totos ponit apros.POMILIONE.Nano.nani.n.sunt hoĩes puæ nimis staturæ,paululũq; supra terrã extãtes,qd̃ uocabulũ græcũ eẽ cõstat.latini eos pomilios siue pomiliones appellãt & ĩ fœminino pomilias.Frõto philosophus nani appellationẽ barbarã esse existimauit. nanũ græci uas aquariũ uocãt humile & cõcauũ,qd̃ uulgo situlũ barbatũ appellãt.hĩc pomiliões ẽt nanos uocitauere.Domitianꝰ ĩ spectaculis suis pomilionũ ædidit pugnã.Papinius.Hic audax subit ordo pomilionũ.romani hoc genꝰ hoĩum ĩ delitiis habuere sub diuo Augusto minimꝰ hõ fuit canopus noĩe ĩ delitiis Iuliæ neptis eiꝰ, cuiꝰ lõgitudo duos pedes, & palmã nõ excedebat,&eiusdẽ fere lõgitudinis mulier andromeda,q̃ Iuliæ augustæ liberta fuit.Maniũ maximũ &.M.Tulliũ eqtes romanos binũ cubitorꝫ fuisse.M.Varro cõmemorat,q̇ mortui longissimis tpibus ĩ loculis sunt seruati.nos pomilionẽ habemꝰ Hectorẽ noĩe ãnos nũc duodeq̃draginta natũ,sed aspectu talẽ,ut ab oĩbus puer,& nõdũ duodecimũ ætatis ãnũ excedẽs iudicari possit puberẽ alioqn &ꝓpẽsioris ĩ mulieres libidĩs,ĩgeniosum.p̃terea & citra scurrilitatẽ dicaculum sexqpẽdales gigni quosdã ĩ triatu iplẽtes uitæ cursũ coptũ ẽ.eutrapelos græci uocãt a corporis dxteritate,nã ꝓprie eutrapeli apd̃ eos dñr,q facilitate q̃dã morꝫ p̃diti sũt, hoc ẽ lepidi,elegãtes,ĩ latino nomẽ ñ hñt.INDE.Deĩde pꝰ aprũ.s.TANTVM.Solũmõ.ARENA.Amphitheatrũ.CVI CHARIDEMVS.Scilicet positꝰ fuit.cõstat.n.charidemũ dãnatũ a Domitião aprorũ dentibus dilaniatũ fuisse.

AD STELLAM.EPIG.LXXIII.

ASCIVOS LEPORVM CVRSVS.Iocaťcũ stella facete eũ monẽs,ut si nimiũ uř
1 qd' bis de lepoř scripserit,ip̃e quoq; paria faciat,& bis ei leporẽ ĩ cõuiuio ponat.MA
IOR ET MINOR CHARTA.Vel maiora uel minora epigrãmata,q̃ de eadem re
scribunť,uel maior.& minor scheda.Est.n.scheda foliũ chartæ siue papyri nõdũ cõ-
pactũ & ligatũ,qd̃ & phyllurã græco uocabulo nũcupamꝰ.Ply.sed rõ dep̃hẽdit uitiũ uniꝰsche
de reuulsiõe.qdã detracta aspiratiõe scedã scribũt.Quinti.Nã q oẽs ẽt ĩdignas lectione,scedas
excutit,anilibꝰ quoq; fabulis accõmodare operã põt,schedia.n.nauigii genꝰ ẽ icõditum, & tra

bibus

bibus tm̄ iter se cōnexis factū, q̄lē supra dixim⁹ ratē eē. uñ schēdia icōdita, &extparia carmina dñr, q̄ nr̄i siluas appellāt, &græci σχεδιάζειν usurpāt ꝓ eo qđ ē extēpore dicer̄, & schediō uocāt qđ ex tpe cōpositū est, q̄si dūtaxat i schedis scriptū. Martia. Ohe iā satis ē, ohelibelle. tu ꝓcedef adhuc, & ire q̄ris. nec sūma potes i scheda teneri, maior ergo & minor scheda est ꝓut plura, aut pauciora epigrāmata continet.

DE LIBELLO SVO. EPIG. LXXIIII.

EDITA NE BREVIBVS. Eodē fere argumēto ludit, pp qđ nōnulli hoc distichon supiori epigrāmati adnectūt. ne forte inqt suscept⁹ a me labor scribēdi epigrāmata pp libelli paruitatē peat, idē poti⁹ sæpius repetat̄. CVRA AEDITA. Studiū ipensū BREVIBVS LIBELLIS. Propter breuitatē librorꝶ. DICATVR POTIVS TON TAPAMIBOMENOS. Hemistichion, hoc ē medi⁹ uersus ē Homeri τὸν δ᾽ ἀπαμειβόμενος qđ significat huic āt respōdēs, & a Marōe nr̄o iterp̄tat̄, huic cōtra. hoc hemistichiō Homer⁹ frequētissime repetit. ē ergo sensus, repetat̄ poti⁹ a me id sæpi⁹, ut ab Homero fit hoc hemistichiū, q̄ liber ob nimiā breuitatē pereat.

AD HEDYLVM. EPIG. LXXV.

VM DICIS PROPERO. Ex ꝑsona sua notat eos, q nimio coitu exhausti, & ipotentes facti, exercere tñ libidinē nō cessant. PROPERO FAC SI FACIS. Verba sunt Hedyli dū cū eo coit Martia. Et ē sensus, cū dicis mihi coeunti tecū hæc uerba. ego ꝓpero, hoc ē mihi ꝓpere abeūdū ē. fac si facis, hoc ē exple opus, si potes explere. Est. n. cōis hic loquendi modus. FAC SI FACIS. Expedi, ꝑfice coitū, si potes. facere. n. ut supius diximus coire est. VENVS. Libido, coeūdi appetitus, quēadmodū superius diximus. DEBILITATA. Exhausta, ifirmior facta ob nimiū coitū. LANGVET. Deficit. dissoluit̄. hoc. n. accidit hoībus nimio coitu debilitatis, ut ēt uerbis a coeūdi libidine auocent̄. PROTINVS. Statim quasi porro tenus. Vir. Protinus ad regē cursum detorquet hiarbā. aliqñ tñ ponit̄ ꝓ consequenter deinceps. idē, protinus aerei mellis cælestia dona exequar. interdū ꝓ iugit̄ cōtinue. idem, traiecto missa lacerto protin⁹ hasta fugit, seruatq; cruenta cruorē. nōnūq̄ ꝓ lōge porro. idē. cornuq; recuruo tartareā itendit uocē, q̄ protin⁹ oē itremuit nem⁹. qñq; ꝓ ualde. idē. En ipse capellas ꝓtinus æger ago. Itē ꝓ oīno sicut penitus. Idē. cū ꝓtinus utraq; tellus una foret. qñ āt huic aduerbio addit̄ negatio, significat nō iō, quēadmodū fit i cōtinuo, & statim. Quintil. Nō āt ut qcqđ p̄cipuū necessario ē, sic & efficiendū oratorē maximi ꝓtinus erit momēti. eādēq; uim & interrogatio hēt. idē cōtinuo si ille stulte cogitauit nobis quoq; stulte dicēdū ē, i. nō iō. protinā etiā ꝓ ꝓtin⁹ iuenit̄. Ter. Protinā cōiiciā me i pedes. IVBE EXPECTARE. Iube me lētē facer̄, ne cogitatōe festiatōis aīus, a libidīe, auocet̄. SI PROPERAS. Abscedet̄. NE PROPEREM Facē

DE DIAVLO. EPIG. LXXVI.

VPER ERAT MEDICVS. Idem plane argumētum est, quod quinquagessimi noni epigrāmatis de Chirurgo.

DE LEPORE ET LEONE. EPIG. LXXVII.

ICTIBVS HIS TAVROS. Idē argumētū qđ superiorū duorꝶ epigrāmatū, hoc ē. xxxv. &. xliii. de lepor̄ ludēte i ore leōis. MAGISTRI. Dōitores leonū. RICTIBVS. Rostris buccis, quemadmodū superius dixim⁹. FVGAX PRAEDA. Elegantet leporē descripsit, nā & fugacissimum aīal est, & oīum p̄dæ nascēs. NEC NIHIL REFERT. Et alī qd refert a leone hoc. s. ꝙ reddit audacior, & ex audacia fit celerior. mirū dictu nō mō nō obesse leonē lepori, sed ꝓdesse. SOLA ARENA. In q̄ nullæ sint feræ seuientes. CONDITVR. absconditur, seruat̄. CAVAE. Receptaculo, cauū dr̄ ꝓprie cōcauū, uacuū, & a Chaos deducit̄, qđ quasi uorago q̄dā erat inanis & uacua. Vir. Tū dea nube caua tenuē sine uirib⁹ umbrā. idē hæc ubi dicta cauū cōuersa cuspide mōtē, impulit i latus. a cauū cauea deducit̄, q̄ ꝓprie significat locū sub terra uacuū, atq; obscurū, qm̄ āt i hmōi locis esse cōsueuerūt ferarū cubilia, caueas ꝓ ipsis ferarū receptaculis frequēter usurpamus, & ab harū similitudine ꝓ septis ex ligno, siue ex ebore, aut aliquo metallo factis, in qbus auiculas tenem⁹, quas uulgo ēt caueas uocāt. Marti. de cauea eburnea. si tibi talis erit, q̄lē dilecta Catullo lesbia plorabat, hic habitare pōt. Itē caueā uocamus fossam sub terra factam tectā tñ superius. Itē areā in medio theatri, in qua eqtū subsellia cōstitura esse consueuerūt, ꝙ uelis tecta, caueæ similitudinē haberet. Virg. Hic totū caueæ consessum. Itē a cauum caula stabulū, in quo pecudes recondunt̄, qđ antiquitus ante usum tectorū oues antris teneri solebant. & caudicariæ naues, qđ ex lignis grossioribus cauatis fierent. cauda ꝙ intus caua sit. est. n. cauda pendens posterior pars. quæ oībus aīalibus est p̄ter hoīes, & simias. Veteres etiā aliqñ codam dixere, a qua caudati, & codati dicti, qui caudas habent, & caudecæ cistellæ appellatæ sunt ex iunco a similitudine equinæ caudæ factæ. Itē cauiares hostiæ, quod cauæ. erant enim partes hostiæ caudatenus, quæ in sacrificio pro collegio pōtificū quot ānis ponebantur. Item cauerna quā græci cryptā dicunt, hoc est concauitas quædam terræ uacua atq; obscura, unde cauernosum locū dicimus passim uacuū, & ueluti cauernis plenū. Item a cauum cōcauū hoc est uacuū sinuosum, a quo concauitas, & cauo uerbū, qđ est fodio euacuo a quo recauo & excauo deducuntur, a quibus recauatio, & excauatio. TANTA FIDE. Tā cer

tã spe salutis. IMPROBE PROCAX. Proterue, qui luderẽ cum leone audes, uel improbe, hoc est callide. astute.

AD LICIANVM. EPIG. LXXVIII.

IR CELTIBERIS. Licianũ celtiberũ tædio urbis i hispaniã redeũtẽ, repetita locoꝝ illorũ amœnitate laudat, & ociũ, ac trãquillitatẽ uitæ more suo cõmendat. carmẽ ẽ dicolõ distrophõ, primus uersus est Iambicus Hipponacti⁹ trimeter acatalecticus, cõstans sex iambis, recipiensq; ẽt spondeos ĩparibus sedibus. secundus est, iambicus archilochius dimeter acatalecticus cõstans quatuor iãbis admixto interĩ imparib⁹ sedibus spondeo. NON TACENDE. Laudibus ꝓsequende. tacere ꝓprie est nihil loq. Neuius. Hic loqtur, ille tacet, qm̃ uero cũ aliqd laude dignũ uidemus, tẽperare nobis nõ possumus. q̃n illud laudemus, & e cõtrario malefacta nõ laudamus, inualuit cõsuetudo, ut tacenda pro nõ laudãda accipiamus, & econtrario nõ tacenda ꝓ laudãda. itẽ qm̃ qui securi sunt, nullã quærẽdi cãm habẽt tacere aliqñ usurpam⁹ ꝓ eo qđ est securũ esse. Terẽ. Quin taces? Nã cũ ille inferat, dicã, manifestũ est nõ silentiũ, sed securitatẽ ĩpetratã fuisse, dicimus ẽt tacere de iis, q̃ uocẽ nõ habẽt. Virgi. totũq; ꝑrat luminibus tacitis. Idẽ. cũ taceat oĩs ager. tacere. n. ꝓ quiescere capiť. Vnde tacitũ mare uocamus, cũ placidũ est, & nullis fluctibus agitať, & a taceo taciturnus deduciť, q natura facile tacet, & tacitus, q scit tenere secreta, a taciturno tñ fit taciturnitas, quæ est obseruantiæ genus in silendo constituta, & in cælãdis secretis. Teren. Sed iis quas sp in te intellexi sitas fide, & taciturnitate, & taciturnulus diminutiuũ. Apule. Blãda mulier & taciturnula. Itẽ a taceo tacite aduerbiũ, hoc est cũ silentio siue quiete. ꝑterea cõposita reticeo, qđ ꝓprie de iis dr̃, quæ dolorẽ siue solicitudinẽ afferunt. Teren. Ne uerere ne retice. obticeo de his quæ pudet nos loqui. Idẽ. Virgo ipsa scissa ueste lachrymãs obticet. conticeo simul taceo, a quo cõticesco & cõticinium pars noctis, in qua oẽs tacẽt, ut superius diximus. subticeo. taceo, a quo subticesco. CELTIBERIS. Iberus fluuius est hispaniæ, a quo iberi dicti sunt hispani, q utranq; ibero ꝓpinquã regionẽ usq; ad maritima incolunt. & iberia ꝓprie ea pars hispaniæ, quæ ĩtra iberũ continef, quãuis generali uocabulo iberia ꝓ hispania capiaf. hãc regionẽ celtæ galloꝝ populi relicta quõdam ꝓuincia habitauere. Vnde cõposito ex utraq; gente noĩe celtiberi appellati sunt, & regio eorũ celtiberia, hi quõdã oĩs ĩmanitate superare sunt crediti, & regio eoꝝ magna ex pte inculta erat & aspera, & amniũ alluuionibus uasta, qđ p eã anas deferť, & tagus, & cõplura alia flumĩa, quæ occasum uersus in oceanũ erũpũt. originẽ ex Iberis agris habẽtia, quoꝝ pp numantiã fluit. postea ad mãsuetiorẽ cultũ redacti sunt. eoꝝ nobilissima ciuitas numãtia fuit. a q̃ numãtini, q̃ circa uiginti ãnos bellũ cũ populo romano gessere. tandẽq; a scipiõe capti, ac deleti sunt, unde scipio ipse Numãtinus ẽ dictus. a celtibero celtibericus deduciť. Vñ celtibericũ bellũ, & celtibericã cladẽ dicim⁹. NOSTRAE. Ex q̃ originẽ habem⁹. a nos noster deducitur, a noster uero nostras, qđ significat e nostra gẽte uel patria, nos ab eo ꝓnoĩe, qđ est ego sicut uos ab eo ꝓnoĩe qđ est tu, a quo uester & uestras in qbus illud aĩaduersione dignũ est (ex quo licet facere cõiecturã uocabula latine linguæ magis naturalia & rõne inuenta q̃ fortuita, siue arbitraria esse) qđ cum nos dicimus motu quodã oris cõueniẽte cũ ipsius uerbi demõstratiõe utimur. qppe labia sensim, ac spiritũ uersus eũ mouemus, cũ quo loqmur. & ecõtrario cũ dicimus nos neq; ꝓfuso itẽtoq; spiritu, neq; extẽsis labiis ꝓnũciamus sed spiritũ, & labra q̃si intra nosmetipsos coercem⁹. hoc idem fit in tu & ego & tibi & mihi, & tuus & meus cæterisq; ab iis descendẽtibus. Nam sicut cum ãnuimus, atq; abnuimus motus ille uel capitis uel oculorum, a natura rei, quã signat, non abhorret, ita in iis uocib⁹ q̃si gestus qdã oris & spiritus uideť eẽ naturalis. Veteres his ꝓ nobis scripsere. sicut tin ꝓ eũ. HISPANIAE. Hispania europæ terminos claudit. hanc ueteres ab ibero amne prĩo iberiã, deĩde ab hispani ĩsigni eius urbe hispaniã cognominauerũt, q̃ ĩter africã & galliã posita oceani freto, & pyreneis mõtib⁹ claudiť, sicut minor ambabus, ita utraq; fertilior. Nã neq; ut africa uiolento sole torreť. neq; ut gallia assiduis uẽtis fatigať, sed media inter utrãq; tẽperato calore ꝑfruiť. Vnde fœlicibus & tẽpestiuis ĩbribus, & oĩ frugũ genere fœcũdissima est, adeo ut nõ ĩcolis tantũ suis, sed aliis quoq; ꝓuinciis, & ipsi Italiæ cũctarũ rerũ abundãtia sufficiat. ALTAM. Nobilẽ, gloriosam. BILBILIM. Segobriga, & bilbilis duo ĩsignia celtiberiæ oppida sunt, circa q̃ Sertorius, & Metellus ꝑliũ cõmisere. bilbilis patria Martialis, a bilbili ꝓpinquo fluuio appellata. NOBILEM EQVIS ET ARMIS. Recte de celtiberis loquẽs equos & arma cõmemorat, cũ iis eq, & arma sanguine ꝓprio cariora sint. EQVIS. Sunt in celtiberia equoꝝ pnices greges, q cũ natura subalbi sunt si ĩ exteriorẽ hispaniã traducanť, colorẽ mutãt, parthicoꝝ similes, nã & agilitate. & cursus celeritate reliquos superãt. ARMIS. Celtiberi arma habẽt rei bellicæ aptissima, utpote aq̃rũ tẽperamẽto obdurata. nec apud eos ꝓbať telũ aliqđ, qđ nõ aut bilbili fluuio, aut chalybe tinctũ sit. q̃pp, & chalybes finitimi hui⁹ fluuii appellati sũt, ferroq; cæteris ꝑstare dñr. sũt & alii in põto chalybẽs, calybs aliqñ pro ipso ferro ita tẽperato accipiť. Itẽ pro ope ex huiusmodi ferro facto. Luca. Chalybẽ, frenosq; momordit. Vir. Vulnificusq; chalybs. SENEM QVE CANVM NIVIBVS EFFRACTIS SACRVM. Or

do ẽ

do ē,& uidebis Sacrū senē canū effractis niuib⁹. Sacer nomē ꝑpriū ē mōtis ī finibus galatiæ aurum ferens. SENEM. Antiquæ nobilitatis. CANVM. Candicantē. NIVIBVS. Propter niues qb⁹ tegiť. EFFRACTIS. Allusit ad historiā. Nā Sacrū mōtē ferro nudari nefas habeť. sed siqñ terra fulgure (qđ eo ī loco assidua res ē) aut ībribus, aut niuiū pōdere scīdiť, detectū aurū uelut dei munus pmittiť colligi. VADA VERONEM MOMTIBVS. Sensus est. & uidebis Veronē appositiue uada mōtib⁹ hoc ē p quē ē facilis trāsitus ad mōtes. Vero. n. fluui⁹ ē Celtiberiæ, a quo populi circa eū habitātes Verones appellati. cursus ei⁹, ut cæteroꝝ fere in ea regiōe amnium, nō torrēs, rapidusq̄ ē, ut noceat, sed lenis placidusq̄, ut trāsiri uado facile possit. BOTORDI. Vic⁹ ē nō lōge a Segobriga quōdā oppidū fuit, sed a Tyberio graccho dirutū, ut refert Polybi⁹. DELICATI. Delitiis pleni, qa arborib⁹, umbris. fōtib⁹. nemorib⁹ siluis abūdat. QVOD FOELIX. Fructiferis arborib⁹, ad nemi⁹. n. referri đbet fœlix, nō ad Pomona. POMONA. Pomorū dea, quēadmodū Bubona dea boū, & Mellona dea mellis. a pomo Pomona appellata, uñ ēt pomiferū deduciť. Ply. Tū loca subigenda sunt, in qbus pomiferæ arbores inserendæ, & pomariū locus, in quo uel īsita sunt poma. uel reponūť, uel ē arboꝝ pomiferarū copia. pomū uero a potu deduciť, q̄si potomū, ut Varro. testať, qđ poma potu egeāt. LENE. Leniter placide qa fluuius ipse lenis, ac placidus est. TEPIDA VADA. Sub calidas aq̄s. Vada iō dixit, qa pp lenitatē trāsiri uado facile pōt, quēadmodū supius dixim⁹, nec ullū ē in natando piculū. CONGEDI. Cōgedus amnis ē iuxta bilbilī q p agri planiciē fluēs exiguū lacū efficit tepētib⁹ aqs, q erūpit in bilbili, hoc se lauare hispani post secūdū punicū bellū a romanis didicere. MOLLES Lenes placidas. NYMPHARVM. In qbus se lauare nymphæ cōsueuerūt, uel in qbus habitāt nymphæ pp suauitatē, & delitias aquarū. REMISSVM. Resolutū. qppe calidis aqs resoluunť corpora, frigidis restringunť. BREVI. Statim, breui tpe. est. n. aduerbiū tpis. SALONE. Salo fluuius ē, q & bilbilis dř, quo tēperať ferrū, atq̄ acrius reddiť. GELAT. Gelu hoc est nimia frigiditate astrīgit, atq̄ obdurat. VOBERCA. Villa ē iuxta bilbilī amnē, cursu fluminis, umbra arboꝝ, & frigiditate scaturiētiū fontiū amœnissima. PROPE. Ex ꝓpinquo, ut supius dixim⁹, PRANDENTI. Dū prādes. tāta ē. n. illic copia ferarū ut ēt ī uillas cōfluāt. prādiū dř cibus qui ante meridiē sumiť. Veteres cœnā appellabāt, quā uero nūc cœnā dicim⁹ illi uocabāt uespnā. ab edēdo āt prādiū dictū est, q̄si perediū. ab hoc fit prādeo, a quo frequētatiū prāsito. prāsos ueteres uocabāt nō solū q edissēt, sed ēt qbus nihil deesset. Varro. Prāsū te, ac paratū eē oportere. īprāsus uero dř, q nōdū prāsus ē, sicut incœnatus q nōdū cœnauit. prādiola siue prādicula antiq ientacula uocabāt, de qbus superius dixim⁹. FRANGES. Arcebis. supabis. AESTVS. Nimios calores. SERENOS. Tēporis sereni. Nā quo maior ē serēitas tpis, eo minores auræ. & sol liberior, iōq̄ maior æstus. TAGO AVREO. Tagus flumē est in lusitanis ramenta auri ferens, iuxta quē uēto eq̄s fœtus cōcipere multi auctores prodiderunt. OBSCVRVS. Tectus latēs. obscurū. n. qđ supius a cura deriuari diximus ꝓprie significat, qđ sine lumine est. Vir. Si nigrū obscuro cōphenderit aera cornu. per metaphorā tñ iterdū ꝓ ignobili poniť. Ci. Qui magna sibi ꝓponit obscuris maioribus. interdū ꝓ tecto. latēti, & abscōdito. Virg. Vidimus obscuris primā sub mœnib⁹ urbē. Vñ obscurā orōnē dicim⁹ difficilem, & cuius snīa latet, ab hoc fit obscuritas, qđ interdū opacitatē, īterdū ignobilitatē, interdū ēt difficultatē significat, & obscure aduerbiū, latēter. difficulter. ignobiliter. & cōparatiua suplatiuaq̄ eoꝝ obscurior. obscurissimus. obscuri⁹. obscurissime. & obscuro uerbū, qđ mō significat opaco mō tego, mō uel ignobilius, uel difficilius facio. ARBORVM. Arbor generale nomen est, & appellatiōe eius uites quoq̄, & hederas, & harūdines, & salictū cōtineri iuriscōsulti existimāt. sed siqs salignas uirgas īstituēdi salicti cā defixerit, eæq̄ anteq̄ radices egerint succidanť, aut euellāť, recte Pompo. scribit de succisis arborib⁹ agi nō posse, cū nulla arbor ꝓprie dicať, q̄ radicem nō conceperit stirps tñ oleæ arbor ē siue radices egerit siue nōdū, sed cū plāta adeo tenera ē, ut herba potius uideať, arboris loco haberi nō debet. maxio uero in ꝑtio apud ueteres arbores fuere umbrarū gr̄a, qđ ex eo maxime apparet, qđ cū. Cn. Domitius ꝓ domo. L. Crassi, q̄ una secū censurā gerebat, centū nūmorū milia idētidē ꝓmisisset, & Crassus concessurū se respōdisset, exceptis sex arboribus Domitius ne uno qdē denario emptam se uelle respōdit, si arbores adimereť. Eæ fuere loti patula ramorū opacitate lasciuæ, quæ postea cētū octuaginta ānis usq̄ ad Neronis principis incēdia durauere, uirides adhuc, iuuenesq̄, ni princeps ille arboꝝ quoq̄ mortē accelerasset. dicim⁹ āt in recto arbor, & arbos, sicut odor. & odos. hic ueteres arboses pro arbores scripsere, ab hoc fit diminutiuū arbuscula. Itē arbustū locus ī quo arbores sunt, sicut salictū in quo sunt salices, hoc, & arboretū aliq uocāt, ut Gellius testať, ab eo fit arbusto uerbū, qđ ē agrū arborib⁹ cōsero ad maritādas uites. Ply. Trāspadana Italia ꝑter supradicta cornu. populo. tilia. acere. orno. carpino. quercu. arbustat agros. & Arboreus notæ significationis, & arbutus genus arboris, quæ & unedo dř, de q̄ supius locuti sumus. Virg. Et quæ nos rara uiridis tegit arbutus umbra, & arboresco uerbū qđ significat ī arborē cresco. Ply. Alterius generis minor ē herba. altera arbore.

ſcit. DERCE. Derce,& neme fontes ſunt frigidiſſimi æſtate inter bilbilim,& ſegobrigã, ĩ ripa fere Salõis ãnis. RIGENS. Frigidus ſupra modũ. Vir. Tellurẽ borea rigidã ſpirãte moueri, de quo ſuperius abũde diſſeruim⁹. NIVES. Aquã ex niuibus liq̃factis, qđ inuentũ fuiſſe Neronis principis diximus, ut frigidius biberet. CANVS. Albus pp niues. ET. ideſt. BRVMA IMPOTENS. Bruma ꝓprie dĩ dies ſolſtitii hyemalis, q ẽ poſt idus decẽbris, dicta quaſi βραχὺ ἦμαρ, hoc ẽ breuis dies, ponĩ tñ ĩterdũ ꝑ mẽſe decẽbri, ut hoc loco, ĩterdũ ꝑ hyeme Vir. frigida ſub terra tumidũ quẽ bruma tegebat. a bruma brumalis deducĩ, ut brumale tp̃s. brumales dies. IMPOTENS. Quia hoĩes ĩpotentes,& deſidioſos, facit ab igne diſcedẽ neſciẽtes. MVGIET. Sonabit. Mugire ꝓprie factitiũ eſt boũ, a quo Mugitus, a cuius ſimilitudine uẽti quoq; plerũq; mugiĩ dñr. hic fit mugior uerbũ, qđ ſignificat murmuro. Luci. Muginamur, molimur, ſubducimur. Et mugi⁹ cognomẽ romani ciuis a frequẽti murmuratiõe, a quo Mugiola porta, quod ipſi aliqñ ꝑfuit. Itẽ a mugio fit remugio cõpoſitũ eiuſdẽ ſignificatiõis cũ primitiuo. Virg. Horrẽdas canit ambages, antroq; remugit. RAVCO. Sonoro, uñ ἀπὸ τοῦ βοᾶν, hoc eſt a uociferãdo Boreas dĩ. uociferãdo ãt uox raucẽſcit. APRICA. Tẽperata ſine frigore de quo ſupra diximus. TARACONIS. Taraco ĩſignis urbs hiſpaniæ ẽ, a quã ipſa ꝓuicia Taraconẽſis uocaĩ altero capite Gallias, altero Beticã attingẽs, mari littora obiicit nr̃o, q̃ meridiẽ, q̃ uero ſeptẽtrionẽ ſpectat oceano, urbs amœniſſima ẽ, tẽperato cœlo,& ut Strabo inq̃t, ad recipiendos principes ꝑcelebris. TVAM. Ex q̃ tibi origo ẽ. LALEtaniã. Regio ẽ hiſpaniæ. Hyberus labiĩ a cãtabris, iuxta eſt Taraco. Hic laletania a q̃ laletania uina, magis copia q̃ bonitate nobilitata. MActabis Occides, de quo ſuperi⁹ diximus. DAMAS. Notũ aĩal eſt e caprarũ ſilueſtriũ genere. ideoq; ſe miſerũ, ut hirũdines in uolucribus, apes ĩ cãpo, in mari delphini. reperiĩ & maſculino genere. Virg. Cũ canibus timidi uenient ad pocula damæ VERNAS. Cõterraneos tuos,& quaſi domi tuæ natos. RVMPES. Defatigabis pleriq; ſanæ ex uenatu uoluptatẽ capiẽtes nõ ſinũt leporẽ necari, ſed currendo ſæpius uertũt, atq; ita leporẽ fatigãt & ſolo curſu delectanĩ, quod abs te FEDERICE. Princeps fieri ꝑſertim in leporariis tuis, q̃ tanto ſumptu, decore, atq; elegãtia feciſti, ſæpenumero nõ ſine magna aĩ uoluptate cõſpicim⁹. rũpere ꝓprie frangere ẽ. Vir. Rũpimus inuitæ tua uincula. aliqñ tñ capiĩ ꝑ fatigare. Teren. Vt me ambulãdo rũperet Aliqñ ꝑ diſiicerĩ. Virg. Frigidus ĩ pratis cãtãdo rũpiĩ anguis· nõnunq̃ ĩpetũ facere. Teren. Ceſſo ĩtro rũpere, rũpere ſilẽtiũ,& rũpere uocẽ, ẽ loq, ſiue diu tacita ꝓferre. a rũpo rupes deducĩ, qđ ueluti abrupta ſit,& ripa, q̃ aquarũ agitatiõe rũpaĩ, de q̃bus & eoꝝ deriuatiuis ſuperius locuti ſumus. & rumẽtũ abruptio,& rumex genus tẽli, qđ Sparo gallico ſimile ẽ. Eſt etiã rumex oleris genus uulgo notũ. itẽ rupti dñr, q ob nimiã fatigationẽ, aut cõceptũ rigorẽ dolẽt,& uix moueĩ poſſunt corporis mẽbra. præterea a rũpo cõpoſita fiunt interrũpo, qđ eſt aliq̃d dicentẽ, faciẽtẽue impedio perrũpo ualde rũpo. abrũpo deſiicio auello. Vnde loca abrupta diuulſa, atq; ob id inuia appellamus. prærũpo eiuſdẽ ſignificatiõis, uñ & ꝑrupta loca dicimus. erũpo cũ ĩpetu exeo, a quo eruptiões dñr. qñ uel exercitus e caſtris uel præſidia ex urbibus in hoſtes ĩpetũ faciunt. Itẽ egredior. Ply. Erũpunt ceruis cornua primo aridæ cuti ſimilia. prorũpo cũ ĩpetu feror. Irrũpo ĩpetũ facio, a quo irruptio. dirũpo, frango. ſcindo.& ad aĩum etiã referĩ. Cicero. Dirũpor dolore. corrũpo. cõtamino, a quo corruptela, hoc ẽ cõtaminatio deducĩ.& ĩcorruptũ inuiolatũ. CALLIDVM. Callentẽ, flectere ſe,& ſaluti ſuæ terga uertendo cõſulere. FORTI. Celeri, robuſto. RELINQVES CERVOS VILLICO. Mactãdos. ſ. qm̃ caro eoꝝ mollis.& inſipida eſt. iõq; ruſticorũ potius cibus. Ceruus aĩalium placidiſſim⁹ ẽ. Vrgẽte aliqñ ui canũ, ad hoĩem cõfugit,& ĩ pariendo min⁹ cauet ſemitas humanis ueſtigiis tritas, q̃ q̃ ſecretæ, ac feris opportunæ ſũt. Aeditos partus exercẽt tã fœminæ q̃ mares curſu & fugã meditari docẽt, ad ꝑrupta ducũt, ſaltumq; demõſtrãt in fuga ſæpe quieſcũt, ſtãteſq; reſpiciũt. cũ ꝓpe uẽtum ẽ, rurſus fugæ ꝑſidia repetũt, hoc faciũt inteſtini dolore tã infirmi, ut leui ictu ĩtus rumpaĩ. fugiũt mox latratu canũ audito, aura ſp ſecunda, ut ſecũ ueſtigia quoq; abeãt. mulcẽĩ fiſtula paſtorali.& cãtu. cũ exercere aures, acerimi auditus ſunt, cũ remiſere ꝓtinus ſurdi. Cæterũ ſtolidũ aĩal ẽ,& oĩum fere rerũ miraculo ſtupẽs, adeo ut equo, aut bucula ꝓpius accedente hoĩem iuxta uenientẽ non uideat, aut ſi uideat. arcum ipſum ſagittaſq; miretur. cornua mares habẽt ſoliq; animalium omnibus annis ſtatuto ueris tp̃e amittũt. latẽt amiſſis quaſi inermes,& noctu tãtũ ĩ paſcua exeũt dextrũ cornu negãt inueniri, defodi ab iis putãt, ne in uſum hoĩum ueniat, quod ei inſit aliquod medicamẽtũ. utriuſlibet accẽſi odore ſerpẽtes fuganĩ. ĩdicia certæ ætatis ĩ illis ſunt ſingulis amnis adiicientibus ramos uſq; ad ſexẽnes ab eo tp̃e ſimilia renaſcunĩ nec põt amplius ætas diſcerni. dentibus ſenecta declaraĩ, aut. n. paucos, aut nullos habẽt. nõ decidũt caſtratis cornua nec ſi careant renaſcunĩ. capti aliqñ ſunt edera in cornibus uiridante ex attritu arboꝝ innata, qm̃ innaſcentia ad ſolẽ durant, deinde in arboribus experiuntur. Maria tranãt gregatim, nantes porrecto ordine,& capita ĩponẽtes ꝑcedentiũ clunibus, ꝑ uices q̃ſq; ad terga redeuntes. conceptus ceruarum eſt poſt arcturi ſydus octonis mẽſibus ferunt partus,& interdum geminos. Poſt conce-

ptum

